8 Et præſumitur ſimulatio ex his,quæ incontinenti ſequuntur , vt dicit Bal.in l.per diuerſas.in fi.verſi.vigeſimò quæritur.C.manda.Fulgo conſi.cxcviij.verſi.ex vicinitate nanque.Ang.in l.res vxoris.verſi.nota quòd donatio.C.de donat.inter virum & vxor.Bald.in capit. officij.in primo not.de elect.Ripa.in l.ventri.§.fin.verſic.facit Bartol. ff. de priuileg.cred.Curt.Senior. conſil.lv.verſic. breuitate enim. Ruin. conſil. xlij.volu.j.verſic.ad iſtud reſpondetur.

9 Et præſumitur vitium ante venditionem, quando incontinenti poſt venditionem vitium detegitur.Bald.in l.j.verſiculo quæro an vineam. C.de ædilit.act.

10 Et præſumitur contractus vſurarius ex vicinitate actuũ, vt dicit Cæpolla in tract de ſimul.contract.in ſecunda præſumpt.veſicu.præſumptiuè autem.Bald.in c.officij.verſic.& eſt argumentum. de elect. Ripa in l.ſi ventri.§.fina.verſi.ſextò facit.ff.de priuileg.cred. Abb. in conſil. v.verſiculo ſi enim.volumine j.Barbat.in conſil.lj.verſiculo & adducit pulchrum.volumine j.

11 Item ex vicinitate actus probatur quis electus per ambitionem.Ant. de Butri.in c.officij.verſic.ad introitum.gl.de elect.poſt Hoſt.ibi verſi. in verbo electus.Abb.verſic.nota tertiò.

12 Et probatur delictum iudicis indebitè carcerantis appellantes à ſuis ſententiis,ſi illos ſolitus ſit carcerare incontinenti poſt interpoſitas appellationes:Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori.ff.de ope. nou. nunc.q.viij.Et pro iſta opinione faciunt omnia ea, quæ pono in concluſione ij.in vij.lib.in j.limit.num.45.An præſumatur mandatum ad homicidium,ſi poſtquàm Dominus eſt loquutus cum famulo & famulus ſtatim aliqrem interfecit:in parte affirmatiua.

13 Contrarium quòd ex eo ſolo,quòd actus fuerit factus incontinenti, non præſumatur ſimoniaca conuentio,ſentit Freder.de Senis conſilio cclviij.qui propterea reſpondet ad tex.in c.officij.de elect. & iſta opinio probari videtur per tex.in c.ſicut Epiſcopum.j.q.ij.vbi poſt ordinationem poteſt aliquid etiam incontinenti recipi à ſponte offerente. & ibi Car.Alex.in vlti.not.Idem voluit glo.in c.tua nos. in verbo conſentiat.de ſimon.quæ expreſsè loquitur quando tempore ingreſſus in monaſterium,quis aliquid donat monaſterio.& ibi Abb.ſuper gl.in verb. purè.& ibi Anch.in iij.not.& Car. in.v. not. Fely.in glo. ij.& in gl.fin. Bald.in c.in præſentia.numer.32.verſicu.oppono, quod non poſsit.de probat.Abb.in ca.ad audientiam.el.ij.verſi.& ob hoc fortè dicit Hoſt. de reſcri.& voluit Dec.in conſi.cxviij.verſic.xx.reſpondetur.& voluit gloſ.in verbo,repræſentationem.in c.conſtitutus.de relig.domib.

14 Quæ tenet ꝙ etiam poſt acceptum ſpirituale,incontinenti dari poſſit temporale,quia ad euitandum delictum præſumitur datum in ſignũ ſubiectionis;& voluit Caſſa.deciſ.ij.nu.5.& 6.de ſimon.

15 Nam ceſſante conuentione,licitè quis recipit,quòd à ſponte offerente datur,quod cum pactione illicitè reciperet.Bald.in l.j.in x.quæſt.C. pro ſocio.ponit Ruin.conſil.ciij.verſicu.& ideò in propoſito.volum.j. Et pro iſta opinione faciunt omnia ea,quæ pono in dicta concluſione noſtra ij. libri vij.in j.limitat.num.48.

16 Tertiò infertur, quòd duo contractus, vel duo actus vno, & eodem tempore facti,habentur pro vno.Iaſ.in l.lecta.ff.ſi cert.peta.verſi.nota etiam ex verſic.& ibi Purpur.num. 43.Curt.Senior,in conſi. lv. verſic. ex briuitate enim.Caſſan.in conſi.xxxviij.ver.& nomen conſtituentis. & conſi.lxiij.verſic.maximè quando.& conſil.xiiij.verſi.cum propter vicinitatem. Ripa in l.fin.quæſt.xxxiiij.de reuocan.donat.Ang.conſil. cxlv.verſi.item ratione.& Rom.conſil.ccccxlv.verſi.cæterùm ratione.

17 Et vnus actus vel vnus contractus dicitur pars alterius.Corn. conſil. xxxvj.verſic.& ſaltem hoc.volu.ij.& in conſil.cccxix.verſi.hoc.autem præſuppoſito.volu.iij.Tiraquel.de retract.verſic. quibus tamen adde.

18 Et duo actus facti infra modicum tempus,vnus poſt alium, cẽſentur vnico contextu facti. Bald. in l.j.in fine,verſic.ij.nota.C.de oper. liber. Corn.conſi.fi.in princip.volu.j.& conſi.x.volu.ij.Caſſan.conſil.xxxix. verſi.& fortius.Ripa in j.reſponſo.in verſic.& dicitur.volu.iij.Purpur. in l.in bonæ fidei.verſic.declaretis præmiſſa.C.de pact.

19 Et præſumitur cauſa onerandæ libertatis,quando iuratur ſtatim poſt manumiſſionem.Bartol.in l.iuriſiurandi.in ij.princip.ff.de oper.libert. verſic.ij.ex vicinitate.

20 Quartò infertur,quòd pactum appoſitum iuxta contractum dicitur pars illius.l.fundi partem.ff.de contrahend.empt.ponit. Corn. conſilio cccxlix.inſtamus itaque.vol.j.Felin.in c.cùm Ioan.nu. 4. de fide inſtru.

Quod intelligit Deci.in l.in bonæ fidei.in vlti.not.C. de pact.quando pro vno & eodem eſt pactum & contractus:ſecus verò quando pactum eſt pro vno,& contractus pro alio.

21 Amplia, quia pactum incontinenti appoſitum cenſetur ineſſe contractui:etiam ſtricti iuris:vt dicit Paul.de Caſt.in l. lecta. verſi. item ex hoc tex.nota.& ibi Alexand.in ij.not.& Fulgoſ.in ij. nota. Iacob. circa finem,verſi.in gloſ.ſuper verbo,ſtipulationi.ff.ſi cer.peta.

22 Limita quando pactum reſpicit ipſam rem , quæ in contractum deuenerat:ſecus autem cùm de alia re prorſus ſeparata pactum fieret, ita Fulg.in dicta l.lecta.in ij.notab.ff.ſi cer.peta.Tiraq.de retract.conuen. §.j.in glo.v.nume 24.verſi. ſed & ij.intellige.

Limita quatuor aliis modis,vt per Tiraq.de retract. in præalleg.loco,ad quem me remitto.

23 Et hinc eſt quòd pactum incontinenti adiectum veſtitur cohærentia contractus,de quo latè per Doct.in l.petens.C.de pact.& in l.lecta.ff.ſi cer.peta.& per Corne.conſi.cclxxxviij.vol.iij.& conſi.fina.volu.j.Feli. in cap.qualiter & quando.de accuſa. Ripa in xiij.reſpon.volumi.j.per Alex.in conſi.xc.vol.j.& conſi.cxviij.vol.iij.qui declarat hanc materiam,quia eſt ſatis prolixa,difficilis , & intricata , modò illam non aggredior,quia hæc deduxiſſe ſufficit.

24 Quintò Infertur:nam ea , quæ præcedere debent , ſatis eſt quòd ſequantur incontinenti,Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.verſi.imò fortius.ff. de oper.noui nun.vbi adducit plura exempla.& in l.ſi quis mihi bona. §.iuſſum.ff.de acqui.hered.verſi.item paria ſunt. Rebuffus in concord. in verbo,rationem,Iaſ.in l.edita.num.13.verſicu.tertia concluſio. C.de eden.poſt Alex.ibi verſi.alias fallentias. Ripa in ij.lib.reſponſ.reſpon. viij.verſi.iſtis non attentis.& Tiraq.de retractu conuen. §. j. in gloſſ.v. nu.2.verſi.ex his autem fit.& ſeq.vbi allegat xvij.ſimilia, quòd ea,quæ debent fieri in ipſo actu,fieri poſſunt incontinenti pòſt.Brunus in trac. de forma.verſi.& dixit Bal.

25 Limita hoc vltimum,niſi pro forma requireretur,quòd aliquid præcederet,quia tunc non ſufficeret, quòd poſtea ſequeretur etiam incontinenti.Ripa in xiij.reſpon.volumi.j.nume.25. verſic. non obſtat dum dicitur.

Contrarium in hoc tenet Gozadi.conſi.lxxiij. nu. 33. verſicu.iij. vbi dicit.

26 Et propterea ex his,quæ incontinenti fiunt, probatur error.Bal.in l. ij.C.ſi ſer.vel libert.lib.xj.verſi.item præſumitur aliquis.

27 Et ſi ſunt duo actus,vno & eodem tempore facti , vel incontinenti vnus poſt alium,quod vni ineſt,alteri cenſetur ineſſe. Iaſ.in l.lecta.ver. noto etiam.ff.ſi cer.peta.& antè etiam hoc voluit Ang. conſi.cxlv.ver. cæterùm ratione.Tiraq.de retractu conuen.§.j.in glo.v.

28 Primò Limita regulam principalem,hoc procedere in dubio , ſecus verò quando conſtaret aliud actum eſſe inter partes:vt dicit Cor.conſi. fina.per totum,vol.j.verſi.non enim obſtat.

29 Secundò Limita,quando momentum temporis eſſet in conſideratione.Bal.in l.cùm dilectus.extrà de fide inſtru.verſi.ſed pone. refert & ſequitur Tiraq.de retract.verſi.poſſem hic.& in tracta. de iure primoge. in ij.quæſtio.

30 Tertio Limita,nam videntur ineſſe ea,quæ incontinenti fiunt, verè tamen non inſunt,ita quòd regula procedit per fictionem.Iaſon in l.lecta.verſi.ſecundò pondera.& ibi Soci.in v.notab.Areti.in vj.nota. Purpur.nu.47.Cur.iunior verſi.ſecunda difficultas.ff.ſi cer.peta.Bal.in l.in bonæ fidei.verſi.& nota ꝙ tex.& ibi Aret.C.de pact.

31 Corneus verò diſtinguebat in conſ.cxxxiij.vol.j.quòd aut actus nondum eſt abſolutus,& dicitur verè ineſſe:aut verò erat abſolutus, & dicitur ineſſe per fictionem. refert & ſequitur Tiraq. de retractu conuent. verſi.intellige quintò.in ca.j.in glo.v.nu.27.

## CONCLVSIO XIIII.

### ARGVMENTVM.

***Filius præſumitur natus ex marito, quantumcunque vxor cum alio adulteretur.***

1 MAXIMA eſt illa iuris præſumptio, vt filius præſumatur natus ex marito,etiam ſi eodem tempore vxor cum alio adulterium commiſerit.textus in l.miles.§.defuncto. ff.de adult. not.in ca.Michael.de filiis presby.Abb.& Doctor.in ca.per tuas.de proba.& in l.filium eum diffinimus.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur.& in cap.tranſmiſſa.qui filij ſint legi.Hippo.in l.j.§.ad quæſtionem.nu.84.ff.de quæſtionib.Pariſi.conſi.lxiiij.vol.ij. Boer.deciſ.cxcix. nu.3.Gozad.in conſi.xij.Gomeſi.in cap.ij.de iudi.in vj.

2 Primò Amplia, etiam ſi mulier cum adultero cohabitaret, ſi modò acceſſus liber patebat marito, ita quod potuit ex eo filius cõcipi: per rationem tex. in dicto §. defuncto. vt not. Bald. in l. ſi à matre. C. de ſuis & legi. Abb. in ca. accedens. de purga. cano. & in ca. officij. de pœni. & remiſſ. Barba. in conſi. lviij. volu. ij. Alex. in conſi. lxxxvij. verſi. præterea. volu. iij. & conſi. xxxvij. volu. j. ſequitur. Fran. Cur. in conſi. xxxj. in fin. Pariſi. in conſi. lxiiij. volu. iij.

Contrarium probat tex. in l. j. §. illud. ff. de libe. agnoſcen. Specu. in titu. qui filij ſint legi. verſi. iiij.

3 Secundò Amplia, vt procedat iſta præſumptio, etiam ſi maritus per aliquod tempus fuiſſet abſens, nihilominus filius præſumeretur natus ex marito. Areti. in ca. per tuas. de probationib.

4 Tertiò Amplia idem eſſe ſi filius naſcatur in loco ſuſpecto extra domum mariti. Iaſ. in conſi. cxxv. volu. iiij. Grat. in conſi. xl. vol. j.

5 Quartò Amplia, vt hoc idem procedat in concubina. glo. in ca. Michael. in verbo, conſtiterit. de filiis presby. Abb. & alij in c. per tuas. de proba. Iaſ. in conſi. cxxv. volu. iiij. Soci. conſi. lxv. vol. iij. Marian. iunior in conſi. cxxxviij. vol. ij. Boer. deciſi. ccxcix.

6 Quintò Amplia idem in vidua locũ habere. Cremen. in ſingu. cxxvj.

7 Sextò Amplia, etiam ſi filius natus aſſimilaretur adultero, quia hoc potuit contingere ob cogitationem mulieris, tempore conceptionis. glo. fi. in l. quæret aliquis. ff. de verb. ſignif. Pau. de Caſt. in conſi. cclxxv. vol. j. Iaſ. & Doct. in l. Gallus, in prin. circa fi. ff. de libe. & poſthu.

8 Septimò Amplia vt procedat etiam ſi mulier per xv. annos fuiſſet ſterilis: vt dicit Ruinus in conſi. liij. vol. v. & ſentit Abb. in cap. per tuas. de proba. Alcia. in tract. de præſump. in iij. regu. præſump. xxxvij.

9 Octauò Amplia vt procedat iſta præſumptio, etiam ſi vxor in lupanari exiſteret: quia ſi conceperit, præſumitur filius conceptus ex marito, ſi modò ipſi marito patebat aditus: ita Cyn. poſt Iac. Butrig. in l. ſi vicinis. C. de nupt. Sylu. Grat. in conſi. cxl. vol. j. Bertrand. in conſil. lxxiij. nume. 13. & ſequen. volu. iij.

10 Nonò Amplia, etiam ſi communiter ille filius ſit reputatus filius adulteri, & non mariti. Abbas in cap. accedens. nume. 6. de purga. cano. Mantua. in conſi. xcviij.

11 Decimò Amplia, vt iſta dicatur præſumptio iuris & de iure: vt tenet Pau. de Caſt. in conſi. cxv. volu. j. Hippoly. in l. j. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtionib. Barbat. in conſi. 50. nume. 2. volu. ij. Boerius deciſi. ccxcix. Bero. quæſt. lx.

12 Et licèt Pau. de Caſt. in dicto conſi. ccxv. volu. j. velit, ꝙ filij confeſſio tollat hanc præſumptionem, illud eſt in ſui præiudicium, quia quis confitendo, ſibi poteſt præiudicare: ſed quando hoc faceret in ſui fauorem non credo ſtandum eſſe confeſſioni filij dicentis ſe eſſe filium ſpurium. Areti, & Feli. in ca. per tuas. de proba. Deci. in conſi. dclvij.

Contra hanc ampliationem tenet Pariſ. in conſi. x. nu. 42. & in conſ. xxix. vol. ij. Alcia. de præſump. in iij. regu. præſump. xxxvij.

13 Vndecimò Amplia, vt non admittatur probatio in cõtrarium, etiam per confeſſionem matris. Abb. in cap. officij, nu. 3. vbi dicit * communem opinionem, de Pœni. & remiſſ. & in cap. accedens, nu. 4. de purg. cano. glo. & Doct. in l. ſi poſthumus. §. fi. ff. de lib. & pohu. Alex. in l. nec profeſſio. C. de teſta. Grat. in conſ. cxl. vol. j, Boer. deciſ. cxcix. nu. 6. Pariſ. conſi. x. nu. 14. vol. ij. Alcia. de præſum. in iij. regu. præſump. xxxvij.

14 Declara hanc ampliationem, vt non procedat quando vltra confeſſionem matris, concurrit etiam confeſſio patris illum non eſſe filium ipſorũ, ſed adulteri: quia iſta confeſſio multum facit. Bal. in l. filiũ eum diffinimus. in j. lectu. nu. 11. verſic. ſed pone ꝙ pater, & mater. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Pet. de Anchar. in conſi. ccxxv. verſic. ſuper alio. & nu. 6. verſi. accedit his teſtimonium matris. Alex. in conſi. lxxxviij. nu. 13. verſi. præterea caſum noſtrum. vol. vij. Cor. in conſi. j. nu. 22. verſi. item concurrit. vol. iij. Pariſi. nu. 10. & nu. 45. vol. ij.

15 Primò Limita hanc regulam, niſi filius ſit educatus, tractatus, & nominatus tanquàm filius adulteri: & concurrat etiam ſuper hoc publica vox & fama. Ancha. in conſi. ccxxv. ij. dub. Alex. conſi. lxxxviij. vol. vij. Corne. in conſi. j. vol. iij. Capra in conſi. ij. Barba. in conſi. lxviij. vol. iiij. Iaſ. in conſi. cxxv. vol. iiij. Deci. in conſi. cclxxxviij. in princi. Bertran. in conſi. cviij. vol. iij. Pariſi. in conſi. x. vol. ij. per totum. Sarnen. in regu. de annali. quæſt. lviij. nu. 2. Bertran. in conſi. lxxiij. nume. 13. vol. iij. Grat. in conſi. clviij. volu. ij.

Contrarium Barbat. conſi. xxvij. volu. j. Pariſi. conſi. xj. volu. ij. & in conſi. xij. volu. ij.

16 Secundò Limita, nam quando vxor cohabitauit cum alio, etiam ꝙ marito pateret aditus coeundi cum vxore: nihilominus ſi mulier diu fuit ſterilis cum marito, tunc requiritur nominatio, & tractatio, tanquam filij, facta à marito. Areti. & Fely. in cap. per tuas. de probat. aliâs non præſumeretur filius mariti.

17 Tertiò Limita, niſi filius confiteatur ſe eſſe filium adulteri, & etiam concurrat aſſertio matris, & pro tali fuerit ab adultero inſtitutus, & reputatus, & etiam fama concurrat, quibus concurrentibus erit præſumendus filius adulteri, & non mariti. Pau. de Caſt. in conſi. cxv. in vlti. dub. vol. j. Pariſi. in conſi. x, per totum. vol. ij.

Contrarium idem Pariſi. in conſi. xj. vol. ij.

18 Quartò Limita, quando filius natus eſſet cæcus, claudus, vel luſcus, quia tunc ratione peccati præſumitur filius adulteri. Barbat. in cap. in præſentia. nume. 98. de probationib. Hippoly. in ſingula. ccccxxx. vbi quamplures allegat.

19 Quinto Limita, quando probaretur impotentia coeundi in marito, vel ex cauſa infirmitatis, vel ex alia cauſa, vt videtur ſentire text. in dicta l. filium eum diffinimus. in fine. Abb. in cap. per tuas. nume. 3. & ibi Feli. de probationib. Docto. in l. Gallus, in princip. ff. de libe. & poſthu. Alex. in conſi. lxxviij. nume. 7. & ſeq. vol. vij. Pariſi. in conſi. x. nu. 36. volu. ij. & in conſi. xxix. per totum. vol. ij.

20 Sextò Limita, vt iſta præſumptio non habeat locum in alio, quàm in marito, & concubinario, vt dicit Alex. in conſi. clvij. vol. v.

21 Septimò Limita, nam quãdo tractaretur de bonis defuncti alteri auferendis, non habet locum regula l. miles. §. defuncto. ita Maria. iunior conſi. lxxxvj. nu. 45. volu. ij.

22 Octauò Limita, in ſene octuagenario, vt tenet Soci. in conſi. lxv. volu. iij. Pariſi. in conſi. xxix. per totum. vol. ij.

23 Nonò Limita, niſi mulier aſſiduè cum adultero cohabitaret: hanc limitationem tenet Iaſ. in conſi. cxxv. vol. iiij.

24 Sed iſta limitatio non poteſt procedere ſtante communi concluſione * ſuperius firmata, ꝙ quotieſcunque marito pateat acceſſus, filius præſumatur natus ex marito, non autem ex adultero.

Ad iſtam regulam nonnullæ aliæ limitationes tradũtur, quas in præſenti non refero, ſed potes eas videre per Doct. in d. ca. per tuas. de proba. & in c. tranſmiſſa. qui filij ſint leg. & in d. §. defuncto. & in d. l. filium eum diffinimus. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur.

## CONCLVSIO XV.

### ARGVMENTVM.

*Mulier quicquid conſtante matrimonio quæſiuerit, ob turpem ſuſpicionem euitandam, de bonis mariti quæſiuiſſe præſumitur.*

1 TEXTVS in l. Quintus Mutius. ff. de donat. inter virum & vxo. probat hanc concluſionem, vt quicquid vxor tempore conſtantis matrimonij acquirit, gratia turpis ſuſpicionis euitandæ, de bonis ipſius mariti acquiſiuiſſe, præſumatur: glo. in cap. ſicut manifeſtè. per illum tex. vij. q. j. & eſt textus in l. etiam. C. de dona. inter virum & vxo. Bald. in l. cum oporteat. C. de bonis quæ libe. Inno. in ca. cùm ex officij. de teſta.

2 Primò Amplia, vt hoc procedat etiam in concubina. l. fi. ff. de actio. & obliga. Pariſi. in conſi. lxxx. volu. j. Hiſpa. in rubrica de dona. inter virum & vxo. Boer. deciſi. lxxxj.

Contrarium Alcia. in iij. regu. in xxvj. præſump. in tract. præſump.

3 Secundò Amplia, vt iſtud procedat etiam in vidua: Alber. in l. etiam. C. de dona. inter virum & vxo. Ioan. Crot. in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. Pariſi. conſi. lxxx. vol. j. Ioan. de Garro. in rubrica de ſecun. nuptiis. in lxiij. pen. Hiſpa. in rubrica de dona. inter virum & vxo. Alcia. de præſump. in iij. regu. xxvj. præſump.

4 Declara hanc ampliationem, vt procedat primò poſt mortem mariti infra tempus luctus: nam ſemper eo tempore præſumitur quæſiuiſſe de bonis mariti: Ang. in conſi. cxlj. Ripa in l. fœminæ. in xx. quæſt. C. de ſecund. nupt. Caſſad. in conſuetud. Burgund. Alciat. in tertia regu. in xxvj. præſump. Cremenſis in ſingu. vj.

5 Secundò Declara, vt etiam poſt contractum matrimonium cum ſecundo viro, mulier præſumatur quæſiuiſſe de bonis primi mariti defuncti: quando concurrunt aliqua indicia, vel coniecturæ, vt puta, quia primus maritus erat ditior ſecundo marito, vel continuo domi pecuniam retinebat, vel ſi pecuniam vxori committebat, vel ſi ex aliis coniecturis iſtud poſſet præſumi: Ange. in dicto conſi. cxlj. circa fi. Caſſa. in conſuetu. nu. 8. Alcia. in dicta præſump. xxvj. nu. 5.

6 Tertiò Amplia, etiam ſi maritus negaret ſe dediſſe pecuniam vxori ſuæ: dicit Aret. conſi. xxxj. & idem eſt quando mulier negaret illa bona fuiſſe acquiſita de bonis mariti, vt dicit Hiſpa. in rubrica de dona. inter virum & vxo. §. ſexageſimo. ſequitur Sylua nupt. in verbo, eſt nubendum. nume. 21. & ſeq.

7 Quartò Amplia, ꝙ in dubio cenſeatur quæſitum à muliere tempore contracti matrimonij, non autem poſt matrimonium. Aretin. in conſi. xxxj. Alber. in l. etiam. C. de dona. inter virum & vxo.

Contrarium Salice. in dicta l. etiam. C. de donationib. inter virum & vxorem. Claud. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirenda poſſeſſ. Alexander in conſi. xlij. volu. v. Alciatus in tertia regu. xxvj. præſump. nume. 6. vbi concordat has duas opiniones, vt prima opinio procedat quando veriſimiliter mulier non potuiſſet acquirere, niſi conſtante matrimonio.

8 Quintò Amplia, vt etiam heredi detur tale beneficium, vt poſſit allegare bona quæſita ab vxore, de bonis mariti fuiſſe quæſita. Pariſi. in conſi. lxij. volu. j.

9 Sextò Amplia, etiam ſi mulier conſtante matrimonio adulterium commiſiſſet, nihilominus habet locum huiuſmodi præſumptio. Hiſpa. in rubri. de dona. inter vir. & vxo. §. ſexageſimo. nu. 11.

19 Septimò Amplia etiam ſi ageretur contra emptorem habentem cauſam à muliere:nam tunc etiam habet locum iſta præſumptio.Hiſpa.in loco ſuperius allegato,nu.15

11 Octauò Amplia vt hoc non ſolum per maritum, vel eius hæredem, mulieri poſſit opponi,ſed etiam per ſingularem ſucceſſorem,vel donatarium:vt tenet Deci.in conſi.ccxxxvij. Syl.nupt.in verſi. eſt nubendũ. nu.21.in iiij.amplia.Alcia.in ij.reg.præſump.xxvj.in iiij.declara.

Contrarium Alexan.in l.qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſſeſſ. Hiſpa.in dicta rubr.in loco allegato, nu.20.& Bal.in l.ſi vxorem. C.de condi.inſer.Alexan.in conſi.cj.vol.vij.

12 Primò Limita,niſi mulier eſſet induſtrioſa, quia tunc præſumitur ex induſtria ſua quæſiuiſſe:vt per Bal.in l.cum oporteat. C.de bo.quæ lib. Per.Gerardus in ſingu.xcix.Io.Crot.in l.frater à fratre. ff.de cond.inde. Ripa in iiij.reſpon.in iij.lib.Hiſpa.in rubr.de dona.inter vir.& vxor.in dicto §.lx.nu.18.Alcia.in dicta xxvj.præſump.in vj.declara.

13 Secundò Limita,niſi appareat mulierem habuiſſe pecuniã à conſanguineo,quia tunc non præſumitur à marito tradita:& ideo ſibi,non autem marito,præſumitur quæſita:vt per Bal.in l.cum oporteat.C.de bo. quæ liber.Caſſa.in conſi.xxix.Aimo in conſi.lxij.

14 Tertiò Limita vt propterea poſſit agi contra mulierem ad pretium, non autem ad recuperationem bonorum.Bar.in l.& ſi inſtrumenta.C. de fide inſtru.lib.x.Signor.Homod.in conſi.cxxij.Ioan.Crot.in dicta l. frater à fratre. ff.de condict.indeb.Ripa in iiij.reſpon.in ſine, in iij.lib. Boer.in verbo,præſumptio.ſingul.xxxvij.Bertran.in conſi.cxcviij.volu.iij.Pariſ.in conſi.lxxx.vol.j.Hiſpa.in loco ſuperius allega.nu.20.Aimo in conſi.lxj.Boer.deciſi.lxxxj.Tiraquel.de retract.Alcia.in iij.regu. xxvj.præſump.nu.14.vbi declarat.

15 Quartò limita,niſi conſtaret ex confeſſione viri aſſerentis,quòd pecunia erat ipſius mulieris.Alexand.in conſi.xxij.volu.iiij.Signor.in dicto conſi.cxxij.Ripa in iiij.reſpon.in iij.lib.Soci.in conſi.lxv.in xx.argumen.Boer.deciſi.lxxxj.Hiſpa.in loco ſuperius allega. num.20. Aimo conſi.lxj.Ruinus in conſi.xliiij.volu.v.

Contrarium Salic.in l.ſi mater.C.de contrahend.emptio. Pariſius in conſi.lxij.volu.j.Areti.cõſi.xxxj.

16 Diſtingue tamen,nam aut emptio fit à muliere marito expreſſè conſitente,vel tacitè,quia erat præſens,& non contradicebat,& in inſtrumento dicebatur pecuniam eſſe mulieris,& à muliere ſolutam: & tunc maritus,vel eius heredes tenentur ſtare huic aſſertioni. ſi verò maritus emit nomine mulieris abſentis, & ſoluit pecunias,quamuis aſſerat tales pecunias eſſe vxoris ſuæ,quia tamen præſumitur confeſſio ſimulata & ex cauſa donationis,talis confeſſio nihil operatur: ita diſtinguit Alcia.in dicta xxvj.præſump.in x.declara.& idem Ruinus in conſi. xliiij. volu.v.Alexan.conſi.xxiiij.volu.j. Hiſpa.in rubri. de dona.inter vir.& vxo.nu.20.Aimo in conſi.lxj.Salic.in l.cum propriam.in fine,C.ſi quis alteri,vel ſibi.

17 Quintò Limiia,niſi alia concurreret præſumptio,quæ iſtam excluderet.Corne.in conſi.cccxxxij.volu.j.Areti.in conſi.xxxj. Aimo in conſi. lxj.Ruinus in conſi.xcvj.vol.v.nam vna præſumptio aliam excludit:vt per Bar.in l.Diuus.ff.de in integ.reſtitu.

18 Sextò Limita vt iſta præſumptio habeat locum tantummodò in petitorio,non autem in poſſeſſorio.Soci.qui declarat qualiter iſtud procedat,in conſi.cxxxj.Syl.nup.in verbo,eſt nubendum.nu.23.in viij.limitatione. Hiſpa.in rubri.de dona.inter vir. & vxo.in loco allega. nu.21. Alcia.in dicta xxvj.præſump.nu.8

19 Septimò Limita,niſi maritus aſſereret,ꝙ pecuniæ nõ eſſent profectæ ab ipſo de voluntate ſua tacita vel expreſſa:vt per Are.in cõſ.xxxj.Alb. in l.etiam.C.de do.inter vir.& vxor. Hiſpa.in loco ſæpius alleg.nu.20.

20 Octauò Limita, quando probaretur mulierem adminiſtraſſe bona alterius,tunc enim excluditur iſta præſumptio. Alexan.in conſi.xl.volu.iij.& conſi.lxxxij.volu.ij.

21 Nonò Limita, ſi appareret vxorem habuiſſe huiuſmodi bona ante matrimonium.Alexan.in conſi.xliij.volu.v.Aimo in conſi.lxj.

22 Decimò Limita, quando appareret mulierem aliquid fuiſſe conſecutam à Principe:vt per Caſſa.conſi.xxix.

23 Vndecimò Limita,quando maritus traduceretur ad domum vxoris: nam in domo vxoris ceſſat iſta præſumptio.Aimo in conſi.lxij.

24 Duodecimò Limita,in muliere diuite, quæ nupſiſſet pauperi. Alcia. de præſump.in tertia regu.in xxvj.præſump.

25 Decimotertiò Limita,ſi mulier habens proprietatem,finito vſufructu per conſolidationem acquiſiuiſſet etiam proprietatem. Caſſad.in cenſuetud.nume.13

## CONCLVSIO XVI.

### ARGVMENTVM.

*Viuere an præſumatur quis vſque ad centum annos.*

1 QVamplures voluerunt,vt quis præſumatur viuere vſque ad metam centum annorum,per textum in l.fi. §.& nobis.ibi, longiſſimum hominis vitæ tempus.C.de ſacroſan.Eccle.in l.an vſusfructus.in fi.ff.de vſufructu.in authenti.vt Eccleſia Romana,in §.j.in cap.in præſentia.de ſponſalib. & hoc ſentit glo.in l. ij.§.ſed ſi dubitetur.vbi etiam Barto.ff.quemadmod.teſtamen.aperian. & in l.ſed ſi de ſua,vbi etiam Bartol. ff.de acquiren.hered.Deci.in conſilio cciiij.nu.4. & in conſi.ccccclxxv. nu. 10. vbi dicit * communem. Ange.autem in dicta l.ſed ſi de ſua, tenet quòd non ſit neceſſarium vitam probare,quia ſatis probatur ex iuris præſumptione, quòd quilibet præſumitur viuere; & idem Angel.in l.ſi emancipati.C.de collationib. Imola & Roma.in l.ſed ſi de ſua,ff.de acqui.hered. Corne.in conſi.cclj. volu.j.Iaſon in l.fin.C.de ſacroſan.Eccle.vbi dicit hanc eſſe * communem ſententiam.Corneus in conſi.cxcv.& conſi.cciiij.volu.iij.Areti.in cap.cauſam quæ,de teſtib.Alexan.conſi.j.volu.v.Feli.cap.ex tenore.de teſtib.Aretinus & Alexan.in dicta l.ſed ſi de ſua.Corneus conſi.cxix.nume.8.volu.j.Soci.in l.ſi inter virum,ff.de reb.dub.Alexand.in conſi.xxvij.volu.vij.& in conſi.clxxv.vol.v.Gozad.in conſi.lxviij.Pariſi.in conſilio lxxxvj.in fine,volu.iiij.Grat.conſi.lxvj.volu.ij.Marianus iunior in conſi.xxvj.volu.ij.Bertran.conſi.clxxv.vol.ij.Alcia.de præſump.in prima regu.in xliiij.præſump.

2 Sed hæc opinio non eſt vera,quia non probatur iure, quòd quis præſumatur viuere centum annos, nec iura ſuperius adducta hoc probant: ſed tantùm quòd longiſſimæ vitæ terminus hominis, eſt meta centum annorum,& quòd non eſt præſumptio,quòd quis viuat vltra illum terminum:non autem iura ſuperius deducta probant,vt quis præſumatur viuere vſque ad illum terminum:prout dicit Corneus in dicto conſilio cxix.& in conſi.cccxl.volu.j.& in conſi.clxxxj.volu.ij.& in conſi.ccviij. vol.iij.& in conſi.ccxliij.vbi latè declarat,vol.iij. & illud dictum etiam improbat Decius in l.ſi emancipati.C.de collationib. & in l.fina. C.de edicto Diui Adria.tollen.& in cap.cum dilecta.de confir.vtili vel inutili.Iaſon in l.fin.C.de ſacroſan.Eccle.Pariſi.in conſi.lxxxvj.in fi.vol.iiij. Ruinus in conſi.clxxxix.nu.14.vol.j.

3 Bene verum eſt, quòd quis præſumitur mortuus poſt illud ſpatium centum annorum,vt dicit Afflictus ſuper conſtitu.in titu.de ſucceſſ.nobil.nume.52

4 Et quòd illa opinio etiam non ſit vera, videtur probari à communiter accidentibus,quòd argumentum validum eſt in iure. l.neque natales,& ibi gloſ.in verbo,nihil.C.de proba.l.quid ſi nolit.§.qui aſſiduè.ff. de ædil.edict.ca.j.& ibi Abb.Imo.& alij,de Cleri.non reſiden.

5 Et hoc argumentum à communiter accidentibus transfert onus probandi contrarium in aduerſarium,vt dicit Roman.in ſingula.cccxcvij. Hippoly.ſingu.j.

6 Itaque cùm videamus paucos, vel nullos, ad iſtam ætatem centũ annorũ peruenire,meritò iſta præſumptio non videtur vera. Imò potius contrarium ſemper poterit præſumi à communiter accidentibus.

7 Et tenendo iſtam vltimam partem,quæ videtur vera, dicit Bart. in l. ſi quidem.C.ſolu.matrim. quòd ille,qui ſe fundat in morte,debet mortem probare;& qui ſe fundat in vita,illam etiã probare tenetur: & ita etiam not.in dicta l.ij.§.ſed ſi dubitetur.ff.quemad.teſta.aperian.& in l. ſed ſi de ſua,ff.de acqui.hered.

8 Declara iſtam concluſionem,ꝙ fundans ſe in vita debet eam probare:vt procedat in agente,ſecus autẽ in excipiente,quia excipiens quantumcunque ſe fundet in vita,illam probare non tenetur,vt dicit Socin. in l.ſi inter virum. verſicu.quartò infertur,ff.de reb.dub. & ita intelligit glo.in dicta l.ij.§.ſed ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſta.aperi.

9 Secundò Declara,nam licet non ſit neceſſe vitam probare in eo caſu,quo vita præſumitur,tamen debet intentari;nam intentatum ab homine,non præſumitur à iure.Bal.in cap.ex tenore.& ſequitur ibi Felynus,de Teſtibus.

10 Declara etiam, vt vbi iuris præſumptione quis præſumitur viuere, tunc clarior probatio in contrariũ requiritur: vt per Fran.Cur.conſ.lij.

11 Declara etiam,quia vnus teſtis de viſu tollit iſtam præſumptionem, vt quis præſumatur viuere.Felynus in cap.quoniam frequenter.§.porrò.vt lite non conteſta.

## De Teſtibus.

## CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Teſtis vnicus non probat.*

1 IN hac materia Teſtium principalis eſt concluſio, ꝙ vnus teſtis regulariter non probat, cap.licet.cap.veniens.cap.iuriſiurandi.de teſtib.

2 Et propterea teſtimonium vnius nec iuſtificat,nec condemnat.cap.admonere. xxxiij.q.ij. & hoc procedit etiam ſi eſſet Senator. cap.in nomine Domini, de teſtib.Iaſon in l.ſi quando.nu.11.C.vnde vi.

3 Primò Amplia,etiam ſi ſimus in compromiſſo, in quo nõ poteſt vni teſti fides adhiberi,etiam ſi cauſa ſit commiſſa conſcientiæ alicuius.Alexan.in conſi.cclx.volu.vj.

4 Vel etiam ſi ſit iudicandum inſpecta veritate, & æquitate. Corneus in conſi.clxv.volu.iiij.

5 Secundò Amplia,quia etiam conſtitutione induci non poteſt quòd ſtetur dicto vnius partis in præiudicium alterius.Afflict.in prælud.conſtit.regul.quæſt.xij.

6 Imò nec Papa nec Princeps poteſt hoc diſponere. capitulo indicas Hermanum.3.q.9.

7 Declara,vt hoc procedat tantummodò in præiudicium tertij,quî aliàs poſſet Princeps, vel ciuitas non recognoſcens ſuperiorem ſtatuere, quòd vni teſti perſonæ graui, & in dignitate conſtitutæ credatur: per textum,in capit.quicunque.xj.quæſt.j.ſecundum intellectum Innoc.in cap.nuper.de teſtibus.ponit Roman.in ſingul.cclxiij. Soci. in conſilio cclxvj. verſicu. confirmantur præmiſſa. & ita loquitur Felin. in capit. conſtitutus.de reſcript.prout melius declarat idem Felin.in ca.veniens. de teſtibus.Abb.in cap.nuper.& ibi Felin.de teſtib.Abb.in cap. ſicut. de probatiunib.& in cap.cùm à nobis.de teſtib. Iaſ. in l. admonendi. ff. de iureiuran

8 Prout etiam Papa vel Imperator poteſt diſponere, vt præſtetur fides ſcripturæ etiam non authenticæ:vt per Felin.in c.j.de fide inſtru.

9 Poteſt etiam de partium conſenſu fieri,vt credatur vni teſti etiam in præiudicium alterius:Deci.in cap.ij.de fide inſtrumen.

10 Sicuti etiam hoc poteſt fieri conſuetudine:Roch.in ca.fi.de conſuetu.

11 Sed non poteſt ſtatuto vel conſuetudine induci quòd indifferenter ſtetur dicto vnius teſtis etiam contra vſurarium: vt tenet Federicus de Sen.in conſil.xvj.Angel.in diſput.incip.Aſtenſis.Iaſ.in repetit.l. admonendi.ff.de iureiur.

Contrarium tenuit Alex.in conſil.clxviij.volum.vij.

12 Tertiò Amplia,vt non credatur vni teſti etiam ſi ſit Cardinalis: Feli. in c.quod ſuper ijs.de fide inſtru.de qua ampliatione latè diximus ſupra in concluſione iij.in tit.de probat.

13 Quartò Amplia,vt non credatur etiam aſſerenti ſe ſcripſiſſe de mandato alterius:nam illi ſoli non creditur:Hippol. in ſingu. 441.

14 Quintò Amplia, vt etiam ſi teſtis producatur ab vno, tamen contra illum ſolus non probet:Caſſan.in conſil.lxiiij.

Contrarium Marian.Iunior,in conſi.lxix.vol.j.Pariſ.conſi. lxxxviij. volu.iij.Aimo.in conſil.lxix. & in conſi. cxxxiiij. & in conſil. clxxxviij. Marian. Iun. in conſilio clxxviij. volum. ij. & hæc pars eſt vera, * & communis.

15 Amplia iſtam partem, vt procedat etiam ſi teſtis deponens contra producentem deponat de credulitate,quia contra illum plenè probat. Rom.in ſingul.ciiij.in fine.Iaſ.in rubrica. ff. de iureiuran. in ſexta limitatione.Marian.Iun.in conſil.lxix.nu.11.volu.j.Aimo de antiq.temp.in prima parte numer.155.

Ad iſtam regulam plures limitationes,& ampliationes ponit Caſſan.in conſuet.Burgundiæ.

16 Primò Limita hanc regulam,quando depoſitio vnius teſtis nemini noceret, & alteri prodeſſet, vt puta quòd quis ſit baptizatus, vel quòd eccleſia ſit conſecrata,vel quòd quis ſit clericus.ca.cum itaque. ca.paruulis.de conſecratio.diſtinct.iiij.glo.fi.in c.licet vniuerſis.de teſtib.glo. in cap.nuper.in verbo, numerus.de teſtib.& ibi not.Bal.gloſ.in c. placuit.de conſecratio.diſtinct.iiij.& cap.in ſumma.ij. quæſt.iiij. & in cap. in tanta.lxxxvj.diſtinct.& in ca.quanto.& ibi Domi.ij.quæſt.v.Specul. in tit.de teſtib.in ix.& xvj.fallent.Petr.Gerard. in ſingul. xlix. Felin. in cap.veniens.de teſtib.& in c.licet vniuerſis. in fin.eod.tit.Iaſ. in repeti. l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.reſcripta.C.de prec.Imper.offeren.& in conſil.lxxvij.vol.iij.& in conſil.cxx.vol.iiij.Hippol.in l.j. in §. idem Cornelio ff.de quæſtio.Boër.deciſ.clxxj.numer. 24. & de clerico dicit Felin.in cap.licet vniuerſis.in fin.de teſtib.Rebuff.in tracta nomi.Caſſan.in conſuetud.Afflict.ſuper conſtitutionib.

17 Secundò Limita, nam in probanda confeſſione, & abſolutione ab excommunicatione creditur vni teſti.Calder.in conſi.j.in tit. de teſtib. Felin.in capi.veniens. de accuſationib.Hippolyt.in l.j. §.ſi ex vltro. ff. de quæſtionib.

18 Tertiò Limita, quando vnus teſtis deponit de facto proprio, quia tunc plenè probat:Paul.de Caſt.in l.quicunque.C.de ſeru.fugit. & in l. ſi debitori.in fin.ff.de nouationib.& in conſil.cix. volu. ij. Salicet. in l. ſi quis Decurio.in iiij.oppoſ.C.de falſis.Dec. in conſil. lvj. & in conſil. dcl.& in cap.veniens.de teſtib.Soc.in conſil.lvij. volu. iiij. & in conſil. xxviij.volu.iij. & in regul. ccccxxij. in vltima fallent. Alex. in conſilio cxcvij.volu.vij.Hippol.in Pract.in §.diligenter.& in l.j.§.ſi ſerui.in primo not.ff.de quæſt. Grammat. in conſil. xiij. & conſil. lviij. Caſſan.in conſuetu. Ioan.Crot.in tract.de teſtib.in vj.parte princip.Zaſ.in conſi. xxix.volu.j.& in conſi.ij.volu.ij.Grat.in conſi.clij.volu.ij.qui declarat.

19 Et propterea creditur officiali, ſeu deputato ſoli in ſpectantibus ad eius officium.Ruin. in conſil.lvj.volum.j.Rebuff.in l.ij.verſic.& aduerte.C.de pondera.& aur.illat.libro decimo.Grammar.conſ.ciuili.xxiiij.

20 Et creditur etiam teſti vnico deponenti de conmmiſſione ſibi facta. Alex.conſil.lxxxviij.volu.v.Ruin.in conſil.lxv.vol.v.

Contrarium quòd teſti vnico deponenti de facto proprio non credatur,tenet Alexand.in l.ij.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxal. cauſ. agatur. Alex. & Iaſ.in l.nec is.ff.de acquir.hered.Iaſ.in l.admonendi.ff.de iureiuran. & in l.cùm filiusfamilias.ff.de verbor.obliga.Alexand.in conſil. cxcij. volum.vj.Ruin.conſil.xix.vol.v.Maria.iun.in conſil.lxij.num.6. vol.j. qui tenet dictum iſtius teſtis non ſufficere,niſi alia indicia veritatis concurrant.

21 Aimo conſil.lxxiij.tenet quòd dictum iſtius teſtis non facit plenam fidem.& in conſil.clxxviij.Grat.in conſi.clij.vol.ij.Boer.deciſ.ccxxi.circa finem,vbi dicit hanc partem * communem.Ruin.qui dicit hanc veriorem.in conſi.lxv.vol.v.

22 Tenendo primam partem, amplia vt etiam teſtis infamis, & aliàs inhabilis probet quando deponit de facto proprio, Paulus de Caſtro in l.ij.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxali cauſa.Dec.conſi. ccclxiij. Tiraquell. de retract.numer.48.

23 Quartò limita,quando ſumus in cauſis poſſeſſoriis,ſeu modici præiudicij,quia in illis ſufficit probatio per vnum teſtem.Doctres authen. niſi breuiores. C.de ſentent.ex breuieu. recitan.Mattheſila.in ſingula. ſuo j.& ij.

24 Quintò limita,nam quando quis voluit corrumpere teſtem pecunia,ne contra eum deponeret, ſi teſtis hoc aſſerat, plene probat contra corrumpentem,Felin.in c.licet cauſam.de probatio.Hippol.in ſingul. cxij.& in conſi.lxj.& in l.prima.§.ſed ſi quis.ff.de falſis.Roma.in ſingula.cccxxx.Ioan.de Anan.in cap.j.de crimine fal.Felin. in ca.j .in primo not.de teſt.Angel.in conſi.cccix. verſic. de ſecundo, Alexand. in conſi. xix.verſicu. præterea iſte teſtis.volum.iiij.Dec.in cap.j. de teſtibus, qui Docto.ſupra allegati intelligunt hoc procedere vt probet in negocio principali.

Contrarium tamen in hoc voluit Gram.voto,xj,

25 Sed tu dic quòd ille teſtis probat corruptionem, & ita loquitur Bal. in cap.fin.de teſtib.cogen.& ibi Felin.et Iaſ.in l,j.ff.de feriis. Gram.voto.xj.num.9.& conſi.ciuili lxxxij.

26 Declara etiam,ei qui aſſerit falſum teſtimonium ſe tuliſſe ad inſtantiam alicuius,non creditur.Maria.in conſi.xxxix.nu.54.volumi.ij.Rui. in conſi.xv.volu.v.Bero.quæſt.lviij.quem omninò vide.

27 Sextò limita quando difficile,vel impoſibile eſſet habere plures teſtes,nam tunc vnus ſufficit.Doct.in l.j.§.fin.ff.de verbo.obliga.Hippol. in l.ſi quis ne quæſtio.verſi.& reſpondendo dictis.ff.de quæſtionib.

28 Septimò limita,quando ſacerdos fide dignus aſſerit ſe habuiſſe licentiam à confitente reuelandi eius confeſſionem, quia tunc ſtatur eius dicto.Lap. alleg. xciiij. incipien. mulier in confeſſione. Felin. in capit. veniens.de teſtibus,ex mente Archidiac.in c.ipſi apoſtoli.vij.quæſtion. ſecunda,vbi vult quòd debeat deponere iuratus.Felin.in cap. nemo, de ſimonia.Hippol.in d.l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſt.

29 Octauò limita,vbi ageretur de recognitione ſcripturæ notarij, quæ ſi habet ſua ſubſtantialia,poteſt per ipſummet notarium recognoſci.l. ſi quis Decurio.C.de falſis.& ibi not.Bart. & in authen. de inſtrument. cautel.& fid.in §.ſi verò neque adnumerator.

30 Nonò limita, in denunciatione euangelica, in qua ſtatur vni teſti quòd fuerit facta, vt eſt tex.in cap.nouit.de iudi. Hippoly.in l.ſi quis ne quæſtio.ff. de quæſtionib.

31 Decimò limita, quando teſtator hoc mandauit, quòd ſtaretur dicto vnius.per text.in lege Theopompus.ff.de dot.prælegat.& ponit Specul. in titulo de teſt.§.reſtat.verſi.tamen fallit.Anton.de Butri.in c.veniens. el primo,de teſt.

32 Declara, vt in tali caſu ille teſtis debeat deponere iuratus. Felin.in c. veniens.el.j.de teſt.Hippol.in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſti.

33 XI. limita,quando partes concordarunt ſtare dicto vnius teſtis.Bar. in d.l.Theopompus.ff.de dot.præleg.Specul.in titu.de teſtib.in §.reſtat. verſi.hoc tamen fallit.Anto.de But.in c.veniens.el j.de teſt. & ibi Felin. vbi declarat.Roma.in l.j.§.fin.ff.de verbo.obligatio.Bald.in l. directis. C.de teſta. manumiſſ.Hippol. in l. ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſtionib. Caſſan.in conſilio xxxvij. & in conſuetu. Burgund. Bertrand. in conſi. cxix.volu.ij.vbi ampliat iſtam limitationem.

34 XII. limita, quia teſtibus ſingularibus, ſeu denuntiatoribus plena fides præſtatur.Antonius de Butr.in cap.in omni.de teſt. Felin. in capit. veniens.el.j.eodem titul.

Contrarium tenet Bartolus in l.Diuus.ff.de cuſtodia,& exhib.reorum.niſi quando delicta eſſent leuia,& eſſet ipſis commiſſum quòd referrent vel mitterent.

Sed tamen iſto caſu contrarium tenet Abb.in capitulo in omnib.de teſti.& in capit.præterea.de teſt.cogen.

35 XIII. limita,quia creditur vni teſti quo ad probationem mortis occultæ, ſecundum Felin.in capitulo veniens. ſupra citato,de teſtib. per not.per Bald.in l.vbi numerus.ff.de teſtibus ſed Bald. ibi loquitur non quo ad probationem mortis, ſed quòd quis excuſetur à crimine, & negligentia.

36 XIIII. limita,quando iudex deberet informari de conſcientia alicuius,quia tunc dicto illius poteſt plena fides præſtari. Anton. de Butr. in c.peruenit,de cenſibus. Compoſtel.in ca.j.de elect. libro ſexto. Feli. in c.veniens.de teſtib.

37 XV. Limita, quando vnus teſtis peritus probat innocentiam, quia operatur vt reus veniat abſoluendus,Corn.conſi. cxciiij.in fin. volu.ij.

38 XVI. Limita,quando poteſt procedi ſine ſcriptura, quia tunc ſtatur

aſſertioni ſolius iudicis. Aret.in capitulo,quoniam contra.de probatio.

39 XVII. Limita, quòd ſtatur dicto vnius teſtis, vbicunque agitur de pœnitentia,& non tangitur præiudicium alterius. Aret. poſt Abb. in c. ſuper eo.verſi.vltimò collige.de teſt.

40 XVIII.Limita,nam de læſione minoris ſufficit conſtare per vnum teſtem.Abb.in cap.ex literis.de reſtit.in integ.Saly.in l.j.C.de confeſſis, Soc.in conſi.lxxij.vol.iij, Alex.in l.nā & poſtea,§.ſi minor.ff. de iureiur.

41 XIX. Limita,quia ſtatur dicto vnius teſtis, quādo tractatur de ſignificatione literarum,vt quia ſunt literæ Græcæ exiſtentes apud Latinos, & ſic incognitę,quia tunc ſtatur dicto illius tantùm,qui ſciuit legere illas.Ang.in auth.vt præponatur nomen Imperatoris,in princi. Alexan, in conſil.clxxix.vol.ij.Hippol.in d.l.ſi quis ne quæſt.ff.de quæſt.

42 XX.Limita,in caſu in §.ſi verò moriantur.in auth. de inſtrum. caut. & fide: videlicet quando omnes teſtes inſtrumentarij ſunt mortui, vel abſentes,& etiam notarius ſit abſens,quia tunc ſtatur ſuper comparatione manus eiuſdem notarij dicto vnius teſtis medio iuramento manum notarij recognoſcentis.Hippol.in l,ſi quis ne quæſt.ff.de quæſt.

43 XXI.Limita,in teſte valde digno,vt per Gram,conſil,xiij,Caſſan.in conſuet.Burgun.

44 Et hoc maximè videtur procedere concurrentibus aliquibus coniecturis.Zaſ.in conſilio xv.volum.j.

45 XXII. Limita, in cauſis breuioribus, quæ ſummariè expediuntur. Calca.in conſil.xcix.Hippol.in ſingu.cccxxxiij.

46 XXIII. Limita,quia ſtatur Delegato aſſerenti ſe impeditum.Felin. in capit.paſtoralis.de offi.deleg.

47 XXIIII. Limita,vt dictum vnius teſtis excuſet à præſumpta calumnia.Felin.in capit.ij.de calumniatoribus.

48 XXV. Limita,nam dictum vnius teſtis eſt ſufficiens ad ſaluandum inſtrumentum abraſum.Cotta in memorabil.in verbo abraſo.

49 XXVI. Limita,nam dictum vnius teſtis omni exceptione maioris facit præſumptionem,per quā transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium.Gozad.in conſil.lxxv.

Reliquos verò caſus,in quibus ſtatur dicto vnius teſtis, proſequere vt per Specul.in tit.de teſt.in §.reſtat.qui ponit xxx.caſus. & per Caſſan.in conſuet.Burgundiæ.

50 Cautelam quando non habes niſi vnum teſtem, ponit Guald. denſ. in enunciato.lxxix.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Teſtes ſingulares non probant.*

1 EX præcedenti concluſione ſumitur & alia regula in hac materia teſtium, vidilicet, quòd teſtes ſingulares regulariter non probāt,c.nihilominus.& ibi glo.iij.q. ix.& in cap. tam literis.de teſt.vbi gloſſ.in verſic.ſoli. & in cap. cùm dilecti.de electio.& in capitu.licet cauſam.vbi Abb.de probat. Petrus de Anch.in conſil.cclxxvj.Hippol.in pract.in §.diligenter.Felin,in c.licet ex quadam.de teſt.Corn.in conſi.cclxxxvj.volu.iij.& in conſi. cxxxiiij. in princ.volu.j.Alex.conſil.iij.volu.j,Iaſon.in repet.l. admonendi.ff.de iureiuran.Grat.conſil.ſecundo,volum.ij.Pariſ.conſi,lvij.volu.j.

2 Et propterea dicit Bald.in l.iuriſiurandi.C.de teſt.quòd tantum probant mille teſtes ſingulares, quantum vnus.Alex.in conſi.xviij. vo.iiij. & in conſi.xx.& in conſi.lxxxj.vol.iiij.Pariſ.conſi.lvij.vol.j.

Contrarium Cæpol.in conſi.ciuil.iij.

3 Et ideò infertur,quòd vnus teſtis de viſu mutui,alter verò de confeſſione non probant,quia ſunt ſingulares.Bal.in l.ſi ex cautione. q. xij.C.de non nu.pecu.Bald.in auth.rogati.C.de teſtibus.

4 Infertur, & quòd teſtes ſingulares non iunguntur, quando vnus deponit de cōfeſſione vnius partis,alius de alia.Alex.in cōſ.lxviij.&vo.iij. in conſi.xxxvj.vol.v.Aimo in conſi.lxxiij.num.33.Pau.de Caſ.in conſi. cix.volu.ij.Ant.de Butr.in c.licet ex quadam.de teſt.Salice.in auth.rogati.in fin.C.de teſt.ſentit Alex.in conſi. clxxv.volu.j.dum nititur ſaluare teſtes probantes confeſſiones à ſingularitate ſentiens, quòd ſi non eſſent conteſtes,non probarent.Pariſ.in conſi.lvij.volu.j.Curt.ſen.in repet.l.admonendi.num.193.ff.de iureiur.Alex. in conſi. liij. volu.j. Marian.iun.conſi.xc.vol.ij.& conſi.xcix.volu.ij.Paul.de Caſtr. in conſilio cxliij.volu.ij.Bert.clxxv.vol.ij.Aimo.de antiq. temp.in iiij.par.nu.137.

Contrarium Paul.de Caſtro conſi.ccclxxviij.incip.ipſa petitione.& in conſi.cclxxvij.incip.viſo proceſſu.vol.j.ſecundum antiquam impreſſionem, propterea reprobat Iaſo.in l.admonendi.nu. 256.ff. de iureiur. & de hoc dictum eſt ſuprà in regula.Quæ non proſunt ſingula, &c.

5 Et nota,quia teſtes non propterea cenſentur ſingulares, ſi non ſe allegant in conteſtes.Cor.conſi.xciij.volu. j.& in conſi. cxxxiiij. volum.j. Alex.in conſi.clxxxv.volu.vij.& in conſi.clvj.vol.v.Felin. in cap. licet ex quadam, de teſtibus.Brunus in tractatu de forma.Ruin. conſilio xxxvj.volumine quarto.

Contrarium tamen tenet Alex.in conſilio xxxiiij.volumine primo.

6 Et ideò poſſunt eſſe conteſtes dato quòd vnus dicat, quòd nullus alius erat præſens.Brun.in tractatu de forma.Zaſius conſi.iij. volu.ij. Hipp. in ſingul. cccj. vbi idem tenet, quando teſtis non recordatur de præſentia aliorum.

Declara etiam, quia ſemper in dubio fit interpretatio, quòd teſtes ſint conteſtes,non autem ſingulares.Alex.in conſi.cxlvj.volum.v.Dec. in conſi.dcl.Aimo in conſi.clj.num.15.Iaſ.in l.ij.verſi.ex iſta deciſ.C.de bonor.poſſeſ.ſec.tab.Alex. conſili.xlij.verſi.non omitto etiam. volu.ij. Aimo conſi.lxxviij.num.9.

7 Quòd declaratur per Ruin.in conſi.xij.nu.7.volu.v. iſtud non procedere,quando teſtes deponunt ſuper eo,quod de ſui natura eſt variabile ac mutabile, prout eſt tempus,quia tunc præſumuntur potius ſingulares,quàm conteſtes,vt ibi per eum.

8 Inſuper aduerte,quia omnis ſingularitas teſtium reducitur principaliter ad quatuor capita:nam aut eſt differentia inter ipſos in cauſa efficienti,aut in cauſa formali, aut in cauſa materiali, aut in cauſa finali, prout declarat Bald.in l.teſtium.verſic.tu adde.C.de teſt.& in capitulo, bonæ.de elect.

9 Cæpol.autem in conſi.ciuili iij.nu.9.conſtituit tria genera ſingularitatum in teſtibus,videlicet,quòd vna eſt ſingularitas obſtatiua,quæ regulariter infringit dicta teſtium.

Secunda eſt ſingularitas ſubalterna, & hæc non infringit dicta teſtium,vt puta ſi in probanda poſſeſſione vnus deponit de vno actu poſſeſſionis,alius de alio,vel ſi volo probare iuriſdictionē, vnus deponit quod iudex condemnauit vnum pœna capitali, alius dicit, quod condemnauit illum ad triremes.

Tertia eſt ſingularitas adminiculatiua,quando vnus teſtis alteri adminiculatur, vt puta ſi vnus deponit de veritate facti, alius de confeſſione partis,alius verò de fama:nam licet videantur ſingulares, nihilominus iſta ſingularitas adiuuat, non autem annullat dicta teſtium, vt ibi per eum.

Et in effectu iſta tria genera ſingularitatum rediguntur etiam ſub diſtinctione Baldi ſuperius relata in dict.l.teſtium.C.de teſtib. & idem dicit Aimo in tract.de anti.temp.in iiij.par.num.157.

10 Primò Amplia,vt teſtes ſingulares non coniungantur etiam quo ad faciendum indicium ad torturā.Hip.in pract.criminali,in §. diligenter.

11 Et propterea ſi teſtis dicat ſe fuiſſe præſentem vnà cum tali, qui dicat ſe non interfuiſſe, dictum teſtis redditur ſuſpectum. Gram. in conſilio xxvj.& in conſi,xxxj.Guido Papæ in ſing.dcccxcv.Fel.in ca. cum cauſam.de teſtib.Grat.conſi.lxxv.volu.j.

Contrarium Hippol.in ſingulari ccccviij.

12 Secundò amplia,vt teſtes ſingulares non probent etiam in fauorem piæ cauſæ.Pariſ.conſi.xxiiij.volu.iij.

13 Tertiò amplia,vt teſtes ſingulares non ſolum non probent,ſed etiam non probent illi,qui poſſunt eſſe ſingulares, Aimo in conſil.cij. nu. 14.

14 Quartò amplia,vt ad probandum tractatum filiationis,teſtes ſingulares non ſufficiunt.Ruin.conſi.lij.volu.v.

15 Quintò amplia,idem eſſe quo ad probationem matrimonij.Felin.in capit.cum tu,de teſtib.

16 Sextò amplia,vt ad probandam ætatem,teſtes ſingulares non recipiantur.Calca.in conſi.lxxix.

17 Septimò amplia,vt teſtes ſingulares eo maximè non probent,quando tempus eſt de ſubſtantia,Lofred.in conſi.xxvij.Aimo.conſi.ix.

18 Primò limita,niſi agatur de probatione actus non momentanei, ſed ſucceſſiui,vel ad probandum quid in genere,quia tunc teſtes ſingulares ſufficiunt.glo.in l.ob carmen.§.fin.ff.de teſtib. vbi etiam Iacob.Butrig. & Bar.& Fulgo.Cy.Petr.& Iacob.de Arena.in l.ij.C.quæ ſit longa conſuetu.Bald.in l.actor.C. de probat.Abb. in capitu. cum dilecti.de elect. Corn.in conſi.xxxiiij.volum.ij.& in conſi.ccxlvij.eod.volum.vbi dicit iſtam * communem opinionem. & in conſi.cxxxiiij. volum.j. Alex.in conſi.lxxxv.& in conſi.lxxxvj.volum.ij.& in conſi.xcij.volum.v. & in conſi.cx.volum.iiij.Franc.Curt.in conſi.lxiiij.Soci. in conſi.cv. volum iij.Calca.in conſi.xix.Zaſ.in conſi.xj.volum.ij.Grat.in conſi.cl. volu.ij.

19 Marian.iun.conſi.xc.volum.ij.& dicit Cor. in conſi. xxxiiij. volum. ij.quòd vbi plures actus habent vnam originem, & vnam cauſam,illa cauſa, & illa origo probatur per teſtes ſingulares. Ang. etiam tenet iſtam opinionem in conſi.ccxxxiij. Salic. in l. quicunque. C. de hæret. Ang.in diſput.ſua incip.Aſten.miles.Dec.in conſi. dcl. Aimo, qui dicit hanc * communem opinionem in conſi. lxxiij. numer.34. Grat. conſi. lxxxij.volu.ij.Aimo de antiq.temp.in iiij.par.num. 157.

20 Declarat, vt limitatio iſta procedat, quotieſcunque non agatur de probatione alicuius rei,in qua tempus ſit de ſubſtantia,quia aliàs teſtes ſingulares non ſufficerent,etiam in probando quid in genere,vt declarat Alex.in conſi.iij.verſic.nec.prædictis obſtat.volum.iiij.

Contrariam opin.quod etiam ad probandum quod genere teſtes ſingulares non ſufficiant,voluit Hoſt.in ſum.de teſt.§.quæ diuerſitas.verſ. quid ſi agatur.vbi refert ita tenuiſſe Gofred.Idem Inno.in capitulo qualiter,& quando.de accuſ.propter vltimam opinionem per eum relatam,quæ in dubio cenſetur approbata.& idem clarè voluit Innoc.in capitulo licet ex quadam.de teſt.Specul.in ti.de teſta.§.iam de interrogatoriis.

gatoriis,verſicu.idem de tempore.in fin.Ricard. Malumb. quem refert Bald.in l.ob carmen.§.fin.ff.de teſt.Imola.in capitulo,cum oporteat.de accuſat.& in l. inter pares.de reiud. Alex. in conſilio 100. volumine j. Idem Alex. in conſilio, clxxv. volumine ij. quod eſt duplicatum in j.li. conſilio lxxij. Abb. in conſilio xlij. volumine j. & Alex. in conſilio iij. volumine iiij. Decius in capitulo, licet cauſam. de probat. vbi etiam Bald.notat ex illo textu. Iaſ. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. & in conſi.cliiij.volu.ij.& in conſi.lxxxj.volu.iij.

Tenendo tamen primam opin.quæ videtur eſſe magis * communis tum per auctoritates primo loco allegatas, tum etiam per illas, quæ infrà ſubiicientur in caſibus particularibus,qui ex d.j.opin. inferuntur.

21 Primò infertur,quod ſi aliquis geſſerit ſe pro herede, poterit per teſtes ſingulares probare, ita conſuluit Pet, de Anch. in conſi. inci. viſis dictis,& atteſtationibus,quod conſiliū non habetur communiter inter conſi. Petri de Anch.& illud refert,& ſequitur Soc.in conſi.ccxcv.

Contrarium voluit Iaſ.in conſi.cliiij.volum,ij.

22 Secundò infertur,quòd ad probandum iuriſdictionem ſufficiunt teſtes ſingulares. Innoc.in capitulo, qualiter,& quando.in pima opi.de accuſ.Io.Bap.de ſancto Seuerino in conſilio ſuo incip.proſpectis actis, & iuribus,Ioan.de Monte Sperello in l.ſi auiæ. C.de iur.deliber.Socin, in conſilio ccxcv.Ioan.Andr.in capitulo,qualiter & quando.de accuſ. Bald.in l.j.C,de teſta.Alex.in conſilio iij.volumine iiij,Guido Papæ.q. dxliiij. Venaf. in conſilio j.Felin. in capitulo licet ex quadam. de teſt. Corn.in conſilio cclxxxvj.volumine iij.& in conſilio xxxiiij. volum.ij, & in conſilio ccxlvij.volumine ij.Aret.in conſilio xlij.Ang. in diſputatio.incip. Aſtenſis miles,Franc.Curt.in conſilio lxiiij.Purpurat. in l.j.ff. ſi cert.pet. Aimo in conſilio lxxviij.Maria.iun.conſilio xcix. volumine ij.Ruin.conſi.liij.volu.iiij.& conſi.lxvij.vbi declarat.volu,v.

23 Hoc tamen,quod dicitur,quòd iuriſdictio probatur per teſtes ſingulares,declara vt per Aret. in capitulo licet cauſam. de probat. qui dicit vt iſtud procedat,quando quæritur de ipſo genere, ſed ſi quæreretur de vna ſpecie iuriſdictionis tunc teſtes debent ſe referre ad eandem ſpeciē iuriſdictionis non quo ad diuerſas,vt puta quia ſi duo teſtes deponunt de diuerſis actibus eiuſdem ſpeciei iuriſdictionis,non dicetur probata iuriſdictio,quo ad illā ſpecien iuriſdictionis.Bal.in l.actor.C. de proba.

24 Et ſi duo teſtes deponerent de diuerſis ſpeciebus iuriſdictionis,vt quia vnus deponit de actu meri imperij,alter de actu iuriſdictionis ſimplicis,iſti teſtes non probabunt, nec facient plenam probationem quo ad vnam ſpeciem, ſed bene quo ad ipſum genus. Caſſa.in conſi,xv,Corne. in conſi.cclxxxvj.volum.iij.

25 Tertiò infertur,quo ad probandam conſuetudinem teſtes ſingulares admittuntur,& ita voluit Bald.in repe,l.de quibus.ff.de le gibus.et in l.j, C, de teſtam.Alex. in conſilio clxxij. volumine ij.Franc. Curt.in tract. feud,in j.par.Alex.in conſilio xl.volumine iiij. Guido Papæ in conſilio cxvj.& in conſi.cxxxj.Venaf.in conſi.j.Purpur.in l.j.ff.ſi cert.pet, Pariſ, in conſi.xxv.volu.iiij.Aim.in conſi,lxxiij.

Contrarium tamen tenuit Petr.& Cy.in l.ij. C, quæ ſit lon.conſ.Io. An,in c.fi.de conſue.ver.practicant Legiſtæ.& ibi An.de Bu.& ibi Car. Flor.q.xlj.& Petr, de Anch. et Alex.in conſilio xlv. volu.ij. & in conſi, ciiij.volumine iij. & conſilio cxxxj. volumine ij. & conſilio clxxiij. nu. 6.& numer.7.& conſilio cxcvj.numer.14.volumine ij.Corn. in conſi. lxxxix. volumine primo. & in conſilio cclxxxvj.volumine tertio,Abb. in conſil. xlij. volumine primo. Pariſ. conſilio xxvij, volumine primo, Ruin.conſilio clxxiij.volu.iiij.& conſi.cxxij.volu,v.

26 Et iſtud videtur verius quo ad iſtum caſum, quia non agitur de probando quid in genere,ſed de verificando conſuetudinem in certis caſibus,qui caſus cùm ſint caſus particulares,non poſſunt probari, niſi per teſtes conteſtes, vt dicit Alex. in conſilio ciiij. volumine iij. & Corn,in d.conſi.cclxxxv.volu.iij.

Tenendo tamen primam opinionem declara illam,vt per Aretin. in capitulo licet ex quadam,de teſt. & ibi Fel, & Roch. in capitulo fin. de conſuet.Soc.in conſi.xcv.volu.iij.

27 Vbi quando actus ex quibus debet reſultare conſuetudo, non ſunt de ſpecie illius generis,tunc nō ꝓbatur per teſtes ſingulares, vt per eos.

28 Quartò infertur,quòd ad probandum quem vſurarium teſtes ſingulares ſufficiunt,Bald.in l.j.C.de teſta.& in l.rogaſti.§.ſi tibi. ff.ſi cer.pet. & in conſili.ccccvj.volumine primo,Ang.in diſpu.inci, Aſtenſis miles. Zaſius in conſilio xj.volumine ſecundo.Aim.in conſi, lxxiij,Maria.iun. conſilio xcvij.volumine ij.

Contrarium tenet Federicus de Senis in conſilio lxiij. & in conſilio xvij.Anto,de But,in capitulo cum oporteat.de accuſ.Lau. de Rodul,in tract.vſura.q. xij. & in capitulo conſuluit, q. cxxvij. in ij.par.Abb. in d. conſilio xlij, volumine j. Alex, in conſilio clxxv. volumine ij. Iaſon in conſilio lxxviij.in iij.volumine & iſtud eſt commune * dictum vt per Abb.in c.cum in Diœceſi.de vſur.in fi.Purpur.in l.j.ff.ſi cert.pet.

29 Tenendo tamen primam opin, illam limita, & declara, vt procedat quando ageretur de probando in genere, quem eſſe vſurarium, non ſi aliquid in particulari, vt puta ex tali cauſa præſtitas fuiſſe vſuras, propterea illas eſſe reſtituendas,vt declarat Bal.in d.l.j.C.de teſta. Affli.ſuper conſti.in ti.de vſura.nu.20.

30 Secundò declara,quia non probatur quem eſſe vſurarium,ſi quilibet teſtis deponit de vno inſtrumento vſurario. Felin. in capitulo licet ex quadam.de teſtibus.

31 Amplia primam opin.vt teſtes ſingulares ꝓbent quē eſſe vſurarium, etiam quod in conſequentiam talis probatio reſultet in fauorem ipſorum ſingularium teſtium hoc probantium, vt per Ang.in d.diſput.incip.Aſtenſis miles.

32 Quintò infertur, quod ad probādam poſſeſſionem teſtes ſingulares ſufficiunt,vt quia vnus deponit,quòd collegit fabas,alter,ꝙ collegit frumentum,vt no.Spec.in tit.de inquiſit.§.nunc tractemus.verſi.ſufficit.& in tit,de teſt.§.nunc verò de interrogatoriis.verſ.item quid de tempore. Fel.in c.licet ex quadam.de teſt,Bal.in l.actor.C.de probat.Purpur.in l. j.ff.ſi cer.pet.Vel vnus teſtis deponit, quòd poſſedit iam ſunt xxx. anni, alter,quòd poſſedit iam ſunt x.anni.vt not.Bal.in l,j. C. de teſta. & no. Imol.in l.inter pares ff.de re iud. Corn. in conſi. xxxiiij. volum.ij. & in conſi.cxxxiiij.volu.j.& in conſi.cclxxxvj.volum.iij,Alex,in conſi.lxiiij. volum,ij.& in conſi.cxvij,volu.ij.in fin.

33 Et propterea qui aſſerit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas, ſatis eſt, quòd probet per teſtes ſingulares videlicet, quia vnus dicat collegiſſe frumentum,alter fabas,vt not.Spec. in tit.de teſt.§. antepen,in prin.Io.And.in c.qualiter & quando.de accuſ.Corn.in conſilio xxxiiij.volu,ij,& in conſi.cxxxiiij. volu,j, & in conſi. ccxlvij. volum.ij. Cæpol.in conſi.iij.ciuil.Alex.in conſi.cxix.volum.iiij.Venaf. in conſi.j. Aim,in conſi,lxxviij,Grat.in conſi,cl.volu.ij.Ruin.conſi. lxvij. volu.v. & clxxvij.volumine v.

Contrarium Archid.in c.nihilominus,iij.q.ix,& Imola in cap. inter pares,de re iud.Abb,in conſi.xlij,& ſequen.volu,j.

Tenendo primam opin.quæ videtur * communis,

34 Limita,vt per Soc.in conſi.xcv.volu.iij.nam licet per teſtes ſingulares probetur poſſeſſio in genere,non tamen probatur poſſeſſio præciſa alicuius temporis.

35 Limita etiam,quia tunc probatur poſſeſſio per teſtes ſingulares,quando deponunt de actibus immediatè poſſeſſoriis: ſecus autem ſi deponunt de actibus remotis,& de ſui natura non poſſeſſoriis.Rui, in conſi. xliiij,numer.9.volum.iiij.

36 Sextò infertur, quòd quo ad probandum famam teſtes ſingulares ſufficiunt,vt not.Bart.in l.plurimùm.§.tormenta.ff.de quæſt..verſic.ſed quid ſi teſtes. Corn.in conſi.xxxiiij.vol.ij.& in conſi. cxxxiiij.vo.j.& in conſi.cclxxxvj.vol.iij.Alex.in conſi.lj.vol.j.Franc.Curt. in conſi. lxiiij. Hippol.in §.plurimùm.in l.de minore.ff.de quæſti.Aim.in conſi. lxxiij. Rui,conſi.cxxviij.volu.iiij,& conſi.lij,vol.v.

37 Contrarium videtur tenere Vincen,in c,illud.de præſcrip. vbi tenet, quod non ſufficit,vt vnus teſtis dicat,ꝙ audiuit publicè dici ab vna parte populi, alter ab alia. & ꝙ teſtes ſingulares non probent famam, niſi ſint conteſtes,in tēpore,loco,& perſonis,tenet Abb.in d.cōſ. xlij. vol.j.

38 Tenendo primam opin.adde idem eſſe quantum ad probandam alicuius infamiam,quia teſtes ſingulares ſufficiunt.Bal.in l,j,C.de teſta.& in l.ea quidem. C. de accuſ. Alex. in conſi. cxlj. vol,j, & in conſ.lxxxv. vol.ij, Alex,in conſi.xcij.vol.v. Venaf.in conſ,j. Aimo in conſ. lxxviij. num.6.

39 Declara,quia in probanda fama non ſufficit , ꝙ vnus teſtis deponat audiuiſſe ab vna parte ciuitatis , alius ab alia , quia quando aliquid eſt, quid de per ſe,debet etiam de per ſe probari. Fel. in c. licet ex quadam de teſtib.

40 Septimò infertur,quòd quo ad probandum quem hereticum ſufficiunt teſtes ſingulares. Iaco. Butri. in l. Arriani.C.de hæret. Bald.in l,j. C. qui numero tutelar. & in l.actor .C. de probat. Io.de Ana. in c.j. in fine, de hæret. Alexand.in conſ.cxlj.vol.j.& in conſ.lxxxv. vol.ij.& in conſ.xcij.volu.v. Calca.in conſilio xix.

41 Hanc opinionem intellige, & declara,vt per Salic, in l. quicunque, C.de hæret.per Alex,in conſi.clxxv.vo.ij.Aim.in conſ.lxxviij.Marian. iun.conſ.xcix.vo.ij.videlicet, vt habeat locum quando agatur de probando quem hæreticum in genere,ſecus autem ſi ageretur de probanda aliqua ſpecie hæreſis.& idem tenet Fel.in c.licet ex quadam. de teſt.

Contrarium quòd non ſufficiant,tenet Anto.de But. in c.cum oporteat.de accuſ. Salic.in l.teſtium.C. de teſtib.Alex.in conſ. clxxv.vol.ij. & in conſi.100, vol.j. Alex.in conſ.iij.volum.iiij. Iaſ.in repet.l. admonendi.ff. de iureiur, Purpurat.in l.j. ff. ſi cet.peta. Hiſpan.in alleg. poſt cap, per veſtras.de donat.inter vir & vxor. Pariſ.in conſ.ij.volum.iiij, Boer,deciſ.cccxlij.

42 Octauò infertur quòd, ad probandum furorem ſufficiunt teſtes ſingulares, Alex.in conſ.cxlj.vol.j.& in conſ,lxxxv.vo.ij,& in conſ.cxlvij, vol. vij,& in conſil.xcj.vol,v. Dec,in conſ. ccccxlviij, Alex. in conſ. x. vol.vij.& in conſ.xcj.vol.v.Bertran.conſil,xlviij,volum,j,Pariſ.in cōſ. lxxxvij.vol,iij.Ruin,conſilio lxvij.vo,j.Boer.deciſ.xxiij.nu.44.

Contrarium ſentit Dec. in d.conſ. ccccxlviij, Pariſ.in conſ, lxxxviij. vol.iij.

43 Nonò infertur, quòd ad probandum ſocietatem teſtes ſingulares ſufficiunt.Corn.in conſilio cxxxiiij,volum,j.

44 Decimò quo ad probandam habitationem idem eſſe, vt per Cor.in

conſi.cclxxxvj.vol.iij.

45 XI. Quo ad probandum malam fidem. Franc. Curt.in conſi. lxiiij. Aimo in conſ.lxxiij.

46 XII. Quo ad probandum vitam hominis, Cæpol.in conſi.ciuil.50. Aimo in conſ.lxxiij.

47 XIII. Quo ad probandum cenſum ſufficit probare ſolutiones per teſtes ſingulares. Caſſan.in conſilio xvj.

Contrarium ſentit idem Caſſ.in conſ.xviij.

48 XIIII. Quo ad probandam ſeruitutem, vt per Fel.in c.licet ex quadam.de teſt.

49 XV. Quo ad probandam ætatem. Fely.in c.licet ex quadām. de teſt. Contrarium Calcan. in conſ.lxxix.el ij.

50 XVI. Quo ad probandum adulterium. Zaſ.in conſ.xj. volu.ij.

51 Et ad probandum ſtuprum. Aimo in conſ.lxxiij. Maria. iun.in conſi, xcix.volum.ij.Boer.deciſ.xxiij.num. 44.& ſeq.

Contrarium Grat.conſi.50.volu.ij,Ruin.in conſi,lj.volu.v.

52 XVII. Et ad probandam diſcordiam, quòd ſufficiant teſtes ſingulares. Purpura,in l.j.num.104.ff. ſi cer.pet.

53 XVIII. Etiam quo ad probandum confeſſionem, Pariſ.in conſ.lvij. vol.j. Bertran.in conſi.clxxv. vol.ij.ſed hoc repugnat notatis in princ. regulæ. Aimo in conſ.lxxiij.

54 XIX. Etiam ad probandam præſumptam voluntatem. Aimo in conſilio lxxiij. Marian.iun.conſ.clxxviij. vol.ij.

Contrarium Grat.conſ.50. vol.ij, Rui.conſ.lj. vol.v.

55 XX. Item ad probandam præſentiam in loco, teſtes ſingulares ſufficiunt. Ruin.conſil.xxxv.vol.iiij.& conſ.xxxvj.eod.vol.

56 XXI. Item ad probandum minas. Gramma.deciſ.v.num.14.

57 Primò limita illam concluſ. quòd vbi agitur de probādo quid, quod habet tractum ſucceſſiuum, teſtes ſingulares ſufficiunt, nam iſtud non procedit, vbi eſſemus in probatione alicuius actus, in quo de neceſſitate tempus ſit probandum., vt quia aliquis intendit probare poſſeſſionem alicuius rei de aliquo tempore limitato, quia tunc requiruntur teſtes, & non ſingulares.

58 Iſta limitatio ſumitur ex gloſ.in d.l.ob.carmen.§.ſi.ff.de teſtib. & illam ponit Alexand. in conſ.100. volu.j. & in conſ.clxxv. volu.ij. & in conſ.iij. vol.iiij.

59 Secundò limita, vbi agitur non de probando quid in genere, ſed de probatione aliquarum cauſarum, ex quibus reſultet aliquid in genere, vt quia quis intendit probare aliquem ſanctum feciſſet miracula, quæ debent probari per conteſtes, & non per teſtes ſingulares, vt per Vinc. & alios in c. verùm. de teſt, & Archid.in c. ne mirum.xvj. q.v. licet ex hoc inferatur illum fuiſſe ſanctum, & iſtam limitationem ponit Alex. in,d.conſ.100. volum.j.& in conſ.clxxv. vol.ij. & in conſ.iij. vol.iiij. & in con.ciiij.vo.iij. Purpu.in l.j.ff.ſi cer.pet.Fel.in c.licet ex quadā.de teſt,

60 Tertiò limitatur, nam etiam eo caſu, quo ſupra dictum eſt teſtes ſingulares probare, limitatur, niſi iudex ex aliqua iuſta cauſa inducatur ad non credendum illis teſtibus: quia hoc ei permittitur, vt not. Ang. in d. diſp.incip. Aſtenſis.Soc.in conſil.xj.volum.iij.

61 Quartò limita niſi agatur de probando quid in genere, habito reſpectu ad certum tempus, quia tunc teſtes ſingulares non probant. Soc. in conſi.ciij.vol.iij.& idem Soc.in conſil.lix.vo.iiij.

Principalem tamen concluſionem, quòd teſtibus ſingularibus nulla fides ſit adhibenda.

62 Secundò limita, principaliter, niſi iudex ex dictis teſtiū ſingularium in credulitatem adducatur, propter quam poteſt teſtibus etiam ſingularibus fidem adhibere, quia omnis fides teſtium eſt iudici arbitraria, vt not. Paul,de Caſt, in l,admonendi.ff. de iureiur. & in l. Lucius,ff. de ijs, qui not.infra. & per iſtam rationem hanc limitationem ponit Soc. in conſ.clxij. Dec.in conſ.clxiij.in fine. Franc. Curt.in conſ.clxxviij. Cæpol.in iij.conſ.ciuil.Soc.in conſi.xj.vo.iij.& in conſ.xc.vol.iij. Brun.in tract. de indic.Hipp.in pract. in §.diligenter. & in l.ſi quis ne quæſtio. & idem in l.j. §. ſi quis vltro.ff. de quæſt. Zaſ. in conſ.j. vol.j. Guald. enūcia.lxxviij. Pariſ.in conſil.lvij. vol.j. Aimo in conſilio xxxv. & in conſ.lxxiij.& in conſ.lxxviij. Grat.in conſ.xxx.vo.ij.Pariſ.in cōſ.lxxv. nu.15. vol.j.

63 Tertiò limita, vbi eſſent teſtes ſingulares in dicto principali, ſecus ſi in aliis, vt not.Bal.in d.l.de quibus. verſ.dictum eſt.ff.de legib. & Fulg. in conſilio clxj.Fel.in c.licet ex quadam,de teſt.Zaſ.in j.conſ.vo.j.& in conſ.xj.vol.ij.

64 Et propterea infertur, quòd ſatis eſt, quòd teſtes ſint concordes in eo de quo principaliter agitur, ſecus ſi diſcordant in circunſtantiis, vt not. gl.in c.dudum.de conuer.coniug. & in c.cum eccleſia Sutrina.in verb. vacillaſſe. de cauſ. poſſ. & propr. & eſt bonus tex, in c.nihil.de verb. ſignif.& iſtam limit.ponit Alex,in apoſtil.ad Bar. in d.l. ob carmen,§. ſi.ff.de teſt. Deci.in c.licet cauſam.de probat.& propterea dicit Bald.in l,qui ſententiam. C.de pœnis, quòd ſatis eſt vt teſtes concordent in effectu,& idem Abb.qui etiam declarat in c.nihil.de verb.ſignifi c.

65 Quartò limita, vt hoc procedat in ſingularitate ſeparata, ſecus in ſingularitate adminiculatiua, vt quia dictum vnius dictum alterius coadiuuaret, vt puta quia vnus depoſuit de numeratione, alter de confeſſione, vt not.Bal.in d.c.licet cauſam.de proba.

66 Ideò tunc iuramentum deferri poteſt in ſupplementum, vt not. Bal. in rubrica de controuerſ.inueſt.& idem Bal.in auth.rogati.C.de teſt.& iſtam limita.ponit Dec.in d.c.licet cauſam.de probat.Iaſ.in conſ.cxxxj. vol.j.& in repet.l.admonendi.ff.de iureiur.Barbat.in conſi.lxx.num.7. vol.ij.Cæpol.in conſi.iij.Ciuili.Calca.in conſi.xix.Fel.in c.licet ex quadam.de teſt.Dec.in conſi.dcl.Pariſ.conſi.lxxv.num.15. volum.j. Maria. iun.in conſi.xcix.volu.j.& conſi.clxxviij.volu.ij.Bertr. in conſi. clxxv. volu.ij.Maria.iun. qui hanc dicit * communem opinionem, in conſi. xc.numer.14.volumine.ij.

67 Et iſtam limitationem declara, vt ponit notabiliter Bal.in d.auth.rogati.C.de teſt. quando eſſent diuerſæ ſpecies, quia vna non vnitur alteri, licet magis probent, quàm vnus teſtis.

68 Secundò declara, vt limitatio prædicta non habeat locū niſi in contractu mutui, ſecus in aliis contractibus, Pari.in conſi.lxxv. num.15.vol. j.& de hoc fuit ſuperius dictū in concluſ.Singula quæ non proſunt,&c.

69 Quintò limita, vbi eſſemus in probatione alicuius actus connexi, quia ſi vnus teſtis probat de principio, alter de fine, tales teſtes etſi ſingulares probāt, vt per Bart.in d.l.ob carmen.§.fin.de teſt.Abb. in conſilio xlij.volu.j.Ang.in diſput.Aſtenſis.Felin.in c. licet ex quadam. de teſtib.

70 Sextò limita in probatione electionis ſepulturæ. Guido Papæ. q. dxliiij.

71 Septimò, quando teſtes eſſent valde digni, & deponerent veriſimilia. Zaſ.in conſi.ij.volu.j.Pariſ.in conſi.lvij.volu.j.Grat.conſi. xxx.vol. ij.Mar.iun.conſi.xxxij.vol.ij.

72 Octauò limita, nam ad faciendum indicium teſtes ſingulares ſufficiunt. Alex.in conſi.lxxvij.in fine, volum.j., vel præſumptionem, Aimo in conſi.lxxiij.

73 Nonò limita quando eſſent plures numero, Cæpol. conſilio ciuili. iij.in fine.

74 Decimò limita, quando agitur de paruo præiudicio. Ai.conſ.clxxxij.

75 XI. Limita, quando ratio concordiæ ſingularium teſtium eſt eadem veritas. Mar.iun.conſi.xc.vol.ij.& conſi.xcix.vol.ij.

76 XII. Limita, quando cum teſtibus ſingularibus coniecturæ concurrerent. Aimo de Antiq.in iiij.part.num.157.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

*Teſtis de auditu probat in antiquis.*

1 DOCT. magis * communiter videntur firmare, quòd in antiquis teſtis de auditu probat. Innoc.in c.quid per nouale,& in ca.veniens.de verb.ſignif. Ant.de Butr.in c. licet ex quadam.& in c.tam literis.de teſti.Cyn. in l. teſtium. C. de teſt.Archi.in c.hoc videtur.xxij.q.v.Bal. in l.conuenticula illicita.C.de Epiſc.& cler.Bar.in tract.de teſti.verſic.hanc eandem rem.Aret.in cap. tam literis.de teſt.& in c.licet ex quadam.eo.titul.Aret.in conſi.xxxvij. Caſſa.in cōnſi.liiij.Dec.conſi.cccxxj.nu.8.Cæpol.in conſi.ciuil.xj. vol. iij.idem tenet Bal.in l.ſi arbiter.ff.de probat.Alex.in conſi.clxxxvij.vol. ij.Iaſ.in Rubr.ff.de iureiur.

2 Contrarium quòd imò ſola teſtium probatio de auditu non ſufficiat in antiquis, niſi ſaltem concurrat publica vox & fama, vel alia concurrant adminicula, ponunt Hoſt.& Io.And.in d.c. licet ex quadam. & ibi hoc ſequuntur Abb.Imola,Fel.& Hoſtien.in d.ca.quid per nouale. glo. in c.j.de præſ.in vj.in verbo,memoria,Corn.in conſi.lxxviij.volum.iij. Iaſ.in conſi.lxv.volu.iij.Cæpolla in conſi.ciuil.xxxviij.Calca. in conſi. ix.Deciſ.Neap.cxciij.in nou.Ruin.conſi.xxxiiij.volu.j.& conſi.xcij.vol. iiij.& hoc.ſentit Specul.in tit.de teſti.§.j.verſi.item quod non perhibet, vbi non ponit iſtum caſum, in quo probatio auditus admittatur in antiquis, licet alios ponat.

3 Et pro iſta opinione facit glo. cum qua tranſeunt ibi Vinc. Tancred. Hoſt.Abb.& alij, nec vllus eſt, qui eam impugnet, in cap. cùm vobis. de præſump.vbi glo.videtur tenere quo ad præſcriptionem centenariam probandam, quod non ſufficiant teſtes de auditu, tamen tenendo primam opinionem, quæ videtur * communis, vt dicit Aret.in d.c.licet ex quadam.de teſti.& Aimo de antiq.temp.nu.305.in j. par.

4 Primò limita, vt procedat, ſi modò teſtis de auditu, aſſerat audiuiſſe à pluribus, ſaltem à duobus, ſecus ſi ab vno tantùm. Innoc.in ca. veniens. el.j.de teſti.& in ca.quid per nouale.de verbo.ſignifica.Areti.in ca. tam literis.de teſt.Curt.iun.in conſi.xvij.Areti.in c. licet ex quadam. de teſt. Cor.in conſi.lxxviij.vol.iij.& in conſi.cxlvj.volu.iij.

5 Declara vt iſta limitatio non procedat in actu, qui pertinebat ad liberam facultatem,& voluntatem illius, quia etiam ſi ab illo tantùm quis audiuerit, probat, vt dicit Calca.in conſi.ix. verſi. non obſtat ſi dicatur.

6 Secundò limita, dummodò habuerit ex relatione antiquiorū.nec ſufficit habuiſſe ab antiquis.Cor.in d.cōſ.lxxviij.vo.iij.& in cōſ.cxlvj.vo.iij.

7 Tertiò limita, dūmodò teſtes deponant, ꝙ credant ita eſſe, prout à maioribus audiuerunt. Abb.in d.c.licet ex quadā.Cor.in conſi.lxij.vol.j. & in conſi.cxlvj.volu.iij.Soc.in conſi.xlvij.volu.iiij.

8 Quartò limita, quando teſtes ſint graues.& bonæ famę, vt d.c.licet ex quadam.vbi eſt tex.de teſti.Cor.in conſi.lxxviij.volu. iij. Soci.in conſi. xlvij.volum.iiij.

9 Quintò limita, quando audiuiſſent ante litem motam, nam debent dicere, quod ante litem motam audiuerunt, vt per Bart. in extrauag.ad reprimendum.in verbo, denunciationem.verſi.ſed ſi cauſa.Abb.in d.c. licet ex quadam.Cor.in conſi.cxlvj.vol.iij.& in conſi.lxij.vol.j.Rom.in ſing.dcclxviij.Archid.in capit.conſanguineos.xxxv.q.vj.Dec. in conſi. lxxxij.Petr.de Muncad.in addit.ad tract.Croti.de teſt.num368.Cæpolla in conſi.ciuil.xxxj.Aim.de anti.temp.nu.307.in prima part.

10 Sextò limita, niſi negligentia poſſit imputari parti, vel auctoribus ſuis, quare prius non ſunt experti, quia vt poſſint iuuari iſta extraordinaria probatione, non debet poſſe eis quicquam imputari, quare prius non ſunt experti, quo tempore dabatur eis facultas probandi per veras probationes, ita Aret.in dicto c.licet ex quadam.de teſt.

11 Septimò limita, quando requireretur verus actus hominis, quia tunc teſtes de auditu non ſufficerent etiam in antiquis.Pariſ. in conſili. xxiij. numer.260.volum.j.

12 Octauò Limita, niſi audiuerint à diuerſis perſonis, quo caſu teſtes dicerentur ſingulares.Aim.de antiq.temp.nu.310.in j.part.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

*Si teſtes adinuicem ſunt contrarij, quibus magis ſit credendum.*

1 NON inutile mihi viſum fuit in hac materia teſtium, quæ quotidie in practica verſatur quamplures caſus colligere, in quibus appareat, quibus teſtibus magis credendum ſit, quando inuicem ſunt contrarij.in primis aſſumo mihi illam concluſionem, quòd creditur magis duobus teſtibus affirmātibus, quàm mille negantibus, prout dicit gl. in l. diem proferre.§.ſi plures in verbo, inde quæritur.ff.de arbitr.& gl.in cap.j.in gloſſ.fin.de præſ.in vj. Innoc.in c.quid per nouale.de verb.ſignif.Alex. in conſi. cxlviij. vol.ij. Rom.in l.in illa.in fine, de verbo. obliga.& in Rubr.de arbit.Innoc.in c.veniens.el.j.de teſtib.& Ant.de Butr.in c.quid per nouale.de verb. ſignif.Ioan.Andr.in reg.ſine poſſeſſione.in iiij.q.de reg.iur.Fel. in cap.in noſtra.de teſt.Corſet.in ſing.in verbo, teſtis.in xv.ſing.Soc.in conſi.cv. volu.iij.Alex.conſi.clxix.volu.v.Caſſan.in conſi.lxiiij.Calcan.in conſi. xlij.Guido Papę in ſing.dcxix.Rebuf.in concord.Maria.in.iun.in conſi. cxlvj.volum.j.Aimo.conſi.cxxxiiij.Rui.conſi.xij.volum.v.Boer. deciſ. 100.Grammat.conſi.ciuil.xij.

Amplia, etiam ſi negantes ſint clerici, & affirmantes laici, per glo.in c.clerici.lxxxj.diſt.Iaſ.in conſi.cxxxvij.vol.iiij.

2 Primò declarant iſtam concluſionem Iacob.de Aren. Oldrad. Bart.& Bald.ibi in d.§.ſi plures.quando illi probantes negatiuam, dicerent ſuper interrogatis ſe neſcire: vt iſto caſu procedat gl.illa, aliàs ſi dicerent, ſe ſcire, & ſe referrent ad negatiuam coarctatam, nam magis illis crederetur, quàm affirmantibus.Et iſtam declarationem etiam ſequitur Iaſ. in conſi.lxxxj.volu.iij.idem tenet Bart.in l.heredes palam.ff. de teſtam. & ſequuntur ibi Bald.& Bart.in l.j.C.de bon. poſſeſ. ſecun. tabul. Cæpolla in conſi.ciuil.50.Calca.in conſi.xlij.& in conſi.cxx.

3 Secundò iſtud declarat Bald.in c.j.in fine, de content. inter Dominum de por.feud in negatiua improbabili ſui natura, vel ſi teſtis deponeret ſuper negatiua, non reddendo rationem, Bald. in l.cùm hi.§. ſi integra. ff.de tranſact.& in d.§.ſi plures.& Iaſ.in conſi.clxxxj.vol.iiij. Aret.in c. in noſtra.de teſt. Fel. ibi. ſecus ſi eſſet negatiua ſui natura probabilis, vt quia proponeretur per medium alicuius ſenſus.Aret.in ca.in noſtra.de teſt.vel eſſet coarctata certo loco, & tempore, quia tunc non magis crederetur talibus teſtibus proponentibus negatiuā ſic coarctatam, quàm affirmantibus, ita voluit ibi Bald. in §.ſcripturas, & Iaſ.in dicto conſi. lxxxj volu.iij.& eſt bonus tex.in ca.eccleſia Sutrina. & ibi Bald. ad hoc not.de cauſa poſſeſſ.& propriet.Abb.in c.in noſtra.in fi.de teſt. Bald.in l.j.in v.quæſtion.C.de teſt.Alex.in conſi.cx.volu.j.& in conſi.cviij.vol. ij.Dec.in capit.fin.de appellat. Corſet.in verbo teſtis, in ix.ſingu. Felin. in cap.in noſtra.de teſtib.Alex.in conſi.xc.volu.iiij.Deciſ.Neapol.cccc. Grammat.in conſi.lxix.Venafr.in conſi.xxx.vbi de negatiua, quæ cadit in ſenſum teſtis.Claud.in tract.præſcript.in tertia part.princ.Iaſ. in Rubr.de iureiur.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.Bertran.in conſi.clxxxix.vol. j.& in conſi.iiij. volu.ij. Soc. in conſi.xcvj.vol.j.Maria.iun. in conſi.xij. volu.ij.Grat.conſi.lxxxj.volu.ij.Ruin.conſi.lxiij.vol.iiij.& conſi. xcvij. volu.iiij.& conſi.clxiiij.vol.iiij.& conſ.cxlv.vol.v.Aret.in c.cū in tua.de teſt.vbi plus tenet, ꝙ præualent teſtes deponentes ſuper negatiua coarctata teſtibus affirmātibus, ſi negantes ſunt plures.

4 Primò Limita, in negatiua coarctata largè, & non ſtrictè, quia tunc magis crederetur teſtibus affirmantibus, quàm ſic deponentibus ſuper negatiua. Aretin. in capitulo in noſtra. de teſtibus.bonum verbum ponit Baldus, in lege actor.de probat. vbi conſtituit plures ſpecies negatiuarum.Pet.de Anch.in conſi.clxxxix.

5 Eſt verum, quòd etiam in negatiua coarctata.Bald. in l.ij. C. de reſcin.vendit.tenet quòd magis creditur teſtibus affirmātibus, quàm negantibus, etiam data in omnibus aliis paritate, idem ſentit in l.teſtium. C.de teſt.& in l.actor.C.de probat. Imola in l.inter partes.ff.de re iud. & Aret.in conſ.lxxj.Soc.in reg.ccccxxvj.allegat Cyn.in l.ij.C.de error. aduoca. Sed Aret.in d.c.in noſtra.poſtquàm dixit primam opinionem eſſe veriorem, & in practica ſeruādam, nititur illas fœdere diſtinctionis concordare, videlicet, vt ſi teſtis deponat negatiuam per medium affirmatiuæ, & tunc non ſit differentia inter teſtes affirmantes, & negantes. Afflict. deciſ.cccxxiiij. numer.9. vbi declarat, & dicteur in ſequenti limitatione.

6 Secundò limita, niſi cum probatione negatiua eſſet coniuncta affirmatiua, vt quia dixerunt teſtes, quòd tales non venerunt, & non potuiſſent venire, quin ipſi illos vidiſſent. Bar. & Bal.in heredes palàm.ff. de teſt. Alber.de Roſate in l. prima, ff.de ventre inſpicien.Bald.in ca. cùm eccleſia Sutrina.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.Paul.de Caſtro, in cōſ. xciiij.vol.j. Soc.in reg.ccccxxvj.in j.fall. & in iij.fal. Cæpolla in conſ. ciuil.50. Feli.in cap.in noſtra.de teſtib. Rebuff.in concordat. Ruinus conſi.ix.volumine ij.

7 Vel negatiua probaretur per factum, quòd ſonaret in affirmatiuam, vt ſi aliqui teſtes deponerent, quem non eſſe ſanæ mentis, quia viderūt illum facere actus furioſi, vel aliquem non eſſe viuum, quia viderūt in eo ſigna mortui.vt declarat Aret.in capitul.in noſtra.de teſtib.

8 Vel teſtes negantes deponerent per eandem cauſam probationis, per quam deponent teſtes affirmantes, vt not.Bald.in l.j.C.de bon.poſſeſſ. ſecun.tabul.

9 Tertiò limita, in criminalibus, in quibus non magis creditur affirmantibus, quàm negantibus teſtibus, ſed potiusècontra, per glo.in cap.clerici.lxxxj. diſtinc. Iaſ.in l. vt vim ff.de iuſt. & iure. Aret. in c.in noſtra. de teſt. Iaſ.in cōnſ.clxvij. vo.iiij. Hippol.in ſing.dxlj. Alex.in apoſtill. ad Bar. in d.l.heredes palam.ff. de teſta. Bald.in l.data opera. C.qui accuſ. non poſſ. Rom. in conſ.ccxlj. Bertrand. in conſ.clxxxix. volum.j.Mant.conſ.xlj.& conſil.ccxxxvj.Abb.in c.bonæ memorię. de Elect.Rom.in l.in illa.ff.de verb.oblig.Soc.in conſ.liiij.volu.iiij.Fel.in c.ex literis. de probat. Curt. iun. in conſ.cl. Soc.in reg.ccccxxvj. in iij. fall. Aret. in c.ex literis de probat. Fel.in c.in noſtra.de teſt. Corſet. in ſing.in verbo teſtis, in ix.ſingul. Curt.iun.in conſ.xix.

10 Secus autem eſt in ciuilibus etiam in fauorem rei, vt per Dec. in c.ex literis.de probat. Petr.Girard.in ſing.xj.Soc.in conſ.liiij.vol.iiij.

11 Sublimita vt per Abb.in d.c.in noſtra, de teſti.vbi limitat glo.in d.c. clerici.& per Petr. Girard. in ſing.xj. etiam ſi negantes laici, & affirmantes ſint clerici, vt per Iaſ. in Rubr.de iureiur. Calca. in conſ.lxiiij. Fel.in c.cum.P.de accuſ.& idem in conſ.50.numero 28.

Contrarium Bal.in c.j.quib.mod.feud, amit. Dec. in l.vt vim.ff. de iuſt.& iure.

12 Quartò limita in affirmatiua, quæ eſſet plenè probata, ſecus ſi affirmatiua non eſſet plenè probata, ita declarat Pet. de Anch. in c.ad noſtram. de probat. refert, & ſequitur Alex.in apoſtill. in d.l.heredes palàm.ff.de teſtam.Iaſon.in conſ.lxxxj. volumine iij.

13 Quintò limita, quia non magis creditur vni teſti affirmanti, quàm duobus negantibus, imò totum contrarium, quia duobus negantibus magis eſt credendum.Sal.in l.ij.C.de reſcin.vendit,

14 Sextò limita, quando teſtes negantes deponerent per eandem cauſam ſcientiæ, per quam deponunt affirmantes, vt quia deponunt tanquam artis periti, quia tunc non magis affirmantibus, quàm negantibus creditur. Bar. in l.diem proferri.§.ſi plures.ff.de arbitr.in l. heredes palàm. ff.de teſta. Soc.in reg.ccccxxvj.in iij.fal. Fel. in c.in noſtra. de teſt.Corſet.in ſingul.in verbo teſtibus. in nono ſing.

15 Secundò principaliter infertur, prout dicit Innoc.in c.ſuper hoc.de renunc. quòd magis creditur duobus affirmātibus de metu, quàm aliis aſſerentibus de libera volūtate, licet pluribus. & iſtud dictū ſequitur Abb.in c.j.de his quæ vi metusve cauſa.Rom.in Rubr. de arbitr. Bald. in conſilio ſchiſmatis, poſito ante tit. C.ſi quis aliquem teſt.prohib.& idem Bald. in l.obſeruare. §.proficiſci.in xiij.q.ff.de offi.proconſul. & leg.Ang.in l.j.ff.quòd met.cau.in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg.Iul.de vi pub.Alex.in conſ.clvj.vol.v.Barbat.in conſ.liiij.vol.j.& in conſ.lx. vo.j.& in conſi.lxxj.vol.ij.& in conſi.xcix.volum.iij. Corſet.in verbo teſtis. incip. mille teſtes. Boer.in ſingul. in verb.teſtis.ſing.xvj. Lanfranc.in Rubrica. de cauſ.poſſeſſ. & propriet. Grammat.in conſil.l.j. Iaſo.in §.quadrupli.inſtit.de act.Zaſ.in conſil.x.volumine ij.Gozad in conſil.ix. & quòd pręualeat probatio metus. Hip. in ſing.cccxxv. Fel. in c. in noſtra. de teſt. Lofred. conſilio xvij. Pariſ. conſil.iiij. volu.iiij. & conſilio lx.& conſilio cxxxix.volumine iiij.Grat.conſil.xxxviij. volumine ij. & conſilio xliij.eodem volumine. Grammat.deciſ.ciiij. numero.60.Boer.deciſ.clx.Grammat.conſilio ciuil.xcj.

Contrarium ſentit Ang.in lege non eſt veriſimile.ff.quod met.cauſ. vbi poſtea diſtinguit, & contrarium tenuit. Signoro.Homod. in conſilio lxxv.in fine.Dec.in capitulo fin.de appellat. Aretin.in capitulo in noſtra.in fine de teſt.Alciat.de præſumpt.in iij.regula.in vij.præſumpt.

16 Poſſet fortaſſe pro concordia ſic dici, aut ſunt probati actus ex quibus metus potuit veriſimiliter inferri, & tunc magis credatur teſtibus

deponentibus de metu, quàm de libera voluntate, & hoc videtur voluiſſe Baldus in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſcop.& cler.& in l. fin. C. de hered.inſtit.in fin.Barbat. in capit.j. de his quæ vi metuſue cauſ.

Tenendo primam opinionem, quæ videtur eſſe * communis,

17 Primò Limita, quando teſtes, qui probarent liberam voluntatem, ex aliqua præſumptione iuuarentur, quæ eſſet efficaciter probata. Ang. in l.non eſt veriſimile.ff.de eo, quod met.cauſa.Iaſ.in l. interpoſitas. C. de tranſact.Dec.in c.fi.de appellat.Barb.in conſi.lx.volu.ij.Iaſon.in conſi. ccxxvij.volmin.ij.

18 Secundò limita, niſi probantes liberam voluntatem, allegarent aliquas circunſtantias, ex quibus deprehendi poſſet actum fuiſſe liberæ voluntatis, & non per metum, ita declarat Ant.de Butrio in d. capit. ſuper hoc.refert & ſequitur Cæpolla in conſi.ciuil.ij.

19 Tertiò infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus aliquem ſanæ mentis, quàm probantibus aliquem furioſum. Cor.in conſi.cclxvij. volumine iiij.Iaſo.in conſilio ij.volumine j.Dec.in conſilio cccxlviij. Pariſ.conſilio lxxxviij.volum.iij.Maria.iun.conſilio clxxviij.volum.ij. Ruin.in conſilio lxvij.volum.j.Gram.deciſ.lxxiij. num. 21.& ſeq.Boer. deciſ.xxiij.numer.93.& deciſ.100.Sed Felin.in capitulo in noſtra.tenet iſto caſu non magis credi teſtibus affirmantibus, quàm negantibus.

20 Limita niſi vicini atteſtarentur de furore, per veras cauſas ſignificantes furorem, vt per Alex.in conſi.x.vol.vj.

21 Quartò infertur, vt magis credatur deponentibus pro non delicto, quàm probantibus delictum, Cæpolla in conſilio ciuil.lx.& in conſilio crimin.primo.

Et propterea magis creditur dicentibus homicidium commiſſum caſualiter, & non appenſatè. Baldus in capitulo, in noſtra. de teſtibus. & ibi Felin.

22 Quintò infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus pro vita puellæ exeuntis ex aluo materna, quàm probantibus mortem, Cæpolla in conſilio ciuil.50.

Contrarium ſentit Felin.in capitulo, in noſtra.de teſtibus.

23 Sextò infertur vt magis credatur teſtibus deponentibus ſecundum ius commune, quàm deponentibus contra. Aretinus in conſilio quadrageſimoquarto, & ibi Abb. in capitulo, auditis. de præſcription. & ibi Felin.Venafr.in conſilio vigeſimoquinto, & in conſilio quinquageſimoſecundo, & in conſilio quinquageſimo.Calca.in conſilio lxiiij. Feli. in capitulo, in noſtra. de teſt. Gozad. in conſilio ſeptuageſimonono. Ruin. conſilio cxcij. volumine ſecundo, & conſilio trigeſimoquinto, volumine quarto, & conſilio duodecimo, volumin.quinto.Boer.deciſ. vigeſimatertia, numero nonageſimoquinto. Iaſon. in conſilio clxiij. volumine ſecundo, idem Iaſon. in conſilio decimotertio volumine tertio, & in conſilio cxxxvij.volumine iiij.Cæpolla in conſilio ciuil.lx. Imola in capitulo, in noſtra, de teſt. Pet. de Anch. in conſilio cclxxxiij. Baldus in lege ob carmen.de teſt.in addit.Petr. de Anch. in conſi.cciiij. in fin.Corſet.in ſing.in verbo, teſtes.in vij.ſing.Baldus in l. ob carmen. ff.de teſt.Cæpolla in conſilio crimina.Abb.in capitulo, licet cauſam.de probat.Fel.ibi Rom.in Rubr.de Arbitr.Pariſ.conſi.lxxxviij.volum. iij.

24 Septimò infertur, vt magis credatur deponentibus aliquem bonum, quàm aliter deponentibus, Felin. in capitulo fin. de præſumpt. Aimo in conſilio vj.in conſilio viij.in conſilio lxxv.in conſilio cxlv. in conſi. clj. Grat.in conſi.vj.volum.ij.

25 Octauò infertur, vt magis credatur paucioribus teſtibus probantibus bonam famam alicuius, quàm pluribus probantibus malam.Card. ſuper gl.fin.in cap.cùm in tua.de ſponſ. ſi modò non multùm excedant in numero probantes malam.& iſtud dictum ſequitur Corſet.in conſi. cclxxvj.volu.iiij.Abb.in capit.cum oporteat.in fine, de accuſat. Pet.de Anch.in conſi.clxxxix.Fel.in c.cum contingat.de reſcrip. Soc.in conſi. liiij.vol.iij.Hip.in l.de minore.§.plurimũ. de quæſt. vbi limitat.Alex.in conſi.cl.volu.v.Venaſ.in conſi.vij.Mant.conſi.lxvij.

Et nota quia quando ſunt duæ famæ contrarię, attenditur poſterior. Bart.in l.is poteſt.nume.20.ff.de acquir.hered.Fel.in d.c.cum oporteat.

Contrarium colligitur ex not.Archid.in c.omnibus. ij.q. iij. Sali.in l.ea quidem, in xj.q.C.de accuſ.Fel.in c.in noſtra.de teſti. in fin.

26 Nonò infertur, vt magis credatur duobus teſtibus probantibus continentiam inſtrumenti, quàm pluribus contrarium deponentibus. Nicol.de Mattar.quem refert, & ſequitur Ant.de Butr.in c.cum Io.Eremita, de fide inſtr.Alex.in conſi.lxxij.volu.j.Abb.in d.c.cùm Io.& Imola. Felin.in iiij.declarat.

Primò declara, vt concluſio procedat quando teſtes deponentes pro inſtrumento, eſſent numero ſufficientes, vt puta ſi in teſtamento eſſent ſeptem, aliàs ſecùs, ſi principio non probaretur inſtrumentum, Soc.in conſi.xxviij.num.1.volum.iij.Imol. in l.j.§.ſi quis neget.ff.quem ad.teſt.aperian.Soc.in conſi.xcij.volum.iij.

27 Secundò declara vt procedat hæc concluſio quo ad euitandam falſitatem, non autem ad hoc vt inſtrumentum probet. Socin. in conſilio xxviij.num.2.volum.iij.

28 Decimò infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus veriſimilia, quàm non deponentibus veriſimilia. iiij. q. iij. capitulo, teſtes. l. ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſt.capitulo, licet cauſam. verſicu.ex præmiſsis. de probat.gloſſ. Io. And. & Abb. in c.in noſtra.de teſt. & ibi Imola. & Fel. dum dicit præferri probantes aptiora etiam factis. Innoc. in c.auditis.de præſcrip.Pet.de Anch.in c.j.de præſ.in vj.Ro.in Rubr.de arbitris. Specu.in ti.de teſt.§.poſtquam.ver.quid ſi plures. Fel.in c.propoſuiſti.de probat. Ant.de Butr.in c.quid per nouale.de verb ſignifi. Ro. in l.j. §.fi.de verb.oblig. Fel. in cap.auditis. ver.inquantum poſtea. de præſcript.Abb.in c.cùm oporteat.in fine, de accuſ.vbi plus addit, etiam quod alia probatio præualeat, & in numero aliquantulum excedat. Ant, de Butr.in c.licet.ver.cæteris paribus. de probat.Rebuff.in cõcorda. Aimo conſil.vj. & Rui in conſil.lxvij.vol.j. & conſ lxxj.vol.ij. & conſ.xxxv.volum.iiij. & conſ.xcij.vol.iiij.& conſ.cxxx.vol.iiij.& cõſ. xij.vol.v. & conſ.lj.vol.v. Corſet.in ſing.in verbo teſtis.in viij.ſing.eſt bona gl.in c.fi.de offi. Archid. Bal. in l.ob carmen.in apoſtill.de teſt. Cæpolla in conſ.crimina.j. Abb.in c.licet cauſam.de probat. Alex. in conſ.xc.vol.iiij.& in conſ.clxxj. vo.v.Venaſ.in conſ.ix.& conſ.xxv.

29 Et dicuntur veriſimiliora deponere, qui deponunt magis conformia ad ius commune. Pariſ.conſ.lxvij.vol.iij. & conſ.lxxxviij.vol.iij. Dec.in c.licet cauſam.nu.9.de probation.

30 Primò amplia, etiam ſi probationes, quæ ſunt contra veriſimile excedant aliquantulum in numero probationes pro veriſimili.Ab.in d.c. cum oporteat. de accuſat. in fine. Corne.in conſ.cxxiij.volu.iiij.Iaſ.in conſ.xiij.vol.iij.Alex.in conſ.xcix.vol.v.Hipp.in ſing.cccxliij.hoc etiam tenet Pariſ.conſ.cvij.vol.j.Grat.in conſ.xiij. Ruin.conſ.lxvij.vol.j.

Contrariũ ſentit Bar. in l.plurimũ.§.tormenta. ff.de quæſti.ver.quid ergo ſi eſt probata fama. Hippo.in d.l.plurimum. §.tormenta.

Sed prima opinio eſt tenenda vt per Alex.in conſi.xxvij.vol.ij. Dec. in c.licet cauſam.de probat.Sed potes cõcordare opin.hoc modò, quia aut veriſimilitudo eſt proxima & immediata ad rem, de qua agitur, & tunc procedit prima opinio, aut non eſt ita proxima, & procedit ij. opinio Barto.ita Deci.in d.ca.licet cauſam, num.9.de probatio.

31 Secundò amplia, etiam ſi teſtes probantes veriſimiliora eſſent pro actore, & contrarij pro reo, præferentur teſtes actoris.Fel.in c.auditis. de preſ.& in c.in noſtra.de teſt.Curt.iun.in conſ.xvij. Feli.in c.propoſuiſti.de probat.Ruin.conſ.lxvij.vol.j.

32 Tertiò amplia etiam ſi teſtes eſſent minus digni.Aimo conſ.lxxv.

33 Quartò amplia, etiam ſi teſtes deponentes veriſimiliora probent negatiuam.Maria.iun.in conſ.clxxxiij.volumine ij.

34 XI.infertur, vt magis credatur dignioribus teſtibus, quàm non ita dignis, tex.eſt in c.in noſtra.& ibi glo. Hoſt. Abb.Imola, & Fel.de teſt. gloſ.in l.ob carmem.§.ſi teſtes.ff.eo.tit. Hippol.in cõſ.lj.nu.22. Venaſ. in conſ.xxv. & in conſ.lij.Gozad.in conſ.xiij.Salic.in d.l.ob carmen.§. ſi teſtes.ff.de teſt. Alex.in conſ.cxxxvj.vol.vj. Bal. in c.ſuper hoc.de renunc. Rebuſ.in concord. Corſet.in ſing.in verbo teſtis.in v.ſing.

35 Et propterea creditur magis nobilibus, quàm non ita nobilibus. Aimo in conſ.vj. Ruin.conſilio xxxv.vol.iiij. & conſ.clviij.vol.v. Tiraquel.de nobilit.c.xx.nu.35. & ſeq.

Contrarium glo.in c.ego ſolis conditio.ix.diſtinct. Soc.in conſ.cv. volumine iij.

36 Et nota, nam in hoc caſu dicit Bal.in c.cauſam.in fine, de probat. quòd nobilitas non præualet bonis moribus, ſed è contra.

37 Amplia, etiam ſi teſtes digniores, eſſent numero inferiores. Hoſt.& ibi Imola in d.cap.noſtra. & Alex. in conſ.xxvij.volum.ij. & in conſ. xcix.vol.v. Venafr.in conſ.viij. Pariſ.conſ.xj.volum.j. Feli.in conſilio 50.numero 29.

38 Primò infertur, quòd præualeat teſtimonium virorum, teſtimonio mulierum. Bal.in l.fi.ff.de fide inſtrument.Rom.in repetit.rubr.de iure iur. Alexand. in conſ.ccxxxvj. vol.vj. Felin. in d.cap.in noſtra. de teſt. Corſet. in ſingul.in verbo teſtis. in ſing.vj. Abb.in c.forus. de verb.ſignif. Felin.in ca.quoniam, in fi.de teſt. Spec.in tit.de teſte.§.poſtquàm. verſ.porro.Petr.Gerard.in ſing.xj.Fel.in c.quoniam de teſt.Gram.cõſ. ciui.xxx.vbi declarat.

39 Secundò infertur, ꝙ magis creditur duobus teſtib.tabellionib.quàm aliis qui non ſunt tabelliones. gl.in §.ſi verò abſint. in gl.in verbo, tabulariis.in auth.de hered.& Falci.refert & ſequitur.Rom.in repe.rub. de iureiur. & in ſing.ccclxvij. Bal.in auth.ſed cum teſtator. C.ad l. Fal. Corſet. in ſing.in verbo teſt.in v.ſin. Fel.in d.c.in noſtra.de teſt. Soc.in cõſ.cv.vol.iij. Fel.in c.quoniã cõtra.de probat. Guido.Papæ in ſingul. dccxij.Gozadi.in conſ.xiij. Grammat.deciſ.lx.num.10.

40 Tertò infertur quod valet tantùm depoſitio quatuor clericorum, quantum ſex laicorum, gloſ.in c.monachus lxxvij.diſt.ſequitur Feli.in d.c.in noſtra.Afflict.ſuper conſtitu.Pariſ.in conſil.lxxxviij.vol.iij.

41 Primò limita principalem concluſionem, niſi teſtes digniores eſſent pro actore, & minus digni pro reo, quia minus digni pro reo præferentur. per gloſ.in d.c.clerici.lxxxj.diſt.de qua dictum eſt ſupra. Abb. notan.in c.ad noſtram, de proba. Hippol.in conſilio lj.in nu.42.& in rubr.de fideiuſſor.in l.vnius §.in ea cauſa. de quæſti. Venaſ. in conſilio lij.Fel.in c.ex literis.de teſt.& in c.in noſtra.eo.titu.Bertran.in conſilio clxxxix. volumine.j. Fel. in capitulo, cùm P. de accuſ. Pariſ. conſilio lxxxviij. volumine iij. Grat.conſilio vj. volumine ij. Barbat. conſilio lxxvij.vol.iiij.Ruin.conſil.clviij.vbi declarat.volum.v.

Secundò

42 Secundò Limita, ꝙ præualet teſtimonium mulierum teſtimonio virorum, vbi teſtes fœminæ ſunt pro reo. Hip.in conſi.lxiij.nu.45.& ſeq. poſt Belenz.in apoſtil.ad Abb.in c.forus.de ver.ſig.& Hipp.in conſil. ij.nu.21.& in conſi.lj.nu.42.Fel.in c.quoniam.in vlt.verb.de teſt.Pet. Ger.in ſing.xj.Gram.in conſi.xlv.

43 Tertiò Limita, niſi minus digni probarent veriſimiliora. Aimo in conſi.lxxv.vel iuris præſumptione eſſent melius informati.Grat.conſ. lxxxj.vol.ij.& conſi.lxxxij.in fi.vol.ij.

44 XII.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus in fauorem rei, quàm deponentibus in fauorem actoris.glo.in d.c.in noſtra.Bal.in l.qui accuſare.C.de eden.Alex.in conſi.cxxxvj.vol.ij.Ro.in conſ.clvj. Spe.in tit.de teſt.§.poſtquàm.ver.porrò.Rom.in conſi.xxiiij.Hipp.in conſi.xxviij.& in conſi.lxvj.nu.44.Abb.in c.ex literis.de probat.& in c.cũ P.de accuſ.Hip.in l.vnius.in §.in ea cauſa.ff.de quęſt.Alex.in conſ. clxix.vol.v.Vena.in conſi.lij.Fel.in c.ex literis.de proba.& in c.auditis.de præſcri.Aimo conſi.vj.& conſi.viij.

45 Et propterea ſi eſt probata bona fama, & mala, præualet bona fauore rei.Fel.in c.cùm contingat.de reſcrip.

46 Primò Amplia, etiam ſi teſtes actoris eſſent digniores, vt ſuprà proximè dictum eſt.

47 Secundò Amplia, etiam ſi teſtes actoris excederent aliquantulum in numero.Abb.in c.ex literis.de probat.& ibi Fel.& in c cùm P.Man concella.de accuſ.Curt.Iun.conſi.clxv.

48 Primò Limita, niſi teſtes actoris deponerent veriſimiliora.Fel.in c. auditis.de præſcrip.

49 Secundò Limita, niſi aliqui periti dicerent vulnus eſſe mortale, alij verò vulnus non eſſe mortale, quia præualet dictum illorum, qui deponunt contra percuſſorem.Boer.deciſ.cccxxiij.nu.24.

50 XIII.Infertur, vt magis credatur pluribus teſtibus, quàm paucioribus.l.ob carmen.§.ſi teſtes, & ibi gl.ff.de teſt.& gl.in c.in noſtra.de teſt. eſt tex.in c.licet cauſam.ver.ex pręmiſſis.de probat.gl.in c.ſi teſtes.iiij. q.iij.in gl.magna.Alex.in conſi.lxiiij.vol.ij.& no.Abb.in d.c.licet cauſam.& ibi Imola.& Abb.in c.in noſtra.& ibi Imola.Soci.in conſil.cv. vol.iij.Venaf.in conſi.xxv.Ruin.conſi.lxxj.volu.ij.Grammat.conſilio ciuil.cxl.

51 Primò Limita, in teſtibus negantibus, quia plures numero ſuccumbunt paucioribus affirmantibus, vt dictum eſt ſuprà.Ruin.conſi.xxxv. volu.iiij.

52 Secundò Limita, in teſtibus probantibus bonam famam, qui pręualent pluribus probantibus malam, dictum eſt ſuprà.

53 Tertiò Limita, in teſtibus paucioribus probantibus metum, vt dictũ eſt ſuprà.

54 Quartò Limita, in teſtibus paucioribus deponentibus pro inſtrumento, qui præualent pluribus probantibus contra inſtrumentum, vt dictum eſt ſuprà.

55 Quintò Limita, in teſtibus deponentibus veriſimiliora, quia pauciores præualent pluribus non veriſimiliora deponentibus, vt dictum eſt ſuprà.

56 Sextò Limita, in teſtibus dignioribus, qui licèt pauciores præualent pluribus, non ita dignis, vt dictum eſt ſuprà.

57 Septimò Limita, in teſtibus rei, qui licet aliquantulum numero ſint inferiores, præualent teſtibus actoris, vt dictum eſt ſuprà.

58 Octauò Limita, niſi maior numerus poſſet compati cum minore, ita quòd non viderentur de directò probationes ad inuicem aduerſari, vt no.Alex.in conſi.lxiiij.vol.ij.

59 XIIII.Infertur, vt magis credatur teſtibus, qui deponunt cum cauſæ redditione, quàm aliis, qui de cauſa ſcientiæ non deponunt.Iac.Bu. in q.per eum diſputata.incip.Quæſtio talis eſt.refert & ſequitur Bald. in l.preſbyteri.C.de epi.& cler.Rom.in Repe.rub.de arbitr.& in rubr. de ope.noui nunc.Fel.in c.in noſtra.de teſt.Corſet.in ſing.in verbo, teſtis.in iiij.ſing.Soc.in conſi.xcij.vol.iij.Fel.in c.cùm cauſam.de teſt.Rebuff.in concord.Ruin.qui ampliat, conſi.cxlv.volu.v.Boer.deciſ.ccc. numero 24.

60 Et propterea dicit Pariſ.conſi.cvij.vol.j.ꝙ magis creditur teſtibus allegantibus bonam rationem, quàm aliis non ita bonam allegantibus, etiam ſi eſſent numero plures, Grammat.conſi.ciuil, xxx.

61 XV.Infertur, vt magis credatur teſtibus clericis, quàm laicis.Abb. per illum tex.in c.in noſtra.de procu.Corſ.in ſingu.in verbo, teſtis.in iiij.ſing.Soc.in conſi.xxviij.vol.iij.Gozad.in conſi.xiij.

62 Primò Limita, niſi teſtes laici ſint pro reo, per gl.in d.c.clerici.lxxxj. diſtin.de qua ſuprà dictum eſt.

63 Secundò Limita, ſi teſtes clerici deponerent pro monaſterio, vel eccleſia ſua, Rui.conſi.cxxxvij.vol.v.

64 XVI.Infertur, vt magis credatur teſtibus, qui iuris præſumptione poſſent eſſe melius informati.c.quoties.de teſtib.gl.in c.ſi.de of.Arch. Alex.in conſi.x.volu.vj.Feli.in c.in noſtra.de teſt.Bald.in c.j.§.ſi tres. de pac.tenen.

65 Et propterea vicini in probanda poſſeſſione præferuntur.Feli.in d. c.in noſtra.de teſt.

66 Et coniuncti, & vicini in probando ea, quæ ſunt facta per coniunctos, vel vicinos debent præferri.Gozad.in conſi.xiij.Alex.in conſilio lxxxvj.vol.ij.& in conſi.pen.vol.j.Bal.in l.ij.ver.& ſcias ꝙ æſtimatio. C.de reſcin.vend.Purpu.in l.j.ff.ſi cer.per.

67 XVII.Infertur, vt magis credatur teſtimonio virginum, quàm viduarum.Bal.in c.pen.de proba.Fel.in d.c.in noſtra.de teſt.& in c.cauſ. de probat.

68 XVIII.Infertur, vt magis credatur teſtimonio ſenum, quàm iuniorum.gl.iij.in l.cùm quid.ff.ſi cer.pe.quã ſequitur ibi Bar.& Ang.Paul. de Ca.Alex.Iaſ.Fel.in c.in noſtra.de teſt.Roma.in l.ſi verò.§.de viro. xxiij.fal.ff.ſol.mat.Afflict.in prælud.conſtit.regni.q.xxvj.

69 Primò Limita niſi iuniores ſint digniores, ita limitat Gul.de Cuneo. in d.l.cùm quid.& ſequitur ibi Pau.de Ca.& Alex.ibi.ff.ſi certum pet.

Item Limita pluribus aliis modis, vt per Tiraq.in præfat.primog.nu. 144.& pluribus ſeq.ad quem nunc me remitto.

70 XIX.Infertur, vt magis credatur teſtibus vniuerſaliter deponentibus, quàm deponentibus indefinitè, vt per Abb.& alios in cap.auditis. de teſt.

Et ratio eſt, quia indefinita in teſte non concludit vniuerſaliter, vt ibi per Abb.& per alios, de quibus per Iaſ.in l.non hoc.C.vnde cog. Fel.in d.c.auditis.de præſcrip.

71 XX.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus de facto proprio, quàm non deponentibus de facto proprio.Socin.in conſi.xxviij. vol.iij.Aimo in conſi.xcix.

72 XXI.Infertur, vt magis credatur deponentibus in ſpecie, quàm in genere, vt per Soc.in conſ.liiij.vol.iiij.Hipp.in l.de minore.§.plurimũ. ff.de quæſt.Alex.in conſi.cl.vol.v.Venafr.in cõſi.vij.Pariſ.conſ.lxxiiij. vol.j.& conſi.lxxxviij.vol.iij.Aimo in conſi.xciij.Maria.Iun.conſilio lxxxviij.vol.ij.Rui.conſi.xiij.vol.iiij.Grammat.conſi.ciuil.cxl.etiam ſi eſſent plures deponentes in genere.Gozadi.in conſi.xiij.

73 XXII.Infertur, vt magis credatur teſtibus, qui non ſunt de vniuerſitate, quàm teſtibus vniuerſitatis.Hippo.in l.j.§.ſeruus municipum.ff. de quæſt.Fel.in c.inſuper.de teſt.qui declarat.

74 XXIII.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus plus valere, quàm teſtibus deponentibus tantum valere.Alexan.in conſi.xlvj. volu.iij.

75 XXIIII.Infertur, vt magis credatur confeſſioni principalis, quàm mille teſtibus contrarium aſſerẽtibus.Inn.in c.cùm contingat.de offic. deleg.Bar.& Doct.in l.ij.§.creditum.ff.ſi cer.pe.Venafr.in conſi.xvj.& conſi.xxxiij.& conſi.xlv.

76 XXV.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus de potentia ad copulam, quàm de impotentia, vt per Fel.in ca.licet cauſam.de proba.poſt Inno.in c.j.de frigid.& malef.

77 Et generaliter magis creditur deponentibus ſecũdum præſumptionem naturæ, quàm deponentibus contrarium. Ruin.conſilio lxvij. volu.j.

78 XXVI.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus, & allegantibus meliorem rationem cauſæ ſcientiæ.Ripa in ca.ſi quando.de reſcrip.

79 XXVII.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus pro cauſa fauorabili, pro qua aliàs ſententia ferri debet in dubio, quàm aliis deponentibus contra talem cauſam.Fel.in c.in noſtra.de teſt.Rui.conſi.cxxx.vol.iiij.vbi magis creditur deponentibus pro matrimonio.

80 XXVIII.Infertur, vt magis credatur duobus Cardinalibus iuratis, quàm pluribus aliis.Fel.in c.ſicut, in fine, de ſent.excom.

81 XXIX.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus de antiquiori poſſeſſione.Pariſ.conſi.cvij.vol.j.

82 XXX.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus.de poſſeſſione titulata.Pariſ.conſi.cvij.vol.j.

83 XXXI.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus pro inſtrumento, quàm deponentibus contra inſtrum. Pariſ.conſi.lxxxviij. vol.iij.& ſuprà dictum eſt.

84 XXXII.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus, ꝙ aſſiſtens homicidio aſtiterit animo non dandi auxilium, quàm teſtibus dicentibus contrarium, Pariſ.clij.vol.iiij.

85 XXXIII.Infertur, vt magis credatur Doctori examinanti quæſtionem, quàm perfunctoriè loquenti.Pariſ.conſi.xcj.volu. iij.Maria.Iun, conſi.j.& conſi.cxix.vol.j.Grat.in conſi.xx.& in conſi.lv. vol.j.Cagn. in l.nemo poteſt.nu.8.ff.de reg.iur.Alci.de præſump.in j.reg.in lj.præſump.vbi declarat.

86 XXXIIII.Infertur, vt magis credatur Doctori tenenti vnam opi. in tract.vel conſiliis, quàm in lecturis, vt per Pariſ.in conſi.xcj.volu.iij. Maria.Iun.conſi.xxiij.vol.j.Sylua nup.Cag.in l.nemo poteſt.numer.8. de reg.iur.

Contrarium Barba.in c.j.de conſti.Maria.Iun.conſi.lvj.vol.j.Pari. in conſi.cx.vol.j.Maria.Iun.conſi.clxviij.volu.ij.Aimo de antiq.temp, nu.56.in j.parte.

87 XXXV.Infertur, vt magis credatur carcerato, quãdo agitur de graui periculo ſuo, quã officialibus, qui ipſum captiuarunt.Mant.conſ.lx.

88 XXXVI.Infertur, vt magis credatur teſtibus deponentibus contra ſe, quàm deponentibus pro ſe.Aimo conſi.vj.

89 XXXVII.Infertur,vt magis credatur iis, quibus aliqua præſumptio aſſiſtit,quàm illis,quibus nulla præſumptio.Aimo conſi.vj.

90 XXXVIII.Infertur,vt magis credatur vni teſti pro inſtrumento, quàm duobus contra inſtrumentum.Imola in c.cùm Io.Eremita.de fide inſtru.Aimo conſi.lvj.num.15.vbi hoc ſentire videtur,quando non eſſent teſtes inſtrumentarij,ſed ſecus dicit in teſtibus inſtrumentariis.

91 XXXIX.Infertur, vt magis ſtandum ſit conſiliis alicuius collegij Doct.quàm conſiliis ſingularis Doctoris,vt per Dec.in conſi.cccc.

92 XL.Infertur,vt magis ſtandum ſit Doctori tenenti aliquam opinionem in lecturis vel conſiliis,quàm in apoſtil.& additionibus, quia additiones illæ non tendunt ad determinandum,ſed ſolùm ad rememorandum.Ruin.conſi.lxxxiij.vol.j.

93 XLI.Infertur,vt magis credatur teſtibus non exiſtentibus de vniuerſitate,quàm de vniuerſitate,ſiue ſit vniuerſitas profana,ſiue eccleſiaſtica.Ruin.conſi.cxxxvij.vol.v.Gram.conſi.ciuil.lxxvij.

94 XLII.Infertur,vt magis credatur teſtibus deponentibus,& probantibus à quibus fama ortum habuerit,quàm teſtibus probantibus famã, & non deponentibus à quibus fama ortum habuerit.Ruin.conſi.cxlv. volu.v.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Teſtis inhabilitas ſuppletur habilitate alterius.*

1 DIcunt* communiter Doct.ꝙ inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex habilitate alterius,ita Bal.in l.ſi quis ex argentariis.§.cogentur.in prin.ff.de eden.& idem Bal.in l.j.ver.interdum approbat.C.de teſtam.Sali.in l.in bonæfidei.verſ. item eſt ſciendum.C.de rebus cred.Roma.in conſi.ccxc.Alex.in conſ. lvj.ver.ij.poteſt reſponderi.vol.ij.Roma.in conſi.cccclxxxvj.Iaſ.in authen.ſi verò.C.de iudic.Pau.de Caſt.in conſilio cxxvj.in fi.inci.non ſequendo ordinem.vol.ij.Alex.in conſi.xxiiij.verſi.ij. reſpondeo.vol.ij. Barba.in c.teſtimonium.in repe.de teſt. Hippo.in rub.de fideiuſſor.& in l.plurimùm.§.tormenta.de quæſt.in prin.Iaſo.in l.j.in ij.lectu.C.de ſumma Trinita.& in j.lect.Soci.in conſi.cxxx.Caſſa.in conſi.xvj.& in conſi.xxxvj.Trigon.in ſing.lxxix.Alexan.in d.§.cogentur.licet dicat ꝙ iſta regula non probatur in illo tex.idem ſentit Corn.in conſi.lv.vol. iiij.& Iaſ.in d.§.cogentur.ita reſidet in ſua diſtinct.Fel.in c.j.ver.& dicit Bal.de præſcri.& in c.nobis.in j.not.de ſimo.Iaſ.in l.ſi emancipati. verſi.ſic etiam videmus.C.de colla.Iaco.de San.Georg.in §.cogentur. Bertran.in conſi.ccxij.vol.j.& in conſi.xlij.vol.ij. Soci.in conſi.ccxxviij.& in conſi.cxciiij.Fel.in c.nobis.de ſimo.Pariſ.in conſi.cxx.vol.j. Maria.Iun.in conſi.cxlvj.vol.j.& conſi.xxxj.vol.ij.& conſi.lxj.eodem vol.Rui.conſi.lxvij.vol.j.& conſi.xcij.eodem vol.& conſi.xxxiij.vol. iiij.& conſilio xcij.vol.iiij.& conſilio cxxviij.volu.iiij.gloſſ.conſuetu. Biturig.

2 Et ex hoc infert Bal.quòd frater admittitur pro fratre,quando habet conteſtem non conſanguineum,vt per Bal.conſi.x.volu.iiij.& omnes iſtæ authoritates ſuperius allegatæ loquuntur,vbi vnus tantùm cõcurrit cum inhabili,quod Alex.videtur improbare in conſi.cxxxj.vol.vj. & in conſi.cxxxvij.vol.vj.

Sed quando plures concurrunt, (quo caſu dictum eſſet minus dubitabile) loquitur Ang.in d.§.cogentur,& in conſi.j.Pau.de Ca.in conſi.cccj.vol.j.& in conſi.cxxvj.in fine,vol.ij.Iaſ.in d.auth.ſi verò.Caſſa. in conſi.xvj.Fel.in c.cauſam quæ.de offi.deleg.Alex.in conſi.lvj.volu. ij.Socin.in conſi.cxlix.Barba.in conſi.iij.volumi.iij.Fel.in ca.nobis.de ſimon.

Fulg.verò in l.j.C.de teſtam.intelligebat quando alij teſtes ſufficiebant ſine inhabili,quod eſt contra mentem Doct.vt per Alex.in d.§.cogentur.quia non eſſet in conſideratione perſona inhabilis, tanquam recipiat aliquod ſupplementum ab habili,poſtquã etiam ſine illo erat ſufficiens probatio.Caſus tamen iſte de ſe eſt veriſſimus, vt proſequitur Iaſ.in d.§.cogentur.

3 Et regula prædicta ampliatur,vt teſtis infamis infamia facti,cũ alio integro probet.Afflict.ſuper Conſtit.aliàs ſub tit. de pater.recept.numero 22.

4 Primò Limita,quando teſtis aliquid probat,licet diminuta ſit eius fides,ſecus quando nihil probaret,ita tenet Ang.in d.§. cogentur.verſic.item eſt argu.& ponit etiam ibi Alexand.& idem Alexan.in l.ſæpè. verſi.plus dixit not.ff.de re iudic.Aret.in capi.teſtimonium.& ibi Feli. de teſtibus.Hipp.in ſingu.dliiij.& in l.plurimùm.§. tormenta.de quæſtioñ.Purpur.in l.j.C.de ſumma Trinita.Iacob.de S.Georgio in §.cogentur.vbi etiam Iaſ.Aimo in conſi.ix.

5 Et propterea dicit Gual.cautela nona de teſt.ord.ꝙ quando teſtis repellitur ratione proprij commodi, eius inhabilitas non ſuppletur ex adiuncto.idem voluit Soc.in l.ſi quis ita.ff.de rebus dub.

6 Et teſtis infamia iuris cum alio integro nõ probat.Afflict.ſuper Conſtit.ſub tit.de pater.recep.nu.22.

7 Secundò Limita,quando alter teſtis habet præſtantiſſimam fidem, & ſic habet aliquid vltra id, quod in eius perſona eſt neceſſarium, ꝙ poſſet ſupplere inhabilitatem conteſtis,ita ſumitur ex dictis Bald.in d. §.cogentur.in prin.Aret.in c.teſtimonium.de teſt.& Alex.& Iaſ.& Iaco.in d.§.cogẽtur.Iaſ.in l.j.C.de ſum.Trin.in j.lect.ita limitat expreſsè Alex.in conſi.xciij.verſi.nec poteſt dici.volu.vj.Cor.in conſi.lv.volu. iiij.& ideo Soc.in conſi.cxxx.in fi.ponderat alterum teſtem eſſe ſacerdotem.& Alex.in conſi.xxiiij.ver. ij.reſpondeo.volu.ij.ponderat eſſe Doctorem.

8 Rom.verò in conſ.cccclj.exigit ꝙ alter ſit omni exceptione maior: & idem Curt.Iuni.in conſi.cxxij.Aimo in conſi.xcix.& idem exigit in conſi.clxix.

9 Tertiò Limita,quando ex forma ſtatuti duo teſtes requiruntur,quia tunc vterque debet eſſe probatæ vitæ,ita Bal.in c.iij.loco.in fi.de probat.ita Fel.ibi in fi.Hippo.in l.plurimum.§.tormenta.de quæſtione.

10 Quartò Limita,in cauſa criminali,vt dicit Dec.conſi.clxiij.

11 Amplia etiam ſi ſit ciuiliter intentata,Aret.in c.veniens.el j.de teſt. per illum tex.

Contrarium in cauſa criminali ciuiliter intentata, tenet Mileus in practica.

12 Sublimita quo ad condemnationem,non quo ad torturam,per no. per Grammat.in conſi.j.Fel.in c.licet Heli.de ſimon.

13 Quintò Limita,in cauſa matrimoniali,in qua etiam numerus teſtiũ non ſupplet,& idem in alia cauſa ciuili graui,vt infrà concluſione ſeuen.in limit.prima.

## CONCLVSIO VI.

### ARGVMENTVM.

*Teſtium defectus ſuppletur ex numero.*

1 SVcceſſiuè in hac materia teſtium ponitur & alia regula generalis,ꝙ numerus ſupplet defectum teſtium,ita gl.in l.iij. §.j.in verbo,numerus.ff.de teſti.& ibi Ia.Bu.expreſſius no. Iaſ.in auth.ſi verò.ver.tertiò facit.C.de iud.Imola in l.qui teſtamento.in prin.ff.de teſta.Iaſ.in l.ſi quis ex argentariis.§. cogẽtur. ver.tertiò facit.ff.de eden.& in l.dictãtibus.ver.pro iſta ſol.C.de teſta. Alex.in conſi.xlvij.vol.ij.Io.And.in addit.Spe.in ti.de not.crim.§.fama.in additione magna.Bar.in l.excuſantur.ff.de excuſa.tuto.Alex.in conſi.v.vol.j.& in conſi.lxxviij.vol.j.& in conſi.ccxxij.ver.& quantitas.vol.ij.& in conſi.ccxv.incip.viſis,& diſcuſſis.vol.ij.Hipp.in rubri. de proba.idem voluit.Alex.in conſi.cxlix.vol.v.& in conſi.iiij.vol.vj. & in conſi.lxvj.eo.vol.vj.& in conſi.cxxxj.eo.vol.& in conſ.lvij.vol. vij.& in cõſi.clxxvij.vol.vij.& in cõſi.clxxxj.vol.vij.& in conſi.xcii. vol.vj.& in conſi.cxxxvij.eod.vol.vj.Idem voluit Flori.in d.l.iij.ff.de teſt.Ang.in conſi.j.Dec.in conſi.clxiij.Bologn.in addit.ad Io.de Ananᵉ in conſi.lij.Alex.in conſi.cxix.vol.vij.Curt.ſenior.in conſ.lvj.Hipp.§. expedita.Bertran.in conſi.ccxij.vol.j.& in conſi.xlij.vol.ij.& in conſi. ccxlviij.vol.iij.Alex.in apoſtil.ad Barto.in d.l.iij.in verbo,criminalis. Sal.in l.ea quidem.C.de accuſ.Soc.in conſi.cxciiij.& in conſi.ccxliiij. Afflict.ſuper Conſtitu.Maria.Iun.in conſil.cxlvj.Aim.de antiq.temp.. nume.257.Rui.conſi.xcij.vol.iiij.& conſi.cvj.vol.v. Gramma.conſil. ciuil.50.

2 Et propterea probatio publicæ vocis,& famæ ſupplet teſtium inhabilitatem,Pau.de Caſt.in conſi.cxxvj.in fi.vol.ij.

3 Primò Amplia,vbi duo teſtes ſufficiunt,tres coniuncti teſtes,vel affines,vel amici admittuntur,Grammat.conſi.ciui.lxvj.& conſi.cvij.in fine,Fel.conſi.xxxvj.nu.11.

Contrarium probat tex.in c.licèt vniuerſis,& ibi Fel.de teſt.vbi dicit hoc remitti arbitrio iudicis,quæ ſunt verba Aret.ibi,quia ita ponderat illum tex.& poſtea remittit arbitrio iudicis,& idem Feli.in c.teſtimonium.eod.tit.Idem dicit Iac.de ſancto Georg.in l.ſi quis ex argentariis.§.cogentur.de eden.Et contra iſtam ampliationem tenuit Ang.in conſi.ſuo cxxviij.incip.in facto proponitur,ꝙ bella.Pe.de Anc.in cõſ. ccxlvj.in prin.ſentit Dec.in conſi.cxxxiij.Purp.in l.j.C.de ſumma Tri. Et iſta limitatio confunditur per tex.in c.in literis.de teſtibus.

4 Secundò Amplia,vt numerus teſtium ſuppleat ſingularitatem teſtium.Cæpolla in conſilio ciuili.iij.in fine,iſtam ſentit Hippo.in conſilio cix.

Contrarium Pet.de Anch.in conſi.ccxlvj.in prin.

5 Primò Limita,vt iſtud non procedat in cauſa criminali,vt dictum eſt ſuprà in alia concluſione in quarta fall.vel in cauſa ciuili ardua,Bal.in c.ad noſtram.in prin.de probat.Iaſ.in auth.ſi verò.C.de iudic.& in l.j. in j.lect.C.de ſumma Tri.Hipp.in §.expedita.in practica criminali,& in conſi.cix.& in ſing.cccclxxvij.Grammat.in conſi.xxvj.Purpu.in l.j. C.de ſumma Trini.Barba.in c.teſtimonium.de teſt.dum refert dictum Bal.in c.ad noſtram.Rui.conſi.cxlix.vol.v.

Contrarium Grammat.deciſ.xj.vbi etiam quod hoc locum habe- in qualibet cauſa graui.

6 Et ex hoc infertur, ꝙ in cauſa matrimoniali numerus teſtium non ſupplet, Dec.in conſi.cxxxiij.Grammat.in conſi.xxvj.Zaſ.in conſi.iij. volu.ij.

7 Sublimita, quando concurrerent aliæ præſumptiones, & coniecturę, vt per Dec.in conſi.clxiij.

8 Secundò Limita, quando teſtis repelleretur, eo quia deponat ad proprium commodum, quia non ſuppletur ex teſtibus adiunctis Soc.in l. ſi quis ita.ff.de rebus dub.Guald.caute.ix.de teſtam.ordi.& in omni caſu, in quo teſtes omnino repelluntur, Aimo de antiq.tempo.nu.157.& ſeq.in prima parte.

9 Tertiò Limita, quando defectus eſt tantũ in perſona, ſecus ſi in perſona, & dicto, Ruin.conſi.cxlix.vol.v.

10 Ex præmiſſis infertur, quid ſi dictum teſtis non ſit debile propter inhabilitatem teſtis, ſed alia ratione, vt quia nõ plenè concludit dictum ſuum, & eo caſu an poſſit recipere ſupplementum ex dictis aliorum teſtium: & quidem Bar.tenet ꝙ ſic.in l.admonendi.ver.quid ſi teſtis deficiat.ff.de iureiuran.Ant.de Bu.in c.fi.ver.ſi eſt defectus.de teſtibus cogen.Alex.in l.admonendi.ver.quærit iuxta hæc Bar.& ibi etiam Iaſ.in repe.vbi etiam Purp.dicit * communem opi.licèt ipſe dubitet in mutuo.Alex.in conſi.lxix.vol.ij.hoc etiam in aliis terminis ſenſit Bald.in l.ij.C.de bon.poſſeſſ.ſecundum tabul.Alexander in conſilio ccxxxvj. volu.vj.

11 Et propterea dicitur, ꝙ dictum teſtis, qui non deponit de tempore, vel loco, ſuppletur ex dicto alterius qui de tempore vel loco deponit, Ant.de Bu.in conſi.xlv.verſi.vnde cùm habeam.& in c.cùm oporteat. verſi.ſi non deponunt.de accuſ.& ibi Imol.Abb.in c.cùm Ioannes.de fide inſtru.Alex.in conſi.ccxxxvj.volu.vj.& in conſi.clvj.volu.v.& in conſi.cix.vol.ij.deciſ.Neap.ccclxxv.in antiq.Idem voluit Spe.in tit.de teſte.§.iam de interrogatoriis.verſi.ſi verò factum ſit.Bal.in l.teſtium. verſic.ſecundo modo.C.de teſt.Aretinus in conſilio xxxvj.Gramma. conſilio lxxxix.

12 Iſtud autem intellige, quando tempus non eſt de ſubſtantia, nam ſi eſſet de ſubſtantia, non ſufficeret vnum teſtem deponere de tempore, & alterum de tempore non recordari, Imola in c.cùm oporteat.de accuſ.Alex.in conſi.ccxxxvj.volu.vj.& in conſi.clvj.volu.v.Lofred.in conſi.xxvij.Aim.de antiq.temp.in iiij.par.nu.157.

## CONCLVSIO VII.

### ARGVMENTVM.

*Teſtes etiam minus idonei probant, quando veritas aliter haberi non poteſt.*

1 IN hac materia ſubnectitur regula, ꝙ quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes aliàs minus idonei fidem faciunt, vt eſt tex.in c.veniens.el ij.in fi.de teſti.& ibi gl.fi.& in ca. cũ dilecti.ver.& ſi tres.& ibi gl.in verbo, & ſi tres.de elect. & in c.fi.de teſti.cogen.gl.ij.in verbo iurare.in c.tertio loco.de proba. Lapus alleg.xciiij.ver.& ideò inſurgit.Fel.in d.c.veniens.el ij.verſi.in glo.fi.de teſti.Deciſ.Tholoſ.tertia in fi.Hipp.in ſing.lxxiij.& conſilio xxxj.nu.31.& conſi.xlj.nu.5.ver.& j.limitantur.Ant.de But.in c.tertio loco.verſi.Noto duo ex gl.de proba.Io.And.in addi.ad Spe.in ti.de teſte.§.j.ver.quid ſi olim.Ang.Aret.in tract.Maleſi.in ver.qui iudex ſtatuit terminum.verſi.& in dicto termino.Grat. conſi.lix.verſic.accedit quoque.vol.ij.Hipp.in conſi.cij.ver.opponit.N.Abb.in c.cùm in tua. nu.7.verſi.in gl.in verbo perſona grauis.de ſponſal.

2 Facit quod dicit Inn.in c.cùm Io.& And.ver.vel dic ꝙ in cauſa inquiſitionis.de re iud.vbi dicit, ꝙ contra diffamatum de crimine in cauſa inquiſitionis admittuntur criminoſi teſtes, quia poſſunt eſſe informati.& idem Sal.in l.ea quidem.ver.ad quintam.q.C.de accu.Angel. Aret.in tract.maleſ.in verbo metidor, de mal dati.verſi.vnde quamuis.Hippo.ſingu.lxxiij.& in l.Diuus.verſicu.noto etiam ex iſto text.ff. de quæſt.

3 Et propterea dicit Roma. conſi.lxxvj.verſi.ij.idem probatur, ꝙ ratione difficultatis, ille teſtis recipitur, qui aliàs à teſtificando reiiceretur.

4 Et dicit Io.And.in addi.ad Spe.in ti.de teſt.in §.j.verſi.item excipitur ꝙ eſt impubes, ꝙ licèt minor xxv.annis non admittatur in teſtem in criminalibus, tamen fallit quando aliter veritas haberi non poteſt.& idẽ dicit de muliere in d.§.j.ver.item ꝙ eſt mulier.in addit.in ci.§.teſtes, & idem tenet Hipp.in l.de minore.ver.iſtud tamen puto limitandum.& Iaſ.in l.fi.ver.ſed audi pulchrum.C.de his, quibus vt indig.cuius dicta refert, & ſequitur Hippo.conſi.xxxj.nu.32.& in l.Diuus.ver.nota etiá ex iſto tex.ff.de quæſt.

5 Primò Limita, & declara, quando ex natura negocij, de cuius probatione agitur, per alios ſciri non poteſt: ſecus verò ſi ex accidenti nõ ſit per alios probandũ tale negocium, Aret.in c.cũ à nobis.ver.circa ſecundum.de teſt.Alex.conſi.clxxvj.ver nam ipſi canonicæ.vol.ij.Abb. in c.fi.in ſecundo not.de teſt.cogen.& in c.de cætero.in ij.no.de teſt.& ibi Ant.de Bu.ver.nota duo ex gl.Alex.in conſi.clj.in prin.verſi.nec ad hoc obſtat.vo.v.Fel.in d.c.tertio loco.ver.in tex.ibi, fratres, & ibi Imo. ver.in gl.ij.Ant.de Bu.& Fel.in c.de cætero.ver.ſed credo.de teſt.Ant. de Bu.in cõſi.xxiiij.ver.non obſtant iura.Alex.in conſ.lxiiij.ver.& hoc eſſe verum.vol.j.& in conſi.clij.ver.quia ad hoc reſpondeo.vol.v.Soc. conſi.xvij.ver.& ideò pro concordia.Dec.conſi.cccx.ver.& in iſto.Pariſ.conſi.lix.vol.iiij.Dec.in conſi.cxxxiij.ver.non obſtat ſi dicatur.Zaſ. in conſi.v.nu.25.vol.ij.Iaſ.in l.cunctos populos.verſi.limita iſta.C.de ſumma Tri.Io.Crotus in tract.de teſti.nu.71.Rui.conſi.cxx.nu.5.verſ. nec obſtat ꝙ admittantur.vol.v.& cõſilio cxlix.ver.nec etiam obſtat. vol.v.& conſi.cl.ver.& ſimiliter.eod.vo.Hipp.in ſing.lxxiij.& in l.infans.ver.ſed hoc dictum habet locum.ff.ad legem Cor.de ſica.apoſtil. ad deciſ.Tholoſ.iiij.ver.nec obſtant iura.& Alex.conſi.cxlviij.ver.nec obſtat etiam ſi diceretur.vol.v.Gram.conſi.xxvj.nu.35.ver.nec obſtaret.& conſilio xlv.nu.11.ver.& ſic id, quod dicitur.& cõſilio lix.nu.11. ver.ſed vendicant ſibi locum.Hipp.conſi.xxxj.num.33.& conſilio xlj. nu.6.ver.quoniam prædictis reſpondeo.& conſi.lxxx.nu.62.ver.ſecũdo loco.Iaſ.in l.fi.ver.hoc attende.C.de his, quibus vt indig, Grat.conſ. lix.verſi.nec obſtant.vol.ij

6 Sublimita & declara, quando à communiter accidentibus, alij teſtes communiter haberi non poſſunt, nec eſt neceſſarium ꝙ ſit impoſſibile alios teſtes haberi, Zaſius conſilio ij.nu.60.vol.ij.

7 Secundò Principaliter limita, vt tales teſtes non plenè probent, vt dicit Aret.in c.cùm nuncius.verſi.hoc tamen poſſet limitari.de teſtib. Grammat.in conſilio lix.nu.11.& ſeq.

Contrarium ꝙ tunc teſtes plenè probent, ſed minus plenè, quãdo alij, attento communi curſu, haberi poſſunt, dicit Ant.de But.in cõſilio xxiiij.ver.ſed vbi actus.& Alex.in conſi.lxiiij.verſi.& ita etiá dicit.Pro quo facit, quod infra dicetur in teſte domeſtico, vbi dicitur, ꝙ in his, quæ melius ſciuntur per domeſticos, quàm per alios, plus probant teſtes domeſtici, quàm probarent aliàs non domeſtici.

8 Tertiò Limita, nam ſi teſtes non ſunt idonei ex defectu famæ, vel ſtatus, non admittuntur ſine tormentis, etiam in caſu quando veritas aliter haberi non poteſt.quod ſecus eſt, quando alio reſpectu teſtes non eſſent idonei, Matth.in ſing.ſuo clxxxix.Grat.conſilio lix.verſi.ij.dico volu.ij.

9 Quartò Limita, quando teſtis nõ eſſet idoneus, quia eſſet delicti particeps.tunc enim dato ꝙ aliter veritas haberi non poſſit, recurrendum eſt ad concluſiones illas, in quibus dicitur, Quando ſocius criminis cõtra ſocium deponere poſſit, & deponendo fidem faciat, de quibus aliàs dicetur, & iſtam limitationem ponit ad iſtam regulam Hipp.in conſi. ccij.nu.7.ver.& primo dico, & Grat.in dicto conſilio ſuo.lix.ver.iij.dico.vol.ij.

10 Quintò Limita, in teſte patiente plures exceptiones, quia talis non admittitur etiam in ſubſidium quando aliter veritas haberi non poteſt.Hippo.in conſil.cij.numer.12.Grat.conſilio lix. verſicu.iiij. dico. volumi.ij.

11 Sextò Limita, quia non ſufficit ꝙ teſtes ipſi deponant, nõ poſſe probari per alios teſtes, Alex.conſi.lxiiij.ver.nec ad hoc obſtat.vol.j.

12 Septimò Limita, nam ille, qui aſſerit non poſſe per alios probari, ipſe probat hanc qualitatem, & ſic inducens ipſos teſtes.ita Ant.de But.in c.ſuper eo.ver.ſed eſt dubium.& ibi Imol.ver.& no.hic Io.An.& Fel. in fi.ver.vltimo tangunt hic.de teſt.cogen.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iiij. verſi.ſed quod aliter.

## CONCLVSIO VIII.

### ARGVMENTVM.

*Teſtes omni exceptione maiores requiruntur in cauſa matrimoniali.*

1 IN cauſa matrimoniali requiruntur teſtes omni exceptione maiores, tex.eſt, & ibi gl.in verbo maiores.in cap.j.de conſang.& affini.& ibi Ant.de Bu.in viij.nota.& not.Abb.ibi, nu.5.ver.item nota.Prępoſi.in ix.& in pen.no.gl.in c.ex literis.de teſt.& ibi Aret.in tertio no.Barb.in conſi.iiij.ver.tertiò prætermitto.& conſi.xlv.ver.capio primum.vol.j.Dec.conſi.cccx.ver.& idẽ Alex.& ver.ad hoc facit.ver.& maximè.Fel.in rub.de ſponſ.ver.iiij.in cauſa matrimoniali.Pariſ.cõſi.lvij.& lviij.& conſi.lv.& cõſi.lviij.vol. iiij.Fel.in c.j.ver.& in cauſa matrimoniali.vt lite non conteſt.Cæpol. conſi.ciuil.j.ver.item ex alio.& conſi.ij.ver.itẽ quia.& ver.vj.concluſio.Alex.conſi.xcix.ver.itẽ ſi contradicunt.vol.iij.Gram.conſi.crimin. xxvj.ver.& præſertim procedunt.Zaſ.conſi.iiij.nu.11.vol.ij.Bertrand. conſi.cxxij.ver.non eſt omittendum.volu.j.in nou.Aimo conſi.clxix. ver.ideò in probatione.Maria.Iun.conſi.lxxxvj.num.6.ver.& ad hoc demonſtrandum.& conſi.lxxxviij.nu.6.ver.nemini enim dubium eſt. vol.ij.Hipp.conſi.cxxviij.nu.17.ver.pro quibus facit.Rui.conſi.cxxx. nu.7.ver.ſed prædictis.vol.iiij.Grat.conſi.ij.nu.3.& nu.34.vol.ij.Barba.in conſi.vj.ver.prætereà præſuppono.vol.j.qui tenent requiri teſtes omni exceptione maiores.

Contrarium Dec.conſi.clxiij.verſi.octauo opponitur.Maria.Iun. conſi.xxix.ver.ij.opponitur.vol.ij.Aret.conſi.xiij.ver,præterea,& hoc expedit.Abb.in cap.ſuper eo.el ij.in iij.not.de teſti.Dec. conſi.cccxlij. ver.& in tali caſu.Cæpolla conſi.ciuili iij.ver,& quòd in caſu matrimoniali,Zaſ.conſi.ij.nu.30,vol.ij.& cõſi.iij.nu.10. vol.ij.Alex.conſ.cxlvj. verſi.nec obſtat ſi aliquis.vol.v.

2 Et propterea etiam fœminæ recipiuntur in cauſa matrimoniali, vt dicit Bero.q.lv.

Tenendo negatiuam,

3 Primò Limita,quando de infringendo matrimonio ageretur,Alex. conſi.cxliij.vol.ij,Dec.conſi.clxiij.ver.octauò opponitur, Pariſ.conſi. lix.vol.iiij.Alex.conſi.cxlvj.verſi.item teſtes deponentes. vol.ij.Fel.in c.licèt cauſam.verſi.idem vbi requiruntur: de probat.dum dicit ꝙ requiruntur omni exceptione maiores in caſu.c.primi,de conſanguin.& affinit.Maria.Iun.conſi.xxix.ver.non obſtat.vol.ij.Hipp.in l.de minore.§.plurimum.ver.& dicit etiam.ff.de quæſtio.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.clxxij.ver,addo ꝙ per deciſionem,Pariſ.conſi.xv.nu.12,ver.& conſiderandum primò eſt.vol.ij.Ruin.conſi.cxlix.vol.v.& cl.vol.v.

Contrarium ꝙ iſta differentia nõ ſit bona,ſed ſiue agatur de infringendo,ſiue de probando tenet gl.in c.ex literis.de teſti.Barb.conſ.liiij. ver.& ſi quiſpiam.vol.j.& conſi.xlv.verſi,& ſi quiſpiam opponat.& conſi.vj.vol.j.Maria.Iun.conſi.lxxxvj.ver.& licèt.volum.ij.& conſilio lxxxviij.nu.8.verſi.nemini dubium eſt.vol.ij.

4 Secundò Limita,hoc non procedere in matrimonio clandeſtino, Alex.conſi.clvj.volu.v. Deci.conſilio clxiij.Alciat.in prima regula,in xxxix.præſumpt.

## CONCLVSIO IX.

### ARGVMENTVM.

***Parentes vtriuſque ſexus admittuntur pro filio, vel filia,in cauſa matrimoniali,***

1 AD declarationem præcedentis concluſionis, ſumitur regula,ꝙ parentes vtriuſque ſexus in cauſa matrimoniali pro filio, vel filia deponere poſſunt,prout eſt tex.in c.videtur.qui matrim.accuſ.poſſ.in c.ſuper eo.el ij.arg.ſumpto à contrario ſenſu,de teſti,& ibi gl.expreſsè tenet hanc opin.in gloſſ.j.in verbo ſolutio,pater,& mater.& ibi Hoſt.in prin.& ibi Ant.de Bu.ver. ſolutio,dicit gl.& Anch.ver.iiij.hic colligitur.& ibi Abb.nu.8. ver.gl.j. & ibi Car.ver.quæro in eo.& ibi Imo,ver,itẽ no.Are,ibi in j.no.Dec.in cõſi.clxiij.ver.ſed ad hoc reſpondetur,Zaſ.conſi,ix.nu.3.ver.nec obſtat.& conſi.ij.ver.& j.obiicitur.vol.ij.Alex.conſi.clj.ver,quæritur etiã. vol.v.Hoſt.in ſumma.de teſte.§.j.ver,vbi autem,Aret.conſi. xiij.verſi. his præmiſſis.Zaſ.conſi.iiij.nu.18.verſic.tamen in cauſa matrimoniali. vol.ij.Bertran.conſi.ccix.nu.1.qui dicit iſtam*communem opin.vol. ij.Pariſ.conſi.lv.nu,28.& ſeq.vol.iiij.gl.in d.c.videtur.in verbo,coniungendo.in fi.ver.conſueuit tamen induci.qui matr.accuſ.poſ.Anto. de Bu.in c.videtur.in j,no,eo.tit.& ibi Hoſt,in primis verbis.& Anch. in iiij.no.& Abb.in j.not.& in fi.verſi.ſi verò filia.Card.ibi in iij.no.& ibi Præpoſ.in j.no.& ver.item nota regulam.& ver.venio ad glo.Zaſ. conſi.iij.nu. 43.ver.rurſus difficultatem.vol.ij.& conſi.ix.nu.3.vol.j.

2 Et idem eſt econtra in filio erga patrem,Gramm.deciſ.xlv.& xlviij. numero 13.

3 Et in fratre idem eſt,Dec.conſi.clxiij.verſic.ſed ad hoc reſpondetur. Soc.conſi.xvij.ver.ſecundum alios.Alex.conſi.clj.ver.quæritur etiam. vol.v.Bertran.cõſi.ccix.nu.1.vbi dicit*communem,vol.ij.Ant.de Bu. in c.videtur,in j.not.qui matrim.accuſ.poſſ.

4 Et in ſorore ſimiliter idem eſt,Zaſ.conſi.ix.num.10.ver.nec obſtat vol.ij.& nu.22.ver.vnde hoc in præſentia.Alex.conſi.clj.ver.quæritur etiam.vol.v.Pariſ.conſi.lv.nu.27.& ſeq.vol.iiij.Zaſ.conſi.v.verſi.& ꝙ de matre.vol.ij.

Contrarium in ſorore tenuit Zaſ.conſi.ſuo iij.ver.his ſic præmiſſis.vol.ij.vbi per aliqua ſua argumenta idem videretur dicendũ in fratre.& ſentit etiam Pariſ.conſi.ſuo lviij.vol.iiij.maximè in verſi.quibus non obſtant.nu.22.vol.iiij.

5 Et idem in quocunque alio coniuncto,gl.j.in c.ſuper eo.ver.ſolutio, pater,& mater.de teſti.Hoſt.in ſumma,in tit.de teſte.§.j.verſ.vbi autẽ, Card.in c.ſuper eo.el ij.ver.quero in eo.Bertran.conſi.ccix.nu.1.vbi dicit*communem.vol.ij.Ant.de Bu.in c.videtur in j.not.qui matri.accu. poſ.& in v.no.gl.in ſumma.iij.q.v.in gl.j.ver.ſed in cauſa matrimonij. Maria.Iun.conſi.xxix.nu.11.& ſeq.volu.ij.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iiij. ver.item admittuntur.Abb.in c.videtur.in j.no.qui matrim.accu.poſſ. Aret.in conſi.xiij.ver.iſtud verum.Zaſ.conſi.iij.nu.43.ver.& id,quod dictum eſt,vol.ij.

6 Quæ æquiparatio parentum & coniunctorum procedit nedum in regula affirmatiua,ſed etiam in regula negatiua,vt per Alex.cõſi.cliiij. verſicu.plus dicit.vol.v.Dec.in conſi.cccx.verſicu.& quòd dictum eſt. Pariſi.conſilio lviij.numero 25.volu.iiij.

7 Quòd intelligit Abb.vt magis credatur tali coniuncto,quàm matri, in d.c.ſuper eo.el ij.ver.an autem idem ſit.Aret.conſi.xiij.verſi.vbi autem non eſſent.Fel.in d.c.ſuper.verſi.& de aliis conſanguineis.de teſti.

8 Primò Amplia etiam ſi ſit modica inæqualitas,gl.j.ver.ſed quid hic dicitur.in d.c.ſuper eo.el ij.de teſt,& ibi Ant.de Bu.ver.ſolutio,dicit gl. Car.ibi,ver.oppono ad hoc,Are.ibi in j.not.Dec.conſi. clxiiij.ver.nec obſtat.Zaſ.conſi.ij.ver.ſed demus.& nume.15.ver.tamen quia negari. vol.ij.Aret.conſi.xiij.verſi.his præmiſſis.Zaſ.conſi.iiij.nu.18.ver.tamen in cauſa matrimoniali.Pariſ.conſi.lv.nu.28.& ſeq.vol.iiij.Maria.Iun. conſi.xxix.nu.15.verſi.nec prædictis obſtat.vol.ij.Alex.conſi.clj.verſi. hoc autem non apparet.vol.v,

9 Secundò Amplia,vt nedum tales probent,ſed etiam ſint cæteris teſtibus præferendi,gl.j.in d.c.ſuper eo.in verbo,ſolutio,pater,& mater. de teſt.Abb.in c.videtur.in j.no.qui matrim.accuſ.poſſ.Aret.qui loquitur in probanda conſanguinitate in cauſa matrimoniali,in c.cũ in tua, verſi.iij. nota,de teſt.vbi etiam limitat.

Contrarium ꝙ imò etiam quando deponũt pro matrimonio, tale teſtimonium ſit ſuſpectum,dicit Alex.conſi.cliij.ver.plus dixit. vol.v. Zaſ.conſi.iij.nu.10.verſi.item ex alio.vol.ij.dum dicit non eſſe teſtem omni exceptione maiorem.Alex.conſi.cliiij.ver.plus dicit.vol.v.Dec. conſi.cccx.verſi.ij.ad hoc facit.

Pro qua vltima opinione facit quod dicetur infrà in limit.v.dum dicetur quòd omnis iſta probatio eſt arbitraria.

10 Primò Limita,ſtante inæqualitate,quo caſu,nec parentes, nec coniuncti admittuntur ad probandũ matrimoniũ,ita probat text.in d.c.ſuper eo,& ibi Inn.in prin.& ibi Hoſt.ver.ſolutio quãdo quæritur.& ibi Io.An.in prin.& Ant.de Bu.ver.ſolutio,dicit gl.Hoſt.in ſum.in ti.de teſte.§.j.ver,vbi autẽ.Anch.in d.c.ſuper eo.ver.iiij.hic colligitur.& verſi. quærit Io.And,& Imol.ver.item nota.Idem voluit Abb.in c.videtur.in fine,ver.quare concludit.qui matrim.accuſ.poſſ.Alex.conſi.cl. ver.capio nunc.vol.v.& conſi.clj.ver.quæritur etiam.eod.vol.& conſi.cliiij. ver.non per confeſſionem.eod.vol.Dec.conſi.cccx.ver.nam primò repellitur.Pariſ.conſi.lviij.nu.18.vol.iiij.& nu.25.& 27.& pluribus ſeq. Henri.in c.videtur,qui matri.acc.poſſ.Spe.in ti.de teſte.§.j.ver.iiij.fallit.Dec.conſi.clxiij.ver.ſed ad hoc reſpondetur.Bero.q.lv.

11 Primò Amplia dictam limitationem,quia nedum ſtante inæqualitate parentes,& coniuncti non recipiuntur ad probandum matrimonium,ſed etiam nec recipiuntur ad probandum ſponſalia,Hoſt.in d.c. ſuper eo,in prin.in verbo affidaſſe.de teſti.& ibi Are.in fi.ver.& ad intellectum gloſſ.

Contrarium Ioan.And.in d.c.ſuper eo.el ij.ſuper verbo affidaſſe.de teſt.& ſequitur ibi Abb.ver.vlterius quæritur.

12 Secundò Amplia,nedum ſi diſparitas ſit in omnibus,quæ in tex.c.ſuper eo.ponuntur,ſed etiam ſi in vno tantùm,Henric.in ca.videtur,qui matri.accu.poſſ.& Io.And.in d.c.ſuper eo.ver.vel onere.de teſti.Dec. cõſ.cccx.ver.& exemplum ibi ponitur.Spe.in ti.de teſte.§.j.ver.ſed nũquid.Zaſ.conſi.iiij.nu.22.verſi.ea etiam accedente.vol.ij.

13 Tertiò Amplia,nam iſta qualitas,ꝙ non ſit diſparitas inter maſculũ & fœminam,debet probari,& probari per illũ, qui ſe fundat in dictis parentum,vel coniunctorum,Pariſ.conſi.lviij.nume.27.& ſequen.volumi.iiij.

14 Quartò Amplia,ꝙ ſtante tali diſparitate,teſtes parentes,vel coniuncti,non ſolùm non debent recipi,nec admitti,ſed in principio excludi debent,Pariſ.in conſi.lviij.nu.29.& ſeq.vol.iiij.

15 Primò ſublimita modò hanc primam limitationem, quando etiam ſtante diſparitate,pro depoſitione parentum,vel coniunctorum concurrerent coniecturæ,quæ facerent veriſimilem depoſitionem parentum,vel coniunctorum,Hoſt.in d.c.ſuper eo.ver.niſi forſan.de teſti.& ibi Io.And.ver.poſſet etiam eſſe.& ibi Ant.de Bu.ver.poſſet tamẽ eſſe. Anch.ver.quærit Io.And.& ibi Abb.verſi.poſſet tamen eſſe.Imol.ver. idem dicit hic Fel.verſi.in eadem glo.Dec.conſi.clxiij.verſic.& ad hoc accedit,Zaſ.conſi.iiij.nu.19.verſi.& idem etiam erit,Pariſ.conſi.lv.nu. 29.volu.iiij.

16 Quod intelligit Zaſ.conſi.v.nu.25,vol.ij.quando parentes,vel coniuncti ſunt perſonæ valde honeſtæ,& non aliàs.

17 Secundò Sublimita,nam ſtante etiam diſparitate,admittuntur parẽtes,vel coniuncti,quando ſunt perſonæ valde probatæ,& valde honeſtæ,Io.And.in d.c.ſuper eo.el ij.ver.& idem ſi ipſi parentes.Ant.de Bu. ibi,verſic.admittitur ergo,& Abb.numero.8.Zaſ.conſilio v.numere 2. volu.ij.

18 Et intellige ꝙ requiritur vt ſit probata iſta qualitas ꝙ ſint valde honeſti,nec ſufficiat probatum eſſe quòd ſint perſonæ aliàs bonæ famæ, Alex.conſi.cliiij.ver.nec prædictis obſtat.vol.v.Zaſ.conſi.v.nu.20.ver. ſed hoc eſt intelligendum.vol.ij.& conſi.ij.nu.17.verſic.addimus quæ conſuluit.vol.ij.

19 Tertiò Sublimita,nam quando ſumus in his probandis, quæ veriſimiliter præſumuntur ab aliis ignorari,tunc probatio parentum,& coniunctorum admittitur etiam ſtante diſparitate.& Aret.conſi.xiij.verſ. nec obſtat tex.

20 Quar

20 Quartò Sublimita, nam in probanda conſanguinitate admittitur teſtimonium parentum vel coniunctorum, etiam ſtante diſparitate, ita Aret.conſi.xiij.ver.vel tertiò dico.& hoc fuit de mente Inn.in rubrica, qui accuſ.non poſſ.verſi.& hoc intellige verum.

Contrarium tenet Car.in c.videtur.in fine, qui matri.accuſ.poſſ. ver.& hoc tenet Inn.& ibi Henri.in prin.verſi.ſed contra membrum vltimum.Felin.in dicto capitu.ſuper eo.verſiculo, in glosſa prima, de teſtibus.

21 Quintò Sublimita quando vnus coniugum excederet in vno, & alius in alio, quo caſu mos regionis eſſet attendendus, & ſuccederet iudicis arbitrium, Io.And.in d.c.ſuper eo.ver.ſi verò alter, & ibi Ant. de Bu.ver.ſi verò alter, Anch.ver.quærit Io.And.Abb.ver.ſed quæro. Imola, ver.& hoc intellige.Collecta.ver.ſed quid ſimiliter.Spe.in tit. de teſte.§.j.ver.ſed quid ſi vir.& vxor.Dec.conſi.clxiij.ver.ſed ad hoc reſpondetur.Zaſ.conſilio ij.num.17.ver.addimus.Maria.Iun.conſilio xxix.verſi.item reſpectu diuitiarum.vol.ij.

22 Secundò Principaliter limita, nam teſtimonium parentum, vel coniunctorum non recipitur in cauſa matrimoniali, quando probatur ꝙ mulier carnaliter fuit cognita, tunc enim quia agitur de iniuria totius familiæ, teſtimonium coniunctorum non recipitur.ita dicit Dec.conſi.cxxxiij.ver.iij.conſiderandum.& conſi.cccx.ver.& hoc maximè.Pariſ.conſi.lviij.nu.15.vol.iiij.ſentit Aret.conſi.xiij.verſi.oſtendo etiam ex alio.Pariſ.clarè in conſi.lix.nu.25.ver.& idem voluit.volu.iiij.Alciat.in tract.præſump.in prima reg.in ij.præſump.

23 Et idem eſt quando non probaretur carnaliter cognitam, ſed remaneret aliàs infamata.Pariſ.conſi.lv.nu.35.ver.prout & fortius.vol.iiij. & Zaſ.conſi.iiij.nu.14.ver.prout etiam.vol.ij.& conſi.iij.nu.47.verſ. iij.prædicta comprobantur.vol.ij.

Contrarium Zaſ.conſi.ij.nu.22.ver.quòd autem aduerſus.volu.ij.

24 Tertiò Limita, nam ſi alia ratione, quàm ratione coniunctionis eſſet ſuſpectum teſtimonium ipſorum parentum vel coniunctorũ, tunc tale teſtimonium etiam in cauſa matrimoniali non ſufficeret, Fel.in c. ſuper eo.verſi.ſed cum prima opinione.de teſti.Pariſ. conſi.lv.nu.30. ver.in hoc aduertendum eſt.vol.iiij.Alex.conſ.clij.ver.nec obſtat.vol. v.Zaſ.conſi.iiij.nu.20.verſi.in hoc aduertendum eſt.vol.ij.Rui.conſil. cxxx.verſi.non obſtat etiam prædictis.vol.iiij.Pariſ.conſi.lviij.nu.29. & ſeq.verſi.quæ obiectio.vol.iiij.Aret.conſi.xiij.ver.vel poſſumus dicere.Zaſ.conſilio iij.numer.43.verſicu.rurſus difficultatem augendo. volu.ij.

25 Et propterea inferunt Doctores ꝙ coniuncti cohabitantes cum illo vel illa, pro quo vel pro qua deponunt, non recipiantur ad teſtimonium in cauſa matrimoniali, Dec. conſi.cxxxiij.ver.ij.dicta Margarita.Pariſ.conſi.lviij.nu.31.& ſequen.& conſi.lv.nu.36.ver.prout etiam. vol.iiij.Zaſ.conſi.iij.nu.33.ver.fortius in propoſito noſtro.vol.ij.Aret. conſi.xiij.verſi.vel poſſumus dicere.

Contrarium quòd cohabitatio non excludat teſtimonium coniunctorum in cauſa matrimoniali, Maria.Iun.conſi.xxix.ver.iij.obiicitur. volumi.ij.

26 Quartò Limita, niſi conſtaret ꝙ parentes & coniuncti multum affectarent, ꝙ matrimonium, ſuper quo deponunt, haberet effectũ, Are. in conſi.xiij.ver.iſtud eſt verum.Ant.de Bu.in c.videtur.in fi.verſi.iudex tantùm.qui matr.accuſ.Dec.conſi.cccx.ver.nam primo repellitur.Alex.conſi.cliij.ver.tamen illud verum.vol.v.Abb.in d.c.videtur. in fi.ver.niſi appareat.qui matr.accuſ.Fel.in c.ſuper eo.ver.ſed vbi.de teſti.Pariſ.conſi.lv.nu.34.ver.ꝙ modò in mane.vol.iiij.

27 Sublimita niſi magna honeſtate, & integritate prædicti ſint parentes, & coniuncti, Zaſ.conſi.ij.nu.18.verſ.quòd ſi quiſpiam.vol.ij.

28 Quintò Limita, quia etiam in probando matrimonio, an ſtandum ſit depoſitioni patris, vel matris, vel coniunctorum, eſt arbitrarium iudici, Hoſt.in ſum.de teſte.§.j.ver.vbi autem.ibi vel ſi ſint pares.Spec. in tit.de teſte.§.j.ver.iiij.fallit.Ant.de Bu.in c.ſuper eo.verſi.ſi vero alter, de teſti.Abb.ibi, nu.8.ver.gl.j.Io.And.in c.videtur.ver.in gl.& hoc in fi.& ibi Hoſt.ver.ſed contra.Ant.de Bu.in fi.ver.alij dicunt.Abb.in fi.ver.& in hac materia.Præpoſ.in fi.ver.aut ſponſus eſt ditior.qui matri.accuſ.poſ.Alex.conſi.cliij.ver.plus dicit.& conſi.cliiij.vol. v.verſi. plus dixit.Zaſ.conſi.iiij.nu.28.ver.& ideò etiam.vol.ij.& conſi.iij.nu. 48.ver.nam quando etiam.vol.ij.Idem tenet Pe.de Ancha.in c.videtur.qui matri.accuſ.poſſ.ver.quando eſt quæſtio.Bero.q.lv.

29 Hoc autem intelligit Abb.in d.c.ſuper eo.ver.& Spec.de teſti.non eſſe ita arbitrarium, cùm iudex teneatur, ſi aliqua probabilis cauſa cõtrarium non ſuadeat, præſtare fidem in cauſa matrimoniali depoſitioni parentum, vel coniunctorum, quod ſequitur ibi Imola, ver.item nota.& Fel.verſi.ſi tamen iudex.

30 Sextò Limita, nam vt depoſitioni parentum & coniunctorum credatur in cauſa matrimoniali, neceſſe eſt quòd ſit articulata, & probata qualitas dictorum parentum, ꝙ ſint valde honeſti, & probatæ conditionis, Pariſ.conſi.lv.nu.38.vol.iiij.Zaſius conſi.iiij.nu.28.ver.accedat etiam.vol.ij.

31 Sed iſtam limitationem non puto veram, quia ſtante tali qualitate, necdum probarent parentes, & coniuncti matrimonium, ſtãte paritate, prout loquitur regula: ſed etiam ſtante diſparitate, vt dictum eſt in ſecunda ſublimitatione primæ limitationis.

32 Septimò Limita, quia non admittitur probatio parentum in cauſa matrimoniali, quando agitur de infringendo alio matrimonio, Rui. conſi.150.vol.v.

33 Octauò Limita, nam coniuncti, qui conſenſerunt inceſtis nuptiis, nõ poſſunt poſteà deponere in cauſa ſeparationis, Boer.deciſ.cclxiiij. numero 16.

## CONCLVSIO X.

### ARGVMENTVM.

*Familiaris, non eſt idoneus teſtis.*

1 TEſtis familiaris non eſt idoneus, c.in literis.de teſti.l.etiam. C.eo.ti.c.j.ij.& iiij.& c.accuſatores.iij.q. v.l.pen.ff.de teſt. & c.j.§.teſtes quos. & §. etiã ciuili.iiij.q.iij.c.j.§.j.xiiij.q.ij. Spec.in ti.de teſte.§.j.ver.item excipitur, ꝙ eſt domeſticus. Bal.in c.in literis.ver.dicit Inn.de teſti.& ibi Fel.ver.ij.concluſio.Card. & Alex.in c.regulæ.xxix.diſt.& ibi Dom.Henri.Boic.in d.c.in literis, ver.aut quæris vtrum.Ang.conſi.150.ver.non probant etiam.volu.v. Gram.conſi.xxvj.nu.30.& ſeq.Ang.in conſi.j.ver.poſt hoc conſultus. Ang.in l.ſciendum.in iij.not.ff.de vſur.Bal.conſi.ccclij.in fi.vol.v.ver. ſuper pũcto.gl.in c.inſinuante.in gl.j.de offi.dele.gl.ij.in c.cùm Raynutius.eod.titu.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iij.in prin.Dec.conſi.cxxxiij. verſi.primo ergo.

Contrarium Archi.in c.regulæ, xxix.diſtinct.Hippo.in conſi.lxviij. nu.18.Specu.in ti.de teſte.§.j.ver.ſed nunquid Aquinati.

2 Et in iſto propoſito dicitur domeſticus omnis ille, qui ſubeſt alicui ratione poteſtatis, quam in eum habet, ſi cum eo cohabitet, vt apparet ex exemplis gl.in verbo, de familia.ver.familiares appellantur.in c.in literis.de teſtib.Spe.in ti.de teſte.§.j.ver.item ꝙ eſt domeſticus. Bal.in l.ij.C.de teſti.ver.ij.quæro.& per Domi.in c.fin.verſi.quæro quale.de verb.ſigni.vbi familiares domeſtici dicuntur, quo ad effectum illius.c. qui viuunt alienis ſumptibus.Vnde magis ſtrictè ibi capitur verbum, familiaris domeſticus, & ibi Io.And.ver.hoc autem voluit litera.Bal. in c.in literis.ver.& dic latius.de teſti.Aret.ibi, ver.circa primã quæſt. Cy.in l.ij.in j.quæſt.C.de teſti.Ant.de Bu.in d.c.in literis.verſic.quæro qui dicantur.de teſti.& ibi Abb.ver.ſed quæritur gl.& ibi Fel.ver.prima concluſio.Zaſ.conſi.xxix.nu.20.vol.ij.dicit teſtem eſſe domeſticũ etiam ſi non cohabitet, ſi modò ſit ſubiectus, & Bal.conſi.50.incip.videndum eſt primò.ver.& cùm iſti.vol.ij.Ang.Aret.in §.pater.nũme.8. ver.& gl.in ca re.Inſti.de teſtam.ordi.Pract.Papien.in forma iuramenti teſtium.in §.poteſtatẽ.ver.iiij.dixi.Alb.in tract.de teſti.char.ij.§.ſupereſt.nu.13.gl.in ſumma.iij.q.v.Aret.conſi.xiij.ver.ij.quia Ang.conſ. j.verſi.poſt hoc conſultus.Apoſtil.ad Deciſ.Tholoſ.iiij.ver.adde quòd regulariter.

3 Et omnis, qui cohabitat, dicitur domeſticus, ita ꝙ repellitur, dato ꝙ ei imputari non poſſit, Soci.conſi.xvij.ver.verum prædictis non obſtantibus.vol.j.Dec.conſi.cxxxiij.ver.primo ergo.

4 Primò Amplia, nam liber homo conuenta mercede ſeruiens, non dicitur idoneus teſtis, gl.in verbo de familia.in c.in literis.in ver.familiares autem.de teſti.ibi mercenarius, & Spe.in tit.de teſte.§.j.ver.item excipitur quòd eſt idoneus.Cy.in l.ij.in j.q.in fine.C.de teſt.Alex.conſi.xc.vol.iiij.ver.accedit etiam ad perimendum.Alex. qui loquitur in famula: in conſi.v.ver.nec ad hoc obſtat ſi diceretur.vol.j.Afflictus ſuper Conſtitu.ver.xlij.repulſatur.aliàs ſub rub.de aleat.nu.10.Grat.conſi.lxxxj.ver.nec obſtat.vol.ij.& conſi.lxxxij.ver.x.non obſtat.eod.vol. Io.Crot.in tract.de teſt.& ibi apoſtil.Roma.in conſi.ccccxx.verſi.iij. idem manifeſtatur.Henric.Boic.in c.in literis.ver.in ſecundo caſu, qui loquitur in mercenario.de teſti.& Io.de Imol.in c.inſinuante.verſi.& aduerte etiam.de offi.deleg.Iac.But.in l.ij.ver.idem quæro.C.de teſti. Chriſtoph.Porc.in §.in teſtibus.verſicu.in fine colligitis.Inſtit.de teſtam.ordin.Albe.in tract.de teſti.chart.ij.§.ſupereſt.nu.13.& num.15. gloſſ.in ſumma.iij.quæſt.v.Grammat.conſilio xxvj.verſi.præterea apparet.Alexan.conſi.150.verſic.non probant.volu.iij.Abb.in d.c.in literis.in iij.not.de teſti.Nel.in tract.de teſt.verſi.domeſtici.Io.Faber.in l.ij.ver ſi.ſupponit ergo.C.de teſti.Ruin.conſi.xxix.vol.v.Gram.conſi. ciuil.clxiiij.

5 Limita præcedentem ampliationem, vt non procedat in famulo, qui ſeruit ſine ſalario.Specul.in titu.de teſte.§.item excipitur.ibi, ſed de quo mercenario.Rom.in conſilio ccccxx.incipien.propoſita quæſtio.verſicu.ij.principaliter.refert & ſequitur Hippol.in l.j.§.ad quæſtionem.verſi.limita & ij.ff.de quæſt.& in ſing.v.Henric.Boic.in c.in literis.ver.circa hoc tamen.de teſti.Hipp.in l.j.§.idem Numio.verſ.& circa dicta.ff.de quæſt.

6 An iſtud procedat in ſollicitatore cauſæ, qui non ſit ſalariatus, dicetur infrà, dum tractabitur de ſollicitatore.

7 Quod declara & intellige, quando famulus inſeruiens ſine ſalario,

non

non vi ieret expenſis illius,pro quo teſtificatur, nam ſi illius expenſis viuerer,perinde eſſet ac ſi cum ſalario ſeruiret.Io.And.in addi.ad Spec. in §.j.ver.item excipitur.in addit.in verbo libertus.Aret.in d.c.in literis.ver.& aduerte.Fel.ibi,ver.ex quo datur intelligi.Albe.in tracta.de teſti.§.ſupereſt.nu.13.Aret.in conſi.xiij.ver.ij.quia.Lanfran.in c.quoniam contra.in verbo,teſtium depoſitiones.ver.quæro ergo.j.de probat.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iiij.in prin.ver.quod verum eſt.Io.Fab.in §.in teſtibus.verſi.in eadem gl.in fi.Inſti.de teſtam.

8 Declara & ij.in famulo apothecæ,ſeu ipſius apothecæ inſtitore, vt per Bal.conſi.50.verſi.ſed iſtis non obſtantibus.vol.ij.

9 Declara & tertio & erit ſecunda ampliatio principalis,in famulo vel domeſtico,qui ſit famulus,vel domeſticus tempore depoſitionis: ſecus ſi tẽpore depoſitionis famulus,vel domeſticus eſſe deſierat,Bald. in l.ij.ver.ſed quæro quid.C.de teſti.Cy.ibi,in iij.q.& Sal.verſi.quæro quid.Spe.in ti.de teſte,ver.item excipitur ꝙ eſt domeſticus.ibi, quid ſi olim fuit,& ibi Io.And.& Bal.in c.in literis.ver.& no.de teſti.Henric. Boic.ibi,in ij.caſu,qui loquitur in mercenario.Hiſp.in rubr.de donat. inter virum & vxo.ver.ex quo infert.Feli.in c.in literis .ver.fallit v.de teſt.Sal.in l.ſeruos.C.de quæſt.verſi.quæro quæ ſit ratio.Alex.conſi.v. ver.poteſt etiam reſponderi.vol.j.Abb.in c.in literis.ver.ſed extra gl. de teſti.Imola in c.inſinuante.ver.& aduerte etiam.de offi.dele.Bar.in l.deferre.in fine,ver.ſi verò aliquis.ff.de iure fiſ.Bal.in l.qui teſtamento.§.quæcunque.ff.de teſta.ver.ego dico.Bal.in c.inſuper.nu.2.verſi.& eſt argumentum.de teſt.Aret.in c.in literis.ver.exemplum in famulo, Hippo.in l.j.§.idem Numio.ver.quandoque deſinunt eſſe.de quæſtio. Iac.Bu.in l.ij.ver.idem quæro.C.de teſti.Hippo.in l.etiamſi.verſi.vlterius hæc lex.ff.de queſt.Ang.Aret.in §.pater.nu.9.ver.quid ſi tempore. Inſti.de teſtam.ordin.Porc.in §.in teſtibus.ver.in fine colligitis.Inſti. eo.tit.& ſentit hoc Pract.Papien.in forma iuramenti teſtium.§.proteſtante.ver iiij.dixi.Ang.cõſi.clxxv.ver.& maximè.Barb.in c.inſinuante.ver.& vide Bar.hoc limitantem.de offic.deleg.Nell.in tract.de teſt. ver.domeſtici.Grat.in conſi.xlj.ver.iij.admittuntur.vol.ij. Rui.conſil. xxxvj.ver.item non obſtat allegatus famulatus.vol.iiij. Lanfranc.in c. quoniam contra.in verbo teſtium depoſitiones.verſi.quæro ergo primo.de probat.Ang.in l.ſciendum in iij.not.ff.de vſur.Domi.in c.conſanguinei.ver.glo.prodeuntes,iij.q.v.& ibi Præpoſ.Alex.ver.in eadem gl.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iiij.verſi.prædicta dic eſſe vera.Io.Faber.in §.in teſtibus,ver.Doctores.Inſt.de teſtam.Tiraq.in reg.ceſſante cauſa. in prima parte,nu.101.

10 Et hinc eſt ꝙ procurator reuocatus tempore depoſitionis teſtificari poteſt.Bar.in l.deferre.in fi.ff.de iure fiſc.Bal.in l.dictantibus,verſic.de tertio patet exemplum.C.de teſta.in l.qui teſtamento.§. quæcunque. ver.iſte autem procurator.ff.de teſtam.Hipp.in l.j.§.idem Numio.ver. quid autem in procuratore.ff.de quæſt.

Contrarium ſentit Bellam.deciſ.dcvj.

11 Sublimita niſi fuiſſet in fraudem licentiatus ad effectum,vt pro ipſo olim Domino deponeret,Bar.in l.vir mulieri.ff.de dona.inter virum & vxo.Bal.in l.j.§.ſi ſeruus.ff.de quæſt.ver.breuiter iſta eſt veritas.Bar. in l.etiam,in ij.lect.ver.quæro ſi aliquis.C.de teſta.Cy.in l.ij.in iij.q.C. de teſt.& ibi Sal.ver.quæro quid.Spec.in ti.de teſte,ver.item excipitur ꝙ eſt domeſticus.ibi quid ſi olim fuit.& ibi Io.And.Bal.in ca.in literis. ver.quid famulo.de teſt.Henric.Boic.ibi in ſecundo caſu,qui loquitur in mercenario.Hiſp.in rubr.de .dona.inter virum & vxo.verſi.ex quo infert.Corn.in conſi.clxx.ver.& licèt aliàs.vol.iij.Fel.in d.c.in literis. ver.ſecũdo intellige.Sal.in l.ſeruos.ver.quęro quę ſit ratio.C.de quęſt. Bal.in c.inſuper.nu.2.ver.eſt argumentum.de teſti.Oldendorp.in libello iuris,& æquitatis,Tomo ij.Hipp.in l.j.§.idem Numio, ver.quandoque deſiit eſſe.de quæſtio.Ia.Bu.in l.ij.ver.idem quæro.C.de teſti.Ang. Aret.in §.pater,nu.9.ver.quid ſi tempore.Inſti.de teſtam.ord.Barba.in c.inſinuante.ver.& vide Bar.hoc limitantẽ.de offi.deleg.Nel.in tract. de teſti.ver.domeſtici.Sal.in l.etiam.ver.quæro quid.C.de teſti.Domi. in c.conſanguinei.ver.gl.prodeuntes.iij.q.v.& Præpoſi.Alex.verſi.in eadem gl.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iiij.ver.prædicta dic eſſe vera.Tiraq. in regula ceſſante cauſa.in prima parte,nu.102.

12 In dubio autem ex eo ꝙ licentiauit famulum, vel domeſticum, non præſumitur fraus,vt dicit Iac.de Ra.in l.etiam.C.de teſti.ponit Henri. Boic in d.c.in literis.verſi.aut eſt dubium.de teſti.

13 Quod vltimum intellige, quando licentiauit ante litem conteſtatam,ſecus verò ſi pendente iudicio licentiauerit,vt dicit Specu.in d.§. j.de teſte,verſi.item excipitur quòd eſt domeſticus.ibi,quid ſi olim.refert,& ſequitur Henric.Boic in d.cap.in literis.verſi.aut eſt dubium.de teſti.Felin.ibi,verſicu.illud autem intellige,Pariſ.conſilio ciiij.numero 159.volu.j.Imola in ca.cùm à nobis.verſiculo,& adde etiam quod notant.de teſt.

14 Sed imò Ant.de Bu.in c.cùm à nobis.ver.ideò dicit.Io.Cald.de teſti. tenet in iudice,ꝙ ſi remoueatur ab officio ad effectum teſtificandi,poterit teſtificari,etiam ſi remoueatur poſt litem conteſtatam,dummodò ſit remotus ante tempus teſtificationis.

Contrarium in teſte tenuit Hippo.in l.j.§.idem Numio.ver.hanc tamen concluſionem.ff.de quæſt.vt non valeat eius teſtimonium,dato ꝙ remoueatur,& Aret.in c.in literis.ver.ſed Spec.Tiraq.in regula ceſſante cauſa.in prima parte,nu.2 40.qui loquitur in iudice.

15 Et idem eſt in procuratore reuocato lite pendente, quia dicitur in fraudem reuocatus,& ideò teſtimonium eius non valet,Rota in nou. deciſ.cxxvj.Bellam.deciſ.dlxx.Ant.de Bu.in c.cũ à nobis.de teſti.verſi. tenent tamen Domini de Rota.

16 Et nota mirabile verbum, ꝙ non dicitur in fraudem licentiatus famulus vel domeſticus,dato ꝙ licentietur ad effectum deponendi, ſed tunc dicitur in fraudem licentiatus,quando licentiatur ſimulatè,quia dominus intendit illum iterum ad ſeruitia recipere,Fel.in c.in literis. ver.iſtud autem intellige.de teſti.Alex.in conſi.v.vol.j.Aret.in c.in literis.ver.ſed Spec.Abb.in c.in literis.ver.ſed extra gl.de teſti.Hipp.in l.j.§.idem Numio.ver.attamen teneas.ff.de quæſt.Sal.in l.etiam.verſi. quæro quid.C.de teſti.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.quartam,ver.dic quòd ſi fuerit.Io.Faber in §.in teſtibus.verſi.Doct.Inſti.de teſta.

Contrarium ꝙ eo ipſo cenſeatur in fraudem licentiatus,quando licentiatur ad effectum deponendi,Sal.in l.ſeruos.C.de quæſt.ver.& ſic inquiunt.Flor.in l.idonei.ff.de teſti.Idem colligitur ex his,quæ ſuperius diximus in procuratore reuocato,lite pendente,qui propterea cẽſetur in fraudem reuocatus,& ideò teſtificari non poteſt.& idem tenet Mili.in verbo,teſtis eſſe non poteſt procurator.Domi.in c.conſanguinei.ver.glo.prodeuntes.iij.q.v.& ibi Præpoſ.Alexan.verſicu.in eadem gloſſa.

17 Et declara illud,quod dictum eſt, ꝙ quando famulus,vel domeſticus reperitur licentiatus verè & non in fraudem,valet eius depoſitio, vt non procedat quando teſtificatus fuit primo tempore familiaritatis,& poſt licentiatus repetitur,quia talis depoſitio non poteſt operari,quia non eſt veriſimile quòd aliud diceret ſecundo loco,quàm primo dixerat,Corn.conſi.clxx.vol.iij.ver.& licèt aliàs.

18 Secundò Sublimita,quia non dicitur teſtis omni exceptione maior, vt dicit Tiraq.in regula ceſſante cauſa.in prima parte,nu.103.

19 Secundò Limita principaliter,niſi domeſtici ſint honeſtæ vitæ,& bonæ conditionis,Bal.in d.c.in literis.ver.dicit Inn.& ibi etiam Antò.de Bu.ver.qui dicantur.& ibi Fel.ver.Fallit ſecundò.Roma.conſi.ccccxx. ver.tertio idem manifeſtatur.Albe.de Roſa.in tract.de teſt.§.ſupereſt. nu.13.Hipp.in ſing.v.& in l.j.§.ad quæſtionem.ver.limita etiam.ff.de quæſt.ver.ſed vltra prædicta.Porc.in §.in teſtibus.ver.ſecundò limitatur.Inſti.de teſtam.ord.Inn.in d.c.in literis.ibi,ſed tamen diligenter iudex.Anto.de Bu.in d.c.in literis,ver.debet etiam attendi.& ibi Imola, ver.fallit ſi eſſent.Io.And.in c.in literis.Iſer.in ca.j.ver.aliàs ſi vaſallus eſt.in ti.ſi de inueſtit.inter Domi.& Vaſal.lis oriatur.Gozad.cõſ.xciiij. nu.32.ver.omitto ꝙ quaſi omnes.Rui.conſi.liij.num.6.ver.nam multi ex teſtibus.vol.iiij.Fel.in c.in literis.ver.& ideò dicas.de teſti.Flor.in l. teſtes.ff.de teſt.ver.alij autem.Barba.in c.inſinuante.verſ.ex hoc mihi videtur.de offi.deleg.Grat.conſi.xlj. ver.tertio dubitatur.vol.ij. Ruin. conſi.xxxvj.ver.tum non obſtat allegatus famulatus.vol.iiij.Bal.in c.j. §.ſacramentum.ver.dicit Ioannes.de conſue.reſt.feud.Iaco.in l.teſtis idoneus.ver.quid autem in familiaribus.ff.de teſtib.

Vide quòd infrà dicitur de teſte conſanguineo , & de fratre teſte.

20 Ex quo inferunt Docto.quòd familiares Epiſcopi,vel Abbatis,quia præſumuntur eſſe laudabilis vitæ,& conſcientiæ,admittuntur ad teſtimonium pro ipſorum Dominis,Bal.in l.ij.ver.ſed Inno.dicit.C.de teſti.& ibi Sal.ver.vnum nota.Fel.in d.c.in literis.ver.fallit ſecũdò.Ang. Aret.in §.pater.ver.vnũ nota.Inſti.de teſta.ord.Alb.de Roſa.in tract. de teſti.§.ſupereſt.nu.13.Flor.in l.teſtes.ver.alij autem.ff.de teſti.Barb. in c.inſinuante.ver.ex hoc mihi videtur.de off.dele.Lanfran.in c.quoniam contra.in §.teſtium depoſitiones.ver.quæro ergo primò.de proba.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iiij.in prin.ver.quod verum eſt.& in verſi. item admittuntur.Iac.in l.teſtis idoneus.verſi.quid autem in familiaribus.ff.de teſti.

Contrarium Aretinus,in capitu.in literis.verſicu.circa primum.de teſti.

21 Tertiò Limita,quãdo aliquis eſt ſubditus ratione iuriſdictionis,quia non repelluntur ſubditi ratione iuriſdictionis,id eſt,vaſalli,ſed teſtificari pro eorum Dominis poſſunt,Imola in c.in literis.ver.ſecus ſi ſolum.de teſti.Cy.in l.eos.ver.ſecundo ſolet quæri.C.de teſti.Aret.in ca. in literis.ver.circa ſecundam quæſt.Bar.in l.idonei.ff.de teſti.in princ. & Flor.ver.ſed hic videtur caſus.Fel.in d.c.in literis.Alb.in tract.de teſti.§.ſupereſt.ver.conſequenter eſt videndum.Sal.in l.eos.verſi.quæro de ſubdito.C.de teſti.Ang.Aret.in §.pater.ver.quid de ſubdito.Inſtit. de teſtam.ord.Io.And.in addi.ad Spe.in §.j.ver.nunquid ergo ſocius. in verbo obſeruetur,de teſte.Alex.conſilio xvj.ver.& poſito ꝙ aliqui. volu.v.Hipp.in l.j.§.ad quæſtionem.verſic.& primo in domeſticis.de quæſtio.Abbas,in cap.accedens.el primo.numero 22.verſicu.ſecundo nota.vt lite non conteſta. Iſernia,in capitu.j.verſiculo,iſta ratione. & verſicu.ſed fortiter obſtat.gloſſa,in titu.ſi de inueſtit.inter Domin.& Vaſal.lis oriatur.Alber.in l.eos.C.de teſtibus.Baldus conſilio ccx.volu.v.verſic.non enim. Alexander conſilio lxxxix.verſi.item non obſtat.vol.v.Io.Fab.in l.ij.ver.ſed an ſubiecti.C.de teſti.apoſtil.ad deciſ.

Tholoſ.

Thol.iiij.ver.adde ꝙ domeſtici.Io.Fab.in §.in teſtibus.verſi.quid ergo dices.de teſtam.in Inſti.Collect.in c.ſuper eo.el ij.ver.item quòd ſi teſt.de teſti.

Contrarium gl.in l.idonei.ff.de teſti.in verbo,imperari.Aluarot.in c.j.§.quid enim.verſi.nec obſtat quòd impetrare.in titu.quid ſit inueſtit.

22 Sublimita,niſi Dominus eſſet talis,ꝙ ſoleret ſubditis ſuis vim inferre,quando repugnabant ſuæ voluntati,per nò.per Io.An.in addi.Spe.in titu.de teſte.§.j.ver.quid ſi Vaſallus.ſuper verbo,municeps,Aret.in c.in literis.ver.circa ſecundam quæſt.de teſti.Flori.in l.idonei.ff.eo.ti.Alb.in tract.de teſti.§.ſupereſt.ver. conſequenter eſt videndum.Abb.in c.inſuper.ver.vltimo quæritur quid de vaſallo.de teſti.& in c.accedens.el j.nu.12.ver.ſecundo nota ex hac gl.vt lit.non conteſt.Sali.in l.eos.ver.quæro de ſubditis.C.de teſti.Rui.conſi.iiij.verſi.ſed præmiſſis.vol.iiij.Alex.in conſi.lxxxviij.ver.& eo maximè.Io.Fab.in l.ij.verſi.an ſubiecti.C.de teſti.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.quartam.ver.adde quòd domeſtici.Ioan.Faber.in §.in teſtibus.verſiculo,quid ergo dices.Inſtitu.de teſtam.

23 Secundò Declara,ꝙ licet tales teſtes admittantur, tamen minor fides eis adhibetur,Albe.in l.idonei.in prin.ff.de teſti.Io.And.in addi.ad Spe.in §.j.ver.ſed nunquid vaſallus.ſuper verbò municeps.de teſtam.Albe.in tract.de teſtibus.§.ſupereſt.verſi.conſequenter eſt videndum.Bertran.conſi.cxxv.vol.ij.in nou.ver.illud non eſt omittendum.Ruin.conſi.liij.nu.6.ver.nam multi ex teſtibus.vol.iiij.Bal.conſi.ccx.ver.nõ enim omnino.vol.v.

Vide quod dicitur de teſte conſanguineo,& in teſte fratre,& de teſte vaſallo,& de teſte amico.

24 Tertiò Declara,niſi ſubditus nedum eſſet ſubditus,ſed etiam haberet ſalarium ab eo,pro quo teſtificatur,Dec.conſi.xciiij.nu.2.verſ.primò teſtes.Dec.in conſi.clix.ver.accedit etiam.Grat.conſil. xxvij.nu.7.vol.ij.Gramma.conſi.ciuil.xij.in fi.

25 Quartò Declara niſi eſſent vaſalli angarij,& perangarij,Grammat.conſi.ciui.xij.in fine.

5 Primò Limita in cauſa criminali quo ad alterius offenſam,Spec.in tit. de teſte.§.j.verſi.ſed nunquid frater.Anto.de But.in cap. cum oporteat. verſi.gl.ij.& ibi Imola,verſi.vnde dicebat Barto.& ibi Anan. verſic.aut pro fratre.de accuſ.Bal.in l.fin.verſi.item in qualitate.& ibi Pau.de Caſtro in prin.C.de proba.Bal.in l.parentes,ver.vt cauſa ciuilis.C.de teſti. & ibi Bart.in ij.lect.verſi.quid in fratre.Alexand.in l. ex facto. §. ſi quis rogatus,verſic.item per prædicta infertur.ff.ad Trebellia. & ibi Imola, verſi.item poteſt inferri.Salic.in l. teſtis, verſi.ſed in cauſa criminali.& verſi.aut eſt productus.ff.de teſti.& in l.parentes,verſic.ſed in cauſa criminali.C.eo.Fel.in c.literas,verſi.quintò limita.de pręſumpt.Lanfranc. in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones,verſic.item frater. de probat.Hippol.in l.j.§.ad quæſtionem,verſ.idem etiam procedit.ff.de quæſtio.Feli.in ca.cùm oporteat,verſic.fallit quartò de accuſ.Zaſ.conſil.iij. verſi.his ſic præmiſsis.vol.ij.

Contrarium quòd imò quando agitur de pœna fiſcò applicanda, frater poſſit deponere in cauſa criminali:tenet Fulg.in conſi. clxxxviij. ſequitur Iaſ.in l.ſed & ſi quis,verſic.iij.limitat.ff.ſi quis caut.

6 Primò Sublimita non procedere in cauſa criminali ciuiliter intentata.vt per Anan.in ca.cum oporteat,verſi.& iſta procedunt,& ibi Imol. verſi.& hæc ſi ſint.& ibi etiam Felin.de accuſ.

7 Secundò Sublimita quo ad indicia,Feli.in capit.literas,verſi.v. limita. de præſumpt.

8 Tertiò Sublimita, quia etiam in cauſa criminali volens contra fratrem poteſt deponere,& iſto caſu facit fidem.Abb.in c.literas, verſicul. aut quæritur nunquid volens,de præſumpt.Imola in capitu.cum oporteat,verſicu.vnde dicebat Bart.de accuſ.Alber.in tracta.de teſti.§.nunc videndum,verſi.circa tertium,vbi diſtinguit.& Alber.de Roſat.in l.lex Iulia. ff. de teſti. & hoc ſentit etiam glo.in d. capitu. literas, in verbo, de fratre.de præſumpt.

9 Quartò Sublimita in defectum aliarum probationum, quia tũc etiam frater accipitur in cauſa criminali.Felin.in d.c.literas,verſi.v.limita. de præſumptio.

10 Quintò Sublimita,quia ad probandam defenſionem frater recipitur pro fratre etiam in cauſa criminali: & de hoc plenè dictum eſt in concluſione noſtra xxij.in vij.lib.vbi me remitto.

11 Secundò Principaliter limita, quia frater non poteſt tanquàm teſtis adhiberi in teſtamento ſui fratris: vt eſt tex.in §. ſed neque. inſtit. de teſtamen.

12 Licèt ſecus ſit in aliis cõiunctis,Abb.in conſi.xj.verſi.an præſumptio. volu.j.vbi dicit quòd ipſis non adhibetur tanta fides,& idem Bal. conſi. cccclxxxj.verſi.nam teſtes,vol.iiij. Prout etiam familiares poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento:Bellam.conſi.xliij.verſi.iſti autem.

13 Declara hanc limitationem, quando ab ipſo teſtatore ſolo frater eſſet rogatus;Sali.in l.parentes,verſi.quæro quid in fratre.C.de teſti.& ibi etiam Bald.verſicu.aut eſt teſtis inſtrumentarius.Alexand. in conſi.liiij. verſi.& per hoc patet,volu.iij.Aim.in conſi.lxxij.nu.5.Salice. in l. teſtis idoneus,verſic.vnde ad quæſtionem.ff.de teſti.

Contrariũ So.cõ.ccxxix.Iaſ.in l.j.ver.pręterea & quartò.C. de teſtam.

14 Declara etiam vt limitatio non procedat, quando teſtamentum eſſet factum de iure ſpeciali,Grat.conſi.xc.verſi.non obſtant.vol.ij. Bellame.conſi.xlij.verſi.præterea hoc non obſtat.

15 Et idem eſt in patre,quòd non poſſit eſſe teſtis in teſtamento ſui filij, §.ſed ſi filiusfamilias. Inſti.de teſta.& ibi not.Areti. poſt glo.in l.qui teſtamento.§.per contrarium,in verbo,poſſe.in fi. ff.de teſta. Spec.in tit. de teſte.§.j.verſi.pater autem.Lanfran.c.quoniam contra.verſi.quartò caſu fallit.de proba.apoſtil.ad deciſ.Tholo.iij. verſi.item in teſtamento militis,glo.in verbo,pro filio,in c.ſi teſtes.§.teſtis.iiij. q.iij. Io.Faber in §.in teſtibus,in prin.inſtitu.de teſta.Bar.in l.qui teſtamento. §. quæcunque,verſi.quæro quid in matre.ff.de teſta.Sali.in l.teſtis,in princ.ff. de teſtib.Io.Faber in l.parentes,verſic.in teſtamento,& ibi Alber.C.de teſtibus.

16 Bene verum eſt,ꝙ teſtis inſtrumentarius frater eſſe poteſt, quia ille, qui redditur teſtis inhabilis ad teſtificandum viua voce, redditur idoneus vt poſſit eſſe teſtis in inſtrumento,Feli.in c.cùm oporteat.verſi.ſecundo limita.de accuſa.& in c.literas.verſi.ſecundus caſus,de præſum. Alber.in tract.de teſtib.nu.9.Bal.in l.parentes,verſi.vel dic latius,C.de teſti.Sali.in l.teſtis,verſi.vnde ad quæſtionem.ff.de teſti. & in l.parentes,verſi.vel dic latius,C.eod.Lanfran.in c.quoniam contra. §. teſtium depoſitiones,verſi.mihi autem videtur,de proba.

17 Sublimita iſtam concluſionem, quando frater non eſſet rogatus à partibus,ſed tantummodo à notario,& ageretur de falſitate,quæ diceretur per notarium commiſſa:ita Cæpolla conſi.ſuo criminali xxj.ver. quia reſpondetur,Alex.in conſi.lxx.verſi.nec ad hoc,vol.j.

18 Tertiò Limita,quando frater cohabitat cum fratre, pro quo deponit,Ant.de But.in c.cum oporteat, verſi. idem ſi habent bona communia,de accuſa.Albe.in tract.de teſti.nu.12.Bal.in l.parentes,verſ.aut eſt productus,& verſi.quæro nunquid frater,C.de teſti.& in l.j.verſi.quintò operatur,C.de epiſ.& cle.Sali.in l.teſtis,verſi.primo caſu. ff.de teſti. Feli.in c.literas,verſi.tertiò limita,de præſump. Anan.in c.cùm oporteat,verſi.nota ꝙ conſanguinei,de accuſa.Sali.in l.parentes, verſi.primo caſu dic,& ibi Pau.de Caſt.verſic.Bal:hic dicit,C.de teſtib.Hippo. in l.j.§.ad quæſtionem, verſ.hoc tamen fallit,ff.de quæſt.Feli.in c.cùm oporteat,verſ.fallit ſecundò,de accu.Soci.in conſ.xvij.ver.verùm prædictis non obſtan.vol.j.Aret.conſi.xiij.verſ.& præmitto,Io.Faber in §. ſed neque,verſ.ſed de fratribus,Inſtit.de teſta.Zaſ.conſi.iij.ver.item ex alio,& conſ.iiij.verſ.prout etiam,vol.ij.Pariſ.in conſ.lv.nu.36.vo.ij.

19 Sublimita quando ſumus in his,quæ veriſimiliter, &communiter per alios ignorantur,Areti.in conſi.xiij.verſi.in his autem.

20 Quartò Limita,ſi fratres eſſent in eiuſdem patris poteſtate,Specu. in tit.de teſte.§.j.verſi.ſed nunquid frater.Anto.de But.in c.cùm oporteat,verſi.dic ſi fratres,& ibi Abb,verſ.ſi verò eſt,& ibi Imola verſi.D. Anto.& Feli.verſ.fallit primò,de accuſa.Iac.Butrig.in l.parentes,verſ. aut frater teſtificatur,C.de teſti.Alber.in tracta.de teſti.nu.12.Domi.in c.conſanguinei,verſ.ſuper dub.glo.iij.q.v.& ibi Præpoſ.in fi. Feli.in c. literas,verſ.ſecundò limita,de præſumpt.Hippo.in l.j. §.ad quæſtionẽ, verſ.hoc tamen fallit,ff.de quæſt.Bar.in d.l.parentes,in ij.lect.ver.quæro quid in fratre,& ibi etiam Ang.Io.Faber in §.ſed neque,verſi.ſed de fratribus, Inſti.de teſta.Hoſti.in ſum.de teſtib.§.j. verſ.in contractibus dicitur,Areti.conſi.xiij.verſi.quod dictum eſt.

21 Quintò Limita,ſi fratres haberent bona communia,quia tunc non ſunt idonei teſtes, Spec.in tit. de teſte.§.j.verſi.ſed nunquid frater. Ant. de But.in c.cùm oporteat,verſ.idem ſi habent bona communia.s̄.citato:& ibi Imola verſi.D.Anto.& ibi Anan. verſi.noto ꝙ conſanguinei, de accu.Alber.in tract.de teſti.nu.12.Domi.in c.conſanguinei,verſi.ſuper dubio,glo.iij.q.v.& ibi Præpoſi.Alex.in fi.verſi.iudic. Lanfranc.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones,verſic.circa autem fratrem, de proba.Feli.in c.literas,verſ.ſecundo limita,de præſump. qui declarat.Soci.in conſi.xvij.ver.ſed ſi cauſam,vo.j.

22 Sextò Limita,quia minor fides datur depoſitioni fratris,Spec.in tit. de teſte.§.j.verſi.ſed nunquid frater,ibi,minor tamen fides.Abb.in ca. cùm oporteat,verſ.ſi verò eſt,& ibi Anan. verſi.nota ꝙ conſanguinei, de accuſa.Iac.Butriga.in l.parentes,verſi.aut frater teſtificatur, & Pau. de Caſt.verſ.ſi autem alteri,& ibi Fulg.nu.2.C.de teſti.Alberi.in tract. de teſti.nu.9.& nu.12.Bar.in l.qui teſtamento.§.quæcunque,verſi.quæro quid in fratre,ff.de teſta.Abb.in c.literas,verſ.aduerte tu ſubtilius,& Feli.verſi.pędicta limita.de præſump.Abb.in c.cum R.canonicus.nunu. .& ibi Imola nu.5.verſi.in glo.ij.de offic.delega. Soci.in conſi.xx. verſi.de Philippo,vol.j.

23 Et propterea non dicitur teſtis omni exceptione maior,Pau.de Caſ. in l.parentes,verſi.ſi autem alteri,de teſtib.& in conſi.cccj.in prin.volu.j.Alexan.in conſi.xiij.verſi.item non eſt integer.vol.j.& conſi.xviij. verſi.item non eſt integer.vol.iiij.Feli.in c.cum oporteat,verſicu.fallit quintò.de accuſa.Gramma.conſi.xlj.Alcia.in prima regu.præſump. in xxiij.præſump.

24 Septimò Limita,quia frater inuitus non poteſt compelli ad teſtificandum,& hoc ſiue ſit cauſa ciuilis,ſiue criminalis,Abb.in cap.literas, verſi.aduerte tu ſubtilius,de præſump.& ibi Feli.verſi.vltimò an frater. Alber.in tract.de teſti.verſi.nunc videndum.

Octauò

25 Octauò Limita quia talis probatio remittitur arbitrio iudicis, Anto. de But.in c.cum oporteat, verſi.vbi autem,de accuſa. & ibi Imola verſ. vbi autem non ſunt.Anan.in c.cùm oporteat,verſi.nota quòd conſanguinei,de accuſa.Imola in l.qui teſtamento.§.quæcunque.ff.de teſtam. verſi.adde dictis.

26 Nonò Limita quo ad ea, ſuper quibus teſtes domeſtici deponere poſſunt,Alberi.in tracta.de teſti.nu.10.Bal.in l.parentes,verſi.hoc verum, niſi tale.C.de teſtib.Sali.in l.teſtis,verſ.niſi eſſet tale.ff.de teſtib.Ana.in c.cùm oporteat,verſi.adde prædictis,de accuſa.Sali.in l.parentes,verſ. niſi eſſet,C.de teſtib.

Vide in concluſione,De teſte domeſtico.

27 Decimò Limita quo ad faciẽdam probationem ſuper iniuria facta fratri,vt dicit Bar.in l.qui teſtamento.§.quæcunque.nu.6.de teſta.& in l.lex Cornelia.in prin.ff.de iniur.Sali.& Ang.in l.vnica,C.de rap.virg. Hippoly.in l.j.§.ad quæſtionem,nu.7.ff.de quæſt.Ana.in c.cùm oporteat,verſi.& idem in criminali,de accuſa. Feli.in c.literas, verſi. quartò limita,de præſump.Soci.conſi.xvij.verſi.item ex alio capite.vol.j.Feli. in c.cùm oporteat,verſi.fallit tertiò,de accuſa. Bar.in ſecunda lectu. in l.parentes,verſi.quæro quid in fratre.C.de teſta.

Vide in concluſione,De teſte conſanguineo.

28 XI. Limita in cauſa ciuili graui, quæ propter ſui grauitatem criminali æquiparatur,Bal.in l.parentes,C.de teſti.verſi.aut cauſa ciuilis,Feli.in c.literas,verſ.ſextò limita,de præſump.Sali.in l.parentes,verſi.aut eſt quid,C.de teſti.Lanfran.in c.quoniam contra. §.teſtium depoſitiones,verſi.item frater,de proba.Soci.in dicto conſi.xvij.verſic.quoniam iſta eſt communis,& verſi.inſuper etiam,Hippoly.in l.j.§.ad quæſtionem,verſi.idem etiam procedit.ff.de quæſt.Feli.in c.cùm oporteat,verſicu.fallit ſextò,de accuſa.Pau.de Caſt.in l.parentes, verſi. ſi autem alteri,C.de teſti.Soci.in dicto conſi.xx.verſi.de Philippo,vol j.Zaſius conſi. iij.nu.34.& ſeq.vo.ij.

29 XII. Limita,ſi deponeret inter eos,inter quos pari iungitur coniunctione,glo.in c.conſanguinei,in glo.in verbo,parentes, verſi.ſed quid ſi teſtis.iij.q.v.Bar.in l.qui teſtamento.§.quæcunque,verſ.quæro vtrum coniunctus.ff.de teſta.Feli.in c.literas,ver.tertius caſus,de præſum.Lanfran.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones, verſi. circa prædicta adde.de proba.Feli.in c.cùm oporteat,verſi.tertiò limita,de accu.

Vide in concluſione,De teſte conſanguineo.

30 XIII. Limita,ſi non ſit oppoſitum contra fratrem,qui depoſuit.Feli.in c.literas,verſi.quartus caſus,de præſump.Felin.in c.cùm oporteat, verſ.quartò limita,de accuſa.Bal.in l.ſi quis teſtibus.nu.7.C.de teſtam. Iaſ in l. certi condictio. §.quoniam.nu.13.ff.ſi cer.pet.

31 XIIII. Limita, ſi contra fratrem volens deponeret in cauſa ciuili, Alberi.in l.parentes,C.de teſti.verſi.volens autem, & ſequitur Albe.in tract.de teſti.§.nunc videndum,verſi.circa tertium,nu.3.

32 XV. Limita quo ad probandam ætatem fratris,Soci.in conſi.xx.verſi.& ſic ſolum,vol.j.Pau.de Caſt.conſi.cccj.in prin.vol.j.incip.ad bene examinandum.

33 XVI. Limita,in cauſa matrimoniali,quando deponit pro validitate matrimonij,c.ſuper eo,el ij.& ibi not.Doct.de teſtib.Marian.iunior in conſi.xxix.nu.11.vol.ij.Iac.de S.Georg.in l.ex eo,nu.6.ff.de teſtib.

## CONCLVSIO XV.

### ARGVMENTVM.

*Affinis an repellatur à teſtificando.*

1 AFFINIS non repellitur à teſtificando,niſi ſit affinis per lineam deſcendentem, vel aſcendentem: non autem per lineam tranſuerſalem,Ang.conſi.cxciiij.in fi.ver.nunc ad ſecundum,Iaſ.in l.admonendi,verſ.confirmo,& fortius. ff.de iureiuran.Aimo conſi.ij.verſic.non obſtat, quòd ſit affinis. Hippoly.in ſingu.cxxxiij.Gramma.conſi.xxxij.in fin.verſ.nec obſtaret quòd nonnulli.Stepha.Aufrerij in tracta.de reproba.teſti.in verbo, affinis. Crot. in tracta.de teſti.nu.121.verſi.fallit ſecundò.Pariſ.conſi.lxxxvij.nu.27. vol.iij.Hippo.conſi.lxviij.nu.20.Gramma.deciſ.xxxiiij.nu.20.

Quod autem affinis non exiſtens de linea deſcendentium,vel aſcendentium,non repellatur à teſtimonio,voluit glo.in ca.accedens. el j.in verbo,ſubeſſe,vt lite non conteſt. Alex.conſi.xiij.verſi.quinimò teſtimonium affinis,vol.j.& conſi.cxxxiij.verſic.Bartholomæus Sancti.eo. vol.Hippo.conſi.lxviij.nu.18.

2 Contrarium quòd affinis repellatur,maximè in cauſa criminali,ponit Hippo.in conſi.iiij.nu.31.& ſeq.Ang.in l.cui eorum.§.affinitatis.ff. de poſtu.Soci.conſi.ccxxix.verſ.quartò Vincilaus. ſentit Spec.in tit.de teſte.§.j.verſ.nunquid frater.ibi,generaliter,ſentit Sali.in l.ij.ver.quæro videtur glo.C.de teſti.Ange.Areti.in §.pater,verſicu.in eadem glo. Inſtitu.de teſtamen.

3 Tenendo primam opinionem,Primò Limita,quia licèt non ſit omninò integer teſtis,& omni exceptione maior: ſed ei de fide diminuatur, tamen non repellitur in totũ:Alex.conſi.xviij.verſi.conſtat autem, vol.j.& conſi.cxxij.verſi.non obſtat quòd iſte teſtis, volu.ij. Rui.conſi lxviij.nu.8.vol.j.verſi.quamuis enim.

Contrarium Bal.conſi.50.verſ.Philippus etiam,& verſi.ſed his non obſtantibus,& verſi.& ideo dictos teſtes,vol.ij.

4 Secundò Limita,nam affinis diſſoluta affinitate,eſt idoneus teſtis,& omni exceptione maior.Anto.de Butr.in c.literis, verſic.poſſunt etiam procedere prædicta,de tranſact.Lanfranc.in ca.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones,verſi.quod autem dictum eſt,de probat. Ange.in l. cui eorum.§.affinitates.ff.de poſtu. Ancha.in c.canonum ſtatuta.verſi. nunquid ſocer,de conſtitu.Alber.in tract.teſtium,nume.16.verſicu.ſed iuxta prædicta quæritur.Crot.in tract.teſtium,nu.121. Pariſ.conſ.lxxxvij.nu.28.vol.iij.Tiraq.in regu.ceſſante cauſa, in j.par.nu.28.

5 Tertiò Limita,quando par eſſet affinitas inter litigantes, Ange. in l. aut affinitate.ff.de procura.

6 Quartò Limita in cauſa criminali,Zaſius conſi.iij. verſi.his ſic præſſis,volu.ij.

7 Quintò Limita, quando plures affines deponerent, Gramma.conſilio ciuili lxvj.

## CONCLVSIO XVI.

### ARGVMENTVM.

*Vxor pro marito ſuo,an poſſit eſſe teſtis.*

1 VXOR pro marito ſuo teſtis eſſe non poteſt, glo. j. ibi,& vxor dicitur in ſumma.j.q.v.glo.in ca.ſi teſtes,in §.idonei, in glo.j.iiij.q.iij.glo.in §.pater,in verbo,in ea re. Inſtitu.de teſta.glo.fi.in §.illud,in l.ſed & ſi quis.ff.ſi quis cautio.glo. vnica,in l.ij.verſ.ſed quid in viro,C.de teſt. Alber.in tract. de teſta.§.ſupereſt,in prin.Porcus Inſtitu.de teſta.§.in teſtibus,verſ.nota ex hac glo.Bar.in l.ij.verſi.quid in viro,C.de teſt. & ibi Bal.verſic.& adde glo.Sali.verſ.quæro cum glo.Cy.in d.l.ij.ver.ſed nunquam vxor. glo.in l.j.§ ſi vir, in verbo,vna domus.ff.ad Sylla.& ibi Bar.not.& glo. in capit.præſenti.§.ſanè,in glo.j.C.de his qui ad eccleſ.confug.Bal.in l. ſi cum dotem.§.ſi maritus,verſi.in glo.quæ dicit.ff.ſolu.matrimo.& ibi Ange.in fin.verbis.Iaſ.in l.ſed & ſi quis,in prin.verſ.in glo.fin.ff.ſi quis cau.Hiſpa.in rubrica de dona.inter virum & vxo.verſi.hinc eſt etiam. Feli.in c.in literis,verſi.fallit quartò,de teſtib.Imola in dicto §.ſi maritus,verſi.in glo.in verbo,participem.Socin.conſi.xvij.verſic.quantum verò attinet,vol.j.Hoſti.in ſumma,de teſtib.§.ij.verſicu.quid de vxore. Lanfran.in c.quoniam contra,verſi.teſtium depoſitiones, verſi.vir & vxor,de proba.Bar.in l.vxori.ff.ad leg.Corne.de falſ. Apoſtil.ad deciſ. Tholoſ.iij.Io.Faber in l.etiam,verſi.ſed quid de viro & vxore.C.de teſtib.Iaco.in l.teſtis idoneus. ff.de teſtib.in princ.Hippo.in l.j.§.ad quæſtionem,verſicu.limita quartò.ff.de teſtib.Gramma.deciſ.xlv.& deciſ. lxxiij.nu.19.vbi ita dicit * communiter teneri.

2 Primò Amplia idem in ſponſa,Ange.Are.in §.pater, verſi.in eadem glo.Inſti.de teſta.Bal.in l.ij.C.de teſtib.circa fi.verſi. & adde glo.& ibi Sali.verſi.quæro cum glo.Alberi.in tract.de teſtib. §.ſupereſt. in princ. Apoſtil.ad deciſi.Tholo.iij.

3 Secundò Amplia,idem eſſe in concubina,de quo dictum eſt in concluſione,De amico teſte.

4 Tertiò Amplia,idem ècòntra: quia nec maritus pro vxore. Porcus Inſtitu.de teſtamen.§.in teſtibus,verſi.nota ex glo.Alberi.in tract.de teſtib.§.ſupereſt. in princ. Feli.in c.in literis,verſi.fallit quartò,de teſtib. Cy.in l.ij.verſi.ſed nunquid vxor.C.de teſtib. Barto.in l.j.§.ſi vir.ff.ad Sylla.Alexan.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus,verſi.in glo.in verbo,participem.ff.ſolu.matrimo.Soci.conſi.xvij.verſic. quantum verò attinet, volu.j.Iaco.in l,teſtis idoneus,in prin.ff.de teſtib.

5 Quartò Amplia,etiam ſi vxor ſit expulſa de domo à marito ſuo.Baldus in c.in literis,de teſtib.verſi.quæro vir expulit.Soci.conſi.xvij.verſ. quantum verò attinet,vol.j.

6 Primò Limita,niſi maritus ſit talis,de quo certum ſit mulierem nullam vim pati poſſe.Aret.in c.in literis.verſ.& per prædicta.de teſtib.& ibi Feli.verſi.fallit quartò.de teſtib.Spec.in tit.de teſte.§.j.verſ.ſed quid de vxore.de teſtib.Abb.in d.c.in literis, verſi.quærit quid de viro.Soci. conſi.xvij.verſi.quantum verò attinet.vol.j.

7 Secundò Limita,quando vxor producitur in teſtem ad probandum actum,qui veriſimiliter non innoteſcit niſi domeſticis.Bal.in l,parentes.verſi.hoc verum.C.de teſtib.Iaſ.in l.ſed & ſi quis. verſi. limita prædictam concluſionem.ff.ſi quis cau.

8 Tertiò limita,nam vxor admittitur ad probandam innocentiam,& defenſionem mariti ſui.Iaſ.in l.ſed & ſi quis.verſi.ſecundo notab.limita.ff.ſi quis cautio.

De quo vide quod dictum eſt in concluſionibus noſtris, De teſte fratre,& teſte conſanguineo.

9 Quartò Limita, quando deponeret in iudicio criminali ad vindictam publicam,& ad commodum fiſci,ſuper iniuria illata marito ſuo. Fulgoſius conſi.clxxxviij.Iaſ.in l.ſed & ſi quis. verſicu.tertiò limita. ff. ſi quis cautionib.

## CONCLVSIO XVII.

### ARGVMENTVM.

*Pater, vel mater, vel alij aſcendentes qui parentum nomine veniunt, an ſint idonei teſtes.*

1 PATER, vel mater, vel alij aſcendentes, qui parentum nomine veniunt, non ſunt idonei teſtes. l.parentes.C.de teſtib.& ibi Cy.verſi.iuxta legem iſtam. Spec.in titu.de teſte.§.j.verſi.item quod eſt parens.Lanfran.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones.verſi.& primò videamus.de probat.Cæpol.caute.ccxvij.Soci.in regu.cccexxvij. eſt text. in c.ſi teſtes.in §.teſtis.iiij.q.iij.& eſt tex.in c.videtur.qui matri.accuſ.poſſ.Ancha.ibi in c.videtur.in iij.notab.Gramma.deciſi.xlviij.nu.13.

2 Et in patre hoc dicit tex.in l.teſtis idoneus.ff.de teſtib.Aret.in conſi.xiij.verſi,& præmitto.Io.Faber in d.l.parentes.verſi.item dic. C. de teſtib.Bar.in l.qui teſtamento.§.quæcunque.verſi. ſed quæro an pater.ff.de teſta.Spec.in tit.de teſte.§.j.verſi.item quod eſt parens.Lanfran.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones. verſic.& primò videamus.de proba.glo.j.verſi.in aliis vero cauſis.in c.ſuper eo.de teſtib. & ibi Innocen.in princ.& Hoſti.circa princ.verſi.& ita videtur.& verſi.in aliis verò conteſtibus.& ibi Anto.de Butr.verſi.ſolutio dicit glo. Hoſti. in tit.de teſte.in §.j.verſi.in contractibus igitur. Collecta. in c.ſuper eo.el ij.verſi.ſed quid ſi mulier.de teſtib. Anto.de But. in c.videtur. in ſeptimo notab.qui matrimo.accuſ.poſſ.& ibi Card. in tertio notab. & ibi Præpoſi.verſicu. item nota.

3 Amplia vt procedat etiam in cauſa, quam agit filius procuratorio nomine.Bart.in l.qui teſtamento. §.quoque. verſi.ſed quæro an pater.ff.de teſtamen.

4 Et in matre hoc tenet Aret.in conſi.xiij.verſi.& præmitto.& verſic.quod dictum eſt.Specu.in titu.de teſte.§.j. verſic. item quod eſt parens.Lanfran.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones.de probationib.verſic.& primò videamus.Apoſtil.ad deciſionem Tholoſ.tertiam,glo.prima,in l.parentes.C.de teſtib.Ange.Aretinus in §.ſi pater. verſi.quid in matre.Inſtitu.de teſtamen.Apoſtil.ad deciſionem Tholoſa.tertiam,verſi.mater non poteſt.Hoſtienſis in c.ſuper eo.el ſecundo,de teſtib.& verſi.in aliis verò contractibus.& ibi Antonius de Butrio, verſicu.ſolutio,dicit gloſſ.Hoſtienſis titu.de teſtib.§.j.verſi.de teſtibus igitur.Ioannes Crottus in tractatu de teſtib.verſicu. fallit & quinto. Barbat.conſi.liiij.in primo volu.Marianus iunior conſi.xxix.verſi,ſed ad hoc reſpondetur.volu.ij.

5 Et idem eſt econtra,nec filij pro parentibus. Grammat.deciſi.xlv.& deciſi.xlviij.nume.13.

6 Amplia ſiue filij, vel deſcendentes ſint in poteſtate,ſiue non. glo.prima in l.parentes.C.de teſtib.quæ dicit de matre, & aſcendentibus ex linea materna,qui non habent filios in poteſtate:& idem dicit Specula.in titu.de teſte.§.primo,verſicu.item quòd eſt parens.ibi,cum parentes etiam.Barto.in l.parentes.verſicu.quæro vtrum ſit differentia.C.de teſtib.in ſecunda lectura.

7 Et propterea pater etiam pro filio emancipato deponere non poteſt.Lanfrancus in capitulo,quoniam contra.verſicu.& primo quæro,de proba.Cynus in l.parentes,verſiculo,quidam vt Benedictus.C.de teſtib.Alber.in l.teſtis idoneus.verſicu.quærit Andreas.ff.de teſtib. & ibi Florianus verſicu.quid autem in emancipato.glo.in verbo,filio.in capitu.ſi teſtis.iiij.quæſti.iij.Ioan.Faber in §.in teſtibus.Inſtitu.de teſtam.Collecta.in capitulo,ſuper eo.el ſecundo,verſicu.nec faciunt differentiam.de teſtib.

8 Et propterea non poteſt pater etiam pro filio ſpurio teſtificari.Ioannes Andreas in additio.ad Specu.in titu.de teſte.§.j. verſicu. item quod eſt parens.Alexan.in l.ex facto.verſic.item per prædicta infertur. ff.ad Trebellia.Floria.in l.teſtis idoneus.verſi.quid in ſpurio. ff.de teſtib.Feli.in c.cùm oporteat.verſi.& per prædicta infertur.de accuſa. Lanfran.in cap.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones.verſiculo,& primo videamus,de probationib.

9 Primò Limita,in ætate filij probanda, in qua parentes pro filio deponere poſſunt.l.etiam matris.ff.de probationib.gloſſ.in l.parentes.C.de teſtib.in gloſſ.fin.verſic.item contra. Ioan.Faber in l.parentes.verſi.& in ætate.C.de teſtib.& ibi Cy.in principio verſi. ad legem iſtam oppono.& ibi Salic.in principio verſi.oppono,quòd parentes.Sali.in l.ſi minorem.verſi.ſed quæritur an coniunctæ perſonæ. C. de in integ. reſtitu.mino.& ibi Bald.verſi.ad iſtam teſtificationem.Inno.in c.cùm dilectus.verſi.de ætate etiam.de accuſat. Aret.in l.ſi minorem. verſi. admittitur etiam.de in integ.reſti.Salic.in l.ſi minorem.verſi.ſed quæritur an coniunctæ.C.de in integ.reſtitu.Bald.conſi.xix.verſi.eſt verum.vol.v.Bar.conſi.xcij.verſi.nec obſtat quod ſit mater.Soci.conſi.xx.verſic.& breuiter dico.Maria.iunior conſi.iij. verſic. ſecundò ipſum dominum.vol.v.Spec.in tit.de teſte.§.j.verſi.idem quod eſt parens.verſ.tertiò mater.Lanfran.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones.verſ.ſecundò admittitur.de proba.Bar.in l.qui teſtamento.§.quæcunque.verſ.quæro quid in matre.ff.de teſta.Ange.Aret.in §.pater.ver.quid in matre.Inſti.de teſta.Apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iij.verſi.mater non poteſt.

10 Et hoc intelligit glo.in d.l.etiam matris.ff.de probat. in glo.j.quo ad aliqualem præſumptionem,ſiue indicium:non autem quo ad ſemiplenam probationem.& ſequitur ibi Alber.in prin.& ibi etiam Floria.& hoc ſentit Bar.in l.ij.verſ.item quærit glo.ff.de excuſa.tuto.inquiens,quod non facit tantam fidem,quantam facit quilibet alius teſtis.Fulgoſ.in d.l.etiam.verſi.addite.ad fi.Bar.in l.parentes.in ij.lectu. in primis verbis.C.de teſtib.Iac.de S.Georg.in d.l.etiam.verſi.addite vos.Sali.in l.ſi minorem.verſi.ſed quæritur an coniunctæ perſonæ.C.de in integ. reſtitu.min.Inno.in c.cùm dilectus.verſi.de ætate etiam.de accuſa. Sali.in l.de tutela.C.de in integ.reſti.Soci.conſi.xx.verſi.breuiter dico.vol.j.Bal.in Margarita,in verb.mater in ætate filij.Gram.deciſ.xlviij.nu.13.& ſeq.

Contrarium Bald.in d.l.etiam matris. in primis verbis. ff.de proba.glo.in verbo,legitimis.in l.ij.ff.de excuſa.tuto.

11 Secundò Limita, quando ex depoſitione parentis nullum reſultat deſcendenti commodum:vt dicit Alber.in d.l.etiam matris.verſ.alij dicunt.ff.de proba.Fulg.in d.l.etiam.verſi.addite.ad fi.

12 Tertio limita in cauſa religionis, in qua pater pro filio teſtificatur: gloſſ.in §.teſtis idoneus.in c.ſi teſtes.iiij.q.iij.in verbo, teſtis.per tex.in c.præſens.xx.q.iij.& idem voluit Apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iij. verſi.ſed pater.Io.Faber in l.parentes.verſic.item in cauſa. C.de teſtib.Specu.in tit.de teſte.§.j.verſi.item quod eſt parens.ibi,ſecundò pater.Lanfran.in cap.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones. verſic.primus cùm filius.de probationib.

13 Quartò Limita in cauſa ſtatus,in qua poteſt pater pro filio teſtificari.Bar.in l.iiij.§.duæ cauſæ.ff.ad Carbo.verſic.quæro quomodo. Alex.in apoſtil.in l.teſtamenta.§.quæcunque.verſic.quæro quid in matre.ff.de teſta.Apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.iij.verſi.item in cauſa ſtatus.

14 Quintò Limita,niſi pater ſit teſtis inſtrumentarius: vt dicit Cæpol.caute.ccxvij.

Quod an procedat,quando pater eſt adhibitus in teſtẽ in teſtamento filij militis:dic vt dictũ eſt in alia concluſione noſtra,De fratre teſte.

15 Sextò Limita,quando is contra quem producitur,cõſentiret.ita Io.Andr.in addi.ad Spec.in tit.de teſte.§.j.verſi.item quod eſt parens.

16 Septimò Limita,in cauſa matrimoniali,de quo dic vt in concluſione noſtra,quod parentes vtriuſque ſexus admittantur pro filio,vel filia,in cauſa matrimoniali:& eſt tex.in c.videtur,qui matri.accuſ.poſſ.

17 Octauò Limita,quando ex eo,ſuper quo deponit pater, vel mater, filio non prouenit honor,vel commodum. Abb. in ca.ſuper eo.el ij.in quarto notab.de teſtib.

18 Nonò Limita in his,quæ per patrem, & matrem melius ſciri præſumuntur:tex.eſt in c.videtur.qui matri.accuſa.poſſ. & ibi Ant.de But. in tertio & quinto notab.& Hoſti.verſi.pater,& mater.

De hoc vide quod diximus in concluſione,De teſte domeſtico.

## CONCLVSIO XVIII.

### ARGVMENTVM.

*Teſtis pauper, an repellatur.*

1 QVID Dicemus de teſte paupere? & quidem pauper à teſtimonio non repellitur, niſi ſit aliàs ſuſpectus quòd lucri cauſa contra veritatem deponat. Textus eſt in l. teſtium. in princip.ff.de teſtib.ibi,vel legem, ſicut lucri cauſa,&c. & in capitulo,ſi teſtes.§.item teſtium.iiij.quæſtio.iij. gloſſ.in capitulo, ſi qui teſtium.in verbo,paupertate, de teſtib. Marianus iunior conſi.clxxxix.nume.36.volu.ij.Socinus in regula cclxxxix.in prima fallen.& Decius conſilio cxxxiij. verſic. accedit quod iſta ponderat quod erat pauper, & malæ famæ.& ita etiam loquitur Alexan.in conſilio cl. verſiculo,nunc diſcutiendum eſt.volu.v.Ruinus conſilio clviij.volu.v.Grammat.conſilio ciuili 50.

Quis dicatur pauper in cauſa criminali,matrimoniali,& ciuili: vide Ruinum conſi.cxlix.nu.32.& ſeq.vol.v.

2 Et ideò ſi ſit verificatum,teſtem pauperem, eſſe probatæ vitæ, non repellitur à teſtimonio.gloſſ.in verbo,locuples. in capitulo, ſi teſtes.in §.item teſtium.iiij.quæſtio.iij.glo.in capitulo, ſi qui teſtium. in verbo,paupertate.de teſtib.Specu.in titu.de teſte.§.j.verſi. item quod eſt pauper.nume.61.Florianus in l.teſtium. in verſiculo, in gloſſ.nota pauper.ff.de teſtib.gloſſ.in verbo,ex vtroque latere.in authen.de teſtib.in §.ſancimus.Feli.in capitulo,ſi qui teſtium.verſi.gloſſ.fina.de teſtib.Marianus iunior conſilio clxxxix.nume.33.& ſeq.volu.ij.Alber.de Roſate in l.iij.nume.4.& 5.ff.de teſtib.Alber.de Roſate in tracta. de teſtib.ſub rubrica,quando repelluntur teſtes.nu.13.verſi.vltra prædicta dubitari.Hippoly.in l.j.§.ad quæſtionem.ff.de quæſtionib.verſi. item pro prædictis.in l.ex libero.verſi.item inquantum.ff.eod.tit. Pepus in auth.præterea.verſi.quibus bene diſcuſſis,C.vnde vir, & vxor, Abb.in cap.ſi hi, qui teſtium.nume.8.verſi.& nota bene.de teſtib.Imola in c.ſi hi,qui.de teſtib.& ibi Ant.de But.in fin.

3 Et in ſimili in accuſatore dicit Ange.Areti.in tracta.malefic. nu.34.verſi.decimooctauo repellitur.Hippo.in d.l.j.§.ad quæſtionem. verſic.item pro prædictis.

4 Amplia vt ſi etiam non eſſet verificatum pauperem eſſe ſuſpectum, vel eſſe probatæ vitæ, ſed ſimpliciter conſtaret illum eſſe pauperem, & non conſtaret de bona eius conditione, vel mala, tunc creditur, quòd teſtis pauper non repellatur à teſtimonio, quia paupertas non eſt de genere malorum, vt dicit Spec. in titu. de teſte. §. j. nu. 61. ver. item quod eſt pauper. & Io. Andr. in cap. ſi hi, qui. de teſtib. qui tranſit cum dicto Spec. Lanfran. in ca. quoniam contra. in verbo, teſtiũ depoſitiones. ver. nunquid pauper. de proba. Iaſ. in auth. præterea. ver. item vide omnino glo. C. vnde vir, & vxor. Aret. in conſi. xiij. verſ. præterea, & hoc expedit. Dec. in conſil. clxiij. verſi. ſed ab iſta. Iaſ. in l. ſi conſtante. nu. 152. ver. iij. principaliter. ff. ſol. mat. & ibi Crot. ver. ij. quærit Bart. & Iaſ. in l. fideiuſſor. in prin. ver. ſic etiam in teſte. ff. qui ſatiſd. cog. Soc. in regul. cclxxxix. Ioan. Cro. in tract. de teſte. in iiij. part. in vij. q. Zaſ. conſi. ij. nu. 30. volum. ij.

Contrarium, quòd pauper ſit eo ipſo ſuſpectus, quòd pauper eſt, & propterea non ſit ei fides præſtanda, ſentit Cyn. in l. iij. in vij. q. verſicul. item ex rerum accidentia. C. de reb. credit. glo. in verbo locuples. in c. ſi teſtes. in §. item teſtium. quarta quæſtio. iij. glo. in verbo ſubſtantiam. in §. ſi verò abſunt. in auth. de hered. & falcid. Dec. in authen. præterea, verſi. ſimiliter, quæ dicatur. C. vnde vir, & vxor. licet dicat, quòd ſecundum qualitatem cauſæ, vel recipitur, vel excluditur: glo. in verbo egemus, in l. iij. ff. de teſtib. Roma. in l. ij. in princi. ff. qui ſatiſdare cog. Are. in tract. maleſi. in verbo, & ad querelam. numero 54. Alexan. in conſi. xv. volum. iij. Iaſ conſil. xiij. verſic. ſed contra iſtos duos. vol. iij. pract. Pap. in rubrica de for. iuramenti teſtium. in verbo proteſtante. ver. vij. dixi. Zaſ. in conſi. iij. numero 52. volum. ij. Grat. conſil. ij. nu. 26. volum. ij. Socin. conſil. xvij. verſic. ſecundum quia ſit pauper. vol. primo.

Tenendo primam opinionem affirmatiuam quòd pauper admittatur,

5 Primò Limita in cauſa criminali, in qua pauper admittitur. Anto. de Butr. in cap. ſi hi qui. in finalib. verbis. de teſti. & ibi Imol. ver. in glo. ij. in fin. Soci. in regula cclxxxix. in ij. fallen. Alex. conſi xv. verſi. conſtat autem. vol. iij. Grammat. conſil. lix. num. 20. vol. ij. Zaſ. conſi. iij. nu. 52. vol. ij. Ruin. cõſ. cxxx. num. 10. vol. iiij. & conſi. cxlvj. volu. v. & cõſi. cxlvij. vol. v. & conſi. cl. vol. v.

6 Et propterea dicit Specul. in tit. de teſte. §. j. verſ. item quod eſt pauper, quòd in cauſa criminali pauperes non admittuntur ſine tortura.

Contrarium quod etiam in criminalibus admittantur pauperes etiam ſine tortura: voluit Abb. in ca. ſi qui teſtium. de teſti. ver. aduerte tamen. & ibi Aret. verſi. tu verò dic. & ibi Fely. verſ. gloſſ. final. Dec. in conſi. clxiij. verſicu. præterea non eſt verum. iſtud ſenſit Bart. in l. ex libero. ff. de quæſt. verſic. mihi videtur. cum quo tranſit Cæpola conſi. lx. verſicul. ij. quia. Ruin. conſi. clviij. vol. v.

7 Secundò Limita in cauſa matrimoniali, in qua teſtes pauperes non recipiuntur. Zaſ. conſi. iij. num. 52. vol. ij. Ruin. conſi. cxxx. num. 10. vol. iiij. Deci. conſi. cccx. ver. & maximè prædicta. Ruin. in conſil. cxlix. volum. v.

Contrarium quòd etiam in cauſa matrimoniali teſtes pauperes recipiantur, voluit Aret. in conſi. xiij. verſ. ad ſecundum. Alex. in con. cxlix. ver. nec paupertas. vol. v. Barb. in conſi. xxvj. verſ. nõ obſtat quod dicitur. volu. v. Dec. conſi. clxiij. verſic. quia in caſu noſtro. Maria. iun. conſi. clxxxix. nu. 38. vol. ij.

8 Tertiò Limita idem eſſe in cauſis ciuilibus arduis, ſi in criminalibus teſtes pauperes non recipiuntur, prout dictum eſt in prima parte. j. fallen. Tenendo illam opinionem, quòd cauſæ ciuiles arduæ criminalibus æquiparentur: vt tenuit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. quam opinionem, quia habet contradictionem, non firmo pro nunc. iſtam tenuit Rui. conſil. clviij. verſic. & pauperi.

Aequiparatio cauſæ criminalis, & matrimonialis quomodo procedat. Ruin. conſi. cl. vol. v.

9 Quartò Limita, nam licet non repellantur ex toto teſtes pauperes, tamen eis de fide diminuitur. Bart. in l. ex libero. ff. de quæſt. verſi. mihi videtur. Albe. in l. ij. verſi. ſi autem requiritur. ff. de teſti. & Alber. Malateſt. in tracta. de teſtib. ſub rubric. quando repelluntur ratione defectus perſonæ. num. 13. & ſeq. Angel. Aret. in tract. maleſi. in verbo. qui iudex ſtatuit terminum. nu. 7. Roma. in conſil. ccclxxxij. verſicul. quo ad ſecundum. in l. ſi conſtante. numer. 5. ff. ſoluto matrim. Aretin. conſi. xiij. verſi. præterea & hoc expedit. Roman. in l. ſi conſtante. verſiculo aduerte tamen. ff. ſoluto matrimo. Alexand. in conſilio cxxxj. verſicu. concurrit etiam. volum. vj. & in conſi. clxxvj. verſicu. tertius teſtis. vol. vij. Pepus in authe. præterea. verſi. quibus bene diſcuſſis. C. vnde vir, & vxor.

10 Quintò Limita, nam quando teſtis pauper incidiſſet in paupertatem propter vitium, repelleretur. Alexand. conſi. cxxxj. verſicu. concurrit inter. vol. vj. & conſilio ccxxxvij. verſi. concurrit etiam. vol. vj. & conſ. clxxvj. verſi. tertius teſtis, volum. vij. Socin. in regula cclxxxix. in prima fall. Hoc fuit originale dictum Bald. in dicto c. ſi qui teſtiũ. nu .;. verſi. ſequitur quarta pars. de teſtibus.

11 Sextò Limita, vt ſi teſtes ſint nu. plures, licet pauperes, tamẽ ex eis inſurgit plena probatio, quia numerus ſupplet defectum. Aretin. in cap. ſi qui teſtium. verſ. ex quo poſſet inferri.

12 Septimò Limita, nã eſt arbitrarium iudici, teſtib. pauperibus, an ſit danda fides, & qualis. Abbas in d. c. ſi qui teſtium nu. 8. verſ. & nota bene. & ibi Fel. verſ. glo. fi. Iaſon in l. ſi conſtante. nume. 154. & ſeq. ff. ſol. matrim.

13 Octauò Limita, nam teſtes in inuentarij confectione adhibendi, non poſſunt eſſe pauperes. Dec. in authen, præterea. verſi. ſimiliter quæ dicatur. C. vnde vir, & vxor.

14 Nonò Limita, dummodò pauperes ſint honeſtæ perſonæ, aliàs non admittuntur. Ruin. conſi. clviij. vol. v.

## CONCLVSIO XIX.

### ARGVMENTVM.

*Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis.*

1 QVID de excommunicato? & quidem excommunicatus repellitur à teſtificando: text. eſt in c. decernimus. de ſent. excõ. in vj. in cap. veniens. el ij. in fin. de teſt. & in c. licet. de ſent. excomm. in vj. Carer. in tract. de hæret. num. 143.

2 Contrarium dixit in aduertenter Fel. in c. intelleximus. de iudic. & contrarium Cyn. in l. edita. C. de eden.

3 Primò Amplia, etiam ſi dicat nullam ſententiam excommunicationis: vt eſt tex. in d. c. veniens. el ij. in fi. de teſti. & voluit ibi Aret. in viij. not. Fel. in c. intelleximus. de iudic. & idem Fel. in c. veniens. tamen talis abſoluitur ad cautellam, vt dicit text. in fin. & declarat Areti. in loco præalleg. & hoc quando per alios probatio fieri nequit, vt per Fel. in dicto c. veniens. el ij.

4 Secundò Amplia, vt etiam contra pariter excommunicatum teſtificari non poſſit: vt not. Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. ſed nunquid excõmunicatus. ponit Lap. Abb. Ioan. And. & Domi. in d. c. decernimus. de ſen. excomm. & ibi Philip. Franc. Car. in c. perpendimus. in reper. de ſent. excom. Imola in d. c. ex literis. & ibi Car. in iij. oppoſi. de tranſact. Feli. in d. c. veniens. el ij. de tranſact.

5 Tertiò Amplia, etiam ſi ſit excommunicatus, quia non eſt confeſſus iuxta diſpoſitionem. c. omnis vtriuſque. de pœnit. vt declarat Fel. in c. teſtimonium. de teſt. per Pariſ. in conſi. viij. vol. iiij.

Contrarium Maria. iun. con. xxxij. vol. ij. Ruin. conſi. cvj. vol. v.

6 Quartò Amplia vt ſemel excommunicatus, ſemper præſumatur excõmunicatus, niſi probetur abſolutus, glo. in c. propoſuit. in verbo de abſolutione. de cler. excõ. miniſtr. Anch. in conſi. lxiij. Fel. in c. ſcribam. verſ. & dicit. de præſum. Rot. in antiq. deciſ. ccxxxix. Dec. in c. poſt ceſſionem. nu. 18. & in c. in præſentia. de proba. & in l. non hoc. num. 8. C. vnde legit. Abb. in c. ſicut nobis. in j. not. de ſent. excom. Abb. in d. cap. propoſuit. de cler. excom. mini.

7 Primò Limita in teſte inſtrumentario, quia excommunicatus poteſt eſſe teſtis inſtrumentarius. Ant. de But. in cap. ex literis. de tranſact. qui hoc intelligit in excommunicato occulto, non in publico. Ioã. And. idẽ tenet in c. decernimus de ſent. excom. in vj. Spec. in tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentum. verſi. quid ſi teſtis inſcriptus. Cyn. in l. fin. C. de hæret. & hoc ſequitur Fel. in c. intelleximus. de iud. Domi. in d. c. decernimus. de ſent. excom. in vj. & ibi Philip. Franc. qui limitat quando teſtis apponitur ad probationem in inſtrumento, ſecus quando pro ſubſtantia inſtrumenti, vt per eum.

8 Secundò Limita, nam in cauſa fidei creditur teſti excommunicato, & eſt ſpeciale, vt eſt tex. in c. in fidei. de hæret. in ſexto. ponũt Ioan. And. & Domi. in d. c. decernimus. de ſent. excom. in vj. & ibi Petr. de Anch. & Philip. Franc. & facit ratio, nam iſto caſu etiam hæreticis creditur, vt eſt tex. in dicto c. in fidei, & etiam Iudæis: vt not. Fel. in c. Iudæi, de teſt.

9 Tertiò Limita dummodò ſit publicè excommunicatus, ſecus ſi occultè: ita Bartol. in l. j. C. de teſtib. & ſequitur ibi Iaſ. Fel. in d. ca. veniens. in ſecunda limit. de teſtib.

10 Et pro iſta parte facit, nam teſtis infamis ita demum repellitur ſi ſit infamis. & pro tali habeatur: glo. in l. cum lege. ff. de teſta. Bart. in d. l. j. C. de teſtam. & in l. ſi arbiter. C. de ſent. Bar. in l. ad teſtium. §. j. in princ. ff. de teſtam. in l. cùm lege. eodem tit. & Bald. in l. ij. C. de ſent. & in l. j. C. de ſecund. nup. Bald. in l. Caſſius. de ſenat. & in l. j. C. de ſumma Trinit. Aret. in cap. cùm non ab homine. de iudic. Fel. in ca. ad probandum. de re iudi. & iſtam partem dicit * communem Alex. in apoſt. ad Bart. in d. l. cum lege. ff. de teſtamen. dum dicit illam glo. communiter approbari.

Et licet opin. Bart. in l. j. C. de teſtam. reprobetur communiter, vt ibi per Bald. & per Imola. Rapha. & Paul. de caſt. in l. ad teſtiũ. ff. de teſta. tamen illam tenẽt Roma. Fulgo. Rimin. & Corn. in dicta l. j. C. de teſta. Alexan. in conſi. clij. vol. v. vbi dicit iſtam * communem: & idem voluit Aret. in capitu. teſtimonium. de teſtibus. & in l. cùm lege. in fin. ff. de teſtamen.

11 Sed tamen reprobatur in eo, inquantum dicit, eſſe probandum per opponentem quod ſit talis, & habeatur pro tali. Doctores verò dicunt, quòd hoc non eſt neceſſe probare per opponentem, quia ſatis eſt fundata intentio ſua, quia probat illum eſſe talem: ſed ſi per illum, cui opponitur infamia, vel per inducentẽ ipſum in teſtẽ, reprobaretur ipſum

non fuiſſe habitum pro tali,quòd tunc,etiam hoc non obſtante, teſtis repelleretur,hoc non dicunt Doctor.ibi Bart.reprobantes,imò iſto caſu admittunt talem replicationem.Alexand. in dicto conſilio cclij.& Paul.de Caſtro in dicta l. ad teſtium.§.j.in princ.& ibi Imola.& iſtud etiam tenet Rom.in d.l.j.& Riminal.

Contrarium in principali articulo, quòd etiam excommunicatus occultus prohibeatur teſtificari,tenet Philipp.Franc.in c.pia.de excep. in vj.Anto.deButr.in c.ex literis.de tranſact.verſi. aduerte quia Innoc. ibi hoc vltimum dictum Fel.in c.poſt ceſſionem.de prob.Felyn.in ca. Rodulphus.de reſcript.& hoc ſentit Fely.in rubrica de teſt. cogendis.

12 Pro qua opinione facit,nam in his quæ geruntur iure priuato, non eſt differentia inter occultum,& non occultum,& perhibere teſtimonium non fit ratione publici officij,vt not.Inno.in c.nihil. in fi. de ele. Anto.de Butr.in ca.teſtimonium.de teſtib.& in c.fraternitatis. eod. tit. Abb.in c.nihil.de elect.& in rubrica de teſtibus.cogend.& ibi Bald. & Fely.& ponit Gardin.in repet.ca. perpendimus. de ſententia excom. Rebuff.in concordan.

13 Quod autem in his,quæ iure priuato aguntur,non ſit differentia inter occultum,& non occultum,dicit Innocen.in dicto ca.nihil.in fine, de elect.Anto.de Butr.in c.teſtimonium.de teſtib.cogend.& ibi Fely. Anton.de Butr.in dicto cap.ad probandum.de re iudic.& ibi Fel.Ioan. Andr.& Domin.in c.primo,de reſcrip.in vj.Anton.de But.& ibi Abb. & Dec.& Fel.in c.poſt ceſſionem.de probat.Abb.in ca.ſi verò.de ſent. excommun.in c.conſulti.in fin.de procura.in c.veritatis.in fine,de dolo & contuma.in c.intelleximus.in fine,de iudic.in c.cōſultationibus. in fin.de iure patro.in cap.paſtoralis.in §. verum. de appell. Soci.in regula ccxxvij.in ij.limitatio.Faber in §.ſed cum aliquis.inſtitu. de teſta. Bart.in l.Barbarius.ff.de offic.præto.in repeti.Bal.in prima lectu.Ang. Iaſ.Fely.in c.Rodulphus.de reſcriptis.Roſell.in Monarchia. Corneus in conſilio clvij.vol.iiij.Calca.in conſi.cxxiiij. Rebuff. in concord.idē tenet Abbas in c.veritatis.de dolo & contumac.ac in cap. cumana. de electio.Cardi.in clem.j.verſi.ad Prioratus.de Regul.& per hanc rationem,iſtam partem puto veriorem, quòd excommunicatus etſi occultus,non admittatur ad ferendum teſtimonium.

Et per hanc rationem infero etiam, quòd malè loquuntur Doctores ſupra relati,qui tenent quòd poteſt replicari in fauorem teſtis,quòd non habeatur pro tali,quia iſta replicatio non releuat, vt apparet:ex quo in his,quæ fiunt non ratione publici officij,ſed priuati,vt teſtificari,non fit differentia inter occultum & non occultum.

14 Sed ſi alia opinio teneretur, quòd occultus excōmunicatus poſſet teſtificari,deberet limitari, niſi excommunicatio eſſet iudici probata, quia tunc & ſi aliàs occulta,tamen teſtem repelleret: ita Imola in l. cū lege.in fine.de teſtam.Fel.in c.ad probandum.de re iud.

Quartò Limita,nam excommunicatus minori excommunicatione,poteſt teſtificari:glo.in cap.decernimus.in verbo,& teſtificando.in prin.ipſius glo.de hæret.in ſexto.

## CONCLVSIO XX.

### ARGVMENTVM.

*Proxeneta,an poßit eſſe teſtis.*

1 QVID de Proxeneta? & quidem proxeneta altera parte inuita non poteſt teſtificari,vt not.glo.in authen.de inſtrum. caut.& fide.in §.in his.in verbo, ad numeratorem.& gloſſ. j.quæſt.j.c.ſi Epiſcopus.in verbo,mediator. glo. in cap.j.in glo.in verbo ciuiliter.de teſt.in vj.Ioan.And.in c.dilectorum.de teſtib. cog.vbi Anto.de Butr.& Io.de Imola,& Car. Bar.in l.omnibus. C. de teſt.in l.deferre.in §.idem decreuerunt.ff.de iur.fiſci.Bald.& Pet.de Ancha.in c.j.de teſtib.in vj.Anton.de Butr.in c.cùm à nobis.de teſt.Alber. de Roſ.in l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pact.Imola in l. ſi cui legetur. §.fi. ff.de leg.j.Alexand.in conſi. ccxij.vol.vj.& in conſi.cxvij.vol.vij.poſt princ.vbi dicit iſtam eſſe*communem,& ſequendam opin. & in cōſi. xiij.vol.j.vbi idem dicit Iaſ.in l. dictantibus. C. de teſtam. idem tenet Salyc.in l.nullus.ff.de teſti.Alex.in conſi.cxxviij.vol.ij.& Alex.in cōſi. xviij.vol.iiij.vbi dicit iſtam communem,& ſequendam opin.aret.in c. inſuper.de teſt.Dec.in conſi.cxxxiij.Alex.in conſi.cl.vol.v.& in conſi. cliij.vol.v.& in conſi.cliiij.vol.v.Guido Papæ in conſi.lxxiiij.Fel.in ca. dilectorum.de teſti.cogen.Zaſ.in conſi.iij.vol.ij.& conſi.iiij.vol.ij.vbi dicit iſtam communem opin.Pariſ.in conſi.lviij.vol.iiij. Grat.in conſi. xxvij.vol.ij.Maria.iun.qui dicit communem in conſi.xij.vol.ij.& cōſi. xxix.vbi idem dicit.vol.ij.Ruin.conſi.lxviij.vol.j.& conſi. clxiiij. vol. iiij.& xcix.vol.v.

2 Contrarium quòd imò proxeneta poſſit teſtificari, etiam altera parte inuita,& in hoc ſit diuerſitas, quia altera parte contradicente non poteſt compelli:ſed tūc neceſſarium eſt quòd vtraque pars conſentiat,vt compellatur:ſed voluntariè deponere poteſt etiam altera parte inuita: videtur ſenſiſſe glo.in §.quoniam.in authen.de teſtibus.in glo.in verb. prohibitioc.& ita tenuit ibi Iacob.de Belui.idē tenet Bal.in l.omnibus C. de teſt.& ibi Saly.vbi dicit iſtā eſſe* cōmunē opi.Bal.in cōſi.50.inc. videndum eſt.vol.ij.Idem tenet Flo.in l.eos.ff.ſi.reg.Ang.in ti.de teſte in §.quoniam autem.Abb.in c.dilectorum.de teſtib.cog.Corn.in conſi.lxiij.vol.j.& Alex.in conſi.cxxvij.volu.vij.& Alex.in conſi.clxxxvj. vol.vij.& in conſi.xliij.vol.vij.Barb.in conſi.xl.vol.iij.vbi dicit iſtam communem.Lanfranc.in repet.c.quoniam contra.in verſ.teſtium depoſitiones.vbi dicit omnes ſequi iſtam opi.de proba.apoſtil.ad deciſi. Tholoſ.xciiij.Zaſ.in conſi.iij.vol.ij.& Maria.Iun.in conſi.xxix.vol.ij. vbi dicit hanc veram,& communem.

Tenendo primam opin.quæ videtur magis * communis,& verior.

3 Amplia etiam ſi proxeneta non habuerit mercedem.Maria.Iun.conſi.xij.vol.ij.

4 Primò Limita,niſi pro eo,pro quo deponit proxeneta, ſit præſumptio,quia tunc teſtis etiam inhabilis admittitur.Alex.in l.ſi duo patroni.ff.de iureiur.Alex.in conſi.lv.in fi.vol.ij.

5 Secundò Limita,quando proxeneta deponeret ad impugnationem actus,quia cùm ratio ſit ꝙ repellatur proxeneta propter commodum, quòd ſperat ex actu perfecto, vel propter affectionem, vt perficiatur actus,quem procurat:certè iſtæ rationes non militant,quādo ipſe deponeret ad actus impugnationem.Alex.in conſi.lv.vol.j.Corn.in conſi.lxiij.vol.j.Et propterea ad hoc facit quod not.Fel.in c.cùm à nobis. in vij.limit.de teſti.vbi licet non credatur iudici regulariter in pertinentibus ad cauſam,in qua iudicauit,tamen creditur,quando deponit in eius præiudicium.

6 Tertiò Limita quantum ad probandum contractum vſurarium, vel ſimoniacum,vt eſt tex.in c.j.de teſtib.in ſexto.Card.in clem.j.§.j.q.iij. de vſur.

7 Quartò Fallit in ſubſidium, quando alij haberi non poſſunt, vt per Ant.de Bu.in c.cùm dilecti.de elect.in c.cùm à nobis.de teſtib.Mili.in ſuo repertorio,in verbo teſtis.per Corn.in d.conſi.lxiij.vol.j.Hipp.in ſing.dxxxiij.

8 Quintò Limita,quando ageretur de probāda aliqua qualitate ipſius actus,per quam actus nec perfectionem,nec improbationem reciperet,vt quando ageretur de qualitate actus iam perfecti,nec ageretur de eius retractatione,vt per Alex.in conſi.cxxvij.vol.vij.Vel quando ageretur de probando illud,quod perfici potuiſſet ante contractus perfectionem,vt per Sal.in l.nullus.ff.de teſtib.

9 Sextò Limita ſi fuit adhibitus in teſtem inſtrumentarium,vt per Bal. in auth.ſed nouo iure.C.ſi certum petat.

10 Septimò Limita,vt proxeneta admittatur ad probandum matrimonium.Ruin.in conſi.xxxiiij.vol.iiij.& hoc etiam ſentit Maria.Iun.in conſi.xxix.vol.ij.

Contrarium tenet Alex.in conſilio cliiij.verſi.alia ratione.vol.v.

11 Tenendo ſecundam partem,ꝙ recipiatur eius teſtimonium,

Limita & declara,quòd non eſt omnino integer,ſed quanta fides ſit ei adhibenda eſt in conſideratione iudicis,qui hoc conſiderat, inſpecta qualitate cauſæ,& perſonarum,vt per Abb.in d.c.dilecto.de teſti. cog.Alex.in dicto conſi.cxvij.vol.vij.

12 Et nota quod non dicitur proxeneta ex eo tantum,quia partes vocauerit,vel teſtem ad contractus celebrationem.Bal.in conſi.xxxvij.incipien.tria dubia.vol.iiij.

## CONCLVSIO XXI.

### ARGVMENTVM.

*Teſtes poſt didicita teſtificata non poſſunt examinari ſuper eiſdem capitulis,vel directè contrarijs.*

1 ADmodum vtilis eſt in hac materia illa cōcluſio, quam hic mihi declarādam propoſui,ꝙ publicatis atteſtationibus, nec teſtes examinari,nec alij teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel directò contrariis produci poſſunt.ca.fraternitatis.de teſtib.& c.intimauit.auth.at qui ſemel.C.de proba.& in corpore vnde ſumitur.in §.quia verò.in auth.de teſti.Spec.in ti.de teſte.§.ſatis vtiliter.per totum.

2 Et quæ dicantur noua,& quæ antiqua capitula in caſu iſto,vide Maria.in c.fraternitatis.de teſtib.

3 Primò Amplia,vt iſtud habeat locum etiam inter laicos.Guido Papę in conſi.xxxv.& ſing.cviij.

4 Secundò Amplia etiam ſi hi, qui debent examinari, ſint aliàs bonæ opinionis,& ſanctæ vitæ,adeò vt nō ſit veriſimile,ꝙ patiantur ſe ſubornari:ita tenet Bal.in c.iurauit.de proba.refert & ſequitur Iaſon in l. iubemus.C.de iudic.verſi.ego autem pro veritate. Hiſpa.in c.per veſtras.de dona.inter virum & vxor.

5 Tamen dubito de iſta ampliatione,quia licet ſtante conuentione, vt noui teſtes non poſſint produci,tamen non habet locum,vbi adeſt legalitas maxima teſtium producendorū:Alex.in d.l.iubemus.C.de iud.

6 Item licet coniunctus pro conſanguineo non faciat ſemipleā probationem,hoc fallit,vbi eſſet teſtis coniunctus,vir multæ ſanctitatis, vt per Iaſ.in repe.l.admonendi.ff.de iureiur.

7 Item plura ſingularia cōtra regulas iuris propter legalitatem perſonæ,ponit Iaſo.in d.l.iubemus.C.de iudic.Felin.in c.ij.de probatio.&

dicetur in limit.lxviij.

Et contra iſtam ampliat.tenet Hippolyt.in l.j. §. ſi quis vltrò. ff. de quæſt.Maria in c.fraternitatis.in liiij.caſu.de teſt.

8 Tertiò Amplia,hoc procedere etiam vbi agitur inſpecta æquitate. Aret.in ca.conſtitutis.el ij.in fin.de teſtib.Alex.in conſi. lxxxiij. volum. iiij.& fuit de mente Bart.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo, figura.Roman.in conſil.ccccl xxix.Pet.de Anch.Ioa.de Lign.& Ioan.de Imol.in clem.ſæpe,vbi etiam Georg.Nata. in §. quæ omnia. de verbo. ſignific.Card.in clem.j.de teſtib.Aret.in c.fraternitatis. de teſtibus.

Contrarium Signor.Homod.in conſi.lxxix.

9 Quartò amplia,vt non poſſit etiam vti productione facta per aduerſarium poſt ſuam publicationem,vt velit teſtes examinatos pro parte aduerſarij,pro ſe reproducere circa alios articulos, vt not.Aretin.in c. de teſtib.eod. tit.per illum tex.vide ibi Fel.in ſecundo notab.

Contrarium tamen tenet Marian.in c.fraternitatis. in xlix. fallen.

10 Quintò Amplia, etiam ſi publicatio non ſit facta,ſed aliunde didicerit pars teſtificata.Ioan.And.in dicto capit.fraternitatis.Bart.in §.quia verò.in authent.de teſtib.& in authen.atqui ſemel.C.de probatio.Maria.in d.c.fraternitatis.

11 Sextò Amplia,etiam ſi loquutus ſit cum teſte examinato.Fel.in cap. præterea.de teſt.cog.

12 Septimò Amplia,quia non ſolum in eadem inſtantia cauſæ principalis poſt didicita teſtificata teſtes poſſunt examinari,ſed etiam in cauſa appellationis.& hoc de iure canonico eſt clarum, per clemen.ij. de teſtib.

13 Sed etiam hoc habet locũ de iure ciuili,vt latiſſimè proſequitur Maria.in cap.fraternitatis.de teſtib.& etiam Aret.& Felyn.Lanfran.in ca. quoniam contra.de probat.in §.teſtium depoſitio. Bouer.in verbo teſtis.ſing.xxvij.Oldendor.in ij.tomo libelli iur.& æquitatis.

14 Octauò Amplia,vt etiam ſingularis ſucceſſor non poſſit teſtes examinare,vbi dicta teſtium fuerunt publicata, & didicita per auctorem: Alex.in conſil.lviij.volum.ij.

15 Nonò Amplia etiam ſi Chriſtianus teſtis publicatis atteſtationibus contra Iudæum produceretur,vt per Bonifa.Vital.in cle.ij.de teſtib.

16 Decimò Amplia,nã etiam in cauſis ſummariis idem eſt,vt per Imol. in d.clemen.ſæpe.Apoſtil.ad Abb.in c.fraternitatis.in princip.

17 XI.Amplia, nam ſi in genere ſint dati articuli, & teſtes examinati, facta publicatione,non licet examinari ſuper articulis ſpecialibus cõprehenſis in genere.Aimo conſ.cxxxiiij.vol.j.

18 Primò Limita,vt illud procedat,vbi teſtes ſunt ritè examinati, ſecus ſi non ritè fuiſſent recepti,vel examinati:per text.argu. ſumpto à contrario ſenſu,in dicta clementina ſecunda, de teſtib. & ita tenet Maria. Socin.in dicto cap.fraternitatis.de teſtib.& eſt gloſſ.in d.clemen.ij. in verbo ritè.& gloſſ.in cap.cùm cauſam.in gloſſa finali,in fine,de teſtib. Barto.in authen.qui ſemel.de teſtib.in l.qui per ſalutem. ff. de iureiur. Bart.in §.quia verò.in authen.de teſti.Bal.& Nicol. de Matt.in l. ſi quis teſtibus.C.de teſtib.Bal.in l.per hanc,in prin.de tempo.appellat.Ang. in §.quia verò.in authenti.de teſtib.verſ.item oppono. Ioan. Andr. in clemen.ij.de teſtib.& in cap.fraternitatis. eodem titulo. dum allegat. gloſſam vltimam in fine,in cap.cùm cauſam.de teſtibus. Lanfranc. in capit.quoniam contra.§.teſtes.verſ.quæro vlterius.de probat. Alex. in conſi.xlvj.in fine.volum.vj.& in conſilio ccxiij.vol.ij.Hipp.in l.j.§.præterea.ff.ad legem Corne.de ſicar.iſtam etiam opinionem tenet Anton. de Butr.& Ioan de Imola in dicto cap.fraternitatis.& Ioan.de Lign.in dicta clem.ij.vbi etiam Paul.de Eleaz.Bal.in dicta auth.qui ſemel.verſ. octauo fallit.Rota in nou.deciſio.cccxcj.& in antiqu. deciſ. xlij. Hyppo.in l.j.§.ſi quis vltrò.ff.de quæſt.Fely.in capitul.in nomine.de teſtib. Fely.in cap.per tuas.de teſtib.Aluarot.in c.j.§. item ſi vaſallus. de controuerſ.inueſtit.Salyc.in l.per hanc.C.de tempo.appellatio.Guido Papæ quæſt.lxxij.Bertrand.in conſil.xxxiij.vol.ij.Afflict. ſuper conſt.tit.

Contrariam opinionem videntur tenere Zenzelli.Io. de Fantuſiis, Cardi.Flor.in d.clem.ij.& Iaſ.in l.qui per ſalutem. ff. de iureiu.Fely.in cap.fraternitatis.

19 Sublimitatur tamen præcedens opinio,quando examinatio eſſet ipſo iure nulla:ſecus ſi valeret, ſed ope exceptionis poſſet repelli,vel irritari:quia tunc imputatur parti,quæ nõ excipit:ita limitat Paul. de Eleaz. in dicta clem.ij.de teſtib. & ſequitur Maria. in dicto cap.fraternitatis.

20 Secundò Limita vbi teſtium examinatio,licet ſit ritè facta, non tamẽ plenè,vel ſufficienter eſt facta,vt quia iudex vel Notarius omiſit teſtes examinare,& interrogare ſuper interrogatoriis datis à parte, vel minus plenè ſuper articulis datis,vt eſt tex.in cap. per tuas. de teſtib. & ibi Areti.in primis verbis.Guido Papæ q.cxxiiij.Bald.in ca.j. §. ſi enim domino.in titul.quid ſit inueſtit.Guliel.Bal.Alber.Raph. Angel. & Alex.in l.veluti.§.hæc vox.& Iaſo.in l.veluti.ff.de eden. licet Iaſon illam legem legat cum §.præcedenti.Spec.in tit.de teſte.§.nunc videndum.in vltimo ver.Bar.in d.auct.atqui ſemel.& ibi Ang.Guido Papæ,qui declarat,in conſi.lxxiiij.Oldendorp. in libell. iur. & æquitatis in ij.tomo.Io. And.in c.præſentium.de teſtib.in vj.Spe.in tit.de teſte.§.iam de interrogatoriis.ver.item cautè.Bal.in l. per hanc.C.de tẽp.appella.Soc.in reg. ccccxiiij.in vltima limit.& Maria.Soc.in dict.c.fraternitatis.in verſicu. ſecundus caſus.& ibi Feli.Pau.de Caſt.in conſ.ccxlvj.volu.j.Abb.& ibi Feli.in d.c.per tuas.Io.Ant.Alex.in conſi.xliiij.Barbatius conſi.iij.volu. iij.Lanfranc.in c.quoniam contra.§.teſtium.verſic.non prætermittendum.de probat.Paul.de Caſtro in conſi.ccxlvj. in j. part. Socin.in reg. cccciij.in j.fallen.& v.fallen.

21 Et propterea dicit Aret. in c.licèt cauſam.de probat. quòd etiam poſt publicatas atteſtationes poteſt teſtis repeti, vt interrogetur de cauſa ſcientiæ.gloſſ.in §.quia verò.in glo.magna.in auth. de teſti. Lanfranc. in.c.quoniam contra.in §.teſtiũ.Bal.in auth.at qui ſemel.C.de probat. Spec.in tit.de teſte.§.ſatis vtiliter.ver.q d ergo.Sal.in d.auth.at,q ſemel.

22 Et propterea dicitur quòd ſi iniuſtè fuiſſet repulſus à iudice à probando,poterit,non obſtante publicatione, teſtes examinare,Bald. in capit. ex parte.de teſtib.verſi.item mandamus.Ant.de Butr.in c.tam literis.de teſti.Feli.in c.fraternitatis.de teſti.

23 Et ſi omiſſum eſſet interrogare ſuper interrogatoriis partis, poteſt pars non obſtante publicatione,petere quòd teſtes iterum examinentur.Alex.in conſi.clxxij.volum.ij.& in conſi.xl.volum.iiij.qui plus ſubdit,quòd non propterea dictum teſtis eſt nullum.Grammat.conſi.ciuili.lxxxix.

24 Tertiò limita quando publicatio non eſſet ritè facta, licèt teſtium receptio eſſet ritè facta,vt not.Bart.in d.auth.at qui ſemel.de probat. Alexand..in conſil.clxxxj.volum.vij.Maria.in cap. fraternitatis. Rota in nou.deciſi.clxiij.Hippol.in l.j.§.ſi quis vltrò. ff. de quæſt. & in l.j.§. præterea iiij.ff.ad legem Corn.de ſicar.Alex.in conſi.lxxxiij.vol.iiij.& hoc proculdubio procedit, vbi teſtificata non ſunt didicita, prout loquuntur præfati Docto.ex quo vt infra dicetur,etiamſi publicatio eſſet bene facta & ritè,tamen ſi non eſſent didicita teſtificata,non impediretur productio aliorum teſtium.

25 Fallit tamen iſta concluſio ſecundum Maria in dicto cap.fraternitatis,quantum ad repetitionem eorumdemmet teſtium. quia illimet teſtes etiam ſtante publicatione non ritè facta,ſi modò omiſſio ſolennitatis publicationis non inficiat dicta,& examen teſtium,non poſſunt repeti etiam in eadem cauſa,& inter eaſdem perſonas, vt ibi per eum.

26 Sed dubium eſſe poteſt quando pars didiciſſet teſtificata,& tunc dubitaretur,an ſtante publicatione non ritè facta, impediatur teſtium examinatio,vel reproductio,& Bar.vt videmus in d.auth.at,qui ſemel. tenet quòd ſic,& idem Imola.Maria.in cap.fraternitatis,& Felyn.in d. cap.fraternitatis.

Tamen contrarium ſentit Bald.in l.ſi quis teſtibus. C. de teſti.& iſtam opin.Bar.eſſe falſam tenet Iaſ.in dicta l.qui per ſalutem. ff. de iureiur.Fel.in cap.vltra tertiam.de teſti.Bald.in auth.at qui ſemel.& ſtante prima limit.de qua ſupra dictum eſt, videtur quòd etiamſi publicatio ſit nulla,& pars didicerit teſtificata, non impediatur noua teſtium productio.

27 Quartò limita, quia ſola publicatio non excludit à facultate teſtes producendi,niſi cum teſtificata fuerint didicita.glo. fi.in c.conſtitutis. el ij.de teſti.Spec.in tit.de teſte.§.ſatis vtiliter,verſi.quid ſi publicare,& in §.fi.verſi.quid ſi renuntians.Bald.in c.iurauit, de probat. & in auth. at qui ſemel.in j.not.in diſcurſu illius lect.nam tenet quòd hoc ſolum, ſcilicet didiciſſe teſtificata,excludat à facultate producẽdi teſtes. Idem tenet Guli.de Mont.Laud.Zenzel.& Steph.in d.cle.ij. de teſti. vbi etiã Petr. de Anch.& Ang.in auth.at, qui ſemel.§. ſi vero hoc nõ egerit de teſti.Signorol.Homod.in cõſi.ccxlij.in verſi.nec obſtat, quod allegatur.Alex.in conſi.lxxxiij.vol.iiij.Alex.in conſi.clxxxj. vol. ij. Corn. in conſi.xxvij.volum.iij.Soc. in regula cccciij.in xxiij. fall. Guido Pa.in ſing.cviij.Oldendorp.in libello iuris & æquitatis,in ij.tomo.Maria.in d.c.fraternitatis.vbi dicit hoc procedere tam de iure ciuili,quàm de iure canonico.& iſtud fuit de mente Bart.in d.auth.at qui ſemel.

28 Vbi tenet quòd publicatio impediat,quia cenſetur facta publicatione,pars didiciſſe teſtificata, ergò præſupponit quòd ſi poſſet conſtare quòd non didicerit, quòd non impediatur productio teſtium examinandorum.

29 Et propterea dicit Maria.in c.fraternitatis. quòd ſi pars haberet aliquam præſumptionem,quòd non didiciſſet teſtificata, admitteretur ad hoc probandum per ſuum iuramentum, ſed ſi nulla eſt pro eo præſumptio,quòd non didicerit teſtificata,& habuerit publicationem,pro qua inſtiterit,præſumptio eſt,quòd teſtificata didicerit, adeò quòd non admittitur ad probandum contrarium per iuramentum. Felyn. in cap. in cauſis.de teſti.Felyn.in c.conſtitutis.de teſti.

Contrariam verò opini.quòd ſola publicatio etiam abſque eo quod teſtes teſtificata didicerint,excludat à facultate producendi teſtes, tenuit Hoſt.in ſumma de teſti.§.vnum.verſi.dictis igitur. Ioan. Andr. & Ant.de But.in d.c.conſtitutis.& ibi Abb.& Imola in c. fraternitatis. de teſti.vbi etiam Fely.qui ſublimitat iſtam ſecundam opin.Car.in d.cle. ij.quæſt.v.Petr.de Ancha.in conſi. ccxxiij.incip. ad euidentiam. Lanfranc.in c.quoniam contra.§.teſtium.de proba.Idem Imola in clem.ij. de teſti.Bal.in l.per hanc.C.de temp.appel.Fel.in c.vltra tertiã.de teſt.

30 Et ſi aliquo tempore habuerit penès ſe dicta teſtium,præſumitur vidiſſe,& didiciſſe,& excluditur,niſi fuiſſent ſigillata. Fel.in ca.cum I. & A.de re iud.Bertrand.in conſi.vij.volum.j.

31 Et idem in omni alio caſu,in quo præſumeretur didiciſſe teſtificata, Ruinus.conſilio clxiiij. volumine quarto. Grammat.conſi lio ciuili. cxxiij.

32 Quintò limita,ſi teſtes examinati ſuper articulis depoſuerunt quid extra articulum.nam in eo,quod extra articulum depoſuerunt,non obſtante publicatione,alij teſtes poſſunt examinari. Innoc. Hoſt. & Ioã. Andr.in d.c.fraternitatis.vbi etiam Maria. & Ang.in l. per hanc. C. de tẽp.appellat.Bart.in authen.at qui ſemel.in verſi.ex prędictis patet: Aret.in c.de teſtibus.& in c.cum cauſam.& in ſummario.de teſti.Afflict. ſuper Conſtitu.

33 Sublimita,niſi teſtes iurauerint dicere veritatem,etiam ſuper articulis,& tota cauſa,vt per Ange.in d.l.per hanc. Corn. in conſi. xxvij. volum.iij.& per Marian.in d.c.fraternitatis.

34 Sublimitat hoc Marian.in dicto cap. ſi iudex omiſiſſet examinare ſuper tota cauſa, quia ſi tantum examinatur ſuper deductis in articulis,poterit ſuper alijs examinare, tametſi iuratum ſit ſuper tota cauſa.

35 Et dicit etiam Marian.in dicto cap.fraternitatis.quòd ſi ea,ſuper quibus teſtes examinare quis intendit, includantur in principali petitione,quòd tunc non eſt licitum vlterius examinare, ſecus ſi nullo modo in petitione includerentur, licèt ad cauſam facerent, vt ibi per eum, quia tunc etiam quòd teſtes iuraſſent ſuper tota cauſa, adhuc examinari poterunt,publicatis atteſtationibus.

36 Sextò limita niſi quis velit probare falſitatem cum corruptione teſtium examinatorum,& publicatorum,vt not.glo.in d.clem.ij.in glo. in verbo directò contrariis,de teſti.& idem Guliel.in d.clem.ij.vbi aſſignat rationem huius limitationis,& idem tenet in d. clem.ij. Card.in v.oppoſ.Bar.poſt Nico.de Mattar.vbi ponit aliam rationem,in auth. at qui ſemel.& Imola,& Maria.in c.fraternitatis,& illud dictum Bart. in d.auth.at qui ſemel.cum ratione ſua ſequitur Alex.in l.j.ff. de feriis. licèt rationẽ ipſam impugnet ibi Iaſ.Signor.Homod.in conſil. ccxliij. Idem tenet Innocen.in c.licèt.in glo.in verbo,poſt ſententiam.de probat.vbi etiam Abbas in v.not.& Fely.in cap.quoniam contra.§.teſtiũ. de probat.Fely.in c.ex parte.de reſcript.& idem Abb.in verſi.conclude.in d.c.licèt. Ang.in §.quia verò. in verſi. vlterius oppono. de teſtib. Bal.in l.ſi quis teſtibus.in verſi.ij.oppono,de teſtib.Alex.in l. Diuus.ff. de re iudi.Soc.in regu.cccciij.in xiij.fallen.& in xxviij.fallen.Imola in clement.ij.de teſt.Angel.in authent.at qui ſemel.Afflict. ſuper Conſtitut.

Tamen Decius tenet contrarium,quod ad probandam ſolam falſitatem,non obſtet publicatio.in c.licèt cauſam.de probat.

37 Tenendo primam opinionem limita,quando tempore examinationis falſitas teſtium potuit ſciri, & impugnari, quia tunc ei imputatur, qui falſitatem non probauit,vt per Fel.ibi.Oldendorp.in libello iuris, & æquitatis.tomo ij.

38 Septimò limita,quando teſtes producerentur poſt obtentam publicationem,& ad confirmanda dicta priorum teſtium, & ad impugnanda dicta teſtium qui ex aduersò producti improbauerãt dicta per priores teſtes.Inno. Abb.Bald.& Capr.in cap.cum clamor. de teſt. Ant.de Butr.in c.cum in tua.eod.tit.& ibi Maria.de teſtib.Abb.in c.ex tenore. & ibi Fely.eod.titu.Bald.in c.licèt dilectus.eod.tit.Salyc.in auth.at qui ſemel.& ibi Bal.& in l.ſi quis teſtibus.de teſti.Corn.in conſi.xxvij.vol. iij.Petr.de Anchar.in clem.ij.de teſt. Soc. in regula cccciij. in xxix. & xlvij.fall.Ange.in auth.atqui ſemel.Saly.in l.per hanc. C. de temp. appel.Imola in cap.fraternitatis.de teſtibus.Cæpolla in conſi.ciui.lv.deciſi.Neapol.lxij.in nou. Afflict.ſuper Conſti.

Contrarium Abb.in c.cùm in tua.de teſtib.& Aret. Fel.in c. cum clamor.in fine,de teſt. qui declarat ex mente Imolæ. Iaſ.in conſ. xliij. volum.j.

39 Octauò limita,quando quis vellet etiam poſt publicatas atteſtationes admitti ad probationem ſuper eo, ſuper quo ante publicationem non potuit ſuper eo facere examinari,nec erat quid ei ſuper hoc imputare poſſet,vt declarat ipſe Marian.in d.cap.fraternitatis.

40 Et ad hoc facit quod not.Bald.in auth.atqui ſemel. Abb. in cap. ex tenore.de teſtib.vbi not.Innocen.& alij:& ibi Fel.Cæpolla in conſi.lv.

Afflict.ſuper conſtitu.Aimo in conſi.lxv.vbi teſtes etiam poſt publicatas atteſtationes admittuntur ſuper eo, ſuper quo pars diuinare non potuit ante publicationem.

41 Nonò limita niſi is,qui petit,& inſtat pro productione teſtium,poſt publicatas atteſtationes fuerit impeditus, vel facto iudicis, vel partis, teſtes examinare ante aperturam teſtium, quia in tali caſu etiam poſt aperturam teſtes poterit examinare.Bald.in c.j.§.item ſi vaſallus.in tit. de controuerſ.inueſtit.Anton.de Butr.in c.tam literis.de teſti.Aret.in c. intimauit.eod.tit.Fel.in c.fraternitatis,de teſt.

42 Decimò limita,nam licèt directò non poſſit contrarium probari, poteſt tamen per indirectum. videlicet quòd ille, qui dicitur contraxiſſe tali loco,& tempore,non fuerit in tali loco, ſed alibi, vt per glo. in dicta clem.ij.in glo.in verbo,directò.Ioan.Andr.in addit. Specul.in §.ſæpe.in verſi.porrò.in titu.de teſti. Ange.in §. quia verò.in authen. de teſtibus. verſicu. vlterius oppono. Bald.in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus.Anto.de Butr.in capitul.fraternitatis. Car. in clem.ij.in v. oppoſ.& idem Anto.in capitul.ſeries,& in capitul.ex tenore.de teſtibus. Ang.in l.per hanc.de teſt.Imola in c.fraternitatis.Guido Papæ in ſingu.cviij.Bouer.in verbo,teſtis.ſin.xxv.Oldendorp.in libel.iur.& æquitatis.Bar.in auth.at qui ſemel.& ibi Ang.& Imol.& Pau.& Alex.in d. l.Diuus.ff.de re iud.Fel.in c.licèt cauſam.in verſic.j.concluſio.de prob. poſt Ant.de Bu.Imol.& Abb.ibi,Bal.in l.per hanc.C.de temp.app.ibi Sal.Afflict.ſuper Conſti.Ruin.conſi.xv.vol.v.

Contrarium tenuit Vincen.in c.ex tenore.vbi etiam Abb.& Felin. de teſti.Maria.in d.c.fraternitatis.diſtinguit,ꝙ aut potuit imputari parti, cur autem non fecit examinari teſtes, cùm de illo poſſet eſſe aduiſatus.

43 Et tunc non poſſit vlterius examinare,aut imò nihil eſt,quòd imputare poſſit parti,cur prius teſtes non fecerit examinari, & tunc poteſt teſtes examinandos curare per eum.Idem Pe.de Anch.in cle.ij.de teſti. & hoc etiam ſumitur ex mente Bald.in auth.at qui ſemel.C.de prob. Fel.in c.licèt.de prob.verſi.j.fallit.Sal.in l.ſi quis teſtibus.de teſt.Signo. Homod.in conſi.cxliij.

44 XI.Fallit,in teſtibus examinatis in iudicio nullo,quia eorum publicatio non impedit quominus alij teſtes recipi,& examinari poſſint,vt per Rotam in antiquis,deciſi.xlij.

45 Et hoc intelligit verum eſſe Maria.in c.fraternitatis.vbi nullitas iudicij pariter inficit etiam probationes, ſecus ſi non obſtante nullitate iudicij probationes remanerent validæ,& legitimæ,vt ibi per eum. & pro iſta limitatione facit quod habetur in prima limitatione.

46 XII.Limita in minore,qui beneficio reſtitutionis in integrum admitti poteſt ad producendos teſtes etiam poſt publicationem obtentam,quicquid dixerit Dy.qui contrarium tenebat.in l.j.§.nunciatio.ff. de oper.noui nunc.& ita tenuit Inno.in c.auditis.de reſti.in integr.vbi etiam Abb.& Imol.Spec.in ti.de reſtitu.in integ.§.vltimo videndum. verſi.quid ſi in cauſa.Bar.Imol.Alex.Iaſ.& alij omnes.in l.j.§.nunciatio.ff.de oper.noui nunc.& idem Barto.in l.minor.xxv.annis omiſſam allegationem.vbi etiam Bal.ff.de minor.& Bar.in l.petendæ.C.de tẽp. in integ.reſti.in fin.Gul.de Cun.& ibi Bal.Ang.& Alex.in l.vbi exigitur.§.j.ff.de eden.Bal.in auth.at qui ſemel.de prob.vbi etiam Salic.qui ſublimitat,& Ang.in c.j.§.ſi enim domino.quid ſit inueſtit.Pau.de Ca. in l.j.§.editiones.in fin.ff.de eden.Socin.in regu.cclxij.qui ſublimitat. Aret.in c.fraternitatis.vbi etiam Marian.& iſtam dicit * communem Claud.in rubrica.ff.ſol.ma.Abb.in c.fraternitatis.in viij.caſu.de teſti. Soc.in regula cccciij.in xxvij.fallen.Aluarot.in c.j.§.item ſi vaſallus.de controuerſ.inueſti.Capella Tholoſ.& ibi apoſtil.deciſ.ccxlviij.Fel.in c.fraternitatis.qui ſublimitat.

47 Et id,quod dicitur in minore,procedit in republica, & eccleſia, vt per Docto.ſupra allegat.& per Imolam in dicto c.auditis.& Barto.& alios,in dicto §.nunciatio.Card.in d. clem.ij.quæſt.xvj.de teſtib.Abb. in c.fraternitatis.de teſtib.in viij.caſu.Bald.in l.per hanc.C.de tempo. appellat.

48 XIII.Limita in maiore,qui haberet cauſam communem cum minore,qui reſtitutionem habuiſſet.vt non obſtante publicatione,poſſit teſtes producere.nam idem poterit maior,qui cum minore cauſam haberet,ſi intereſſe eſſet indiuiduum, vt per Baldum in l.denique. §.ſed vtrum.in fine.ff.de minor.refert,& ſequitur Maria.in dicto c.fraternitatis.Socin.in conſilio cx. volumine iiij.apoſtill.ad deciſio. Tholoſ. ccxlviij.

49 XIIII.Limita in maiore,qui cauſam haberet contra minorem reſtitutum aduerſus publicationem,quia & ipſe,non obſtante publicatione,poterit teſtes producere, quando omiſſio probationis minoris fuit cauſa,vt maior teſtes non produceret,vt no.Bar.in d.l.j.§.nunciatio.in fin.& ibi Alex.in fine.ff.de noui oper.nunc.Spec.in titu.de dila. §.videndum,verſic.in ſumma.el j.Barto.& Bal.in l.petendæ.C.de tem. in integ.reſti.Imol.in c.auditis.de reſti.in integ.Aret.in c.fraternitatis. & Maria.quicquid aliter dixerit Bal.in l.per hanc.C.de temp.appel.& videtur de mente glo.fi.in c.ex tenore.de teſti.prout refert Iaſo.in l.admonendi.in repe.ff.de iureiur.

50 Quòd ſi vna pars,aliqua ex cauſa poterit non obſtante publicatione alios teſtes examinare,hoc etiã facere poterit eius aduerſarius.Soci. in conſi.cx.vol.iiij.& ſeq.Fel.in c.fraternitatis.deciſ.Neap.clxx.in nou. vbi Soci.declarat.

51 XV.Limita,quòd etiam maior reſtituetur ex generali clauſula, propter iuſtam cauſam,vt per Innocen.in d.c.vltra tertiam.in glo.in verbo,nequiuit.vbi etiam Bal.& in d.c.intimauit.vbi etiam Io.Andr.& in c.cùm veniſſent.de teſti.Car.in conſi.xxiij.Maria.in cap.fraternitatis. Hippo.in l.j.§.ſi quis vltrò.ff.de quæſt.Abb.in capitu. fraternitatis.in viij.caſu.

52 Et propterea dicit Barto.in dicta authen. at qui ſemel.de probatio. quòd qui ignorabat tempore publicationis ſe teſtes habere,poterit illos producere,non obſtante obligatione.refert & ſequitur Imol.in c. in cauſis.de teſti.& Aret.

53 Declarat tamen iſtud vltimum vt per eundem Areti.in capitu. intimauit.de teſtib.vbi intelligit hoc procedere quando ignorantia eſſet cauſata dolo,vel malitia partis aduerſæ,aliàs ſecus.

Ex

54 Ex hoc ſequitur etiam ꝙ heres poterit reſtitui ex capite ignorantiæ propter clauſulam generalem ad teſtes producendos,non obſtante publicatione,vt per Aret.in d.c.intimauit.de teſti.

55 Et propterea in caſibus,in quibus ſententia lata retractatur ope reſtitutionis,vt quia ſit lata propter falſos teſtes,vt in caſibus notatis per Bal.& Docto.in l.Diuus.ff.de re iudi.& per canoniſtas in c.licèt cauſam.de proba.poterunt teſtes examinari,non obſtante publicatione, ita dicit Maria.in d.c.fraternitatis.ita tenet Decius in d.c.licèt cauſam. de probat.

56 Dicens ꝙ vbi conceditur reſtitutio in integrum,ceſſat timor subornationis,per dictum Inn.& Bal.in c.vltra tertiam.de teſti.& in auth.at qui ſemel.in v.fall.

Contrarium tenet Alexander in dicta l.Diuus.in iij.limita.ff.de re iudicata.

57 X V I.Limita,vbi Princeps concederet per ſuum reſcriptum facultatem examinandi teſtes,non obſtante publicatione,cum clauſula, Nõ obſtante,vel cum clauſula,Ex certa ſcientia:vt per Specu.in titu.de teſti.§.ſatis vtiliter.in xviij.caſu.Maria.in d.c.fraternitatis.Soc.in regula cccciij.in xxxij.fal.Afflict.ſuper Conſtitu.

58 X V I I.Fallit,vbi variatur,vel cauſa,vel res,vel perſona,ita vt exceptio rei iudicatæ in vna non obſtet in alia,quia ad alium finem ageretur,nam licèt eadem fiat probatio,& teſtes ſint publicati in vna inſtantia,vel cauſa,in alia ſuper eadem probatione illi,vel alij teſtes examinari poſſunt,c.veniens,& c.præſentata.de teſti.Bar.in l.per hanc.C.de appel.Bal.in l.ij.C.de eden.in l.ij.§.j.verſi.quæro quid ſi ille.ff.vi bono. rapt.Bal.in auth.at qui ſemel.in vij.fall.Bar.in extrauag.ad reprimendum.in verbo ſummariè.Abb.in d.c.veniens.in verſi.iterum.ead.glo. iiij.Ang.in l.quædam tabularum.ff.de furt.Rota in nou.deciſ.ccccxxxvij.Abb.in c.fraternitatis.in ſexto & ſeptimo caſu.& Maria.ibi,Claud. & Purpu.in d.l,ij.C.de eden.Fel.in c.per tuas.de teſtib.Socin.in regula cccciij.in viij.fal.& in xxij.fal.& xxxviij.& xl.fal.Aluarot.in c.j.§.item ſi vaſallus.de controuer.inueſtit.Ang.in authen.at qui ſemel.Socin.in conſi.cx.volum.iiij.Fel.in cap.veniens.de teſtibus.Pariſ.conſilio cxxij. volumi.j.

Contrarium videtur tenere Anto.de Butr.in capitulo,fraternitatis.cuius opinionem ſequitur ibi Areti.& in capitu.conſtitutis.eodem titulo.

59 An autem quando variatur modus facti,poſſit,non obſtante publicatione,examinari.Fel.in c.fraternitatis.de teſtib.

60 Et quid ſi facta ſit probatio in petitorio,& in ea obtẽta publicatio, an in poſſeſſorio poſſit fieri probatio,publicatione non obſtante.Afflict.ſuper Conſtit.in titu.de probat.in appell.recipien.numero 8.vbi tenet quòd ſic,ex quo probatio videtur tendere ad diuerſum finem.

61 X V I I I.Fallit,quando teſtes fuiſſent examinati in iudicio ſummario,quia poſſunt,non obſtante publicatione,examinari in plenario.c. veniens.vbi not.Aret.in ſummario.& in vj.nota.Maria.in c.fraternitatis.Aret.in c.cum in tua.in iiij.no de teſti.Rota in nou.deciſi.ccccxxxvij.Abb.in c.veniens.ver.iterum.ead.gl.& ibi Bal.& ibi etiam Fel.Soc. in regu.ccccij.in xlj.fal.& xliij.vbi declarat qualiter hoc intelligatur: Brun.in conſi.xcviij.Bar.in extrauag.ad reprimendum.in verbo ſummariè.Gual.enunciato.liiij.Afflict.ſuper Conſtit.

62 X I X. Fallit, quando teſtes ſunt examinati coram iudice, & poſtea iudicium deducitur coram arbitratore:Marian.in d.c.fraternitatis. Ro.in rubr.de arbi.Soc.in reg.ccccij.in xvij.fal.

63 X X.Fallit,quando teſtes ſunt examinati coram arbitro,& non ſunt mortui,& aduerſarius non vult illas atteſtationes recipere;Barto.in d. auth.at qui ſemel.de proba.Cy.in l.per hanc.in ij.oppoſ.C.de tem.ap. Alex.in conſi.lxxxiij.vol.iiij.Purp.in l.ij.C.de eden.Bar.in l.per hanc. C.de temp.appel.Lanfranc.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitio. de proba.Afflict.ſuper Conſtit.

64 X X I.Fallit,quando teſtes primò ſunt examinati coram arbitratore:nam aut non ſunt examinati in forma iudicij : & tunc quia nullam fidem faciunt proculdubio publicatione non obſtante, poſſunt teſtes examinari,quaſi examen ſit nullum, vt dictum eſt in j.limit. Et quòd examen ſit nullum,& fidem non faciat,tenet Bonif.in clemen.ij.de teſtib.no.Iacob.de But.& Barto.in l.fi.C.de teſtib.Aret.in c.præſentata. de teſtib.

65 Si verò ſunt examinati teſtes in forma iudicij.tunc aut tenemus ꝙ coram iudice nullam fidem faciant,prout tenuit Abb.in d.c.præſentata.& Bal.& Bar.Sal.in d.l.fi.C.de teſtib.& Anto.de Bu.in c.Quintauallis.de iureiur.& tunc idem dicendum eſſet,ꝙ publicatio non obſtet.& ita tenuit Maria.in d.c.fraternitatis.

66 Si verò tenemus ꝙ teſtes examinati coram arbitratore in forma iudicij,fidem faciant corã iudice,prout ſi eſſent examinati coram arbitris.vt tenuit Iaco.But.in d.l.fi.C.de teſtib.& ſequitur ibi Bar.& Anto. de Bu.& Aret.in c.præſentata.de teſtib.& tunc quantum ad hoc an examinati poſſint,publicatione non obſtante,dicendum eſt,prout dictũ eſt in proxima præcedenti limitatione,in caſu quando teſtes ſunt examinati coram arbitris.Lanfranc.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitio.de proba.Bal.in d.c.præſentia.de teſtib.

67 XXII.Fallit,vbi perempta eſſet inſtantia:in qua teſtes ſunt examinati,vel propter ineptam petitionem,vel per lapſum triennij de iure ciuili:vt in c.examinata.de iud.& in l.properandum.§.j.& §.cum autẽ. C.de iudic.& ita tenet Io.And.Anto.de Bu.& Abb.in d.c.fraternitatis. idem tenet Pe.de Anch.in cle.ij.de teſtib.

68 Sed iſta fallentia eſt bona quo ad caſum quando inſtantia eſſet perempta:ex qua etiã atteſtationes eſſent infectæ, & propterea inualidæ fuiſſent redditæ:ſecus ſi perempta eſſet inſtantia remanentibus validis probationibus:quia tunc non liceret poſtea,publicatis atteſtationibus,teſtes examinare.ita concludit Maria.in d.c.fraternitatis.in xxviij. fal.Imol.in cle.ij.de teſti.vbi etiã Car.in iiij.q.in c.fraternitatis.in vlti. q.Soc.in regu cccij.in xxxix.fal.Alex.in conſi.lviij.vol.ij.Vide Afflict. declarantem in Conſti.in ti.de prob.in appel.recip.vbi dicit,procedere quando probatio eſt ad diuerſum finem : ſecus ſi ad eundem finem: ibi.nume.6.

69 XXIII.Fallit,in cauſa matrimoniali,in qua etiã poſt publicatas atteſtationes licet adhuc examinare teſtes,vt in c.ſeries.& ibi no.glo.de teſtib.& no.Aret.in ſummario illius c.& idem Aret.in ſummario c.cũ in tua.eod.titu.Spe.in ti.de teſte.§.ſatis vtiliter.in nono caſu.Abb.in c. fraternitatis.& Fel.Maria.in xxix.caſu.Bouer.in ſingu.in verbo teſtis. ſing.liij.Pe.de Anch.in cle.ij.& ibi Imola etiã.de teſtib.Abb.in c.cauſam matrimonij.in ij.no.de teſti.Lanfranc.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſitio.de prob.Ang.in §.quia verò.verſi.vlterius oppo.in authen.de teſtib.& in auth.at qui ſemel.de prob.Abb.& Fel.in c.ſeries.de teſt.Bal.in auth.nunc ſi heres.C.de litig.Abb.in c.ſicut literis.de ſponſ. Soc.in reg.ccccij.in xv.fal.& fal.xxxvij.& xlvj.& Abb.in c.atteſtationes.de deſpon.impub.

70 Idem eſt quando agitur de probatione matrimonij ſpiritualis.gl.in c.præſens clericus.xx.q.iij.Fel.in c.fraternitatis.apoſtil.ad Abb.in eod. c.vt lit.non conteſt.Fel.in c.cauſam.de prob.Fel.in rub.de ſponſ.in iij. ſpeciali.Ruin.conſilio cxxx. volumin.iiij.Felin.in c.conſtitutis.el ij.de teſtibus.

71 Declara tamen & intellige iſtã limi.vt per Abb.in c.iurauit.de prob. Bonif.de Vital.in cle.ij.de teſt.Iaſ.in conſi.xv.vol.iij.Fel.in c.lator.ver. ſecunda declaratio.de re iudi.tenet ꝙ hoc procedat non tantùm fauore matrimonij,ſed ob periculum animarum:& ideò ceſſante dicto periculo,non admittitur examen teſtium:vt per Are.in c.conſtitutis.el ij. de teſti.& Fel.ibi.

72 Item Declara vt in hoc caſu neceſſarium ſit iuramentum ſuper non ſubornatione:vt per Hippo.in ſingu.cxxviij.Fel.in c.ſeries.de teſtibus.

73 Et generaliter quando agitur de periculo animarum,non obſtat publicatio,vt dicit Fel.in c.fraternitatis.de teſtib.

74 XXIIII.Fallit,vbi poſt publicatas atteſtationes fieret examinatio teſtium de conſenſu partium.gl.in d.cle.ij.in verbo producere.Io.An. in c.fraternitatis.& in c.præſentata.de teſti.Bar.in auth.at qui ſemel.in vlti.q.de prob.& ibi Bal.in iiij.fal.& Sal.& Bar.in l.per hanc.in fi.C.de temp.app.Ang.in d.§.quia verò.ver.item oppono ad idem.in fi.Imol. in d.c.fraternitatis.& ibi Maria.in xxx.caſu.Alex.in l.j.ff.de fer.Soc.in regul.ccccij.in iiij.limit.Aluarot.in c.j.§.item ſi vaſallus.de controuer. inueſtit.Afflict.

Contrarium tamen tenet Ang.in d.auth.at qui ſemel.Imò etiam ſi conſentiat pars,contra quã teſtes producuntur tacitè, non opponendo,hoc ſufficit:Imol.in d.cle.ij.Abb.in c.cum contingat.de offi.deleg. Fel.in c.quoniam contra.de prob.& in c.paſtoralis. de excep.Corn.in conſi.xxvij.vol.iij.Ant.de Bu.in c.in cauſis.& in c.vltra tertiam.& in repe.c.fraternitatis.vbi etiam latè Fel.de teſt.vbi etiã hoc tenet Io.Andr. & Maria.in d.c.fraternitatis.& Fel.Iaſo.in l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.& in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.pe.Afflict.ſuper Conſtit.Aimo in conſi.lxv.

Contrarium Aret.in c.fraternitatis.de teſtib.Bertrand.in conſi.clxvij.vol.iij.

Sed tenendo primam opinio.dicas idem eſſe ſi iudex detulit productioni teſtium,parte non appellante,nã hoc ſufficit:vt per Alex.in conſilio lxxxiij.vol.iiij.

75 XXV.Fallit,vbi atteſtationes ſunt deperditæ, quia paria ſunt non eſſe,& non apparere:vt eſt tex.in c.fi.de prob.& ibi not.& iſtud voluit Bar.in auth.at qui ſemel.C.de prob.Spe.in ti.de teſti.§.ſatis vtiliter.Inno.in c.conſtitutus.de teſti.Bal.in l.veluti.ff.de edend.Bal.in d.auth.at qui ſemel.in vj.fal.Bal.in l.per hanc.C.de temp.ap.Abb.in c.fraternitatis.in v.fal.& ibi Imol.& Maria.in xxxij.caſu.Petr.de Anch.in cle.ij.in iiij.fal.& ibi Bonif.in iiij.fallen.Fel.in c.per tuas.de teſtib.Soc.in regu. ccccij.in ix.fal.Aluarot.in c.j.§.item ſi vaſallus.de controuer.inueſtit. Hippo.in rubr.de proba.Afflict.ſuper Conſti.

76 XXVI.Fallit,nam iudex poteſt etiam publicatis atteſtationibus teſtes repetere,vel interrogare,qui obſcurè depoſuerunt,quod debet facere ex officio,non ad partis inſtantiam,glo.in c.cùm clamor.& in c. per tuas.vbi etiam Inn.de teſti.& ibi Aret.gloſſ.in cap.in præſentia.in gloſſ.in verbo dubium.de proba.& ibi Anto.de Butr.Imola,& Feli.in dicto c.per tuas.Barto.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.in iij.q.de damn. infect.Innocen,Abb.& Felin.in d.c.cùm clamor.Fel.in c.cùm à nobis.

de teſti.Bar.in l.repeti poſſe.ff.de quæſt.Fel.in c.fraternitatis.vbi etiã Maria.in xx[illegible]iij.caſu.Fede.de Sen.in conſi.clxij.Bal.in auth.at qui ſemel.C.de proba.& in l.fi.in ij.lect.ff.de [illegible].Alex.in conſi.xcij. volu.v.Oldendorp.in libel.iur.& æquitat.[illegible].Car.in d.clem.ij.de teſt.Alber.de Roſat.in l.ſolem.C.de teſti.Aret.in l.ij.ff.de duobus reis. Lanfranc.in ca.quoniam contra.in §.teſtium depoſitiones.de probat. Corn.in conſi.clxxxv.volu.iij.Soc.in regu.ccccij.in x.fal.& fal.xlviij. & ſeq.Hippo.in l.j.§.ſi quis vltro.de quæſt.Alex.in conſi.cxxxviij.volu.vj.vbi plus addit,hoc fieri poſſe per iudicem etiam poſtquam pars hoc petiit,licèt non teneatur hoc facere ad ſuam inſtantiam,poteſt tamen facere hoc ex ſuo officio,& idem voluit Pau.de Caſtr.in conſilio ccxlvj.in j.parte,incip.in caſu,de quo quæritur.

78 Quinimò Specu.in titu.de teſte.§.ſatis vtiliter,verſi.quid ergo ſi ego peto.tenet ꝙ de conſuetudine iudex iſtud faciat, & facere debeat etiã ad partis inſtantiam,vt teſtis addat rationem ſui dicti.& iſtam limita. etiam tenet Hippo.in conſi.xxxix.& in conſi.xliij.& in conſi.lx. & in conſi.lxxiij.

79 Et nota,quia non poteſt quis cogi ad declarandum, niſi totum dictum ſuum ſibi legatur. Curt.Iunior.in l.ſi quis intentione ambigua, de iud.

80 Et propterea dicimus quòd ſi iudex videt dicta teſtium obſcura,poteſt teſtes iterum interrogare pro declaratione eorum, quæ obſcurè depoſuerunt.Angel.& Imola in l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum.ff.de verborum obliga.per Bart.in l.ij.§.creditum.in fine.ff.ſi certum petatur,& etiam inſtante parte.vt per Hippo.in l.prima.§.ſi quis vltrò.ff. de quæſt.

81 Et quando dicantur obſcurè depoſuiſſe,Fel.in c.cùm clamor.de teſti.declarat.

82 XXVII.Fallit,vbi articulus eſſet ita confusè poſitus vt aduerſarius ex eo plenè inſtrui,aut plenè informari nõ potuiſſet,tenet gl.in c.iurauit.& ibi Abb.vbi etiam Fel.de proba.Inn.in c.ex tenore.de teſti.& ibi ſequitur Ant.de Butr.Abb.Imol.& Fel.gl.in c.ſi teſtes.in §.fi.vbi etiam Domi.iiij.quæſt.iij.Ant.de But.in c.ſeries,de teſtibus.& ibi Fel.in fi.& Ant.in c.fraternitatis.& ibi Imola,& ibi Maria.in xxxiiij.caſu.de teſti. Io.And.in addit.Specu.in titu.de teſtibus.§.ſæpè.in verbo de falſitate, quem refert,& ſequitur Ant.de Bu.in c.ex tenore,verſi.plus dicit.de teſti.apoſtil.ad Abb.in d.c.fraternitatis.de teſti.Pet.de Ancha.in clem.ij. de teſtib.Declara,nam quando probationes aduerſarij ſunt pares,præferuntur iſtis teſtibus ſic repetitis ob ſcintillam dubitatæ ſubornationis,vt per Fel.in c.ex tenore.de teſtib.

83 XXVIII.Fallit,vbi teſtes eſſent examinati ad perpetuam rei memoriam,quia eorum publicatio nõ obſtat quominus teſtes in iudicio ordinario examinari vel repeti poſſint.glo.in auth.ſed & ſi quis.C.de teſti.Spec.in titu.de teſti.§.ſatis vtiliter.in xvij.fallent.

84 Ant.de Bu.& ibi etiam Abb.in xvij.fal.& ibi Maria.in xxxvj.caſu, vbi etiam Imola in c.fraternitatis.de teſti.Soc.in regula ccciij.in xxxiij.fal.Bal.in l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.in fi.

85 Et ibi etiam Salic.hoc idem voluit, dicens quòd licet poſt publicationem teſtes examinare,quando examinantur ad alium effectum, vt quia primò examinati ſunt ad præparationem litis, nunc verò ad deciſionem cauſæ.& allegant c.veniens.el ij.de teſti.& idem voluit Nic. de Mattarel.in dicta authen.ſed & ſi quis.C.de teſtibus.Oldendorp.in libello iur.& æquitat.Tomo ij.

Contrarium ſumitur ex mente Specu.in titu.de teſt.§.nunc tractemus.ver.aliàs autem.& hoc etiam ſumitur ex mente Abb.Imolæ,Aret. & Fel.in c.ſignificauit.de teſt.dum reſpondent ad Doct.Specu.in loco prælleg.& contrariam etiam opinionem tenuit clarius Bal.& Sal.in dicta auth.ſed ſi quis.C.de teſti.& ibi etiam Pau.de Caſtr.& iſtam opi. dicit veriorem Aret.in d.c.fraternitatis.

86 Sed Aret.in d.c.fraternitatis.notabiliter diſtinguit,concordãdo opi. quam diſtinctionem veram eſſe exiſtimo,nam procedit limitatio quãdo teſtes ad perpetuam rei memoriam examinãtur ex parte rei ad defenſam.vltima autem opinio,quando examinarẽtur ex parte actoris. quæ diſtinctio ſumitur ex not.per Doct.in dicta auth.ſed & ſi quis.C. de teſtibus.

87 XXIX.Fallit,vbi poſt publicatas atteſtationes quis vellet probare contrarium per euidentiam facti iunctis teſtibus,ita dicebat Vinc.& Gofred.in c.cauſam matrimonij.de proba.Bal.in l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.in fine quæſt.vbi allegat Spec.in tit.de proba.in §.videndum.ver. hoc quoque.Sed Specu.hoc non dicit.idem tenet Sal.in d.l.ſi quis teſtibus.C.de teſtibus.idem tenet Maria.in d.c.fraternitatis.in xxxvj.caſu.& ibi etiam hoc tenet Fel.& Roma.in l.ſi verò.§.de viro.in xxxj.fal. ff.ſolu.matr.Pet.de Anch.in c.cauſam quæ,de teſti.apoſtil.ad Abb.in c.fraternitatis.Flor.in l.qui ſeruum.ff.de interrog.actio.Soc.in regula. ccccij.in xix.fallen.Hipp.in rubr.de probat.Caſſa.in conſue.Tiraq.de retract.Grammat.conſi.ciui.xliiij.

88 Sed Abb.declarat qualiter hoc intelligatur in ca.cauſam matrimonij.in gl.in verbo matrimoniali.de proba.ſequitur Aret.in c.fraternitatis.de teſtib.vbi etiam Fel.qui intelligunt hoc procedere,quando inſpectio eſſet ſuper peritia artis,aliàs ſecùs:vtputà ſi ſuper damno dato.

89 XXX.Fallit,vbi teſtes examinati,& publicati depoſuiſſent de peritia artis,quia non obſtante publicatione,alij teſtes peritiores in contrarium examinari poſſunt,quia ſunt magis iudices, quàm teſtes.Bal. in c.propoſuiſti.in fine,de proba.& ibi clarius Dec.& etiam Barba.& Fel.& Io.de Ana.in cap.ſignificaſti.de homi.Idem tenent Bald.Abb.& Imol.vbi etiam Aret.in c.cauſam matrimonij.de probat.Fel.in c.fraternitatis.& ibi Maria.in xxxviij.caſu.Corn.in conſi.xxvij.vol.iij.Lanfranc.in c.quoniam contra.in §.teſtium depoſitiones.de probat.apoſtil.ad Abb.in d.c.fraternitatis.Soc.in reg.cccciiij.in xxxvij.fal.Hipp. in l.j.§.ſi quis vltrò.ff.de quæſt.& in ſingu.ſuo lxvj.Fel.in c.cauſam.de proba.Afflict.ſuper Conſtitu.

Contrarium Abb.in d.c.propoſuiſti.de proba.

90 XXXI.Fallit, vbi poſt publicationem produceretur inſtrumentum,& cum inſtrumento teſtes,quia tunc teſtes admittuntur etiam facta publicatione,vt eſt tex.ſecundùm vnam lectu.in c.ſeries.de teſti.& ibi not.Ant.de Bu.Imol.& Aret.& Fel.& ibi Roma.in rubr.ff.de arbi. Maria.in c.fraternitatis.in xlj.caſu.Fel.ibi.& idem Fel.in c.ij.in ſeptimo intellectu tertiæ concluſi.de proba.Lanfranc.in c.quoniam contra.§.teſtium.de proba.Alex.in conſi.xlvj.volu.vj.& in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cer.pet.& in conſi.ccxiij.volu.ij.Ant.de Bu.& ibi Aret.in c.tertio loco,de proba.apoſtil.ad Abb.in d.c.fraternitatis.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.ccclxxiij.Socin.in regu.ccccij.in x.fall. Roma.in ſingu.lxxxj.Aimo in conſilio lxv.Cagno.in l.j.nume.17.in fin.ff.de regulis iur.

Et dicit Bal.in l.ampliorem.C.de tempo.app.in fine,quòd ad comprobationem inſtrumenti,& Notarius,& teſtes examinari poterunt, non obſtante publicatione,apoſtil.ad Abb.in c.fraternitatis,& apoſt. ad Bar.in d.auth.at qui ſemel.Afflict.ſuper Conſti.Idem ſi tantùm inſtrumenta ſine teſtibus producerentur. Mil.in practic.crimin. Declara duobus modis vt per Pariſ.conſilio cxxij.volum.j.ad quem me remitto.

91 XXXII.Fallit,quando tertius admitteretur ad cauſam pro intereſſe ſuo,quia etiam poſt publicatas atteſtationes inter partes principales poteſt tertius teſtes examinare,ita videtur velle text.in c.conſtitutis in præſentia.& ibi not.Abb.de teſti.Spec.in titu.de teſte.§.ſatis vtiliter.verſi.quid ſi à ſententia.Maria.in c.fraternitatis.in xliiij.caſu.Feli.ibi,Caſſa.in conſuet.Fel.in c.veniens.el ij.de teſtib.Fel.in c.qualiter & quando.de accuſatio.Oldendorp.in libello iur.& æquitatis.tomo ij. Afflict.ſuper Conſti.Imol.in c.ſuper.de re iudi.Idẽ tenet quando ignoraſſet cauſam agi,ſecus ſi ſciuiſſet.Idem Pariſ.dicit diſtinguendo inter ſcientem,& ignorantem,in conſi cvij.vol.j.in conſi.cviij.vol.j. Anto. de But.verò ibi diſtinguebat,ſed eius diſtinctionem impugnat Imola in loco præallega.Inn.verò in d.c.ſuper.de re iud.tenebat contrarium. & Bal.in auth.nunc ſi heres.C.de litig.Ang.in l.ſi ſuſpecta.ff.de inoff. teſta.Ang.tamen primam opinionem tenuit, Bar.in l.ſi perluſoriè.§.j. verſi.ij.videndum.ff.de appel.Abb.in c.veniens.el ij.de teſtibus.& Fel. Bal.in l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffi.teſta.Imola in l.ſi ab executore.de appel. & in clem.conſtitutionem.de elect.

92 Vbi dicit præiudicare terminum peremptorium tertio,ſi ſciuit cauſam agi,& non aliàs.& idem videtur ſentire in eadem clem.

93 Fortaſſe poſſent concordari opin.ꝙ aut tertius comparet,& aſſiſtit liti,& tunc non poſſit publicatis atteſtationibus teſtes examinare, ſicut nec principalis poterat.Aut principalis comparet pro ſuo intereſſe,& litem non proſequitur principaliter,& tunc non obſtante publicatione per alterum obtenta,quaſi res inter alios acta ſibi non obſtet publicatio.& iſta diſtinctio ſumitur ex not.per Ang.in l.ab executore.§.fi.ff.de appel.

94 Sed nota,quia publicatio obtenta per tertium non excludit principalem.Fel.in c.conſtitutis.de teſtib.

95 XXXIII.Fallit in cauſa criminali,in qua teſtes recipiuntur etiam publicatis atteſtationibus.Barto.in l.prima.§.fina.ff.de quæſt.in l.Diui fratres.ff.de pœn.in l.reus. §.vnius.ff.de quæſt.Abb.in cap.ſuborta. de re iudic.in capitu. fraternitatis.in xv.fallent.de teſtibus.vbi etiam Maria.in xlv.caſu.Imol.in cle.ij.de teſtibus.Guido Papæ ſingu. cccxv. Bouer.in ſingu.in verſicul.teſtis.ſingu.xlvij. Socin.in regula.ccccij.in vj.fallen.

96 Sed tamen iſta limitat.poteſt intelligi duobus modis,vel in accuſatione,vel in inquiſitione.Quãtum ad accuſationem duæ poſſunt fieri concluſiones ex mente Bar.in l.ij.§.ſi publico.in verſicu.vlterius. ff.de adult.prima eſt,quòd in cauſa criminali poſt publicatas atteſtationes non poteſt fieri examinatio teſtium ad partis inſtantiam, ſed tantùm iudicis officio,etiam ad defenſam accuſati, vel ad eius innocentiam probandam.& ita etiam declarat Barto.in authen.at qui ſemel.& Bal in ſecunda fallen.Angel.in l.ſi vacantia.in repet.C.de bonis vacan.Io And.in regula.nullus pluribus.de regulis iuris,in ſextò.in Mercurial Imola in cap.cum clamor.de teſtibus.Bal.in l.ea quidem.de accuſatio. Sed Aret.in c.fraternitatis.tenet quòd ad defenſam,etiam inſtante parte,teſtes examinari poſſunt.& idem in ca.cùm clamor.de teſtibus.vbi etiam Fel.

97 Secunda concluſio elicitur ex dictis Bar.in dicto §.ſi publico. quòd

ad

ad offenſam teſtes poterunt examinari, etiam publicatis atteſtationibus, ex officio. Idem Bal. in l. quædam, in fin. princ. ff. de eden. Corn. in conſi. cclxxiij. vol. iij. Maria. in c. fraternitatis. in xxxiij. caſu. Fel. in c. cũ clamor. de teſti. Ang. in tract. maleſi. in verbo comparent dicti inquiſiti, & negauerunt totum. & in verbo, qui iudex dictum proceſſum publicauit. Afflict. ſuper Conſti.

Contrarium ſentit Abb. in d. c. ſuborta. de re iud. Bal. in l. preſbyteri. C. de epiſc. & cler. Hoſtien. & Ant. de Bu. in c. cùm clamor. de teſtib. Sal. in l. fi. C. de quæſt. Are. in c. fraternitatis. licet in c. cùm clamor. nihil firmet. Hippo. in l. j. §. fi. ff. de quæſt. & Fel. videtur hoc tenere in d. c. cũ clamor. Aluarot. in c. j. §. item vaſallus. de controuerſ. inueſti. Hippol. in practi. §. ſequens quæſtio. Mil. in pract. crimi.

98 Et quid in crimine hæreſis? Carre. in tract. de hæretic. nu. 124. & ſeq. & dicetur in vj. limi.

99 Sed in inquiſitione eſt diſtinguendum: quia aut aliquis promotor litis aſſiſtit, qui litem proſequetur, & iſto caſu dicendum eſt, prout ſupra dictum eſt, ſtante accuſatione in præced. concluſ. Bar. in authen. at qui ſemel. C. de prob. Anton. & Io. And. in c. qualiter, & quando. de accuſ. Bal. in l. ea quidem, de accuſ. Spec. in ti. de inquiſi. §. viſo. verſi. ſed nunquid publicatis. Federi. de Senis. in conſi. cclxij. Socin. in regu. cccciij. in vij. fall.

100 Sed ſi nullus promotor litis, vel pars nulla litem proſequitur, tunc proculdubio iudex poteſt teſtes etiã poſt publicatas atteſtationes examinare, vt no. in c. cùm clamor. per Abb. Are. & Fel. Io. And. Anton. de Bu. in d. c. qualiter, & quando. de accuſ. Bar. in d. auth. at qui ſemel. C. de prob. & ibi Bal. in iij. fall. Ang. vbi etiã Sal. verſi. item fallit. Fede. de Senis in conſi. cclxij. Io. And. in c. vt officium. de hære. in vj. Arch. in c. per hoc. in fin. de hæret. in vj. Bal. in l. eos. §. ſi quid autem, in fin. C. de app. Imol. & Pe. de Anch. in cle. ij. de teſti. Aluarot. in c. j. §. item vaſallus. de controuer. inueſti. Soc. in reg. ccccij. in 50. fall.

Et propterea dicitur quòd in cauſa hæreſis, publicatis teſtibus, licet alios examinare, Archid. in d. c. per hoc. in fin. de hæret. in vj. & Io. An. & Domi. in c. vt officium. eod. ti. Soc. in regu. ccccij. in xj. fal. Aluarot. in c. j. §. item ſi vaſallus. quid ſit inueſt. Fel. in c. fraternitatis. de teſtib. Et ex iſta limi. & proximè dictis ſequitur alia limi. quæ talis eſt.

101 XXXIIII. Fallit, nam iudex poteſt ex officio teſtes examinare etiã poſt publicatas atteſtationes, vt no. in c. cùm clamor. de teſtib. glo. in c. per tuas. de teſtib. & ibi Fel. Federic. de Sen. in conſi. cclxij. Io. And. in c. vt officium. de hæret. in vj. Arch. in c. per hoc. in fin. de hæret. in vj. Maria. in d. c. fraternitatis. in xxxvij. caſu. de teſti. Guid. Papæ. q. lxxij. Soc. in regu. ccccij. in xliiij. fal. An autem hoc teneatur facere ad inſtãtiam partis, vel tantum ex officio, dic vt in fal. xxvj. ſupra dicta. Vide Soc. in reg. ccccij. in xlviij. & ſeq. fal.

102 Et maximè debet facere in beneficialibus, & maximè curatis, in quibus etiam partibus contradicentibus, & inuitis poteſt teſtes recipere propter periculum animarum. Io. And. Hoſti. Anto. de Bu. & Fel. in c. ad petitionem. de accuſ. Maria. in c. fraternitatis. in xlvij. caſu, de teſtib. Io. And. in c. cùm inter. de conſue. nam in beneficialibus iudex ſupplet ex officio. c. cùm nobis olim. el j. & ibi gl. in verbo ex officio. de elect. & in c. oblatæ. de appel. & per glo. in c. bonæ. el primo, de poſt. prælat. Guido Papæ, qui declarat, in ſingu. dcxxiiij. Feli. in c. ad petitionem. de accuſ.

103 XXXV. Fallit in Papa, qui poteſt etiam publicatis atteſtationibus etiam teſtes examinare, & ita voluerunt Hoſt. Io. And. Anton. de Bu. & Fel. in c. ad petitionem. de accuſa.

104 Et ponit Maria. in c. fraternitatis. in xlvj. caſu. qui plus addit, idem eſſe in quolibet alio non recognoſcente ſuperiorem, vt ibi per eũ. ſed iſta limitatio eſt indubitabilis, quia ſi iudex quilibet inferior hoc poteſt, vt ſupradictum eſt in præced. limitatione, cur hoc non poterit Papa, & quilibet alius Princeps? & hoc etiam conſiderant Docto. in locis proximè allegatis.

105 XXXVI. Fallit, vbi pars petens publicationem, fuiſſet proteſtata, quòd intendebat etiam poſt teſtes examinare, ita tenet gloſſ. fin. in ca. cùm in tua. de teſtibus. & ibi Ioan. Andr. & in c. ſi teſtes. §. final. quarta quæſt. iij.

Sed vt per Ant. de Bu. in c. fraternitatis. hoc procedit, quando altera pars non contradixiſſet, ſed cõſenſiſſet, aliàs ſecus. & ita Abb. ibi in d. c. cùm in tua. & Are. Io. And. & poſt eum Abb. in c. ex tenore. de teſtib. per Maria. in c. fraternitatis. in xlviij. caſu, & Lanfranc. in c. quoniam contra. §. teſtium. de probatio.

106 Sed iſta limitatio poſſet eſſe vera, tenẽdo ꝙ publicatio abſque eo ꝙ didicita ſint teſtificata, impediat productionem teſtium: nam illud non procederet, vbi tempore publicationis pars eſſet proteſtata ꝙ remaneret ſibi ſaluum ius producendi teſtes.

107 XXXVII. Fallit ſi conſuetudo loci hoc admitteret, ꝙ etiam ſtante publicatione teſtes poſſent examinari, quia valet talis conſuetudo, ita voluit Ant. de Bu. & Imol. in c. ſeries. de teſtib. Io. And. in addi. Spe. in ti. de exce. §. dicto. ver. ſed nunquid. licèt hoc nõ dicat ibi Io. An. ſecundùm Abb. in d. c. ſeries. vbi tamen ipſe in fine tenet illam opi. Roma. in ſingu. cclxxiiij. Maria. in c. fraternitatis. in lj. caſu. Soc. in regula ccccij. in xij fallent. apoſtill. ad Bald. in l. per hanc. C. de tempor. appellation.

Contrarium gl. in c. per tuas. in gl. fi. de teſtib. & ibi Fel. & Fel. in d. c. fraternitatis. de teſti.

108 XXXVIII. Fallit, ſecundum cautelam Bal. in l. ampliorem. in fin. prin. C. de temp. app. quando pars nominaret teſtes iudici, & poſtea ſe abſentaret, quia teſtes poteſt iudex euocatos ad ſe examinare, quod dictum Bal. refert, & ſequitur Pau. de Ca. in conſi. ccxcvj. incip. in caſu, de quo quæritur. Rom. in conſi. ccccl xxix. & in repe. Rubricæ de arbit. verſi. item habens. vbi etiam iſtud dictum reſtringit. Barb. in c. ad petitionem. in ver. vltimo nota. de accuſ. Alex. in l. iiij. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dam. infect. Cæpolla in caut. clxv. Alex. in conſi. ccxxxviij. vol. vj. Lanfranc. in c. quoniam contra. §. teſtium. Soci. in regula ccccij. in vltima fallen. Hippo. in l. j. §. ſi quis vltrò. ff. de quæſtio. & in conſi. xxxix. nu. 14. vol. j. in conſi. xliij. nu. 72. & in conſi. lx. nu. 19. & in conſi. lxxiij. nu. 22. & ſeq. Soci. in regula ccccij. xxix. fallen. Iaſ. in l. vbi pactum. C. de tranſact. Hipp. in Pract. §. ſequens. & in rubrica de probatio. Ruin. in conſi. xxx. vol. iiij.

109 Declara vt per Aimo. in conſi. cxxxiiij. videlicet quando pars nominaret teſtes iudici, ſecus ſi iudex ſponte mandaret parti vt teſtes examinaret, nam tunc potius officio aduocati, quàm iudicis fungeretur, vt ibi per eum.

Contrarium Roma. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Fel. in c. fraternitatis. & Maria. in liij. fallen. apoſtil. ad Abb. in d. c. fraternitatis. Afflict. ſuper Conſti.

110 XXXIX. Fallit, vbi teſtes examinati depoſuerũt ſe nihil ſcire, quia etiam poſt eorum publicationem alij teſtes ſuper eiſdem articulis poterunt examinari, vt no. Iac. de Belui. per illum tex. in c. j. §. j. quid ſit inueſti. in vſibus feud. & ibi ſequuntur Rayn. Nico. de Neapo. Mar. Lauden. Aluarot. & Cardi. Alexan. & Soc. ponit in regula ccccij. in ij. limi.

Contrarium tenet ibi Bal. Io. And. & Anto. de Bu. in c. fraternitatis. vbi etiam Are. & Feli. de teſtibus. apoſtil. ad Bar. in d. auth. at qui ſemel. in verbo dubitatur, & idem colligitur ex dictis Bald. in c. fraternitatis. verſi. breuiter. de teſti.

Sed Bar. in auth. at qui ſemel. in verſi. quæro vtrum teſtis. poteſt ſaluari, vbi corrupti ab aduerſario teſtes dixiſſent ſe neſcire, vel non recordari. Alex. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden.

111 XL. Fallit, vbi licet dati eſſent articuli, tamen deſuper nulli eſſent teſtes producti, quia tunc etiam publicatis teſtibus ſuper eiſdem articulis, poſſunt examinari, gl. in c. cauſam. el ij. in gl. j. de teſti. & ibi Lauren. Tancredus, & Hoſt. & Abb. in c. fraternitatis. in vltima fal. poſt Ant. de Bu. ibi Bal. in auth. at qui ſemel. Corn. in conſi. xxvij. vol. iij. vbi adducit bonas rationes. & Soci. in d. regula ccccij. in ij. fal. Alexan. in conſi. lxxxiij. volu. iiij. Fel. in c. cùm veniſſent. de teſti. Soci. in regu. ccccij. in xxxiiij. fall.

112 XLI. Fallit, nam ſi teſtis examinatus ſuper negocio principali, deponat ſe nihil ſcire, poteſt etiam poſt publicationem examinari ſuper publica voce, & fama. Io. And. in addi. Spec. in ti. de teſt. §. nunc videndum. in vltima addit. Felin. in c. fraternitatis. de teſti. Are. in c. cùm cauſam. de teſti. & in c. fraternitatis. & ibi Imola.

Nec mirum, quia videtur ſuper diuerſis deponere, pro quo facit, nam teſtes, qui depoſuerunt ſuper aliquo acceſſorio, non prohibentur etiam poſt publicationem deponere ſuper principali. Aret. in c. de teſtibus. de teſti.

Primò Declara vt per Alex. in conſi. lxj. vol. ij. quando teſtis ſimpliciter iuraſſet dicere veritatem ſuper articulis, & tota cauſa: quia tunc ſuper eo, quod eſt articulatum, nullo modo poſſunt amplius teſtes examinari. Ang. in conſi. clv. Hipp. in ſing. dcxxiij. fuit dictum Inn. & Ant. de Bu. in d. c. fraternitatis. Corn. in conſi. xxvij. vol. iij.

113 Secundò Intellige, & declara præcedentem principalem concluſio. & limi. vt per Are. in d. c. de teſtibus. quando teſtis dixiſſet aliquid in fauorem partis aduerſæ, quia ex quo illi eſt ius quæſitum non poteſt vlterius examinari.

114 XLII. Fallit, vbi reus non fuit admiſſus ad ſuam intentionem probandam vel ex conſenſu partium, vel ex iuris diſpoſitione, niſi poſtquam actor plenè probaſſet ſuam intentionem, quia tunc dato quòd teſtes actoris eſſent publicati, adhuc reus poſſet probare ſuam intentionem per teſtes. Bal. in c. j. §. item ſi vaſallus. de controuer. inueſti. refert & ſequitur Soci. in d. regu. ccccij. in iij. limi. per l. officium. ff. de rei ven di. ſed nec limitatio probatur per illam legem, nec ego credo illam veram, ſi didicita eſſent teſtificata per eum.

115 XLIII. Fallit, vbi quis vellet impugnare dicta, & perſonas teſtium ſimul, quia iſtud facere poſſet publicatis atteſtationibus, vt no. Bartol. poſt Nic. de Mat. in auth. at qui ſemel. & ibi Pau. de Ca. Sign. Homod. in cõſ. ccxlj. in fi. Are. in c. licèt dilectus filius. de teſt. Pe. de Anch. in cle. ij. de teſtl. Imola in c. fraternitatis. Lanfranc. in c. quoniam contra. §. teſtium. de probatio. Soc. in regul. ccccij. in xiiij. fal. ſed iſta limi. videtur mihi eſſe eadem limitatio cum limitat. ſuperius poſita in x. limitatio.

116 XLIIII. Fallit, quando quis legiſſet atteſtationes perfunctoriè, nõ diligenter & plenè, ſiquidem tunc non obſtante publicatione, eo

quòd

6 Primò Limita,niſi expreſsè reſeruaret ſibi,electa vna, poteſtatem & facultatem redeundi ad aliam,Inno.in c.cum ex officij. verſ.item poſſet eligere.de præſcript. & ibi Hoſt. verſ. poſſet tamen eligere. Imola verſi.extra glo.tetigit.Fel.verſi.tamen ſi expreſsè dixit. Spec.in titu.de iuriſd.omnium.iudic.in §.j.verſ.vltimò nota.Pariſ. in c.cùm ex officij. nu.28.de præſcr.

7 Et ſimiliter partes ipſæ,quæ poterant procedere ordinariè,& ſummariè,ſi elegerunt viam ordinariam,nõ poterunt ad ſummariam recurrere,vel econtra.gloſſ.in clem.ſæpe.in verbo partibus. de verb.ſignifi. Roma.conſi.cxxxiij.Fel.in c.veniens.el ij.verſ. vbi etiam adde. de teſt.

Contrarium Bal.in l.iij.ff.de milit.teſtam.verſicu. & ideò eſt argu.

8 Limita & intellige quando electio facta eſt expreſsè , ſecus ſi tacitè: quo caſu poteſt procedere ſecunda opinio, per ea , quæ diximus ſuprà in alia illatione.

9 Secũdò Limita,nam quando viæ executiuæ competunt ad idem conſequendum,electa vna via executiua,altera non cenſetur excluſa:Bar. in l.conſentaneum.C.quomodo,& quando iud.verſi. quæro ſecundò Bal.in l.qui legati.C.vt in poſſ.legat.Iaſ.in l.j.verſ.adde quòd idem eſt. ff.ſi quis ius dicenti nõ obtẽ.& Bal.in l.fi.§.ſed cũ ſcio,in fi.ver. vlt. quæro.ff. ſi cert.pet.& in l.ignorare,in fi.C.de teſt. milit. Bened.de Plũb.in rept.l.nemo carcerẽ,verſi.patet ex hac litera.C.de exact.trib.li.xj.Ang. in l.qui reſtituere,verſi.in gl.in fi.ff.de rei ven.Bal.in l.j. §. hoc iudiciũ, verſi.illud nota.ff.ſi quis ius dicen.non obtem. Paul.de Caſtro in l.iiij. §.ait prætor,verſi.quid ergo ſi elegit.ff.de re iud.& in l.ſi Stichum dari. §.idem Celſus,verſi.eadem ratione.ff.de nouatio.in l.qui legare,verſi. per hoc etiam patet.C.vt in poſſ.leg.& in l.iiij.§.ſi ex conuẽtione , ver. itẽ,& verſ.ſed ſi pignora.ff.de re iud.Abb.in c.prout,nume.20.ver.& ſi pars.de dol.& cõt.Ang.in l.aduerſus.C.de act.& obli.Alex. in d.§.ſi ex cõuentione,ver.& ſic habes tex.Car.Alex.in c.dilectus,verſ.not.ex tex. ibi,propter.de appel.Hippol.in l.vnius.§.cuſtodiæ,verſi.pro quo facit. ff.de queſtio.&in rub. de fideiuſ.verſ. ix.quæro.& in ſing.cccviij. & in practica in §.attingam,verſi.quæri etiã poteſt.Guido Papæ conſi. xcix. nu. 2.verſi.præterea videmus,& conſi.cv.nu.3.verſi. j.& conſilio.cxiiij. nu.5.verſ.& quod eligendo. & conſi.cxvij. num.3.ver.j.quia videmus. Dec.in conſi. cccclx .num .9. verſi. & ad hoc bene facit, & conſi. xij. verſ.v.nam cũ.Alex.cõſ.cxxviij.ver.facit quod in ſimili dicitur,vol.iiij. verſ.ita ergo in propoſito.Claud.in l.de pupillo. §. meminiſſe. verſi. item vltra Doct. ff. de oper.nou.nunc.

10 Primò Amplia hanc limitationem , vt etiam lite pendente poſſit recurri ad aliud remediũ,alio amiſſo:Alex.con.cv.ver.ſicut ergò. vol.iij.

11 Secundò Amplia,vt etiam iudex electo vno remedio tendente ad executionem,poſſit ad aliud recurrere:Bar.in l.j. verſi.dico ergò , & ibi Iaſ.verſ.adde etiam dum Bart.hic.ff.ſi quis ius dicenti non obtemp.

12 Primò Limita,vt iſta procedant,quando vnũ poſt aliud proponitur, nam aliàs vno,& eodem tempore duo remedia executiua proponi nõ poſſunt:Ang.in l.nemo carcerẽm. C.de exact. tribut.lib.xj.per Hipp. in pract.in §. attingam.nu.55. & in rubrica de fide.verſi. & vide Ang.

13 Secundò Limita quando per vnum remedium executiuum intentatum,& obtentum poſſet creditori plenè eſſe conſultum : Ang.in l. qui reſtituere.ff.de rei vendi.verſi.in glo.in fin.

Contrarium tenet Iaſ.in l.j.verſic.& idem tenet.ff.ſi quis ius dicẽti non obtemp.

14 Prima tamen opinio procederet,quando ex primo remedio intentato poſſet dici creditori ſatisfactum , & ſibi ſolutum : Guido Papæ.q. ccccxxxviij.

15 Ex quo infertur quòd miſſus in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ,poteſt compellere reum ad recuperandam tenutam : Archid. in rubrica de eo qui miſſ.in poſſ.cauſa rei ſeruan.glo.in authen.de fideiuſſore. in §.j.in verbo firmat.Abb.in c.ij.num.18.de dolo & contum.Ioan.And. in addit.ad Spec.in §.ſequitur,verſi.porrò,ſuper verbo expenſis. Abb. in c.quoniam frequenter.§.in aliis.nu. 48.verſi.vltimò circa, vt litẽ nõ conteſt.Anch.in d.rub.de eo,qui miſſ.in poſſ.cauſ.rei ſeruan.in prin.& ibi Ioan.And.in primis verb.

16 Quam opinionem intellige,& declara vt per Bal.in rub. de eo , qui miſſ.in poſſ.in cauſa rei ſeruand.in decret.videlicet quando miſſio fit actione perſonali vbi mora præcedit,vel actione reali,quando fructus non ſunt reſtituti.

Contrarium in principali dicto tenet Ant.de But.in c.ij.in fin. verbis,de dolo,& contuma.& ibi Anch.verſ.quæro poſt Ioan.de Ligna.& Dom.in rub.de eo,qui miſſ.in poſſeſſio.cauſa rei ſeruan. in vj.poſt Io. And.in prin.

17 Et ſimiliter qui poteſt via facti recuperare poſſeſſionem, ſi iudicem adit,ad viam facti recurrere nõ poteſt:Bal.in l.ij.in x.q. C. de ſeruit.& aqua.& idem Bal.in l.j.verſi.item nota.ibi,quia dum aſſumitur via. C. de execu.rei iud.& in l.ædem.ver.iij.quæro.C.locati.Dec.in l.fi.nu.31. verſi.& ratio videtur.C.de edict.Diui Adria.toll. Grat.conſi. xc. num. 3.verſ.præterea non eſt vſus,vol.j.Ruin.conſ.cxxvij.nu.12.ver.& quia

oligendo.volu.v.Aret.in c.clam poſſidere.nu.3.verſic.j.niſi Ang.in l.nemo carcerem,poſt medium,verſi.item an poſſit capi.C.de exact.tribut. lib.xj.Clau.in l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas,verſicu. hanc tamen concluſionem.ff.de acquiren.poſſeſ.Dec.in conſi.cxlvj.verſic.iij.conſiderandum eſt,& conſi.cccc.verſi.iiij.reſpondetur.Aret. in §. actionum, verſ.nec obſtat ſi dicatur.inſti.de act.Ripa.in d.l.de pupillo.§.meminiſſe .nume. 7.ff.de nou.oper.nuntia.Gram.conſi.lxxxvj.Bertran. conſilio xxxj.volum.j.in antiq.

Contrarium Bal.in l.ij.verſ.ſed an proprietarius.C. de iure emphy. Alex.in l.quemadmodum,verſi.adde ad §.ff.de acqui.poſ.Rui.conſi.xlij. volu.iij.vbi hoc ſibi præiudicauit, volu.iiij.

18 Limita niſi iudex eſſet aditus cum poteſtatione,reſeruata facultate facti,Alex.conſi.cxxix.verſic. accedit quia,volum.iiij.Grat.conſi. xxxvij. verſi.circa quam,volum.j.Iaſ.in l.ij.verſic.iſtud tamen limito.C.de iure emphy.Dec.conſi.ccccl x.num.9.verſicu.ſed interueniente. Ripa in l.de pupillo.§.meminiſſe,verſicul.is autem, qui poteſt.ff.de oper.nou.nunc. Tiraq.de conſt.in prima parte.num.41.

19 Et idem eſt quando iudicem adiuiſſet circa iurium ſuorum præiudicium:Grat.conſi.lxxvj.volum.ij.& verſic.iij.dico.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Ceßio actionis,ſi pretium non correſpondet actioni ceſſæ, tanquam ſimulata non valet.*

1 LEX Per diuerſas. C. mandati, prouidet, quòd actio ceſſionis,vbi pretium non correſpondet actioni ceſſæ,non valet, quia præſumitur ſimulata, ſiue calumnioſa, niſi vſque ad quantitatem pretij ſoluti: pro qua quantitate ceſſionarius agere poteſt:pro reliquo autem agit cedens:& iſte eſt caſus in d.l. per diuerſas,& declarat ibi Bart.in prima oppoſ.Bald. in l. ij. C. ne liceat potent.& fuit de mente glo. in d.l.per diuerſas, in verbo propterea, & in glo.fi.& ibi Alber.de Roſate ex mente Odofredi,& Pau.de Caſt. idem tenet Inn.in c.fi.de alie. iud.mut.cauſa facta:Spe. in tit. de ceſ. act.Soci. in conſi.xviij.volu.j.Azo.in ſumma ne liceat potent. Ruin. conſi. lxxij. volumine primo.

Contrarium verò quòd tam in d.l. per diuerſas,quàm in l.ab Anaſtaſio.C.manda.agatur tantum pro parte,pro qua eſt ſolutum pretium, & in reliquo neuter agere poſſit, nec cedens, nec ceſſionarius, tenent Iac. de Arena,Pet.& Cyn.in d.l.per diuerſas.C.mandati.

2 Item procedit d.l.per diuerſas:quòd ceſſio facta ſine iuſta vel legitima cauſa, ſeu ſine iuſto titulo, non valeat, & non poſſit operari contra illum,contra quem facta eſt ceſſio:per illum textum,ibi,nulla etenim tali.&c.& ibi,quod aliis cauſis,& ibi,licèt in inſtrumento venditionis,vt voluit ibi Iacob.de Arena,& Cyn.& Io.Fab.& Odofred.& Barto.Iaco. Butr.& Pau.de Caſtr.Bald.in l.ij.C.ne liceat potent.poſt glo. in d.l.poſt diuerſas,poſt medium,in glo.fin.

3 Primò Amplia vt non valeat etiam ſi ſit firmata iuramento:Gozadi.in conſi.iij.in vij.argum.primæ partis,& in reſponſione ad illud,vbi præſupponit ceſſionem non valere, quam dicit iuratam in dict. vij.argu. primæ partis.

4 Secundò Amplia etiam ſi ceſſio facta ſit partim ex cauſa venditionis, & partim ex cauſa donationis:Maria.iun.conſi.xcvij. volu.ij.

5 Tertiò Amplia vt nedum non valeat ceſſio, ſed etiam non valeat promiſsio de cedendo:Ruin.conſi.cxl.in fin.volu.j.

6 Item ille textus ponit plures caſus, in quibus ceſſiones valent etiam data modicitate pretij,vel nullo titu:exiſtente,primus eſt in ceſſione facta inter coheredes,vt ibi dicit text.& ponunt omnes ibi poſt gloſ.

7 Secundus Caſus eſt quãdo creditor à ſuo debitore recepit ceſſionem: ita eſt tex.ibi,& gloſ.& dicunt doct.& ponit Aret.in conſi.cxxxvj.

8 Tertius Caſus quando res alienas poſſidens,pro auctione rerum apud ſe conſtitutarum,recipit ceſſionẽ à domino, vel habente iura ſuper illis rebus per ipſum poſſeſſis:ita text.ibi,quem vario modo declarant glo. & docto.ibi,& ponit ibidem Paulus de Caſt.

9 Quartus Caſus quando fit ceſſio inter legatarios, vel fideicommiſſarios,quam pro rebus ipſis relictis fieri neceſſe eſt,vt ibi eſt text.& declarant gl.& doct.& Guald.cautela xij.de acqui. hered.

10 Quintò Limita in omnibus ſimilibus caſibus, vel habentib. eandem rationem:ita Bart.ibi,Pau.de Caſt.& Salic.

11 Sextò Limita in ceſſione,quæ fieret ex cauſa neceſſaria : vt per Barto. Ang.Pau.de Caſt.Salic.Soci.in conſi.clxx.Bal.in l.ij.C.ne liceat potent. & in conſi.xlv.in fin.vol.j.

12 Septimò Limita in ceſſione facta inter ſocios,vt per Bart.in d.l.per diuerſas,Bal.Ang.Sal.& hoc ſiue fiat ceſſio in contrahendo,ſiue in diſſoluendo ſocietatem : Abb. in c.fi.de alienat.iudicij, mutan.cau.facta.

13 Octauò Limita in habentibus rem, vel actionem commu. quia inter eos facta ceſſio tenet,Bart.Ang.Sali.in d.l.per diuerſas.

14 Nonò Limita quando conſtat, quòd ceſſio non eſt facta animo vexandi illum,contra quem fit ceſſio,ſed ex iuſta cauſa:vt no.gl.in d.l.per diuerſas,in verbo venditionis,& ibi Bar.in j.oppoſ.& ibi Cyn.& Ioan. Fab.& idem Cyn.in l.ij.C. ne liceat potent.Inno.in c.fi.de alienat.iud mutand.cauſa facta.Azo.in ſumma,ne liceat potent.Hoſt.in ſumma,i tit.de ceſſ.act.& Spec.eo.tit.Soc.in conſi.clxx.Venafr.in conſi.xxiiij.

Et propterea ſi pauper cedat litem contra maiorem,contra quem ipſe non audet inſurgere,valet ceſſio,ita Alber.in d.l.per diuerſas. Socin. in d.conſi.clxx.Spec.in tit.de ceſſ.act.

15 Contrarium in hoc vltimo tenet Io.Fab.in d.l.per diuerſas,in fin,qui tenet quòd propterea pauper cedens non videtur eſſe in dolo, ita quòd incidat in tit.de alie.iudi.mut.cauſa facta,vt declarat Bal. per illum tex. in l.item ſi res.§.idémque fieri poteſt.ff.de alien.iud.mut.cauſ.facta.

Sed bene quòd ceſſio ſit inefficax in caſibus, in quibus aliàs eſſet inualida, vt pereum.

16 Et ideo ceſſio facta ex cauſa tranſactionis, valet, Ruin. conſi. cxxvj. volumine quarto.

17 Ex dicto autem principali infertur, quòd ex legitimo titulo ceſſat præſumptio calumniæ, & ſimulationis, in qua fundatur diſpoſitio. d. l. per diuerſas,vt per Io.Fab.ibi.& Bart. qui plus tenet, quòd ſatis eſt quòd de titulo conſtet,ſiue ex principio inſtrumenti, ſiue ex fine, & hoc etiam voluit ibi Bal.in vij.q.& Pau.de Caſt.& Sal.in ix.q.Io.Fab.in d.l.per diuerſas.Cyn.in l.ij.C.ne liceat potent.& ibi Bar.Bal.& Ang.Io. Andr. in addit.Spec.in tit.de ceſſ.act.Abb.in c.fin.de alienat.iud.mut.cauſ. facta.

Contrarium verò quòd titulus debeat poni in princ.inſtrumenti,tenet Inno.in d.c.fi.de aliena.iud.mut.cauſa facta,gloſ.in l. prima, in glo. fi.C.ne liceat potent.Azo in ſumma,ne liceat potent.Odofred.in d.l.ij. & ibi Pau.de Caſt.C.ne liceat potent.& Odofre.in d.l.per diuerſas, vbi dicit,tale inſtrumentũ ceſſionis,in ꝙ Titius ponit̃ in fin.eſſe ſuſpectum.

18 Principale dictum, quòd ex legitimo titulo tollatur præſumptio calumniæ,& ſimulationis,

Primò Ampliatur vt procedat in omni contractu ſiue nominato,ſiue innominato,dummodò detur illud,quod conuenit,Sal.in l.ab Anaſtaſio.C.mand.& ibi Ang.Bal.in l.j.C.de act.& obligat.

19 Secundò Ampliatur vt hoc procedat etiam ſi titulus ſit habitus à perſona inhabili, ſi poſteà ſuperueniat habilitas, vt ſi filiusfam. vendit, & ceſſit,& poſteà accedat patris conſenſus : vt per Bal.in d. l. per diuerſas, in viij.q.& Sali.xj.q.C. mand.

20 Limita modò quia ſuperueniens titulus non cõfirmat præteritas ceſſiones:vt not.Bal.in d.l.in vij. quæſtio. Sali.in ix.q.

21 Tertiò Ampliatur,quia veritas numerationis.& ſic iuſtæ cauſę debent conſtare per veras probationes,nec ſufficit per confeſſionem partis cedentis conſtare de pretij numeratione:vt per Bal.in d.l. per diuerſas, & ibi Rai.& Iaco.Butr.& Iacob.de Beluiſ.in §.j. in authen. de æqual. dot. Cyn.in d.l.per diuerſas,ex mente Iacobi de Arena,& Ang.Pau.de Caſt. Sal.in v.quæſt.Rota dec.clxxvij.in nouis.Soc.cõſi.lxvj.& cõſ.xviij.vol.j. Guido Papæ q.dlxvij.idem tenet Raph.Fulg.in d.l.per diuerſas, qui refert Vgonem de Fontana in ſuo tracta.ceſſio.act.Barto.in l.ij.in fine.C. ne liceat potent.idem tenet Bal.in d.l.per diuerſas, qui limitat niſi aliter ſe habeat conſuetudo,quę iſto caſu eſſet ſeruanda,idem in principali caſu tenet Corn.in conſi.ccxxx.volu.ij.

22 Sed bene ſufficit contra ipſum confitentem:vt per Bart.in d.l. per diuerſas.Iaſ.in §.fuerat.nu.81.reſpondeo tamen,inſti.de actio.

23 Amplia iſtam ampliationem,vt non ſufficiat confeſſio de recepto, etiam quòd lapſa ſint tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ pecunię,Tiraq.de Retra.lignager.§.j.in gl.xviij.num. 80.& ſeq.

Contrarium quòd iſto caſu,lapſis temporibus ad opponendam exceptionem,confeſſio ſufficiat,ponit Fulgo.in conſi.ccv.

24 Limita illud dictum,quòd confeſſio non ſufficiat, niſi poſt confeſſionem appareat promiſſio eiuſdem ſummæ confeſſatæ, quia præſumitur confeſſio facta ſub ſpe futuræ promiſſionis:vt per Alex. in conſi. xxxvj. volumine ſecundo.

Contrarium in principali articulo, quòd imò confeſſio ſola probet veritatem numerationis,& iuſtæ cauſæ, tenuit Nicol. de Mattar. in d.l. per diuerſas.Bald.in d.l.ij.C.ne liceat potent.& ſequitur Aret. licèt non ſe firmet,in conſi.cxxxvj.Bald.in l.Deo nobis. C. de Epiſcopis, & cler. Alex.in apoſtil.ad Bar.in d.l.per diuerſas,dicens ita conſuluiſſe apud regnum.Fulgoſ.in conſi.ccv.Pau.de Caſtr.in conſi.cccxciij.in fi.volum.ij. Bal.in conſi.cclxj.volum.ij.latè comprobat Tiraq.de Retrac.lignagier. §.j.in gl.xviij.num.86.& ſeq.

25 Decimò Principaliter limita in hereditate, & ſic in iure vniuerſali ceſſo.l.prout.ff.de hered.vel act. vend.& ita ſentit gloſſ.in d.l.per diuerſas, in verbo venditionis,& ibi Baldus in iiij. q. & Salicet.in vij. q. Pariſ.in conſilio x.volum.iij.

26 Declara, quia Bart.dicit hoc procedere tantùm quando venditor eſſet in poſſeſſione:& non aliter, ita dicit ipſe in dict.l. per diuerſas, Sed Ange.ibi tenet,ceſſionem valere, niſi euidenter conſtaret hereditatem omnino opulentam,& longè maioris pretij.

27 XI. Limita,quia valet ceſſio,dato quòd non ſit ſolutum pretium, ſed ſit habita fides de pretio:ſed non poteſt agi virtute ceſſionis, niſi pretium ſoluatur, & ſolutio poſteà facta confirmat iudicium præcedens. Salic.in l.per diuerſas,in iiij.q.& in l.ab Anaſtaſio.C.mand. idem quòd ceſſio valeat habita fide de precio,tenet Guido Papæ.q.dlxvij.

28 XII.Limita,quia valet ceſſio,quæ non fit principaliter,ſed fit acceſſoriè ratione cõtractus præcedentis,gl.in d.l.per diuerſas,in gl.fin. Bart. Bal.in iij.q.Sal.in viij.q.& in l.ij.C. ne liceat potent. Venafr. in conſilio xxiiij.Et hoc intelligit ibi Bal.in d.l.per diuerſas,in iij.q.quando venditor poſſidet,vel habet facultatem rei tradendæ,non aliàs, & ibi Salic.in viij.q.qui idem concludit.

29 XIII. Limita, quando ceſſio fit volente illo, contra quem fit ceſſio: ita Bal.in l.cũ eſſent.§.j.ff.de ſeruit.ruſti.prædior.Roma.in cõſi. lxxxvij.

30 Ampliat hoc dictum Hippol.in ſing. xlv. etiam quòd ceſſio ſit facta, illo præſente, & non reclamente, licèt non expreſsè conſentiente, & dictum Hipp.ſequitur apoſtil. cuiuſdã mod.ad Speculũ in tit.de ceſſ.act.

Contrarium voluit Bal.in l.eius, in j.not.C.de compenſat. vbi tenet, quòd etiam conſenſus expreſſus non confirmet ceſſionem actionum ſine titulo,ſed dici poteſt quòd loquitur de conſenſu cedentis, non autem dè conſenſu illius,contra quem fit ceſſio.

31 XIIII.Limita illud ſecundum dictum. l. per diuerſas, dum habetur, quòd non valet ceſſio, niſi conſtet de legitima cauſa, ſiue titulo. nam iſtud non habet locum,ſtante pretij correſpondentia, ſiue congruitate, quia tunc pretium congruum habetur loco tituli: ita Bart.in d.l.per diuerſas,& ibi Bald.in ij.q.Ang.Paul. de Caſtr. & Sal.in x.q.Rota in nou. deciſ.clxxvij.Bal.in conſi.cccclxj.in fi.in j.volu.Alber.in l.ij.C.ne liceat potent.in fi.& ibi Bart.in fin.& Sali.Alex.in apoſtill.in d.l.per diuerſas.

32. Secus verò ſi poſt ceſſionẽ appareat de certa parte pretij ſoluta, quia in reliquo præſumitur ceſſio ſimulata,& non valet, niſi in eo, quod apparet poſteà ſolutum: ita Bald. in dicta l. per diuerſas,in fin. & Alex. in apoſtill.ad Bart.ibi.

Contrarium quòd etiam congruentia pretij non ſufficiat pro cauſa, tenet Io.And.in addit.Spec.in tit.de ceſſ.act.in verbo,rigoroſum.

33. XV. Limita in ceſſione facta in coniunctum, quia licèt non habeat cauſam,vel pretium,præſumitur cauſa donationis facta:Io. Fab. in d.l. per diuerſas,Bald.in l.ij.C.ne liceat potent.Cyn.in l.per diuerſas, in fin. C.mãd.Bal.in l. q. ſtipendia.C.de procurat.& ibi Sal.Rota dec. clxxvij. in nouiſ.Io.And.in addit.Spec.in tit.de ceſſ.act.Cyn.in d.l.quòd ſtipendia.C.de procurat.Sal.in l.ij.C.ne liceat.potent.Ruin.conſi.cxxvj.volu. iij.Tiraq.de retrac.in præfatio.num.54.

Contrarium tenuit Specu.in tit.de ceſſ.act.

34 Hoc autem quod dictum eſt in primo reſponſo text.quòd ceſſio facta modico pretio,eſt nulla,declara vt pretium congruum intelligatur,habito reſpectu ad expenſas,& vexationem futuri iudicij, & idoneitatem actionum ceſſarum,videlicet quantum virtute dictarum actionum exigi poſſit, & ita debet haberi reſpectus ad dubium litis euentum. Io. Fab. in d.l.per diuerſas,poſt gloſ.fi.Bart.& Bal.in l.ij.in j.q.& vj. q. Ang.Pau. de Caſt.Sal.in ij.q.Bal.in l.ij.C.ne liceat.

35. Et propterea hoc relinquitur arbitrio iudicis, qui cõſideratis iſtis qualitatibus,æſtimet an pretium ſit congruum, vel ne.Cyn.in d.l.per diuerſas,& Sali.in ij.q.qui dicit ita tenere.Pet.& * communiter docto.

36. Et intellige quòd quantum ad congruentiam pretij ſatis ſit quòd conſideretur, quantum eſſet valitura actio ipſi cedenti, nõ autem quantum eſſet valitura ipſi ceſſionario & hoc quando minus cedenti quàm ceſſionario eſſet valitura:Bal.in d.l.per diuerſas,in xij.q.Pau. de Ca. ibi Ioan. Andr.in addit.Spec.in tit.de ceſſ.act.Corn.in conſi.ccxxx.volum. ij.Sed ſi magis eſſet vtilis cedenti quàm ceſſionario, ſatis eſt quòd fiat ceſſio pro eo pretio,pro quo poteſt eſſe vtilis ceſſionario:ita Bal.in d.l. per diuerſas,& Sal.qui ponit vtrunque dictum, in ij.q.

37 Et iſto caſu habetur reſpectus non modò ad pretium ſolutum, ſed etiam ad eius vſuras: non ſic in caſu.l.ab Anaſtaſio. vt in text. in dicta l. per diuerſas,& ita gloſ.in d.l.ab Anaſtaſio.in gl.in verb.perſoluit.

38. XVI.Limita,nam valet ceſſio facta ex cauſa donationis,ita eſt tex.in d.l.per diuerſas,in fi.Roma.in conſi.dxviij.

39 Primò Amplia etiam ſi donatio facta ſit pro benemeritis, & ſeruitiis, dato quòd benemerita,& ſeruitia non probentur,ita Bart.in d.l.per diuerſas licèt dubitet,tamen clarè hoc tenet idem Barto.& Salic. in xvj.q. Bald.in l.ij.C.ne liceat potent.Rota deciſ.clxxvij.in nouis.Sal.in l.ij. C. ne liceat potent.& ponit Bertrand.qui dicit iſtam * communem opi.in conſi.cxviij.volum.ij.

40 Secundò Amplia,nam etiam ſi confeſſio facta ſit de recepto, & conſtet pecuniam non numeratam fuiſſe,nec habitam fidem futuræ numerationis, tamen adhuc valet ceſſio, quaſi ex facta cauſa donationis: Fulgo.in conſi.ccv.

41 Primò Limita hoc quod dicitur de donatione,vt procedat in pura, & ſimplici donatione,ſecus in donatione ob cauſam,vt per Gozad.cõſ.iij.

42 Secundò Limita,nam nõ valet ceſſio,dato quòd donatio facta ſit apparenter,ſi in veritate aliquid datum fuerit,quia tũc ceſſio valet tantum pro parte ſoluta,& ſumus in caſu.l.ab Anaſtaſio.ita q. in reliquo neuter agit.Spec.in tit.de Ceſſ.act.Soc.in conſi.cxxxv.

43 Tertiò Limita,quia ſi pro parte donatur,& pro parte venditur,ceſſio nõ valet,vt eſt tex.in d.l.ab Anaſtaſio.Inn.in c.fi.de alien.iud.mut. cauſ. facta, & adeò non valet, quòd in eo q. donatur vltra id, quod ſoluitur, non agit cedens,nec ceſſionarius,vt eſt tex.in d.l.ab Anaſtaſio. & ibi gl. in verbo.perſoluitur,& glo.fin.in d.l.per diuerſas.Inno.in c.fi.de alien. iud.mut.cauſ.facta.Rom.in conſ.cccclAzo.in ſumma de ceſſ.act.Spec. in tit.de ceſſ.act.Salic.in l.ij.C.ne liceat potent.Pau.de Caſtro in d.l.per diuerſas,in declaratione text.

44 Primò Amplia hanc limitationem, quia hoc procedit etiam ſi pro parte donatur,& pro parte permutatur:Bart.in d.l.per diuerſas,Bald. in l.ab Anaſtaſio.C.mad.

45 Secundò Amplia etiam ſi debitor det in ſolutum creditori ſuo ex cauſa crediti pro parte veri,& pro parte falſi:quia ceſſio non tenet pro parte,pro qua creditum eſt falſum, & cedens priuatur iure ſuo, Roma. in conſi.cccclFulgo.in conſi.ccv.

46 Tertiò Amplia vt etiam ſi cedens fingat ſe debitorem, & propterea cedat,& det in ſolutum,talis ceſſio ſit nulla, vt voluit Aret. in conſi.xcv. in ſecundo dubio.

47 Limita vt iſtud non procedat in re corporali pro parte vendita, & pro parte donata:vt not.Alber.in d.l.per diuerſas.

48 Et nota,quia in caſibus.l. ab Anaſtaſio.non habetur ratio vſurarum, licèt ſecus in caſu l.per diuerſas,vt declarat glo.in dict.l.ab Anaſtaſio.in verbo perſoluit.

49 XVII.Limita,quia iſtę ll.procedunt in actionibus indubitatis,id eſt, in iudicium non deductis, ſecus in actionibus dubitatis, id eſt, in iudicium deductis,quia in illis non habet locum diſpoſitio d.l. per diuerſas, vel.d.l.ab Anaſtaſio,ſed habet locum titu.de litig. glo. in d.l. per diuerſas,per illum tex.in verbo indubitatis,gl.fi.in fi.C.ne liceat potent.Inn. in c.fi.de alienat.iudi.mutan.cauſ.facta.Alber.& Io.Fab.in d.l.per diuerſas.Azo.in ſumma.ne liceat potent.Hoſt.in ſumma.de ceſſ. act. Abb. in c.fi.de alienat.iud.mutan.cauſ.facta.Odofred.in l.ij.C.ne liceat potent.

50 Hoc declarat Alber.in d.l.ij.vbi tenet quòd vitium litigioſi non contrahatur in rebus incorporalibus, & ſic in actionibus ceſſis.

Secundò Declara quia etiam ſi actio eſſet in iudicium deducta, & reus non inficietur,ſed confiteatur, certè talis actio poteſt cedi etiam modico pretio, & valet ceſſio:ita declarat Ange. in dict. l. per diuerſas, & dicit hoc eſſe notatu dignum.

51 XVIII.Limita,nam iſtæ ll.ſunt fundatæ in præſumptione,prout dicunt omnes doct.ibi,adeò quod recipiunt cõtrariã probationẽ, dicũt vt Alber.& Cyn.in d.l.per diuerſas,& ibi Ange.Paul.de Caſtr. & Salic. & Bal.in l.ij.C.ne liceat potent. & in l. qui ſtipendia. C. de procurat.Rota deciſ.clxxvij.in nouis.Abb.in c.fi.de aliena.iud.mut.cauſ.facta.

52 XIX.Limita,quia ceſſio facta in clericum,ſemper præſumitur ſimulata.Oldendorp.in libello coll.iuris,in verbo,ceſſio. verſi.j.

53 XX. Limita quando ceſſio fit volente debitore,quia non poteſt amplius opponi de inualiditate:Bal.in l.cum eſſent.§.per plurium.ff.de ſeruit.ruſt.prædior.& ibi Ang.& Flor.refert,& ſequitur.Iaco. de S. Georgio.in l.vnica.nu.34.C.ne liceat potent.

## CONCLVSIO VI.

### ARGVMENTVM.

***Iactanti ſe habere ius, vel actionem, poteſt Iudex ad partis inſtantiam præfigere terminum ad docendum de iure ſuo, quo elapſo, ſi non docuerit, amplius non auditur.***

1 FREQVENTER in iudiciis diſputari contingit ſuper materia.l.diffamari.C. de ingen. & manumiſ.quæ diſponit, quòd quando aliquis iactat ſe habere aliquod ius cõtra aliquem, Iudex ad inſtantiam partis poteſt præfigere illi terminum ad docendũ de iure ſuo, & eo elapſo nõ eſt amplius audiẽdus,ad idem eſt text.in l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pigno. cum aliis allegatis in gloſ.in d.l.diffamari.Ang.Aret.in rubrica de except.in Inſtit.Abb. in c. ſi quis contra Clericum.de foro compet.Rom.in conſi.ccccxij. Bald.in rubrica.C.de condit.ex.l.Felin.in c.venerabilis,de iudiciis. Boer.deciſ. cclv.Gomes in §.præiudiciales,inſti.de action.

2 Primò Amplia, vt hoc procedat tam in cauſa ciuili, quàm etiam in cauſa criminali,Rom.in conſi.liij.apoſtill.ad Ang.Aret.in tract. malef. in verbo,nec ad Titij querelam,Bald.& Pau.de Caſtr.in l. Papinianus. §.ſi quis poſt.ff.de inof.teſtam.Bar.in l.ſi quis libertatis, nu.8.ff. de petit. hered.Georg.Natta in clem.ſæpe.de verb.ſignif.Boer. deciſ. cclv. nu.7.

3 Secundò Amplia,vt diſpoſitio iſtius leg.habeat locum ſiue in petitorio,ſiue in poſſeſſorio,ſiue in perſonalibus,ſiue in realibus actionibus: Ripa.in viij.reſpon.in j.lib.nu.8.So.in conſ.xxxviij.verſi.principaliter, vol.j.Rota dec.ccxxj.in antiq.Boer.dec.dcclv.nu.7.

4 Tertiò Amplia,vt iſtud remedium competat etiam aduerſus epiſcopos, & Prælatos:Abb.Fel.Dec.& alij in ca.accepimus, per illum text.de fide inſtr.Alex.in conſi.ciij.vol.v.Dec.Neap.xviij. in nou.

5 Quod ampliatur per doct.in d.c.accepimus, vt non ſolùm procedat in Epiſcopis,ſed etiam in eorum ſucceſſoribus.

6 Quartò Amplia, vt hoc remedium cõpetat etiam contra fiſcum:prout tenet Anchara.in conſi.clxiiij.

7 Quintò Amplia vt etiam contra maritum reſpectu dotis habeat locum hoc remedium,Pau.de Caſtro in l.maritus,in prin.C. de procurator.Ang.Aret. in §. idem reſponderunt, in prin. inſtit.de excuſat. tutor,

Deciſ.Neap.clij.in antiq.Pariſ.in conſi.xxxiij.nu.67.vol.i.

8 Sextò Amplia,vt diſpoſitio iſtius leg.nō ſolùm habeat locum in eo qui poteſt agere directò,ſed etiam in eo,qui directò agere non poteſt, ſed per quoddam obliquum,mouendo litem contra aliquem per modum contradictionis,ſi non poteſt de iure ſuo experiri, niſi alius in iudicio ius ſuum deducat:vt no.Ang.& etiam Bald.in l.ſi quis libertati.§.cùm quidam,per illum tex.ff.de petit. hered. quem text. dicit ad hoc ſingularem Geor.Natta in clem.ſæpe,in prin.de verb.ſignifi.

9 Septimò Amplia vt is,cui in foro ſeculari fuit impoſitum ſilētium, non poſſit etiam audiri in foro Eccleſiaſtico:Bal.in c.j.§.ſi quis per triginta.in titu.ſi feudo fuerit controuerſia. Alber. in l.ex ea.ff. de poſtulan.Bertachi.in tracta.de gabell.in tertia parte.q.xij.

10 Octauò Amplia, vt etiam in cauſa matrimoniali præfigatur terminus ad agendum,Bald.in conſilio ccxxx. vol.iij. Inno.in c. cauſam quæ,qui fil.ſint legit.refert & ſequitur Bal.in l.& ſi per Prætorem. §. ait Prætor.ff.ex quibus cauſis maiores.

11 Nonò Amplia,vt nōn ſolùm Iudex poſſit cogere partem ad agendū, vel accuſandum,ſed etiam ad proſequendam actionem,vel accuſationem:vt eſt tex.in l.ſi ea.vbi Bal.Saly.& alij.C.qui accuſare non poſſ.& not. etiam Salyce.in l.ij.in fin.C.vbi in rem actio. Socy. in conſi. xlv. vol.j.Abb.in c.licèt,de accuſationi.

12 Prout etiam Iudex poteſt præfigere terminum ad articulandum, & probandum,vt notant Doctor.in l.properandum,in prin. C. de iudiciis,& trad.glo.in l.ſi ea.C.qui accuſare non poſſunt.Bal.in d.l.diffamari.Purpurat.in l.poſtquàm liti. num.35.C.de pact.Rota in antiq.deciſi. cccv.

13 Et idem poteſt Iudex præfigere terminum ad producenda omnia iura.Azo.in ſumma.C.vt nemo inuitus.Card.in conſi.xxiij.

14 Et idem eſt,quia Iudex poteſt ſtatuere terminum alicui ad aliquid extraiudicialiter faciendum.l.mancipiorum,& ibi gloſſ.ff.de optione leg.& in l.ſi quis inſtituatur.ff.de hered.inſti.& tradit Ang.Aret.in.§.ſi minus,verſ.quæro ſtatuit Iudex.in inſti.de actio.

15 Decimò Amplia,quia non ſolum præfigitur terminus ad proponendas actiones,ſed etiam ad proponendas exceptiones tam dilatorias,& peremptorias,quàm mixtas.prout in dilatoriis loquitur tex.in c.paſtoralis,vbi notant Docto.de excep.Cyn.& Ang.in lege iudices.C. de iudiciis. Alber. in l.iiij. ff. de bonis auct.iud. poſſid.& in peremptoriis excep.notant docto.in d.cap.paſtoralis,de excep.Io.And.in capitul.lator qui fil.ſint legit.Paul.de Caſtr.in authen. iubemus,nume.6.C.de iudiciis.Imo.in l.quamdiu.ff.de acqui.hered.& in peremptoriis exceptionibus dicunt etiam doct.in d.c.paſtoralis,de exceptio.

16 X I.Amplia,vt etiam in certis perſonis poſſit præfigi terminus ad agendum,vt eſt text.in l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pign. Abb.in c.cùm in tua.qui matrimo.accuſ.poſſ.Iaſ.in l.rem,quæ nobis,nu.38.& ibi Ripa,nu.41.ff.de acq.poſſ.Ferrat.caut.xiiij.Boer.deciſ.cclv.nu.5.

17 X I I.Amplia,quòd in terminis d. l. diffamari.poſſunt recipi teſtes etiam lite non conteſtata,vt tenent glo.& Bal.in d.l.diffamari. Ant.de But.in c.cùolim.verſi.tertius intellectus, de teſt.ſequitur Natta in Cle. ſæpe.in princ.de verb.ſigni.Alex.in conſi.lxxix.vol.vij.

18 X I I I.Amplia,quia litis conteſtatio facta ſuper remedio. l. diffamari.perpetuat actionem. Claud.in l.naturaliter, verſi. quid autem ſi is. ff.de vſucapion.

Contrarium tenet Fel.in c.illud,de præſcription.

19 X I I I I.Amplia,quia ſententia lata ſuper tali remedio,dicitur ſententia diffinitiua,& non interlocutoria:Bal.in l.præſens.in fi.C.de ſenten.& in l.fi.C.vt lite pend.Abb.in c.cùm olim,de teſt.& in c.accepimus,de fide inſtru.Dec.in c.licèt cauſam,nu.26.de probation.Iaſ.in l.argentarius.§.edi autem.ff.de eden.Purpurat.in l.qui accuſare.nu.18.C.de edē. Boer.deciſ.ccliij.nu.12.Sarnen.in reg.de trienni.q.lviij.

Contrarium voluit Bart.in l.j.§.fi.in fi.de prætoriis ſtipul.Ang.in l.vnica.C.vt nemo inuitus.& in l.ſi ea quæ,in princ.C.qui accuſare non poſſ.Imola in l.quandiu.la ij.verſi.vltimò tangit.ff.de acqui.hered.Ripa in rub.de re iud.nu.11.Ang. in tract.malefi.in verb.necnō ad querelam.num.59.& ibi Aug.Arimi.in addit.

20 Concorda has contrarias opin.nam aut in hoc remedio fuit lis conteſtata,& tunc ſententia deſuper lata dicitur diffinitiua : aut non fuit lis conteſtata,& tunc dicitur interlocutoria.Iſta diſtinctio ſumitur ex verbis Philippi Franc.in c.cùm ceſſante.in xxiiij.quæſtio.de appellat.

21 Primò Limita principalem concluſ. quòd ita demum Iudex, termino elapſo, poſſit parti ſilētium imponere,ſi ad minus duplex monitio, vel citatio interuenerit;vt not.glo.in §.ſin autem,in verb.admonitus, in authen.de hered.& Falci.& ibi not. Ang.licèt non firmet, & idem Ang.in §.ſi quis autem pro redemptione,in auth.de Eccleſiaſt. titu.vbi dicit,iſtud dictum eſſe verum. Ang.Aret.in tract.malefic. ſuper verbo nec non ad querelam,& ibi etiā not.Ange.de Arimi.in eius addit.Ang. Aret.in rubrica de except.in inſt.Alex.in conſi.cviij.in fin. vol.j. Fely. in c.licèt cauſam.nu.28.de prob.& in c.accepimus, nu. 6.de fide inſtru. & in c.venerabilis,de iudi.& idem in c.paſtoralis.de excep. & idem videtur tenere Bal.in d.l.diffamari.Iaſ.in l.rem , quæ nobis.nu.43. & ibi Ripa in fine.ff.de acqui.poſſ.Boer.deciſ.cclv. Cotta in memorabil. in ver.Iudex poteſt.Cæpola caut.cx.Afflict.deciſ.cclxiiij.Gome.in §.præiudiciales,inſtit.de action.Deciſ.Neap.ccv.in nou.Boer.deciſ.cclv.

Contrarium tenuit Ludoui.Rom.in l.quamdiu.la ij. ff. de acqui. hered.& idem tenet Alex.in l.fin.ff.de pœn.& idem videtur etiam tenere Iaſ.in d.l.fin.eo.tit.ex quo iſtam opin.vltimo refert.

22 Concorda tamen has duas opin.hoc pacto,nam aut præfigitur terminus accuſatori ad inſtantiam accuſati,& tunc ſi accuſator non comparet in termino,ſed ſit contumax,non debet incontinenti imponi ſilentium accuſatori,ſed debet iterum citari,ſaltem quo ad hoc,vt accuſatus abſoluatur ab inſtantia iudicij.Et ita procedat prima opin.quæ eſt* cōmunis.Aut præfigitur terminus accuſatori , intra quē debet accuſare, ſeu accuſationē proſequi.& tunc ſi hoc nō fecerit intra terminū,imponitur ſibi ſilentium:Et ita procedat ſecunda opin.Iſta diſtinctio ſumitur ex verbis Abb.in c.licèt in beato.num.5.de accuſ.

23 Alio modo has opin.concordat Afflict.in deciſ. cclxiiij. videlicet quod aut ſumus ante ſententiam,& tunc requiratur duplex monitio;& procedat prima opin.Aut ſumus poſt ſententiam, & tunc etiamſi non interuenerit niſi vnica monitio,non propterea ſententia venit annullanda.quæ opin.videtur ſatis æqua,& rationabilis.

24 Secundò Limita,dummodò præcedat diffamatio,& ſit probata, & ſic quando præcedit aliqua cauſæ cognitio.Ita Ang.in tract. malef. in verſi.nec ad querelam Titij. Ang.in rubrica de excep. in inſtitu. Bald. in l.ij.C.ne fil.pro pat.Saly.in l.iij.C.qui bon.ced.poſſ.Boer.dec.cclv.

25 Tertiò Limita quia iſtud remedium non competit excommunicato, niſi plenè probauerit de iure ſuo,ita tenet Inn.in c.cùm inter, de exce. & ibi Abb.& Fely.& Dec.Pau.de Caſt.in l.libertus , la prima, ff.de in ius voc.Iaſ.in l.de pupillo.§.procurator.ff.de nou.ope.nunc. Anton.de Butr.in c.intelleximus,& ibi Aret.& Fel.qui hanc dicit* commun.opi. in verſi.ij.allego,de iudic.Afflict.deciſ.cclxviij.

26 Declara tamen , quia ipſe excommunicatus poteſt compelli agere, præfixo ſibi termino,iuxta d.l.diffamari.vt voluit Inno.& Ant. de But. in c.exceptionem,de except.Fel.in c.intelleximus.de iudic.& licèt contrarium velit Abb.in d.c.exceptionē,tamē ſuis dictis reſpondet Georg. Natta in Clem.ſæpe.in prin.de verb.ſigni.

27 Quartò Limita,quia intentans remedium l.diffamari, tenetur petere veniam,ſi aliàs eſſet perſona,quæ agendo veniam petere teneretur: Maria.in tract.citat.in xx.articul.in xxvj.q.principali.in ver.v.quæro.

28 Quintò Limita,dummodò iudicis ſententia interueniat, per quam imponatur parti perpetuum ſilentium,vt not.Inno. in cap.cum in tua. qui matri.accuſa.poſſ.& not.Bal.in d.l.diffamari. & idem Bal. in auth. ad hæc.C.de vſur.Ange.in tract.malefi.in verbo.nec ad querelam.Ang. in l.properandum,in prin.C.de iudi.& in l.j.C.vt nemo inuitus.Ange. Aret.in rubrica Inſti.de excep.

Contrarium,& melius,quòd imò talis præfixio termini ſit peremptoria,ita quòd non expectet aliam ſententiam:tenent Bald.Ange. Alexan.& Iaſ.in l.fi.ff.de fer.

29 Ego autem pro concordia ita dicerem, quòd aut præfixio termini habet comminationem quòd iudex , eo elapſo , procedet ad vlteriora, & tunc non ſit neceſſaria poſt lapſum termini alia ſententia,& ita procedit ſecunda opinio.ita colligitur ex verbis Ang.in rubrica de except. in inſtit.& etiam Old. in conſi.iij. Aut verò præfixio termini nō habet talem comminationem,& tunc ſententia eſt neceſſaria,& ita procedat j. opin.& hoc colligitur ex verbis Bar.in l.mancipiorum.ff.de opt.leg.

30 Declara iſtam partem,quòd requiratur ſententia,vt procedat quando præfigitur terminus ad docendum aliquid ſuper eo , de quo principaliter eſt,vel eſſe poteſt contentio, vt in caſu.l. diffamari. C.de ingen. & manumiſ.in quo præfixio termini operatur ſuper eo,ſuper quo principaliter agitur,ſed quādo præfigitur terminus ad impediēdū aliquē actum,tunc ſatis eſt quòd labatur terminus etiam quod ſententia non interueniat,vt eſt caſus in l.ſi eo tempore. C. de remiſſ.pig.in quo tex. præfigitur terminus creditoribus,vt deducāt iura ipſorum ad impediendam pignorum diſtractionem,& ideò illo termino elapſo diſtinctio fieri poteſt etiam non interueniente alia ſententia,ita declarat Ang.Aret. in tract.maleſi.in verſi.nec ad Titij querelam.

31 Sextò Limita,quia ille, qui intentauit conditionem d.l.diffamari coràm vno iudice,poteſt coràm alio iudice conueniri:Socy.in cōſi.xciiij. num.6.vol.iij.Marian.in c.ij.de mut.petit.

Contrarium tenet Caccialu.in l.omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Fel.in c.cùm ſit generale,verſi.item facit,de foro compe.

32 Declara,quia ſi ſumus in terminis l.diffamari.per ſolam citationem dicitur præuenta iuriſdictio,quo ad iudicium diffamationis intentatū: ſecus autem quo ad iudicium diffamationis intentandum poſtea per eum conuentum:ita diſtinguit Marian.in c.propoſuiſti.in xij.q.de for. comp.Socy.in conſ.xlj.vol.j.

33 Septimò Limita,quia litis conteſtatio inducta,non interrumpit præſcriptionem in terminis.l.diffamari.Fel.in c.illud,de præſcript. licèt nō ſe firmet,ſed relinquat cogitandum.

34 Octauò Limita,vt terminus præfixus poſſit per eūdē iudicē prorogari:Rota in antiq.deciſ.ccclxxxiiij.& in nou.deciſ.lxiiij. & in antiquior. deci.xiiij.in titu.de appella.Geor.Natta in clemen. ſæpe.de verb.ſigni.

Dec.in c.perſonas in fi.de appell.& iſta videtur magis * cõmunis opin.

35 Quam concluſionem intellige, dũmodò iſta prorogatio termini fiat ex cauſa per iudicem, aliàs ſecus: Pau.de Caſt.in l.fi.nu. 7.& ibi Iaſ. latè nu.42.ff.de fer.Dec.in c.perſonas,nu.22.de appel.& tradunt * communiter ſcribentes in l.interdum.ff.de iudic.& ponit Boer.dec. ccxciiij.

36 Secundò Intellige concluſionem vt procedat, durante primo termino, quo pendente poteſt fieri prorogatio: ſi autem fuerit elapſus, prorogatio fieri non poteſt, vt diximus ſuprà in concluſ. noſtra tertia. in titu. de dilation.

37 Nonò Limita, quia iſta præfixio termini debet fieri ad inſtantiam illius, qui prætendit ſe ius habere, & non poteſt fieri ad inſtantiam eius, qui non prætendit aliquod ius, ſed tantùm dicit aduerſario nullum ius competere: Innoc.in c.Abbate.de verbo.ſigni.Pau.de Caſtr. in l.ſi contendat.ff.de fideiuſſor.Fel.in c.olim.de reſcri.Hip.in ſin.cclxxx.

Quinimò iſte debet docere de intereſſe, & iure ſuo: Aret.in cõſ.lxviij.

38 Decimò Limita, ſi is, qui petit imponi ſilentium aduerſario, poſſideat rem, ſuper qua petit imponi ſilentium, quam ſi non poſſideret, non deberet audiri: Aret.in conſi.lxviij.Boer.deciſ. cclv.

39 XI. Limita, quia etiam poſt impoſitum ſilentium, ex nouo iure ſuper uenienti quis habet actionem contra victorem, gloſſ. eſt notabilis in c. licèt beato Petro.in verbo de cætero.& ibi Abb.Anchara.Felin. & alij, de accuſat.idem tenet Innoc.in c.cùm in noſtris, de conceſſ.præb.

40 XII. Limita, dummodò iudex in termino explicet cauſam, propter quam mouetur ad terminum præfigendum. Abb.in c.j.de dilatio. Iaſ.in l.properandum.§.ſiue autem alterutra.nu.10.C.de iudic.Purpurat. in l. j.nu.8.C.de eden.Felin.in c.ſuper literis,nu.22.de reſcri.Dec.in ca. cùm ſit Romana.nu,27.de appel.Alexan.in l.ij.nu.23. ff.de re iudic.Rip.in l. iiij.§.hoc autem iudicium.nu.55.ff.de dam.infect.

41 XIII. Limita quia in remedio. l. diffamari, ille debet eſſe iudex, qui ordinariè eſt iudex diffamati, non autem diffamantis. Abb. in ca. ſi quis contra clericum.in princ.de foro competen.Ant.de But.in ca.ſi clericus laicum.in fine, de for.compet.in c.Quintauallis.ver.venio ad quartum. de iureiuran.Roman.in conſi.ccccxij.Alex.in conſi.cviij.volum. j.& in conſi.ciij.verſic.hoc expreſſius.volu.v.Aret.in conſi.cxliij.verſic. venio igitur ad tertium.Feli.in c.ea, quæ.in princ.de re iudic.Deci. Neap.xviij. in nouis.Boer.deciſ.cxiiij.

42 Et eſt ratio, quia in hoc caſu diffamatus dicitur reus, & non actor, vt ponit Deci. in conſilio iij.& in l.fauorabiliores, verſicu. & iſta regula. ff.de reg.iur.

43 Et pro iſta parte facit, nam agens remedio l. diffamari, poteſt tanquam reus petere editionem inſtrumentorũ penès conuentum exiſtentium.Claud.in l.fi.& ibi Purpu.C.de eden.

Contrarium tamen in hoc tenet Deciſ.Neap. cclxviij. Dec. in conſi. dclxxxviij.nu.23.& in c.intelleximus.verſi.quid autem. de iudic.

## De exceptionibus.

### CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Exceptio oppoſita per proceſſum ad vlteriora, videtur reiecta.*

1 PER proceſſum ad vlteriora obtẽta, exceptio reiecta videtur.c.ex parte.el ij.de appellatio.vbi Abb.in quarto not.poſt Bal.ibi verſi.item nota.Card.in j.not.Petr. de Anch.in tertio not.Imo.in vltimo not.Philip.Frãc. in v.no.& ibi latius Dec.in quarto not.Ioan.Andr. in c.dilecto.de appell.Bart.in l.à procedente.C. de dilat. Specu.in titu.de exceptio.§.ſecundo.verſi.& nota ſecundum Vbertum. idem voluit Bart.in l.eius, qui.in primo not. de appellat. recip. Rota in antiq.dec.cccccxcv.Bal.in l.j.C.de ordin.cognit.Abb.in c.cùm ſuper.in gloſſ.ij.de offic.deleg.Rom.in conſi.ccxx. verſi.iij. iſta concluſio confirmatur.Dec.in conſi.cclxxv. Ioan.Andr.in clemen.cum à repulſione. in glo.j.in prin.de appellatio.Specu. in titu.de except.§. pen.verſi.punitur enim.Anto.de Butr.in c.ij.in ſexto not.de iur.calum.Bald. in l. pactum. la tertia.C.de pact.Imo.in c.j.in vltimo not.& in diſcurſu lect. de ordin. cognit.vbi ponit differentiam inter emergentem, & incidentem quæſtionem, ſiue articulum.Ange.poſt glo.in l.ij.§. ſi dubitetur. ff. de iudic. glo.in capit. ſuborta.in verbo reprobaſſe. de re iudic. Alexand in conſi. xxxvij.vol.ij.Barbat.in c.cùm ſuper Abbatia de offi.delega.Bar.in l.fi.§. ſi autem.ff.de negot.geſt.Soc.in conſi.cclxiiij.glo. in cap cum ſuper.in verbo appellatio.de officio delega.Aret.in c.exhibita.de iudic.& Felin. Imo.& idem Imo.in l.ſi quæramus.ff.de teſtamen.Grat.in conſi.xxxvij. volu.j.Ruin.in conſi.lxj.volu.v.

2 Primò Amplia, vt ex predictis ſequitur, quòd ſi dubitetur de iuriſdictione iudicis, & pars opponat exceptionem incompetentiæ, tamen ſi iudex procedat ad vlteriora, exceptione non obſtante, videtur ſe declarare iudicem competentem, & reijcere exceptionem incompetentiæ.Ange.in l.ij.verſi.item an eſt neceſſe.ff.ſi quis in ius vocat. non ierit. Ang.conſi.ccxvij.verſi.v.probatur.Petr.de Anch.conſi.ccclxxij.

3 Et in eo, qui habet iuriſdictionem, ſed elidibilem per exceptionem, iſta ampliatio latè procedit: ſed in eo, qui nullam habet iuriſdictionem ipſo iure, vt in delegato, requiritur expreſſa declaratio, & non ſufficit tacita.Anto.de Butri.in cap.ſuper literis.verſi.ſed aduerte vt diceres.de reſcript.& ibi Imola verſicu. & conclude.eſt glo. in capitulo diſpendia, in verbo, proceſſus.& in capitul.ſecundo, in verbo quorum. de reſcrip. in ſexto.Hippoli.in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſt.Imol.in c.ij. de dilat. Pau.de Caſtr.& Iaſo.in d.l.ij.ff.ſi quis in ius vocat. non ier. Sentit Alex. conſi.lxxxiij.in fin.vol.iiij.Calca.in conſi.cxiiij.in ſi.Aret. in conſi. cvj. Paul.de Caſt.in l.j.in fin.C.de ordi.cognit.Rui.in conſi.cxiiij.vol.v.qui dicit iſtam partem * communem.& in conſi.clxiiij.volu.v.

4 Sufficit tamen ſi pronunciet non obſtantibus exceptionibus, vt per Anto.& Imolam in d.capitulo ſuper literis.in locis proximè allegatis.& per Felin.in c.ſuborta.in iiij.limit.in verſicu.tertius caſus.de re iudicata.

5 Et Idem eſt ſi expreſsè pronunciat ad vlteriora eſſe procedendum. Imola in ca.cùm appellationem.de appel.vel non obſtantibus obiectis procedendum ad vlteriora.Ange.in conſi.cc.verſi.ſuper eo autem.

6 Et ideò dicendum eſt, quòd procedit iſta ampliatio, ſi pars comparuit, & oppoſuit defectum iuriſdictionis, & nihilominus iudex proceſſit ad vlteriora,

7 Secus verò quando pars non comparuiſſet, quia tunc requiritur expreſſa declaratio iudicis, & nõ ſufficeret proceſſus ad vlteriora, ita Ant. de But.in cap.ij.de dilat.Anto.& Imola in d.c.ſuper literis. in locis proximè allegatis.Felin.in d.c.ſuper literis. & in cap. ſuborta. in iiij. fallen. de re iudic.Domin.in capi.ij.de reſcri.in ſexto.& in ca.diſpendia.in fin. prin.de reſcript.in ſexto.Hippol.in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſt. Feli. in capi.cæterùm.de reſcr.Imola in l.ſi quæramus.verſicu.fallit tertio.de teſtam.Ant.de Butr.in cap.ſi duobus.de appella.Fulgo.in d.l.ij. ff. ſi quis in ius vocat non ierit.Abb. in capitu.ij.de dilat. Ange.in l. ſi quæramus. in ſin.de teſtamen.

Contrarium indiſtinctè quòd non ſufficiat tacita pronunciatio, ſed expreſſa requiratur, dicit Ruin.in conſi.cxvij.numer. 3.& nume. 18.vbi dicit * communem opinio.volu.v.

8 Secundò Amplia, nam iudex appellationis ſi pronunciat ſuper principali, videtur declarare nõ malè appellatum.Card.in ca.vt debitus.in fin.de appel.Felin.in c.ſuborta.de re iud.

9 Tertiò Amplia nam ſi ſit appoſita exceptio contra teſtem, ſi iudex teſtem admittat, videtur exceptionem oppoſitam reiicere.Aret. in c.ex parte.de teſtib.Felin.in cap.ſuborta.de re iudica.

10 Quartò Amplia, nam ſi contra ſpoliatum petentem reſtitutionem reus excipiat de dominio, & illud deducat in articulis, & ſpoliatus dicat talem exceptionem non eſſe admittendam, ſi tamen iudex recipiat & admittat articulos concernentes dominium, videtur reiicere actoris exceptionem.Aret.in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acq.poſſ.Felin. in c.ſuborta.de re iudi.

Contrarium in hoc videtur tenere Dec.in conſi.lxxxiiij.

11 Quintò Amplia vt etiam contumax habeatur pro confeſſo etiam non præcedente aliqua iudicis declaratione expreſſa. Ang. Aret.in tracta.maleſi.in verbo, qui quidem iudex. refert & ſequitur Hippoli. in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſt.

12 Sextò Amplia vt appoſita exceptione rei iudicatæ ad proceſſum iudicij, ſi iudex vlterius procedat, videtur exceptionem rei iudicatæ reieciſſe.Io.And.in c.inter monaſterium.de re iudic.Paul. de Caſtro in l. nam & poſtea.§.ſi damnetur.ff.de iuretur.& ibi Alexan.Feli.in d.c.inter monaſterium.de re iudic.

13 Et ſi oppoſitum ſit de re iudicata, & replicetur de nullitate illius, ſi iudex procedit in negocio principali, videtur declarare nullitatem rei iudicatæ, ita Imol.in d.c. inter monaſterium.

14 Amplia etiam ſi deducatur non per viam exceptionis, ſed per viam principalis petitionis.Grat.in conſi.xxvij.volu.j.

15 Primò Limita, ſi fuerit cognitum ſuper exceptione, aliàs non videtur reiecta.Ioan.Andr.in ca.inter monaſterium.& Felin.Paul. & Alexand. in l.nam & poſtea.§.ſi damnetur.ff.de iureiuran.Bart.in l.à procedente. C.de dilat.in l.quod in diem.§.j.ff.de compenſat.Ang.in dicta l. à procedente.& in conſi.ccxvij.verſicu.v.probatur.& in l.ij.§.ſi dubitetur.ff.de iudic.Roman.in conſi.ccxx. verſicu. iij. iſta concluſio. Calcan.in conſi. cxiiij.in fi.Aret.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſio.Socin.in conſi.cclxiiij.Philip.Franc. in capitulo ſi duobus. de appellatio.Roman.in conſilio ccxlj.Aretin.in conſilio cvj. verſiculo, & hoc eſt verum.Paulus de Caſtro in l.j.in fin.in princip.ff.ſi cert.pet.& in conſilio xxv.ſecundum antiquam impreſſionem quod conſilium non reperitur integrum in poſtremis editionibus. Iaſon. in l. ij.ff. ſi quis in ius vocat.non ierit.

Contrarium tenent plures Doctores qui indiſtinctè loquuntur, & propterea ſentire contrarium aſſerit Corneus qui propterea expreſsè contrarium tenet, & ſimpliciter in conſilio lxxxv. volumine quarto. Phili.Franc in capitulo ex parte. de appellatio. & Felin.in capitulo ſuborta.in j.limit.de re iudic.

16 Sed

16 Sed concordando opiniones, ipſe Philipp.Franc. & Fel.dicunt quòd non eſt neceſſe vt conſtet iudicem cognouiſſe,ſed ſatis eſt tantum temporis ſpatium interueniſſe,vt cognoſcere potuerit,quia præſumitur vidiſſe,& cognouiſſe.Grat.in conſi.xxxvij.vol.j.

17 Sublimita,nam licèt quando non cognouit,non videatur declaraſſe exceptionem veram,vel non veram,ſed procedendo ad vlteriora videtur declarare per proceſſum ad vlteriora antequàm cognouerit exceptionem eam non eſſe admittendam,ita Aret.in ca.ex parte. de teſt.& Fel.ibi.

Sed iſta vltima declaratio eſt contra mentem Doct.generaliter loquentium,& contra id,quod expreſsè dicit Fely.in c.inter monaſteriū. in iij.limit.de re iudic.

18 Secundò Limita quando proceditur ſuper vtroque , vno & eodem tempore , quia videtur proceſſus nullus propter incompatibilitatem, nec videtur reiecta exceptio,ita Aretin.in cõſilio lxxiij.hoc voluit Ant. de Butr.in c.exhibita.in prima oppoſi.de iud.& ibi Aret.& Fel.in c.ſuborta.in ij.limita.Imola in c.exhibita.de iudi.& in c.primo,verſi.ſed dubium eſt.de ordin.cognit.

Contrarium Calde.in c.exhibita.in fin.vbi etiam Abb. in fine, & Fely. Aretin.in conſi. cvj.verſi.tertius caſus.qui dicit iſtam * communem opinio.Imola in l.ſi quæramus.de teſtam.Alex.in l. ſi finita.§. Iulianus.nu.33.verſiculo ſed aduerte.ff.de dam.infecto.

19 Tertiò Limita,nam in arbitro,cui eſt oppoſitum,vt,quia inimicitia orta eſt inter partem & ipſum, abſtineat à prolatione laudi , facit vt ſi arbiter,non obſtante exceptione,pronunciet, dicatur probata iniquitas laudi ſine alia probatione,ita Bal.in l.non diſtinguemus. in §. cùm quidam,in primo not.de arbit.refert & ſequitur Fel.in c. ſuborta.in iij. fallen.de re iudic.

20 Quartò Limita,quia vt videatur reiecta exceptio , neceſſe eſt vt de ea ſit oppoſitū,& ſuper ea petitum pronunciari,ſecundū Bal.in d.c.ex parte.de appella. licèt Fel.in d.c,ſuborta.in v.fallen.dicat ſatis eſſe ſi ſit oppoſita except.idē & ſentiunt doct.allegati in fi.primæ ampliationis.

21 Quintò Limita , nam neceſſe eſt vt ad talem tacitam reiectionem pars ſit citata,aliàs non operatur,ita Aret.in c.ij.verſi.non obſtat ratio. Abb.de teſt.refert & ſequitur Fel.in c.ſuborta.in vj.fallen.de re iudi.

22 Sextò Limita quando ex tacita reiectione ſequeretur peruerſio ordinis ſubſtantialis,vt quia teſtes eſſent recepti lite non conteſtata , ita limitat Imola in l.ſi quæramus. ff. de teſtamen. ſiue peruerſio ordinis mandati,vt ibi per eum in d.loco.

23 Septimò Limita quando exceptio eſt incompatibilis cum proceſſu, ſecus verò ſi compati poſſet,ita declarat Pau.de caſtro in l.prima.C.de ord.iudic.Angê.in conſi.ccxvij.verſicu.quinto probatur. Odofred.in l.j.C.de ord.iudic.quando tractat an abſoluto reo, videatur reiecta exceptio falſi inſtrumenti.& Barto.ibi,& ibi Iacob.Butr. Bal. & Salyce. Bal.in l.penul.C.de ord.iud.gloſſ.in l.ij.C. de ord. cogni.in prima ſol. & ibi Sal.glo.in l.ſi iudex.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & ibi Odofred.& ibidem Alberi.de Roſate in princip.Bartol.& Ang.& alij.

24 Quod amplia, etiam ſi non ſit de neceſſitate incompatibilis , ſed probabiliter non compatiatur ſententia,niſi incidenti reſoluto, vt dicit Alberic.de Roſa.in l.ſi iudex.ff.de his , qui ſunt ſui, vel alieni iur.

25 Octauò Limita quando ageretur de graui præiudicio irreparabili,vt quando ageretur de inferenda tortura , quia tunc non videretur exceptio reiecta,ita Hippoly.in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſt.

26 Nonò Limita ſecundum Odofred.in l.ij.in fi.C.de ordi.cogni.vt ita demum per proceſſum ad vlteriora cenſeatur tacitè reiecta exceptio obtenta,quando ſuper ea ſufficit ſummaria cognitio:ſed quando plenaria requiritur,neceſſe eſt quòd expreſsè pronuncietur.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Exceptio in iudicium deducta, & tacitè reiecta, an poßit principaliter in alio iudicio contra eandem perſonam per modum agendi deduci.*

1 PERTINENTER ſubſequitur dubitatio , an exceptio in iudicium deducta,& tacitè reiecta,poſſit principaliter in alio iudicio contra eandem perſonam per modum agē di deduci.Et diſtinguendi ſunt plures caſus.

*Minori an concedenda reſtitutio ſit,ſine alia læſionis probatione.*

1 DIVERSITAS opinionum verſatur inter Doctores in illa quæſtione, an ſi minor aſſerat omiſiſſe probationes,& propterea petat reſtitutionem in integrum,habeat probare ſe habere probationes,quæ poſſunt ius ſuum fundare, an verò ſine alia probatione reſtituatur.& Bar.in l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff. de iureiur.tenet quòd non reſtituatur,niſi doceat de probatione,quam aſſerit omiſiſſe,& de tali per quam ius ipſius minoris fundetur.idem tenet Bal.verſi.extrà nota.& idem Ang.in verſi.in gloſſ.in verbo,captus. idem tenet ibi Sali.verſi.& ex iſta gloſſ.colligitur. Roma.& Imola in c. auditis.in primo notab.de reſti.in integ. Alber.in l.minor xxv.annis,ſi omiſſam.ff.de minorib.Boer.deciſ.lxxix.

2 Contrarium ſentit Specu.in titu.de reſtitu.in integ.in §.j.verſicu.illud præmittendum non eſt.vbi tenet quòd ex ſola partis,vel ſui procuratoris allegatione, quòd omiſſæ ſint probationes, reſtituatur minor, vel eccleſia.& idem ſentit idem Specu.in dicto §.j. in principio illius §. idem Anto.de Butrio in c.auditis.de reſtit.in integ.& ibi Abb. in octano notab.& in c.ſciſcitata.in ſecundo notab.eod.tit.Aret.in conſi.lxvj. & in dicto §.ſi minor.Iaſ.in dicto §.ſi minor.Apoſtil, ad deciſ.Tholoſa. liij.Deciſi.Neapo.cix.in nouis.

3 Concorda vt dicetur infrà in tertia concluſione huius titu. ſub nume.2.quòd vbi tractatur de damno euitando, minor eo ipſo reſtituatur,aliàs ſecus.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Minor, qui petit reſtitui aduerſus appellationem, an in primis debeat probare de læſione.*

1 SIMILIS eſt dubitatio, an minor qui non appellauit, vel non eſt proſecutus appellationem, ſi petat reſtitutionem,debeat probare de iure ſuo,quia ex hoc apparebit ipſum læſum ob non appellationem, vel omiſſam proſecutionem,cùm aliàs fortaſſe ſibi expediret non appellaſſe.

Et Barto.in loco præallegato,in dicto §.ſi minor.tenet quòd minor debeat docere de iure ſuo,aliàs non reſtituetur.& ibi Ange.& Salic.& Roma.& Areti.in finalibus verbis, dum ſe remittit ad notata per Bart. idem tenet Abbas in conſi.lxxvij.vol.ij. Pau.de Caſt.in conſi.iij.incip. in cauſa,quæ vertitur.vol.ij.& in conſ.cxcvj.volu.ij. incip.ſuper primo quæſito.idem tenet Bal.in l.fina.in fine, C.in quibus cauſis in integ. reſtitu.non eſt neceſſ.& ibi Sali.in fine, Alexander in conſilio lv. volu.v. Rota deciſi. lxxxvij. in nouis, Bellamera deciſio.xxxviij.Apoſtillator ad deciſionem Tholoſa.liij.Alexander in apoſtil. ad Bartolum in l.certum.§.in pupillo. ff.de confeſſis. Gratus in conſi.cxcix.volu.j. Alciatus de præſumptionib.in prima regula,in xlij.præſumptione.

Contrarium quòd imò eo ipſo dicatur læſus,quando non appellauit,& ꝙ tunc tanquam læſus poſſit reſtitui.Bar.in l.fi. C.in quib. cauſis in integrum reſtitu.non eſt neceſſ.& Pau.de Caſtro in dicta l.ſi minor. & iſtam opinionem ſenſit glo.in l.ſi minor xxv.annis filiusfamil. §.j.in verbo,iure deſiderat.ff.de minorib.

2 Sed tamen alij in iſto articulo diſtinguunt, aut minor eſt reus, & tunc non appellando dicitur læſus, & eo ipſo poteſt petere reſtitutionem. Aut verò eſt actor,& tunc non appellando,non dicitur læſus:iſta fuit opinio Fulgo.in dicto §.ſi minor.& in dicta l.fi.C.in quibus cauſis in integrum reſtitu.non eſt neceſſa.& ibi Pau.de Caſtro, Alexander in conſilio cxv.in fine,volu.v.Iaco.de S.Georgio,in dicta l.fi.in fine, Ruinus conſilio lxviij.volu.j.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

*Minor an eo ipſo quòd aliquid præiudiciale confeſſus eſt, dicatur læſus, ita quòd abſque alia probatione reſtituatur.*

1 SVbſequenti ordine dubitari contingit, an eo ipſo quòd minor eſt confeſſus aliquid præiudiciale, dicatur læſus, & propterea reſtituatur:an verò ſit neceſſarium aliquid probare, per quod appareat veritatem eſſe contra confeſſionem factam per minorem:& quòd non reſtituatur,niſi docto de errore,tenet Specu.in tit.de reſtitu.in integ.§.j. verſic. ſed nunquid eccleſia. Cynus in l.j.in fi.C.de confeſſ.& ibi Bald.verſi.præterea ſequeretur. & ibi Sali. verſic. item iuxta hoc quæro. Anto.de Butrio in c.fi.in fine,de confeſſ.Alexan.in conſi.lv.in fine,vol.v.Soci.in conſi.cxv.volu.j.Bertran.in conſi.clxix.vol.j.

Contrarium gloſſ.in c.ij.de reſtitu.in integ.in gloſſ.in verbo,computandum,in gloſſ.ij. ibi, etiam quòd falſitas confeſſionis probari non poſſit.cum quibus gloſſ.tranſeunt Doctores.

2 Concorda vt per Alexan.in l.nam & poſteà.§.ſi minor.Nam aut ex ſola confeſſione minor afficitur damno re ipſa,vt quia confeſſus fuit fideiuſſiſſe,& procedat vltima opinio. ſecus quando ex confeſſione non ſequitur damnum neceſſario re ipſa.& ita procedit prima opinio.

Et iſtam videtur ſequi Iaſ.ibi dum ſe remittit ad Alexandrum.Ruinus in conſi.cxxxv.volu.j.& conſi.lix.volu.iiij.& conſilio lxxxviij.volu.iiij.& in conſi.xcv.vol.v.

3 Ex quo infert Alexander in dicto §.ſi minor. quòd in criminalibus debet reſtitui aduerſus confeſſionem minor,quia eo ipſo dicitur læſus. & ita voluit Ange.in l.certum.ff.de confeſſ.in §.in pupillo. ſentit Bald. in conſi.cccx.volu.j. Corneus expreſſè in conſi.cxcij.volu.iiij. Alexander in conſi.cxv.volu.v.Iaſon in conſi.clxxxviij.volu.ij.Hippolytus de Marſil.in l.j. §.ſi quis vltrò.ff.de quæſtionib.Alexander in conſilio cxv. volumine iij.Iaſon in dicto §.ſi minor xxv.annis.Grammat.in conſilio ciuili xvj.& in conſilio lx.& conſilio ciuili lix.Hippolytus de Marſiliis in ſingu.ccccxlv.

4 Sublimita,nam in atrocioribus nunquam minor admittitur ad reuocandam eius confeſſionem.Hippolytus in l.de minore.in princip.ff. de quæſtionib.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

*Minor ſi maior factus, infra quinquennium de alienatione facta per eum non ſit conquæſtus, eam amplius retractare non poteſt.*

INVA

1 INVALIDA alienatio per minorem facta, retractari non poteſt, ſi maior factus infra quinquennium non ſit cõqueſtus. tex. eſt in l. fi. C. ſi maior factus aliena. glo. in verbo, comprobauerit. in l. iij. §. j. ff. de minor. Bal. conſi. xlv. in princip. volu. ij. Alexan. conſi. cxvij. verſicu. & adhuc dico. volu. v. Aretinus conſi. cxxvij. verſi. non obſtat id quod dicit. Calcan. conſi. xxij. verſi. ſed licèt non præſumpſerit. Pariſius conſi. xvj. num. 95. verſi. tertio tollitur. volu. ij. Ruinus conſi. lxiij. verſi. quartò pro eadem parte facit. volu. j. & conſi. cxlj. verſi. ſed dato. & volumi. iiij. Brunus conſi. lj. in fi. verſicu. & optimè comprobatur. volumi. j. Decius in l. quod ab initio. verſicu. & ſimiliter. ff. de re iudica. Brunus in tracta. de forma. verſic. ſecundò præfata concluſio.

2 Amplia vt talis ratificatio per ſilentium inducta, retrotrahatur ad tempus contractus. ita Alexan. in dicto conſi. cxvij. verſicu. & adhuc, dico. volumi. v.

3 Primò Limita hoc non procedere in donatione facta à minore, quæ vt ſit irretractabilis, requirit ſpacium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt in dicta l. fina. in fi. Azo in ſumma. C. ſi maior factus aliena. verſicu. cæterùm. Calca. conſi. xxij. verſic. ſed licèt non præſcripſerit. Brunus de forma. verſ. ſecunda concluſio. Pariſ. conſi. xvj. nume. 96. volu. ij.

4 Amplia hanc limitationem, vt procedat etiam ſi donatio ſit dónatio ob cauſam. Curtius iunior conſi. cxlj. verſi non obſtat etiam præmiſſis.

5 Secundò Limita vbi eſt defectus decreti in alienatione, ſecus verò ſi alio defectu contractus minoris non valeret, vtputà ſi non ſit facta ex legitima cauſa alienatio, ita Corneus conſi. ccvij. verſi. quidquid autem ſit. volu. iij.

6 Et idem eſt ſi ratione minus legitimæ perſonæ contractus non valeret, vtputà quia minor habens curatorem, contrahit ſine eo: vt tenuit Iaco. de Arena in dicta l. fi. verſicu. hoc principium. & ibi Cynus verſic. item requirit quòd minor. Io. Faber verſicu. tu autem intellige. & verſi. & dicit. refert & ſequitur Corneus in dicto conſi. ccvij. verſic. quidquid. volu. iij. Deciſ. Neapolita. xcij. in nouis. Salic. in dicta l. fina. verſic. quæro quid ſi non tantùm.

Contrarium Corneus conſi. xxxvj. verſ. nec obſtat. vol. ij.

7 Tertiò Limita, quando minor curatorem non habens venderet, vt declarat Corne. dicto conſi. ccvij. verſi. & forte ex his. volu. iij. Sali. in dicta l. fi. verſi. eſt & tertius. Deciſi. Neapo. xcij. in nouis.

8 Quartò Limita quando contractus minoris haberet dolum annexum, ſi enim tunc expreſſè ratificari non poteſt. l. j. C. ſi maior factus. minus eſt ratificabilis per curſum temporis. & in iſtis terminis hoc dicit Roma. conſi. liiij. verſi. iſta pars. Cur. iunior conſi. 50. per totum. & conſ. lj. Rui. conſi. clxx. verſi. ſed videtur ſtare. vol. j.

9 Et idem eſt quando dolus præſumitur ex inobſeruãtia ſtatuti. ita Roma. in dicto conſi. liiij. verſ. ſecundò idem colligit. Barba. conſi. lxx. verſ. præterea hoc idem colligitur. volu. iij. Cur. iunior conſi. 50. per totum. Rui. conſi. clxx. nu. 25. verſi. ſed videtur obſtare. vol. j.

10 Et idem eſt in dolo præſumpto reſultante ex læſione. Barba. in conſi. xlij. nu. 14. in fi. volu. j. verſi. ad hoc adduco. & conſi. lxx. verſicu. & licèt iſta. volu. iij.

Contrarium in dolo præſumpto, voluit Pariſ. conſi. xlix. verſicu. ad quorum veram reſolutionem. vol. j.

11 Amplia præcedentem limitationem, etiam ſi dolus ſit cognitus illi facto maiori. Curtius conſi. lj.

12 Quintò Limita quando minor maior factus ſciuit illud, quod continebat ſuum præiudicium: ſecus verò ſi illud ignorauit. Marian. iunior conſi. lix. verſi. nec his obſtat. vol. j.

13 Sextò Limita non procedere de iure canonico, quo attento non habet locũ diſpoſitio dictæ legis, propter malam fidem illius, qui ſcit contractum non valere. Anto. de But. in conſi. xlv. verſic. non obſtat. refert, & ſequitur Rui. conſi. xlj. verſi. præterea non potuit. vo. j.

14 Septimò Limita, nam lapſus temporis non noceret, ſi maior factus ante quinquennium declaret, ſe nolle ratificare: ita Bar. in dicta l. fi. ver. ad vnum tamen aduerte. C. ſi maior factus alie. & ibi Salic. verſ. & ideò quandocunque. & verſ. item & ſi maior.

15 Amplia etiam ſi illud dicat extra iudicium, vt tenent Azo & gloſ. in dicta l. ſi. & ibi Sali. verſ. quæro an ſufficiat.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

***Contractus minorum cum iuramento, an valeant.***

1 EX textu authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. venditi. colligitur, quòd contractus minorum iuramento firmati non retractantur.

2 Contrarium, quòd contractus minorum non firmentur iuramento, ſed tamen iuramentum ſit ſeruandum, voluit Chriſtopho. Porcus in §. in extraneis. inſi. verſi. ego aliàs. Inſti. de hered. quali. & diff. ſequitur Iaſ. in d. auth. ſacramenta puberum. verſ. inuenio vltramontanum Docto. C. ſi aduer. vendi.

3 Primò Amplia, vt etiam petita abſolutione à iuramento, remaneat contractus validus, & neceſſe ſit recurri ad reſtitutionem in integrum, iuxta not. declarationem Corn. diſtinguentis in conſi. cclxxxvij. vol. iiij.

Nam aut contractus ſuſtinebatur ſolo iuramento, & tunc illo ſublato, contractus annulatur.

Aut contractus ſuſtinebatur etiam alio iure, & tunc etiam remoto iuramento, contractus eſt ſeruandus. & tene menti.

4 Secundò Amplia, vt etiam data enormi, vel enormiſſima læſione, nõ poſſit minor læſus ex contractu petere abſolutionem à iuramento, vt habetur latè in concluſione noſtra incipien. renunciatio facta. in princ. in tit. de iure dot. conclu. j.

Contrarium in eadem concluſione in alia parte, vbi allegantur deciſiones contrariæ.

5 Tertiò Amplia, vt etiam contractus donationis confirmetur iuramento per diſpoſitionem auth. ſacramenta puberum. vt tenet glo. in d. auth. in verbo, contractibus. & ibi Bart. verſ. quæro vtrum hæc auth. & ibi Bal. verſ. vlterius quæritur. Imola conſi. cxxiij. verſ. nam poteſt reſpõderi. Areti. in c. in præſentia. in vj. not. de proba. Imola in c. cum contingat. verſ. item attende inquantum voluit. de iureiur. Alberi. de Roſa. in d. auth. ſacramenta puberum. verſ. ſuper contractibus. & verſ. quid de donatione. Odofre. ibi verſ. ſuper eo, quod dicit. Io. And. in c. cùm contingat. verſ. item quod habet locum. de iureiur. Ang. in d. authen. ſacramenta puberum. verſ. item nota. & ibi Sali. verſ. quæro cum glo. Aluar. in c. j. in §. item ſacramenta. verſ. quæro cum dicta glo. de pace iur. firm. Alex. conſ. xxxix. verſ. nec etiam poſſet. vol. iiij. & conſ. cxxv. vol. j. Soci. conſ. liij. vol. iiij. Alex. conſ. liij. verſ. ad ſecundum reſpondetur. volu. iij. Decius in conſ. clxxx. verſic. accedit quod in iuramento. & conſ. clxxxj. verſicu. accedit quòd in iuramento. & conſi. clxxxj. verſicu. & hoc confirmatur. vbi dicit iſtam * communem opinionem. & idem dicit idem Deci. vbi eandem opinionem tenet in conſ. dcxxxix. Curt. iunior conſi. cxlj. Feli. in d. c. in præſentia. ver. in tex. ibi, iuramento firmauit. Bertran. conſ. xxij. volumi. ij. & conſ. cciiij. volu. iij. Areti. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. here. verſ. adde etiam ad prædictam limitationem. Ang. in d. auth. ſacramenta puberum. verſ. & habet locum hæc lex. & ibi Apoſtil. ad Iaco. Butrig. qui dicit * communem. Iſer. in c. j. §. item ſacramenta. verſic. item ſi ne ſit contractus, de pace iura. firman. Afflict. ibi in vj. not. nu. 1. Rui. conſ. lx. vo. iij. Gram. qui dicit magis * cõmunem. Deciſ. ciij. nu. 54.

Contrarium Cy. in dicta auth. ſacramenta. in xij. q. licèt dicat quòd alia opinio communiter obſeruetur.

6 Primò Limita hanc ampliationem procedere in donatione pura, ſecus in renũciatione aliquo dato vel recepto, quando minor renũcians eſſet enormiſſimè læſus: vt declarat Bertran. conſ. xlvj. vo. ii. Alex. conſi. xliij. verſ. reſtat reſpondere. vol. iij. Rui. conſ. clxx. vol. j.

7 Secundò Limita ſtante enormiſſima læſione, vt per Curtium iuniorem conſilio cxlj.

8 Et idem in muliere minore ponit Rui. conſi. cvij. vo. j.

9 Quarto Amplia, etiam ſi ſtatutum requirat certam ſolennitatem in contractibus minorum, quia etiam contractus, in quo non interuenit dicta ſolennitas, firmatur iuramento. ita Alex. in conſi. liij. volu. iij. verſ. aut non interuenit.

De qua ampliatione vide in alia concluſione noſtra, in qua habetur, quòd generalis diſpoſitio non refert ſe ad diſpoſitionem iuratam. in conclu. v. in tit. de iureiur.

10 Quintò Amplia, vt etiam pupillus per iuramẽtum habeatur pro maiori: ita ꝙ impediatur reſtitutio in integrum: ita tenet Rayne. in ſumma Decreta. ſub titu. de iureiu. refert, & ſequitur Bal. in l. generaliter. C. de reb. cre. firmat Feli. in c. cùm ſit generale. verſ. intelligo dupliciter. de fo. compe. Deciſ. Tholoſa. xlv. in fi. verbis. Iaſ. in dicta auth. ſacramenta puberum. verſi. tertiò aduerte.

Contrarium voluit Corneus conſ. xlv. nu. 11. vol. ij.

11 Tenendo autem primam opin. Limita ſecus eſſe in eccleſia, quæ per iuramentum adminiſtratoris non perdit beneficium reſtit. in integ. nec deſinit haberi iure minoris. Bald. in d. l. generaliter. in loco proxi. alleg. Feli. in dicto c. cùm ſit generale. verſi. ſecus dicens. de foro compe. & voluit glo. in verbo, contractum. in c. j. de in integ. reſti. in vj. Bald. in c. j. §. item ſacramenta. verſi. quæro vtrum iuramentum prælati. de pace iura. fir. & fuit de mente Io. And. in c. grauis. verſi. niſi forſan priuatus. de depoſi. Iaſ. in dicta auth. ſacramenta. verſ. quintò principaliter limita. Alber. de Roſa. ibi, verſ. ſed nunquid. Pau. de Caſt. ibi, verſi. item adde. Afflict. in d. §. item ſacramenta. in verſ. in glo. iiij. nu. 62.

Contrarium deciſ. Tholo. xlv. in fi. & ſentit eadem deciſ. Tholo. clxj.

12 Sextò Amplia, vt minor quando iurauit non venire cõtra proceſſum vel iudicium, nõ poſſit petere reſtitutionem in integrum, ſi in aliquo defecit in iudicio per ipſum agitato: ita glo. in dicta auth. ſacramenta puberum. in glo. ij. in fi. deciſ. Tholo. xlv. Bar. in dicta auth. ſacramenta puberum. verſ. quæro quid in iudiciis. idem Bar. in l. minor. ver. quæro extra glo. ff. de procura. Sali. in dicta auth. ſacramenta puberum. ver. nunc proſequendo glo. quæro. Imo. in c. cùm contingat. verſ. an autem dicta

authen.

authen.de iureiuran.& Ang.in dicta auth.ſacramenta puberum.verſi. & idem etiam in iudicio. Apoſtil.ad Iac.Butrig.in dicta auth.ſacramenta puberum.qui dicit q̄ ita * tenent omnes. Bar.ibi, verſi quæro,quid ſi in iudiciis.Bald.ibi, verſi.modò venio ad verbum,ſpontè. & ibi Ange. verſi.item nota.Sali.verſi.nunc proſequendo glo.

13 Poterit tamen appellare ſecundum glo.in verbo, ſuper cõtractibus. verſi.quid ſi iurauit.in dicto §.item ſacramenta.& ibi Aluar.& Præpo. Alex. Afflictus in verſi.in glo.iiij.nu.14.Iac.in verſi.in eadem glo.in fi. Iaſ.in dicta authen.ſacramenta.verſ.& vide q̄ iſta authen.& verſi.ſum in vltima parte. Iſer.in dicto §.item ſacramenta.verſi.item ſiue ſint cõtractus.& Aluaro.verſi.quæro cum dicta gloſſ.j. Præpoſi. verſi. quæro cum dicta glo. Afflict.in ſexto notab. nu.1. & 11.& in verſi.in iiij.gloſſ. nu.13.Boer.deciſi.xcij.

Contrarium Curt.in dicta auth.ſacramenta puberum.in xv.quæſt. & Iac.Butrig.in dicta auth.ſacramenta puberum.verſi.ſed quid in iudice.& ibi Alber.de Roſa. verſi.quærit etiam glo.qui tamen contrarium tenet in arbitris.& fuit opinio Odofre.in dicta auth.ſacramenta. verſi. ſed denuo quæro.& verſi.ſeq.

14 Et in arbitro quòd procedat diſpoſitio auth. ſacramenta puberum. ponit And.de Iſer.in §.item ſacramenta. verſi.item ſiue ſit contractus. Aluaro.verſi.quæro cum dicta glo. Afflictus in vj.nota.nu.1.& in verſ. in glo.iiij.nu.16.Card.in conſi.xcij.

15 Primò Limita hanc ampliationem, quando minor iuraret non contrauenire in futurum,ſecus ſi iuraret aliquid in præteritum,quia tunc ſi ſit læſus,in iudicio reſtitueretur,ita tenet Bar.in ſuo conſi.incip.Bernardus de Tuderto minor.refert,& ſequitur do. Anto.de Alexandro, in d. auth.ſacramenta puberum. Apoſtil.ad Iac.Butrig.in d.auth.ſacramenta puberum.Iacob.verſi.in eadem gloſſ.in fine. Afflict.in x.item ſacramenta.in vj.notab.nu.14.

Contrarium tenet Iaſ.in dicta auth.ſacramenta puberum.

16 Secundò Limita, vt non ſufficiat iuramẽtum generaliter præſtitum, vt declarat Pau de Caſt.in repeti.auth.ſacramenta puberum.quem refert & ſequitur Ant.de Alex.ibi & Iaſ.de quo dicetur in limita.

Tertiò Limita vt in limitatione ſequentis ampliationis.

17 Septimò Amplia,ſi minor iudicium agat per procuratorem conſtitutum cum iuramento,quia cenſetur iudicium agi per maiorem, non poteſt amplius in integrum reſtitui.Bar.in l.minor.in prin.ff.de minorib. Ang.Are.in §.appellatur.verſ.aduertas tamen.Inſti.de excep.Bertran. conſi.lxxxvij.vol.j.in nouis,& conſi.lj.vol.iij.& conſi.cliiij.eo.vo. Guido Papæ q.cccclxxxiiij.& q.xxxv.Gram.conſi.ciui.lxj.

18 Limita hanc ampliationem vt non procedat in proceſſu criminali, in quo etiam ſi minor iuraret,iudicium ſine authoritate curatoris non ſuſtineretur.Guido Papæ conſi.cxxx.Bald.in l.j.verſi. ſed pone, minor videns.C.de confeſſ.

Et iſto caſu ſaluari poſſet dictum Cyni, & Iac.Butrig. in dicta auth. ſacramenta puberum.dum tenent quòd in iudiciis minor per iuramentum non repræſentetur maior.

Contrarium ſentit Imola in c.cùm contingat. verſi.an autem dicta authen.de iureiuran.Bal.in dicta auth.ſacramenta puberum. verſi.modò venio ad verbum,ſpontè.

19 Octauò Amplia,vt non requiratur certioratio,de quo dic vt in concluſione noſtra, an iuramentum requirat certiorationem,ſub tit.de iureiuran.concluſio.iij.

20 Nonò Amplia vt ſacramentum confirmet contractum ipſo iure nullum,ſecundum opinionem Martini, quàm etiam ſequitur glo. in dicta auth.ſacramenta puberum.in verbo contractibus.& ibi Iac.Butrig. Alber.de Roſa.ibi,verſi.& expone.& ibi Odofre. verſi. ſed denuò quæro, nunquid hæc conſtitutio.glo.j.in fi.in d.§.item ſacramenta.& in glo.iij. verſi.ſed quæro,an hoc ſit intelligendum.Bar.in d.auth.circa prin.ver. ſequitur in tex.contractibus. Bal.ibi in prin.& Pau. de Caſt.verſi.quæritur pro declaratione materiæ.& ibi Sali.verſ.quæro iuxta idem.& ibi Io.Faber,& Iaco.verſi.in glo.magna. Iaco.de Beluiſo in §. item ſacramenta.verſi.quæritur quid ſi pubes habet. & Aluaro.ibi in prin. verſi. quæro ſubſequenter.

Contrarium Bulgarus,quem ſequitur Cy.in d.authen. ſacramenta puberum.in prima quæſt.

21 Decimò Amplia vt idem ſit ſi minor iuret per procuratorem,attenta diſpoſitione iuris canonici; licet alias forſan aliud dicẽdum eſſet attenta diſpoſitione iuris ciuilis.Cy.in dicta auth. ſacramenta puberum. in ix.quæſt. Albe.de Roſa.in dicta auth.ſacramenta puberum.qui dicit hoc procedere quando iurauit in mandato minor, ſecus ſi in mandato non iuraſſet.Odofred.in dicta auth.ſacramenta puberum. verſi.ſed denuò quæro.glo.in §.item ſacramenta.in glo.j. verſi. quid ſi non ipſe,de pace iura.fir.Socinus conſi.cxxxj.nu.9.vol.iiij.Sali.in dicta auth.verſi. quæro,an adultus.Iaco.de Beluiſo in §.item ſacramenta.verſ.quæritur quid ſi pubes.Iſernienſis in dicto §.item ſacramenta. Aluarot.ibi verſi. quæro ſubſequenter cum dicta glo.Præpoſi.verſ.quæro ſubſequenter. Afflictus nume. 40.& ſeq.

22 Vndecimò Amplia vt procedat etiam in liberatione facta per minorem cum iuramento.glo.in l.iij.§.j.ff.de contro.iudi.tute. in verbo,liberationem. Apoſtil.ad Iaco.Butrig.in dicta auth. ſacramenta puberum. & ibi Alber.verſi.in contractibus.& ibi Odofre.verſ.ſuper eo quod dicit.& verſi.ſed denuò quæro hic. gloſſ.in verbo, ſuper contractibus. in verſi.item quæro.in §.item ſacramenta. Bertrand.conſi.lxxxvij.nu.10. vol.iij.Barto.in dicta auth.verſi.quæro vtrum hic autem.& verſi.ſeq.in cip.quæro quid ſi iuramento interponatur.Bald.ibi verſi.vlterius quæritur.& ibi Ange.verſi.item nota.& ibi Sali.verſ.quæro ab extra.& Io. Faber ibi,& Iaco.verſi.in eadem glo.nos contra.& ibi Iaſon verſi.ſum nunc in ſequenti parte gloſſ. Aluaro.in §.item ſacramenta. verſi.quæro ſubſequentem.Afflictus ibi in vj.notab.num.6.& in verſi.in glo.iiij. nu.12.Ruinus conſi.clix.volu.v.

Contrarium Cy.in xiiij.quæſt. in dicta auth.ſacramenta puberum.

23 XII. Amplia etiam in quaſi contractu,puta in aditione hæreditatis, vt ponit gloſſ.in dicta auth.ſacramenta puberum.in verbo,contractibus. Apoſtillator ad Iacob.Butrig.in dicta auth.ſacramenta puberum. & ibi Albe.verſi.ſuper contractibus.& ibi Odofre.verſi.ſuper eo quod dicit.& verſi.ſed denuò quæro quid ſi minor.Bertran.conſi.lxxxvij.nume.10.vol.iij.Bar.in dicta authen. verſi.vtrum hæc authen.& ibi Bald. verſi.vlterius quæritur.& ibi Ange.verſi.item nota. Sali.ibi verſi.quæro cum glo.& ibi Io.Faber,& Iaco.verſi.in eadem gloſſ.ibi,nos contra. & verſi.in eadem glo.in fine.Iaſon in dicta auth.ſacramenta.verſi.ſum nunc in ſequenti parte glo. Aluaro.in dicto §. item ſacramenta. verſi. quæro ſubſequens.& Præpoſi.verſi.quæro ſubſequens.

24 XIII. Amplia vt ſufficiat quòd iuramentum præſtetur ante vel poſt contractum.glo.in dicta auth.ſacramenta.in glo.ij. ſuper verbo,ſuper. & glo.ſuper verbo,contractibus.in verſi.ſed quid ſi primò vendidit.in §.item ſacramenta.

25 Et hoc dummodò incontinenti fiat,ſecundum Alber.de Roſa.in dicta auth.ſacramenta puberum.verſi.gloſſ.etiam videtur ſentire.& Bar. in dicta auth.ſacramenta puberum. verſi. ſequitur in textu ſuper Ang. ibi verſi.ſequitur in litera,ſuper contractibus.& ibi Io.Fabri,& Iaco.in ſecundo notab. Iſern.in §.item ſacramenta.verſi.habet autem locum. Aluaro.verſi.quæro ſubſequenter. Præpoſi.verſi.quæro ſubſequenter. Affli.ibi in v.not.nu.2.& in verſi.in glo.iiij.nu.12.

26 XIIII. Amplia in minore iurante,ſiue ſit paterfamiliâs,ſiue ſit filiuſfamiliâs,vt per glo.in dicto §.item ſacramenta puberum. in glo.j.verſi. quæro nunquid ſit intelligendum.Iaco.de Beluiſo in §.item ſacramenta.verſi.quæritur quòd & ſi probat. Iſer.ibi.Aluaro.ibi verſi.quæro ſubſequenter.Præpoſi.verſi.quæro ſubſequenter. Affli.ibi in vij.no.nu.29.

27 XV. Amplia ſiue minor iurans ſit liber,ſiue ſit ſeruus. glo.in §.item ſacramenta.in glo.j.verſi.ſed nunquid.& ibi Iaco.de Beluiſo verſi.quæritur quid ſi pubes.& Iſer.ibi, Aluaro.ibi verſi.quæro quid. Præpo.verſ. quæro ſubſequenter.& ibi Affli.in vij.not.nu.30.

28 XVI. Amplia nedum in contractibus rerum ipſorum minorum iuramentũ operari,ſed etiam ſuper contractibus interpoſitis ſuper alienis rebus,vt tenet Bar.poſt Rofre. in dicta auth. ſacramenta puberum. verſi.ſequitur in textu,rerum ſuarum.& Sali.ibi verſi.ad rationem. Iaco.Butrig.& in verſi.quæro quid ſi contractus.& ibi Iaco.in penul.no. Iaſ.in d.auth.ſacramenta.verſic.ſequitur in tex.Iſer.in §.item ſacramenta.& ibi Affli.in vij.not.nu.1.& in glo.iiij.nu.51.& 52.

29 XVII. Amplia vt iuramentũ operetur nedum ſi minor contrahat, ſed etiam ſi cõtrahenti conſentiat.ita voluit gloſ.in §.ſed quod ſancitũ. in verbo,neque ſcriptum.in auth.de nup.& Ange.ponit.refert & ſequitur Iaſ.in auth.ſacramenta puberum.verſi.ad ſextam.

Contrarium Affli.in dicto §.item ſacramenta.nu.10.

30 XVIII. Amplia vt etiam ſi iuramentum interponat minor inductus blanditiis vel ſuaſionibus,nihilominus operetur, vt per Iacob.de Beluiſo.in §.item ſacramenta.

31 Sed iſto caſu poſſet peti abſolutio à vinculo iuramenti, vt concludit Iaco.in dicta auth.ſacramenta puberum.& Aluar.in §.item ſacramenta.verſi.quæro ſubſequenter. Præpoſi. verſic.quæro ſubſequenter.cum dicta glo. Affli.diſtinguit ibi nu.17.& ſeq.in vij.not.nu.36.

32 Primò Limita concluſionem principalem quando iurat vt minor,ſecus verò quando iurat vt maior, exiſtimans ſe maiorem errore ductus. ita Marianus iunior conſi.iij.vol.ij.

33 Secundò Limita quando per ſtatutum requiritur certa ſolennitas in contractu,& illa non adhibita,vlterius procedit, quòd inſtrumentum nullam faciat probationem,quia tunc non poterit ex inſtrumento probari iuramentum,ſecundum Alexand.conſilio liij. volu.iij. verſi.vnde attento.de quo dic vt infrà in concluſione quando ſtatutum diſponẽs, quòd ſi creditor non petierit debitum infra certum tempus, &c. circa finem,in ſexto libro.

34 Tertiò Limita,ſi modò iuramentum præſtetur tactis Euangeliis,vel ſcripturis ſacris,& non aliàs,vt voluit gloſ.in tit.de pace iura.firman. in §.item ſacramenta.in gloſſ.j.in prin. Cynus in dicta auth.ſacramenta puberum.in quarta & ſexta quæſtio.& ibi Barto. verſic.quæro circa iſtud.Deciſi.Tholoſa.nume.161.& hoc eſt quod voluit Baldus in l.ſi aduer.vendi.in prima ſolu.dum opponit de l.ſi alterius. C.ſi minor ſe maiorem dixe.& Odofredus in dicta authen. ſacramenta puberum. in prima quæſtione, Barto.in authen. ſacramenta puberum, in ſecunda quæſtio

quæſtio.& ibi Baldus in ſecunda quæſtio.Angel.vbi verſi.ſequitur. in litera facta,& ibi Saly.in ſecunda quæſt. & Iacob.in j.not. Iſern. in dict. §.item ſacramenta.& Aluarot. verſi. quæro ſubſequent.& ibi Præpoſ. verſi.oppono ſubſequent.Afflict.in d.§. item ſacramenta.num. 14. & ſeq. & 23.

Contrarium tenet Imola in c.cum contingat.ver.item ſecundo poteſt dubitari, de iureiurand. & ſentit de iure canonico hoc eſſe verum Io.Fabri in d. authen.ſacramenta puberum.& Iaco.de Beluiſ.in §.item ſacramenta,verſ.quæritur quid ſi verbo tenus.

35 Et facit pro prima opinio.nam iuramentum vt operetur, requirit tactum ſcripturarum, vt dicit Io.And.in c.& ſi Chriſtus,verſi.in iuramẽtis autem,de iureiurand. glo.in cle.j. §.porro.in verbo,tacta.de hæret. Arch.in c.vt circa,in verbo præſtito.de elect.lib.vj.Abb.in d. cap. & ſi Chriſtus.verſi.ideo quæro,de iureiurand.poſt Inno.ibi in verſi.in iuramentis tamen.Hoſt.ibi verſi.in iuramentis verò,& Anto.de But. verſi. in iuramentis autem.Bal.in c.j.§.ſi à domino. verſi.nota quòd in iuramento,quid ſit inueſtitura,& in c.j.§.item ſacramenta, verſi. quæritur vtrum iuramentum.de pac.iur.firm.& Abb.in ca.fraternitatis, verſi.& aduerte qualiter,de teſt.Bal.in rep.l.ij.verſ.ſed quid ſi teſtis.ff.de iureiu. Spec.in tit.de teſte.§.ſequitur,verſi.& nota.& ibi Io. And. in addi.Bal. in l.generaliter.§.fi.C.de reb.cred.& in l.fi. in fi.C. ſi ex falſ.inſtr.Abb. in c.fi.in j.not.de iur.calum.Caſſan.conſi.xxxix.Cardi.in clem.j.§.porrò,in iij.q.de hæret.

Contrarium Specula.in titu.de iureiuran.§.j.circa fi.verſi.in ſumma nota.

36 Tenendo primam opinionem,Sublimita,nam de conſuetudine non requiritur tactus euangeliorum,vel ſacrarum ſcripturarum,ſed ſufficit tactus cuiuſcunque libri,vel tabulæ,ſecundum glo.in authen. iuſiurandum quod præſtatur ab his,in verbo,quatuor,& in §.item ſacramenta,in glo.j.in tit.de pac. iur. firma.Imola in d.c.cum contingat. Abb.in cap.fraternitatis,verſi.& aduerte,& ibi Fel.verſi.in glo.fi.Abb.in c.fin. in j.not.de iur.calum.Guido Papæ quæſtio.xxxv.Iaco.But.in d.authen. ſacramenta puberum,in iij.quæſtio.& ibi Alber.de Roſate, & Bal.in iij.quæſtio.& ibi Saly.in iij.q.Iſern.in §.item ſacramenta,Aluarot.verſ. ex hac glo.not.& ibi Præpoſ.& Afflict.ibi nu.20.& ſeq.

Quinimò hoc etiam de iure procedere dicit Iaco.de Beluiſ.in § .itẽ ſacramenta.in princ.

37 Sublimita,vt talis conſuetudo intelligatur quando requiritur iuramentum corporale,ſecus verò quando iura expreſsè dicũt quòd interueniat tactus euangeliorum:ita Pet.de Ancha.in c. vt circa, verſi.item nota.de elect.lib.vj.Cardi.in clem.j.§.porrò,in iij.q.de hæret.Fel.in d. c.fraternitatis,in loco proximè allegato.

38 Secundò Sublimita,quia hoc procedit in iuramentis neceſſariis ,ſecus vero in iuramentis voluntariis,in quibus non refert an iuretur tactis euangeliis,vel ſacris ſcripturis,vel non:Caſſan.in conſi.xxiiij.

39 Quartò Limita ſi iuramentum præſtitum ſit per puberem, ſecus verò ſi ſit præſtitum per impuberem ; ita Curt.iun.conſi.liij. qui ampliat vt hoc proſit etiam puberi iuranti , qui cauſam communem haberet, & iuraſſet cum impubere:Pariſ.conſi.xix.num.17.vol.j.glo.in d. auth. ſacramenta.in verbo,puberum,quæ eſt gl.j.& glo.in l.fi.in verbo, poterit.ff.de lib.cauſ.Cyn.in d.auth.ſacramenta,in viij.quæſtio.& ibi Alber.de Roſat.Odofred.verſi.or ſignori.glo.in §.itẽ ſacramenta,in gl.j. verſi.quid ſi impubes iurauerit.Card.in conſi.xcij.ſentit Ang.in l.qui iuraſſe.in prin.ff. iureiuran. & clarius Pau.de Caſt.ibi,& iſtã dicit magis *communiter teneri per legiſtas,Alex.in d.l.qui iuraſſe. ff. de iureiur. Aluaror.in d.§.item ſacramenta,verſi.ſi verò eſſet,& ibi Bal.in ij.quęſt. & ibi Iacob.de Beluiſ.verſ.quæritur quid de impubere. licèt dicat contrariam partem eſſe veram de iure canonico.Bald.in lege pactum, de colla.Fulgo.conſi.ccxxxvij.qui dicit ſolum Bar.contradicere,& de eius opinione non eſſe curandum,Bal.in d.auth.ſacramenta , verſic. modò venio ad verbum,puberum.Ange.ibi in ver.in textu,puberum,& Paul. de Caſtro ibi,verſi.in glo.j.dicit iſtam opinionem veram de iure ciuili, & contrariam eſſe veram de iure canonico.Iaſ.in d.authen.ſacramenta puberum.Præpoſ.verſ.ſi verò eſſet minor.in d.§.item ſacramenta.

Contrarium in impubere doli capace tenet Hoſti.in c.cum contingat,de iureiur.& ibi Ioan.And.& Archidia.in c.quamuis, ſuper gloſſ.in verbo eadem,de pact.lib.vj.Iaco.Butrig.in d.auth. ſacramenta , & iſtá dicit* communem Barto.in d.auth.ſacramenta.in verſi. quæro quid ſi iurauit,& idem dicit Abb.in conſi.cccxc.verſi.ij.principaliter, volum. j.Cald.in conſi.viij.ſub titu.de iureiurand.Guido Papæ conſi.xxxj.nu. 22.Barto.in l.qui iuraſſe.in princ.ff.de iureiuran.& ibi Alex. Roma. in l.is,cui bonis,verſi.vlterius in quantum Bar.ff.de verb.oblig. Abb.cõſ. cviij.vol.ij.Alex.in l.is,cui bonis,verſ.contrariã partem.ff.de verb.obl. iſtam dicit*communem.Dec.in l.pupillum.ff.de regu.iur. Guald. cautela quinta,qui etiam dicit communem, de iis,qui non habent fact.teſt. And.de Iſern.§.item ſacramenta,nu.105.Ange.in l. ſi quis pro eo.in fi. ff.de fideiuſ.Corne.conſi.xxxvj.nu.9.vol.ij.& conſi.clxxxvij. volu. iij. deciſ.Neap.cccxxij.in antiquis,& Salyc.in l.qui iuraſſe,qui dicit iſtam opinionem veram de iure canonico.& contrariam veram de iure ciuili.& iſtam partem videtur ſentire Natta in rep.c.quãuis de pactis,in vj. in iiij.limit.Gemi.in c.quamuis,de pact.in vj.ver.in eadem gl.ibi,puber.Sal.in d.auth.ver.quæro iuxta,ſecundum verbum,Iac.qui dicit Canoni.ita communiter tenere,& hanc eſſe communem opinionem dicit Iſer.in §.item ſacramenta,ver. quid de proxi.pubertati.Afflict.ibi, nu.8.& in iij.not.nu.2.

40 Quintò Limita eo caſu,quo pubes iurans haberet curatorem,ſi modò illius authoritas interueniat,& non aliàs,vt ſentit Alex.conſi.lxvj. vol.vj.ver.ſaltem quo ad caſum noſtrum.Cur.Iun.conſi.liij.& ita obtinuiſſe coram magnis peritis dicit Albe.de Roſa.in d.auth.ſacramenta.Sal.ibi,ver.ſed tunc quæro.refert & ſequitur Imola in c.cùm contingat,ver.item iuxta præfata,de iureiuran.

Contrarium Cy.in d.auth.ſacramenta,in viij.quæſtio.glo.in §.item ſacramenta.in gl.j.in fi.verſi.item quæro.Alex.in l.ſi curatorem habẽs. C.de in integ.reſti.minor.Aluarot.in §.item ſacramenta,verſic.quæro ſubſequen.qui dicit ꝙ* omnes Docto.tenent iſtam opinionem.idem etiam tenet,& dicit Præpoſi.verſiculo,ſubſequenter,in dicto §.ſacramenta.

41 Sextò Limita,in iuramento promiſſorio,ſed ſecus eſt in iuramento aſſertorio.Imola in d.c.cùm contingat,ver.an autem de iureiur.refert & ſequitur Soc.conſi.lxvj.verſi.& ideò dicit Imola,& fuit dictum Io. And.in addi.Spe.in ti.de ſen.in §.vt autem,circa prin.in addi.incip.ad hæc,& refert & ſequitur Roma.conſi.xij.Pau.de Caſt.in l.j. ver.item aduertendum.C.ſi minor ſe maior.dixe.Soc.conſi.lxj.ver.& ideò dicit Imola,vol.j.Hipp.in ſing.ccxcix.Rui.in conſi.cxxxv.nu.10.volum.j.& cxlj.vol.j.Et hoc eſt quod voluit Bal.in l.j.C.ſi aduerſ.vendi.dum opponit de l.ſi alterius,ſi minor ſe maior.dixe.Boer.deciſ.xcij.vbi loquitur in confeſſione.

42 Septimò .Limita,quia iuramentum non confirmat contractũ nullum,ſed ſolum excludit reſtitutionem in integrum,niſi ſit pleniſſimè præſtitum:vt declarat Imola in conſi.j.ver. ſed ad dicta iura.refert & ſequitur Maria.Iun.conſi.cxliiij.vol.j.

43 Octauò Limita,niſi iuramentũ fuiſſet præſtitum ex falſa cauſa,quia tunc non operaretur:ita Pariſ.conſi.xcvj.nu.24.vol.j.qui allegat plura ad regulam illam generalem,ꝙ iuramentum non operetur quando eſt interpoſitum ex falſa cauſa.

44 Nonò Limita,in iuramento generali præſtito per minorem de nõ veniendo contra aliquem contractum per ſe initum.vt voluit Cyn.in d.auth.ſacramenta,in x.q.Ia.Bu.Albe.de Roſa.ibi,ver.quærit gl.Odofre.verſi.ſed denuò quæro.Sal.in d.auth.ſacramenta,ver.quæro cũ gl. & ibi Io.Fabri.& Iac.in ver.in eadem gl.ibi,ſed poſſet allegari.Iaſ.ibi, ver.ſum in iij.parte gl.Iſern.in §.item ſacramenta,ver.item quæritur, in iij.gl.vbi limitat quando iuramentum generale reſpicit certam perſonam,cum qua poſtea contrahitur, & ſequitur Afflict.ibi,in v.not. nume.9.

Contrarium Bar.in d.auth.ſacramenta,ver.quæro quid ſi iuratur generaliter,& videtur tenere Bal.hanc opinionem de iure canonico in d. auth.ſacramenta,ver.vlterius quæro,quid ſi iuro.Raph.Fulg.in d. authen.& Aluarot in §.item ſacramenta,ver.ex qua gl.Præpoſ.ver.quæro ſubſequen.Afflict.ibi,in v.no.nu.5.& ſeq.

45 Declara,vt per gl.in verbo,ſuper contractibus,in §.item ſacramenta.in ver.item quæro ſi iurauerit,ꝙ ſi prius ita iurauerit,& poſtea in cõtractu dixerit ſe velle teneri illi iuramento,quod tunc teneatur.

46 Decimò Limita,vt non procedat ſi impubes contraxit,& poſtea factus pubes iurauit.ita Alber.de Roſa.in d.auth.ſacramenta puberum, ver.ſed quid ſi impubes contraxit.

47 XI.Limita,quando iuramentum eſt præſtitum ex certa ſcientia,ſecus ſi per errorem,Ang.in d.auth.ſacramenta,ver.in tex.ibi,ſponte.

48 XII.Limita,vt non procedat in iuramento Hebræorum:Rui.conſ. clix.vol.v.

49 XIII.Limita,quando actus eſt inualidus ſolùm ratione ætatis, ſecus ſi alia ex cauſa,Rui.conſi.clix.vol.v.

50 XIIII.Limita,quando quis à principio ignorat quid donet,& dãnum quod ſibi reſultat ex donatione:Gramma.deciſ.ciij.nu.55.

## De reſtitutione in integrum.

### CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

*Reſtitutio an detur pro modica læſione.*

SOlent Doct.frequenter dicere,pro modica læſione non dari reſtitutionem,per tex.in l.ſcio.ff.de in inte. reſti.& per l.j.C.ſi aduerſ.vendi.pig.

1 Sed quia iſtud dictum habet difficultatem ,ideò maiori diſcuſſione indiget:nam licèt iſtam opinionem,quòd pro modica læſione non detur reſtitutio, ponat gloſſ.ij.in c.j.& ibi Hoſtien.Anto.de Bu.in ſecunda oppoſi.& Cardin.in ſecunda oppoſi.& Petrus de Anchar.in ij.not.& ibi etiam Collecta.circa princi.& ibi etiam Abb.in ſecundo not.de in integrum

reſtit.& Ioan.And.in c.tum ex literis,in primis verbis,& ibi etiã Hoſt. in primis verbis,& Car.in j.nota.& Abb.in j.no.de in integ.reſtit. & Inno.in c.coram,eod.tit.Bal.in c.cum adeò,de reſ.Alex.in conſi.xxvij. vol.j.& in conſi.ccxxij.vol.ij.Iaſ.in conſi.lxiij.vol.iij.Soci.in conſi.lvij. vol.iiij.Bal.in l.ſi in emptione.ff.de minor.Gomes,in §.pœnales, Inſti. de ac.Maria.in tract.citat.Alex.in l.j.§.nuntiatio,verſi.ij.limita.de oper. no.nunc.Specu.in tit.de reſt.in integ.§.j.Dec.in conſi.dcxvj.gloſſ.prag. ſanctio.Bertr.in conſ.clxix.& in cõſ.cxcix.vol.j. deciſ. Neap.cix. in nouis,Afflict.ſuper cõſt.Grat.con.iiij.vol.j.Dec.qui dicit*cõmunem in c. maioribus,in prin.de præb.Ruin.in conſi.cxix.nu.14.vol.v.

Tamen contrarium quòd etiam pro modica læſione detur reſtitutio,tenet Odofred.in l.ſcio.ff.in integr.reſt.& ibi Alber.de Roſat.Azo. in ſumma,de præd.minor.Bal.in l.j.C.ſi aduerſ.vendit.pig.& ibi etiam Cyn.& Ang.& Paul.de Caſt.Saly.& Ioan.Fab.Imo.in ca.cum contingat,verſic.item aduerte quia quando,de iureiu.Alex.in conſ.lxvij. vol. v.Claud.in l.ij.§ .nunciatio.ff. de oper. nou. nunc. & in l. ſi inſulam, verſi.iij.limitatur.ff.de verb. oblig. Brun.in conſi.xlj. Barbat. in conſi. xxxiiij.vol.iiij&. in con.x.vol.j. Ro.in conſi.xc.verſi.item & quod vbi prius.Brun.in tract.quòd ſtant.maſcul.

Tenendo primam opin.quæ videtur magis*communis,

2 Primò Amplia,vt etiam eccleſiæ,niſi probetur enormis læſio , non concedatur in integrum reſtitutio:Maria,iun.in conſi. lxxxiiii.vol.ij.

3 Secundò Amplia,quia in ſtatutis,vel in materia pœnali non conſideratur modica læſio:Dec.in c.maioribus.nu.3.de præb.

4 Limita niſi tractaretur de damno , quia tunc quodlibet, etiam minimum præiudicium videtur in conſideratione,prout declarat Dec.ind.c. maioribus,de præbend.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Reſtitutio in integrum ex clauſula generali,ſi qua mihi &c. an detur aduerſus rem iudicatam prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.*

QVÆRVNT Doctores,vtrum aduerſus rem iudicatam detur in integrum reſtitutio ex clauſula generali, ſi quia mihi &c.prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum , in quo caſu iudicio meo,talis eſt diſtinctio adhibenda.

1 Nam aut ſunt inſtrumenta,quorum victus habuit probabilem ignorantiam,vel illis vti non potuit,etiam facta debita diligentia , tunc ꝙ detur reſtitutio in integrum ex clauſula generali,voluit gloſ. in l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.verſi.in verbo ceſſat. & verſi. item poteſt dare. ff. mand.Iac.de Arena in l.j.in princ.C.de codict. indebi.Inno.in ca.vltra tertiam,ſuper verbo,nequierint.de teſtib.Ioan.And.in addit. ad Spec. in tit.de execut.ſententiæ.§.fin.verſi. illud autem, ſuper verbo poſſim. Bart.in l.j.verſi.item iſtud.C.de ſent.aduer.fiſc.lat.retract.lib.x.Bald.in l.argentarius.§.non autem.in j.lect.verſi.vel ita intellige. ff. de edendo. Ang.in l.Imperatores.ff.de re iudica.& ibi Imola,verſi.in ead.gloſſ. & Paul.de Caſt.verſi.idem & tertiò.& ibi Alex.verſ. quid ſi quis fuit condemnatus.& ibi Iaſ.in iij.limi.Pau.de Caſt.in l.ſub ſpecie.ver.tu dic.C. de re iud.& in conſi.cclvij.in princip.volum.ij. Imola in conſi.xxxvij. in prin.verſ.circa primum.Abb.in c.ſuborta.circa fin.verſi. vide alium caſum.de re iud.Alex.conſi.lxxxiiij.verſi.præterea etiam aduerſus.vol. j.& conſi.clxix.verſi.nam etiam videmus.vol.ij.& conſi.lxix.verſi.vnũ tamen.vol.iij.Socin.conſi. cxciiij. verſi.ſed ij.Iaſ. in rep. l.admonendi. verſi.nam concludunt.vbi dicit in hoc omnes concordare.& verſi.prima difficultas.ff.de iureiuran.Afflict.ſuper conſtitutione obſcuritatem. num.4.de in integrum reſt.muli.verſ.bene tamen.Rebuff.in l.quod iuſſit.in ij.notab.nu.262.ff.de re iudic.Zaſ.conſi.xv.num.62. vol.ij. deciſ. Neapol. lxij.in princ,in nou.Boer.deciſ.cccvij. Aymo.con.clxiiij.verſ. iij.quia.Fel.in c.ſuborta.verſi.ſecundus caſus.&ver.tertius caſus.& ver. fallit primò,de re iud.Marian.Iun.conſi.cxxviij.num.158.vol.j.vbi dicit *communem iſtam opin.

Contrarium ſentit glo.in l.j.verſi.aut omiſſam.C.de ſent.cont.fiſc. lat. retractan.lib.x.Cyn.in l.j.verſi.ego cogitabam. & ibi Bal. verſi.iij. quæritur.C.de cond.indeb. Cuma.in l.Imperatores.verſic. ſed formo dubium.ff.de re iud.Abb.in c.ſuborta.verſi.aduerte quòd illa opinio.de re iud.Aret.in c.vltra tertiam,vbi dicit*communem opin.de teſtib.

Tenendo primam opin.quæ videtur magis*communis,

2 Amplia etiam ſi non concurrerit dolus ex parte victoris, qui obtinuit ſententiam ex falſa cauſa,Ita Ioan.And.in addit.ad Spec.in titu.de exec.ſent.§.fi.verſ.illud autem.ſuper verbo poſſim.

3 Primò Limita vt prædicta concluſio intelligatur dummodò victus ſolis inſtrumentis de nouo repertis vtatur,& nõ aliis,Boer.deciſ. ccvij. in fine,ex mente Curt.Iunior.conſilio xviij. verſi.tertio, principaliter.

4 Secundò Limita quando victus haberet regreſſum contra aliũ, qui ipſum impediuit facere ſuas probationes,nam tunc non vtitur beneficio reſtitutionis in integrum contra victorem. Bal.in l. argentarius. §. cum autem.in vj.not.ff.de edendo.& hæc pertinent ad primam partem diſtinctionis.

5 Si autem victo poteſt imputari negligentia quare inſtrumentum nõ produxerit,tunc ei non ſubuenitur beneficio reſtitutionis in integrum, Paul.de Caſt.in d.l.ſub ſpecie.verſi.tu dic. C.de re iudic.poſt Iacob.de Aren.in l.j.verſi.ſi verò culpa.C.de cond.indeb.

6 Primò Limita hanc ſecundam concluſionem niſi in hoc caſu victus reſtituatur beneficio ſupremi Principis.l.diui fratres.ff.de pœn.l.j.circa fin.ff.de quæſtio.ſentit Bart.in l.j.verſi.ego cogitabã.C.de condict.indebit.& clare hoc dicit Abb.in c.ſuborta.nu.12. verſi. ſed Iacob.de Aren. diſtinguit.de re iud.Imola in l.Imperatores.verſi.ſin autem non habet. vbi Alexand.verſi.& eſt bonus text.ff.de re iud.

7 Secundò Limita eandem ſecundam concluſionem quando ſine dolo ipſius victoris ſententia in rem iudicatam trãſiuiſſet,quia ſi cum dolo ipſius,tunc nec etiam victo conſuleretur remedio reſtitutionis in integr.ſed remedio actionis de dolo,& actione criminis ſtellionatus , vt dicit Iacobus de Arena in l.j.verſi.ſi verò culpa.vbi Cyn. verſi. hoc tenet Petrus.C.de condict.indebit.Iaſ.in repetitione.l.admonendi.verſi. ſed in hac lege.ff.de iureiurand.

8 Vel iſto caſu victus poſſet repetere ſolutum per condictionem ſine cauſa:ſi voluerit.Ang.in l.j.§.item ſi ipſe.verſi.in gl.euicerit.ff.ſi cui plus quàm,per l.Falcidiam.& in l.ſi ſine.§.j.ver.conditio verò.ff.rẽ rat. hab. Spe.in tit.de execut. ſent.§.fi. verſi.illud autẽ.ibi,poſſet etiam dici.Bal. in l.ſi fullo.in j.not.& ibi Paul.de Caſt.verſi.quid autem ſi contra diceret.ff.de cond.ſine cauſa.Fel.in c.ſuborta.verſi.vel dic.de re iud.Paul.de Caſtr.in l.ſine.§.quòd ſi procurator.verſi.& ex his remanet.ff.rem rat. haberi.Alex.in l.Imperatores.nu.8.vbi dicit hanc eſſe magis*communem opin.ff.de re iudic.

## De iureiurando.

## CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Actus factus contra iuramentum de non faciendo,etiam fiat cum iuramento,eſt ipſo iure nullus.*

1 DICVNT Doctores quòd actus actus contra iuramentum de non faciendo,eſt ipſo iure nullus etiam ſi fiat cum iuramento, Hoſtien.in c.cum contingat, de iureiur.circa finem,glo.in c.licet mulieres.de iureiurand.in vj.& ibi hoc tenet Arch. & ibi Ioann. Monach.Spec.in tit.de empt.& vend.§.iij.loco.ver. & not.generale conſilum.Hoſtien.in ſumma. de iureiurand.§. quoniã cenſeatur.verſicul.conſilium generale.Bart.in l.ſi prædium. C. de iur. dot.& ibi Salycet.in ij.quæſt.in fi.Bart.in l.ſi quis pro eo. in verſiculo tertiò,dixi.ff.de fideiuſſor.Bart.in l.is cui bonis rebus.circa finem.ff. de ver.obl.Imo.in l.æſtimatis bonis,in fi.ff.ſolu.matr.Ale.qui dicit iſtã cõmunem*opinionem,in l.duobus.§.fi.de iureiurand. Fely. in capitulo, cum Ferrarieſis. de conſtitut.Imola in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquirend. hered.Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.ff.de operis no.nũc.& in authentic. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vend.Alexand.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.& ibi Ioan.Crot.ff.de verb.oblig.Ange. Aret.inſti. quib. alien.licet,vel non.Bal.in conſi.cxxxiiij.vol.j.Imola in c.cùm contingat,de iureiuran.idem tenet Dom.in d.c.licèt, in fi.de iureiuran. in vj. & ibi Philip .Franc.Caſſa.in conſuet.Iaſ.inſtit.de act.§.item ſi quis poſtulante.Caſſa.in conſi.liiij.Dec.in l.pactum quod dotali , in vij. limit. C.de coll.Soci.in regula.cl.in iiij.fall.

2 Et pro iſta opinione eſt bonus text.in c.intellecto.de iureiu.vbi nõ valet alienatio facta à Rege,quia rex iurauerat non alienare.

3 Iſtud intellige & declara quando actus,ſuper quo iuratur, eſt actus aliàs illicitus ex diſpoſitione iuris communis,ita quòd iuramentum de illo actu non faciendo habet concurrentiam iuris communis : ita procedit text.in ca.intellecto.de iureiur.vbi non valet alienatio facta per Regem contra iuramentum de non alienando , prout ex iuris diſpoſitione non debebat alienari in regni notabilem diminutionem , & ita etiam procedit quod not.glo.in c.licèt mulieres,de iureiur. in vj.cum aliis ſupra allegatis.vbi non valet alienatio facta per mulierem , quæ per prius ſacramentum iurauerat non alienare res dotales , quæ gloſſ. quantum ad iſtam conluſionem eſt*communiter recepta:vt per Ale. in l.in duobus reis.§.fi.ff.de iureiuran.Iaſ.in §. item ſi quis poſtulante, inſtit.de act.& iſtam declarationẽ ponit Imola in c. cùm contingat, de iureiuran.& in c. intellecto.eo.tit.& in l.cũ iur.ff.de vſucap.Iaſ.in l.ne ſolum.§.morte,de no.oper.nunc.Philip.Franc.in d.cap.licèt mulieres.ſo Imola in c. dilecto. de præb.Alex.in conſi.xvj.vol.iij.Abb.in d.c.intellecto.Dec.in l. pacta nouiſſiima.C.de pact.Iaſ.in l.in duobus. §. fin.ff. de iureiurand.Ioan.Anto.Alex.in conſi.cxlvj.Fely.in ca.ſi diligenti.de foro compe.Caſſa.in conſuet.Burgund.Ioan.de Sylua in tracta. de beneſ.in iij.part.quæſt.xxvij.gl.prag.ſanctio.Rom.in l.alia.§. elegantere ff.ſol. matr.& in l.in duobus.§.fi.in fi.ff.de iureiur.Georg.Natta in cap. quamuis.de pact.ſentit Fel.in c.ex parte. decani.de reſ. Dec.in l.pactũ.

quod

quod dotali,in vij.limitatione.C.dè coll.Caſſan.conſilio lv. Aret. in l.in duobus.§.fi.ff.de iureiurand.

4 Et iſtud fuit de mente gl.in d.c.licèt mulieres,dum dicit primum iuramentum licitum,ideò præiudicat ſecundo,ſecus ſi primum eſſet illicitum,& idem ibi Arch.in fi.Inno.in c.dilecto.de præb.

Sed iſtam declarationem impugnat Roſellus in monarchia.chart. xcv.tamen in ſequen.ipſe diſtinguit,& ſua diſtinctio videtur in idẽ reincidere.an primus actus eſſet licitus, vel illicitus,licèt Corne.in l.pactum,quod dotali,in viij.limit.videatur recedere ab iſta diſtictione.

5 Sublimita tamen concluſionem prædictam, quòd iuramentum de non faciendo aliquid,ad quod non faciendum de iure tenebatur,operatur quòd actus in contrarium factus non valeat, vt procedat quãdo quis iurauit non ſibi tantum,ſed etiam alteri, cuius intererat:ita Bal.in d.l.in duobus.§.fi.ff.de iureiur.& ibi Iaſ.idem tenet Bal. in c.veniẽs,in fi.de iureiur.Alex.in conſi.xvj.vol.iij.& Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.ff. de oper.no.nun.Georg.Natta in c.quamuis.de pact.in vj.Dec.in conſ. dxxxvj.& in l.pacta nouiſſima.C.de pact.Ioã. Crot.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.Curt.in conſi.clxviij. Caſſa. in conſuet.Gram.conſi.ciuili xxxj.nu.13.& ſeq.

Tamen de iſta limitatione dubitat Alex.in d.l.in duobus.§.fi.ff.de iureiur.& contra illam tenet expreſsè Aret.ibi.

6 Secundò Sublimita,quando is,cum quo actus ſecundo loco geritur erat ſciens primi iuramenti:aliàs ignorans non deluditur per ſecundũ iuramentũ,de quo non habebat notitiã:ita tenet Bald.in conſi.cxxxiiij. vol.j.Imola in l.cùm vir.de vſucap.Alex.in conſi.xvj.vol.iij.Iaſ. in l.in duobus.§.fi.ff.de iureiu.Dec.in l.pacta nouiſſima.C.de pact.Geor.Natta in c.quamuis,de pact.in vj.Imola in c.cũ contingat,de iureiur.Curt. in conſi.clxviij.Io.Crot.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. obl.Caſſa.in conſi.liij.& in conſuet.Burgund. apoſtil. ad Spec.in titu. de empt.& vend.§.iiij.loco.verſi.& nota generale conſilium, & Alex. in apoſtill.ad Bar.in l.ſi quis pro eo.verſi.iij.dixi.ff.de fideiuſſo.Rui. in conſi.lxvj.vol.ij.& conſi.cxviij.vol.ij.

Et hoc eſt quod voluit dixiſſe Ioan.Fab.in §.quibus,alie.licet, dum dicit,quòd cautela non eſt tuta,quia fraudarentur contrahentes,& idẽ dicit apoſtil.ad Bar.in l.ſi prædium.C.de iur.dot.

7 Sed quando actus,ſuper quo præſtatur iuramentum, non eſt actus illicitus,ſed licitus,& pendet à pura voluntate contrahentis,tunc primum iuramentũ non impedit actum poſtea factũ,licèt faciens ſit periurus:ita declarat Abb.in c.intellecto.de iureiur.Cor.in conſi.cij. vol.j.

36 Decimò Limita,in procuratore in rem ſuam conſtituto,cuius mandatum morte mandantis non expirat.Bar.in l.ij.§.ſed & ſi quis.ver.oppono de lege illam.ff.de dona.& in l.j.ver.cõtra omnes iſtas lecturas.C.de act.& obl.Bal.in l.mandatum.verſic.item oppono de l.illam.C.mand.& ibi Sal.in ix.oppoſ.ver.tertio caſu.& in l.inter cauſas.ver.oppono.vj.ff.mand.& ver.tertio caſu.Albe.de Roſa.in l.eius,qui in prouinciam.ver.ſi verò re integra.ff.ſi cer.peta.Card.in c.quoniam Abb.ver.vij.quæro,ibi aut voluntarium.de offi.dele.ſentit Inn.in c.in cauſis.ver.vel dic ꝙ electores.de elect.ponit expreſsè Fel.in d.ca.relatum.ver.tertio fallit.Dec.in l.eius,qui in prouincia.§.placebat.ver.quinto fallit.ff.ſi cer.pe.& ibi Iaſ.ver.v.limita.Ang.in l.eius,qui in prouinciã.ver.fallit in mandato.ff.ſi cer.pe.Iac.ibi.verſi.ij.fallit in caſu Bal.in §.ſi adhuc.ver.ſed videtur.inſti.mand.& Io.de Platea.in §.rectè.inſt.eod.verſicu.fallit autem.Ancha.in clemen.j.verſicu.ij.caſu principali.de renuncia.

37 Sublimita præcedentem limitationem,quando mandans cum herede decederet,ſecus verò ſi nullus ei heres exiſteret,ita Bar.in d.l.j.C.de act.& obli.verſi.contra omnes iſtas lecturas.Iaſ.in d.l.eius,qui in prouinciam.§.placebat.ver.v.limita.Bal.in l.mandatum.ver.oppono de l.illam.C.mand.Ang.in l.eius,qui in prouinciam.ver.fallit in mandato.ff.ſi certum peta.Ang.in l.j.verſi.& ex iſtis lecturis omnibus.C.de act.& obligatio.

38 XI.Limita,in procuratore à vulnerato conſtituto ad faciendam pacem,quia eius mandatum morte mandantis non expirat.Bal.in addit.ad Spec.in titu.de homicid.in verſi.imò plus refert.& ſequitur Dec.in l.eius,qui.§.placebat.ff.ſi certum pet.& ibi Iaſ.ver.quartò limita. Hip.ſing.xliiij.

39 XII.Limita,quando mandatum eſſet factum cum clauſula,donec mandans reuocauerit,quia tale mandatum non extinguitur morte,ſed neceſſe eſt quòd expreſsè reuocetur.Bar.in l.more.verſi.quæro morte mandantis.ff.de iuriſdict.omnium iud.ponit Iaſ.in terminis iſtius regulæ in l.eius,qui in prouinciam.§.placebat.ver.vj.no.limit.& idem ſumitur ex dictis Bar.in l.centeſimis Kalendis.§.fi.ver.quandoque iudex dicit.de verb.obli.& ex dictis Io.And.in c.ſi gratioſæ.in prin.ver.dubitari vidi.de reſcrip.in vj.Soc.conſi.lxxvij.vol.iij.Gozad.conſi.xxij.ver.iij.adduco.& ver.vj.adduco.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

***Mandatum re non integra,morte mandatis non expirat.***

1 ALia regula negatiua ſumitur à contrario ſenſu,tex.l.mandatum.C.mand.& ex §.rectè quoque.verſi.item ſi adhuc.inſti.eo.ti.ꝙ mandatum,re non integra morte mandantis non expirat,& voluit gl.in l.mandatum.in prin.ver.item nota re integra.C.mand.

2 Primò Limita,in beneficialibus in quibus etiam,re non integra,expirat mandatum morte Prælati,vel rectoris mandantis, quando pro eccleſia,vel beneficio Prælatus,vel rector,vel beneficiatus procuratorem conſtituit.cle.fi.de procu.ponit Sal.qui etiam rationem adducit.in l.mandatum.in ij.oppo.C.mand.ver.aut de morte mandantis.& ibi Bal.ver.nunc venio ad ſecundùm.Bar.in l.ſi per epiſtolam.ver.hæc lex,no.ff.de acqui.her.Card.in c.quoniam Abb.in vij.q.ver.aut voluntarium.de offi.deleg.Io.Fab.in §.item ſi adhuc.ver.item opinionem contra.inſti.mand.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.cclxiiij.Guido Papæ.q.cxix.Roma.conſi.ccclxxiiij.ver.iiij.ratio eſt.

3 Amplia limitationem prædictam etiam ſi Prælatus,vel rector, vel beneficiatus renunciaret,nedum ſi moriatur,ita Rota in noui.dec.ccclxxv.quæ ampliat ad quamcunque mortem ciuilem.Caſſa.deciſ.ij.nu.2.de appel.qui & ampliat ſi ceſſerit liti conſtituens procuratorem.Sarnen.in regula de annali.q.lxij.nu.2.& q.xx.& in regula de publ.num.2.Milis.in verbo,procurator conſtitutus à Prælato.Card.in cle.fi.nu.13.ver.xiiij.quæro.de procu.Roma.conſi.cccxiiij.apoſtil.ad deciſ.Tholoſ.cclxiiij.Bertr.conſi.ccl.vol.ij.in antiq.Vitel.in d.clemen.fi.in prin.ſuper verbo,mortem.de procu.Milis in verbo,procurator conſtitutus.à prælato.

Contrarium Guido Papæ q.ccccxlvij.

4 Secundò Amplia,idem eſſe in commendatario quod dicitur in Prælato in terminis dictæ cle.fi.de procu.ita Sarnen.in regula de trien.q.v.nu.19.Card.in d.cle.q.xij.de renuncia.& ibi Imola in j.q.

5 Tertiò Amplia,idem eſſe in hoſpitalario,qui procuratorem conſtituiſſet pro ſuo hoſpitali,quia eius morte mandatum reuocatur etiam quo ad iudicium cœptum.vt Card.in d.cle.fi.in xiij.q.refert,& ſequitur Fel.in c.de quarta.verſi.xij.idem.de præſcrip.& ibi Imol.verſic.ſed iuxta hoc.& ibi Anch.in iij.no.Vitel.in d.clem.fi.in prin.ſuper verbo,vel beneficio.de procu.

6 Et idem eſt in cõſtituto à vicario perpetuo.Vitel.in d.cle.fi.in prin.ſuper verbo,vel alio.de procura.

7 Quartò Amplia,etiam ſi Prælatus,vel rector conſtitueret procuratorem nedum pro eccleſia,ſed etiam ſi ſuper titulo beneficij,ſuper quo litigat,ita Roma.in d.conſi.ccclxxiiij.per totum.& maximè,in ver.ergo multo magis.Caſſa.deciſ.vj.in tit.vt lit.penden.nu.3.& deciſ.ij.nu.2.& 3.de appel.

Contrarium ſentit gl.in d.cle.fi.in verbo,pro eccleſia.in prin.& ibi,Card.in j.q.

8 Sed intelligi poteſt gl.vt non contradicat intelligendo in cauſa propria,id eſt cauſa patrimoniali.vt illam gl.declarat Imola.ver.gl.primò pro eccleſia.in d.clemen.fi.

9 Quintò Amplia,etiam in vicario conſtituto,quia expirat morte mãdantis,ſicut expirat procuratoris officium in beneficialibus, etiam re non integra.gl.in cle.fi.ver.facit decretal.& ibi Card.verſi.ad id quod oppono.& ibi Imola,verſi.demum.glo.& Viſel.ver.facit hæc clemen.de procu.

10 Sextò Amplia,nam iſta regula procedit nedum in procuratore conſtituto ad iudicia,ſed etiam in procuratore ad negocia,gl.pen.in d.cle.& ibi Card.in iij.oppo.& ibi Imola ver.gl.negocia.& Vitel.ſuper verbo,ad negocia.

11 Septimò Amplia,nam regula procedit nedum in prælato conſtituente procuratorem nomine proprio expreſſo,ſed etiam ſi nomen ſuum proprium non ſit expreſſum.ita Vitel.in d.cle.ver.Card.Lap.

Imò Card.ibi,in vj.& in x.q.tenet regulam procedere etiam ſi nomine eccleſiæ facta eſſet conſtitutio procuratoris.Anch.in cle.fi.in iij.oppoſ.ver.& ideò Lapus.

12 Octauò Amplia,etiam ſi vtilitas eccleſiæ exigeret vt procurator cõſtitutus perſeueraret in actu inchoato.Vitel.in d.cle.fi.ver.attẽde,quia non debet.

13 Nonò Amplia,etiã ſi procurator fuerit conſtitutus nõ à ſolo Prælato,ſed à prælato,& capitulo,cũ conſenſu capituli.ſi tamen negocium ſpectabat ad ſolum prælatum,vel ſi ad prælatum & capitulum,& nõ erat negocium arduum,ita ꝙ ſolus prælatus poterat ſuper eo iudicium agere,vel negocium tractare,gl.in verbo,reuocari cenſemus.in d.clem.fi.Card.ibi,nu.5.in vij.q.Imol.ver.ex prædictis concludere potes.Anch.ibi,ver.ſed in membro.& ibi Vitel.ver.tertia fuit opinio.

Limita

14 Limita,præcedentem ampliationem quando procurator fuiſſet cõſtitutus à prælato, &c.& negocium eſſet commune,& arduum, quia tunc non expiraret poteſtas procuratoris per mortem prælati.ita in d. clemen.fi.in verbo,reuocari.& ibi Zẽzel.& Paul.de Eleaza.& Imola, verſi.ex prædictis concludere potes.& ibi Anch.verſic.ſed in mẽbro.

Contrarium,ꝙ expiret,tenet Card. in d.clem.fi.in vij.q.& ibi Vitel. ver.iij.fuit opinio.

15 Tenendo primam opinionem,limita in cauſa,in qua capitulũ ſuccederet,ſede vacante in poteſtate prælati,quia tunc & ſede vacante, & poſt prouiſionem noui prælati durat mandatum procuratoris conſtituti à prælato, &c.Card.in d.clem.fi.in vij.q.

16 Contrarium quod poſt prouiſionem noui prælati,iſto caſu non durat mandatum de neceſſitate,ſed nouus prælatus poſſit alium conſtituere,& illum reuocare,tenuit Vitel.in d.cle.fi.ver.tertia fuit opinio.de procura.

17 Secundò Principaliter limita regulam principalem, nam etiam re non integra expirat mandatum,quando conſtituens ſine herede decedit.l.j.C.de act.& oblig.l.ſi per epiſtolam.ff.de acqui.hered.ponit Roma.conſi.ccclxxiiij.ver.v.ratio.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

*Ratificari non poſſunt quæ geſta ſunt per non procuratorem in conſiſtorio Principis.*

1 NOnnulli Doct.voluerunt ꝙ geſta per non procuratorem in conſiſtorio Principis,nõ poſſint ratificari,vt tenet Bal. in l.falſus.ver.ij.præmitte.C.de furt.refert Fel.in c.licèt in beato.in fi.ver.ij.ſolue.de accuſ.Pau.de Caſt.in l.iij.nu.3. verſi.limita autem hanc legem.ff.de iud.Iaſ.in l.iij.§.ſi procurator.nu. 10.verſi.v.nota.ff.quod quiſque iur.vbi tenet contra Canoniſt.in c.nõnulli.§.j.de reſcrip.& idem tenet Fel.in c.cauſam.el j.verſi.fallit ij.de iudic.apoſtil.ad Abb.in c.ex parte Decani.nu.8.in litera b.de reſcrip.vbi dicit ꝙ non poſſunt ratificari niſi in præiudicium domini.Barbat.in c. nonnulli.§ ſunt & alij.nu.38.de reſcrip.vbi defendit Bal.& reprehendit Abbatem.Card.& ſequaces ibi.

Contrarium tenet Bal.in l.Iulianus.ver.ſed ego dico ꝙ iſta ratio.ff. qui ſatiſd.cog.vbi diſtinguit,ꝙ aut aliquis falsò allegauit mandatum, vel allegauit bonam fidem,credens ſe eſſe procuratorem cùm non eſſet,& obtinuit in cauſa,& tunc dominus poteſt bene ratificare.Fel.in c.nonnulli.§.ſunt & alij.ver.amplia tertio.cùm ver.ſed aduerte.de reſcrip.dicit ꝙ dictum Bal.in l.falſus.cõmuniter non tenetur.& ibi Abb. nu.4.ver.item iudicium.& ibi Card.verſi.& dicit Bald.& ideo tenenda eſt hæc opinio,quæ eſt * communis,& eam omnes ſequuntur in d. §.ſunt & alij.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Procurator an ex officio iudicis ſalarium petere poßit.*

1 SI procuratori nullum ſit ſalarium conſtitutum,an poſſit petere illud ſibi conſtitui iudicis officio,vt eſt in aduocato.& gl.in l.j.§.aduocatos.ff.de var.& extraor.cogni.& ibi Bar. tenent ꝙ non.idem tenent Bal.& Fulg.in l.ſalarium.ff.mãdati.& Alex.in conſi.cix.vol.vj.

Contrarium Iac.de Are.Cy.& Bal.in l.j.C.mand.Ang.in §.in perſonam.inſt.de actio.Alex.in apoſtil.ad Bar.in l.j.§.in honorariis.ff.de var.& extraord.cogni.

2 Sed poſito ꝙ prima opinio eſſet verior,illa limitari debet niſi procurator ſit ſolitus locare operas ſuas,quia tunc videtur illas locaſſe ſecundum ſuam conſuetudinem,vt declarat Bar.in l.j.§.ludi.ff.de var.& extraor.cog.Sal.in l.aduerſus.C.mandat.Fulgo.in l.ſalarium.ff.mandati.Alex.in conſi.cix.vol.vj.Soc.in conſi.cxcvj.ver.iiij.& vltimo confirmantur.

3 Sublimita niſi principalis fuiſſet habiturus alium,qui gratis opus illud perfeciſſet,& ſic non fuiſſet alium,conducturus,ita declarat Feder. de Senis.in conſi.ccxviij.& conſi.ſeq.& ita Alex.in d.conſ.cix.vol.vj.

## De ſententiis.

## CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Sententia an ferri poßit ſub conditione.*

1 SEntentia ſub conditione ferri non debet, tamen lata tenet,& debet appellari.l.ij.§.biduum.ff.quando appel.ſit.gl.in l.cum eorum.C.de ſen.& interlocu.& ibi Pau.de Caſt.

2 Quod intelligitur in cõditione extrinſeca,vt declarat gl.in d.§.biduũ.& ita ſentit gl.in l.cùm iudex. C.de ſenten.& interlocu.prout declarat ibi Bart.in ij.q.& in ij.oppoſ. & voluit ibi Cy.& Pau.de Caſt.& Cy.in l.non dubium.in v.oppoſ.C. de legib.Ang.in l.non quemadmodum.ff.de iudi. & in l.à Diuo Pio.§. in venditione.ff.de re iud.& hoc fuit de mente Bar.in d.l.ij.§.biduum. ff.quando appellan.ſit.dum intelligit illum tex.in conditione extrinſeca.Idem voluit Alex.in conſi.lxxiij.vol.iij.Pau.de Caſt.in d.§.biduũ. & Alex.in l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.& ibi Paul.de Ca. in j.not.& Imola,& ibi Iaſ.Bal.in l.admonendi.ff.de iureiur.Abb.in c. præterea.el ij.de appel.Dom.in c.biduum.in prin.ij.q.vj.& ibi Præpo. in j.not.& in ij.no.in fi.Alex.in l.ait Prætor.§.ſi iudex.ff.de re iudi.Rebuff.in l.quod iuſſit.in ij.no.nu.308.ff.de re iud.

Contrarium verò ꝙ ſententia lata ſub conditione extrinſeca, ſit nulla,tenuit Bal.in d.l.cùm iudex.in ij.oppoſ.& ibi Sal.Ang.in d.l.ij.§. biduum.ff.quando appel.ſit.& hoc ſentit Abb.in c.in literis.de off.deleg.dum intelligit iura dicentia quòd ſub conditione ferri poſſit ſententia in conditione de præſenti vel de præterito,non de futuro.

3 Sed tamen ex dictis Bal.in l.non dubium.in v.oppoſi.C.de leg[illegible]us. colligitur concordia,videlicet aut conditio extrinſeca eſt de natur[illegible] negocij vel cauſæ,& tunc valet ſententia,ſed poteſt appellari,& ita procedat prima opi.vt eſt tex.in d.l.ij.§.biduum.Aut verò eſt conditio extrinſeca,& non de natura rei,vel cauſæ,& tunc ſententia ſit ipſo iure nulla,& ita procedat ſecunda opi.tamen ex ſupradictis apparet quòd prima opinio indiſtinctè accepta magis * communiter approbatur.

4 Amplia,vt etiam ſententia ferri poſſit ſub modo,vt eſt tex.in l.cùm eorum.C.de ſen.& ibi gl.& Bar.

5 Et ſi ſententia lata ſit ſub modo primo,illi parendum ſit,vt no.Bal. in additio. Speculat.in titu.de ſenten.Bal.in l.admonendi.ff.de iureiu.

6 Primò Limita communem opinionem,quòd ſententia lata ſub conditione extrinſeca non ſit ipſo iure nulla,niſi ſententia lata ſit ſub conditione falſa,quia tunc ſententia eſt ipſo iure nulla,ita Angel.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obl.Ponit Alex.in apoſtil.ad Bar.in d. l.ij.§.biduum.& eſt bonus tex.iuncta gl.in verbo, pronunciationis.in l.qui teſtamenta.ff.de excuſa.tut.Ang.Are.in d.§.biduum.Fel.in c.quo ad conſultationem.de re iud.Corn.in conſi.clxxxj.vol.iij.Fel.in ca.ſicut.de re iud.

7 Secundò Limita,niſi ſententia ſit lata ſub cõditione impoſſibili,quia tunc eſſet ipſo iure nulla.ita videtur tex.in l.fi.ff.quæ ſen.ſine app.reſc. Imola in l.j.ff.de condi.inſti.in verſi.circa primum. Alex.in apoſtil.ad Barto.in d.§.biduum.idem tenet Aret.in l.impoſſibilis.ff.de verborum obliga.

Contrarium quòd iſto caſu conditio impoſſibilis vitietur, & non vitiet,tenuit Roma.in d.l.impoſſibilis.ver.tertia concluſio.& ver.item quid ſi adiicitur.Ang.in d.l.ij.§.biduum.ff.quando app.ſit.Fel.in c.quo ad conſultationem.de re iud.

8 Et idem in ſententia lata ſub conditione falſa.Fel.in c.quo ad conſultationem.de re iud.

9 Tertiò Limita,niſi ſimus in ſententia decreti trahentis ſecum executionem,quia in tali ſententia conditio vitiat ſententiam ipſo iure, ita videtur tex.& per illum tex.no.Bal.in l.muto.§.ſi ſub conditione.ff.de tut.& ſequitur Alexan.in §.biduum.in apoſtil.ad Bar.de quo habetur per gl.Ang.& Doct.in §.ad certum.inſtitu.qui teſta.tut.dar.poſſ.

10 Quartò Limita,in ſententia interlocutoria,quæ lata ſub conditione,ſiue de præterito,ſiue de futuro,valet,nec propterea præbet appoſita conditio iuſtã cauſam appellandi,prout dicitur in diffinitiua.Bar. in l.à Diuo Pio.ff.de re iud.poſt gl.& ibi Alex.poſt Pau.de Caſt.in j.no. & Imol.verſi.in gl.in verbo,exequi.& ibi Iaſo.Abb.in c.præterea.el ij. de appel.& ibi Imola.Rebuff.in l.quod iuſſit.ſecundo no.nu.308.ff.de re iudic.

11 Et idem eſt in laudo dato,quod ad ſimilitudinem contractuum ſub qualibet conditione proferri poteſt,ita Pe.de Anch.in conſi.ccviij.refert & ſequitur Dec.in d.c.præterea.el ij.de appel.Soc.in conſi.cxxiiij.

12 Quintò Limita,dummodò de tali conditione facta ſit diſcuſſio in iudicio,aliàs ſententia eſt nulla,ſecundùm Bal.in addi.Specu. in titu.de ſententia.

13 Sextò Limita,nam ſententia non poteſt ferri ſub conditione reſolutiua,& ſic lata ,eſt ipſo iure nulla.Bar.in l.iudex.ff.de re iud.& in l.moris.§.iſtæ ferè.ff.de pœnis.Iac.de Beluiſ.in diſputa.ſua.incip.cauetur l. municipali.Ang.in l.non quemadmodum.ff.de iudi.Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior.verſi.iuxta hoc quæro.ff.de his,qui no.infa.& in l. ſi quis filio exheredato.§.fi.in fi.ff.de iniuſt.rup.& irrit.teſtam.& in l. non dubium.in v.oppoſi.in verſi.ſed iuxta hoc quæro.C.de legib.& in l.item Labeo.ff.fami.erciſ.& in l.ſi ſeuerior.ver.iij.quæritur.C.ex quibus cau.infa.irrog.Alex.in conſi.cxviij.vol.iij.& in cõſi.xc.vol.j.Abb. in c.in literis.de offi.deleg.Imola in d.l.iudex.Sal.in l.ea quidem.verſ. ex his collige.C.de accuſa.

*Contrarium Ang.in d.l.iudex.& ibi Alex.Bal.in l.certã.in fi.C.quando prouoc.non eſt neceſſ.Fel.in c.cùm contingat.de offi.deleg.

Tenendo primam opinionem,quæ videtur magis*communis,

14 Primò Limita,vt procedat quando cõditio reſolitiua ponitur poſt perfectam ſententiã, id eſt,poſt verbum condemnamus,vel abſoluimus,

minus, ſecus ſi prius, quia tunc talis conditio operari poſſet, ita Bart. in d l. iudex. & ſequuntur omnes.

15 Secundò Limita, & declara ꝙ vitietur conditio reſolutiua ipſa, tamẽ ſententia manet. Bal. in l. certi condicti o. §. quoniam. verſi. octauus. ff. ſi cer. pe. Abb. in conſi. lxxiij. in fi. vol. j.

16 Tertiò Limita, in laudo, vt per Soc. in conſi. cxxiiij. vol. j. Fel. in c. quo ad conſultationem. de re iud.

17 Septimò Limita, principaliter, nam ſententia lata ſub cõditione intrinſeca ſi probauerit, eſt ipſo iure nulla, cùm incontinenti probatio ſe qui non poſſit, vt ſentit gl. in l. cùm iudex, quam ita declarat Bart. in ij. q. C. de ſen. & interloc. Bal. in l. admonendi. ff. de iureiur. Pau. de Caſt. in l. continuus. ff. de verbo. obl. Imola in l. qui Romæ. in §. Augerius. ff. de verb. obl. & ibi Soci. & Iaſ. ambo. Pau. de Caſt. in l. ij. §. biduum. ff. quando appel. ſit. Ant. de Bu. in conſi. ςc. Alex. in conſi. lxxiij. in fi. vol. j. Iaſo. in l. ait prætor. §. ſi iudex. de re iud. iſtam dicit veriorem & magis* communem opinionem Ruin. conſi. xxxviij. volum. v. & conſilio ccxxxiij. volu. v.

Contrarium ꝙ ſententia etiam relata ad futuras probationes non ſit ipſo iure nulla, tenet Bal. in l. prolatam. ver. item fertur ſub conditione ſi probabitur. C. de ſen. & interlocu. omnium iud. Spe. in titu. de ſenten. §. iuxta. ver. ſed ecce. & in §. ſpecies. ver. quid ſi iudex præcepit. Ange. in l. non quemadmodum. ff. de iud. in fi. Bal. in l. peremptorias. verſ. quæro iudex tulit ſententiam. C. ſenten. reſcin. non poſ. & in l. j. verſic. quid ergo faciet iudex. C. qui accu. non poſ. & in l. ſi de meis. §. fin. ff. de arbi. Imola in l. iudex poſtquàm. ff. de re iudi. Alex. in d. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obl. in fi. & in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudic. ver. & ibi etiam quærit. Aret. in l. continuus. in fi. prin. ff. de verb. obl. & hoc voluit Fel. in c. quo ad conſultationem. de re iud. & hoc voluit Bal. in c. j. ver. ſed an poſſit opponi conditio. de iureiur. vbi dicit ꝙ ita ſententia poteſt concipi, Abſoluo ſi non probauerit.

18 Tenendo primam opinionem, Limita niſi ex iuſta cauſa iudex ita pronunciet, referendo ſe ad futuras probationes, vt quia inſtantia labitur, vt no. Iac Bu. in d. l. cùm iudex. Bal. in l. peremptorias. ver. quæro iudex. C. ſen. reſcin. non poſ. & in l. j. ver. quid ergo. C. qui accuſ. & in l. ſi de meis. §. fi. ff. de arbi. & in l. non dubium. in v. oppoſ. C. de legib. Alex. in conſi. clxxxij. ver. nec habet obſtare. volu. vj. Guido Papæ in q. lxvij. apoſtil. ad Abb. in c. præterea. el ij. de appel.

Contrarium, ꝙ etiam iſto caſu iudex non poſſit ſe referre ad futuras probationes, ſed ad factas tantùm etiam quando periculum eſſet lapſus inſtantiæ, tenet Bal. in l. cùm iudex. ver. quæro quid ſi iudex nõ potuit examinare. C. de ſen. & interlocu. & Fel. in c. venerabilis. de iud. & fuit de mente Bar. in l. ait Prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. & ibi Angel. & Imola, & Iaſ. Bal. in c. quo ad conſultationem. de re iud.

19 Et dicitur iuſta cauſa referendi ſe ad probationes futuras quãdo probationes expectãtur à remotis, vt no. Abb. in c. in noſtra. de ſepul. verſ. nam in acceſſoriis. ſequitur Soc. in d. l. qui Romę. §. Augerius. in fi. ff. de verb. obl. Fel. in c. quo ad conſultationem. de re iud.

20 Et nota, quia bene valeret, ſi ſentẽtia ſe referret ad probationes iam factas, vt no. Bal. in l. cùm iudex. in fi. ver. quæro quid ſi iudex. C. de ſen. & ibi Iac. Bu. & Ang. in prin. & Pau. de Caſt. & idem Pau. de Caſt. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. in j. no. & in l. ij. §. biduum. ff. quãdo appel. ſit. Soc. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de ver. obl. Bal. in addit. Spe. in tit. de ſen. Bar in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. & ibi Ang. & Imola, & Alex. & Iaſ. Bald. in c. quo ad conſultationem. de re iudic. vbi declarat.

Contrarium, ꝙ etiam iſto caſu ſententia ſit nulla, tenuit Raph. in d. §. ſi iudex. & ibi etiam Pe. de Beſut. vt refert Iaſ. ibi & voluit Pau. de Ca. in conſi. ccccxxiiij. incip. ad confirmationem prædictorum. vol. j. Rui. conſi. cxxxiij. vol. iij.

21 Limita, niſi ſententia, quæ ſe refert ad futuras probationes, reſpiciat probationes, quæ poſſunt ſequi incontinenti poſt ſententiã, vt eſt probatio per iuramentum, vt per Pau. de Caſt. in d. l. cùm iudex. C. de ſent. & interlocu. & in l. continuus. in prin. ff. de verb. obl. Ang. in l. non quẽadmodum. ff. de iud. Io. And. in addi. Spec. in ti. de ſent. in §. iuxta. verſic. ſed ecce. & Bal. in addit. in ti. de ſen. Pau. de Caſt. in l. ij. §. biduum. ff. quãdo appel. ſit. & in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Abb. in ca. præterea. el ij. de appel. Soc. in l. qui Romæ. §. Augerius. in fi. ff. de verb. obli. Iaſ. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. & dicit Bal. in l. iij. in fi. C. de fruct. & lit. expen. ꝙ valet ſententia, Condemno in expenſis, quas iurauerit actor feciſſe.

22 Et hoc quando continet ſententia condemnationem, vel abſolutionem per verba de præſenti, ſecus ſi per verba de futuro, vt ſcilicet Abſoluam te, ſi iuraueris, vt declarat Bal. & Sal. in d. l. cùm iudex.

23 Secundò Limita in acceſſoriis, vt in fructibus vel expenſis, quia quo ad hæc poteſt referri conditio ſententiæ ad futuras probationes, vt per

24 Ab. in c. in noſtra. ver. nam in acceſſoriis. de ſepult. quia in acceſſoriis valet libellus & ſententia incerta. Inn. in c. tanta. de exceſ. prælat. & in c. ad ſedem. de reſt. ſpolia. in prin. & in c. inter dilectos. de donatio. Fel. in c. ij. de libel. oblat. Bal. in rubrica de iudi. in decret. Ant. de Bu. in d. c. cùm ad ſedem. & in c. certificari. de ſepult. & in c. ij. de ordi. cog. & ſequitur Pau. de Caſt. in l. in ſumma. ff. de re iud.

25 Et in fructibus, & aliis, quæ non facilè ſpecificari poſſunt, dicit Imol. in d. l. in ſumma. §. j. ff. de re iud. & Alex. Bal. in l. terminato. in notabilibus. C. de fruct. & lit. expenſ. Ange. & Imola in l. ſi homo. ff. de re iudic. Bar. in l. j. ff. de eden. Ang. in l. ſi marito. §. fi. ff. ſol. mat. Rota in nou. deciſ. xxiiij.

26 Facit quod no. Bal. in l. iij. in fi. C. de fruct. & li. expen. dum dicit ꝙ valet ſententia, Condemno in expenſis, quas iurauerit actor feciſſe, Abb. in c. grauis. de reſti. ſpol.

Contrarium Bald. in l. j. poſt Richard. Malumbr. C. ſi muli. ſecundo nupſ. & in l. cùm propria. in vlti. no. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in d. l. terminato. dum reſtringit ad iudicium vniuerſale. C. de fruct. & lit. expẽſ. Bar. in l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei vendi.

Tenendo primam opinionem, quæ videtur magis* communis,

27 Primò Limita in acceſſoriis, non odioſis, ideò ſecus eſt in vſuris. d. l. in ſumma. vbi Paulus de Caſt. & Alexand. & Imola. in §. primo. ff. de re iudic.

28 Secundò Limita niſi fructuum, vel aliorum quantitas eſſet expreſſa in actis & probata, quia tunc ſententia incerta ferri non poſſet ſuper illis, vt declarant Imol. & Alex. in d. l. in ſumma. ff. de re iudic.

29 Tertiò Limita, niſi facilè acceſſoria ſpecificari poſſent, quia tũc ſententia incerta ſuper illis eſſet nulla, ita Pau. de Caſtr. & Alexan. in d. l. in ſumma.

30 Octauò Principaliter limita in conditione intrinſeca, & neceſſaria, quia ſub tali conditione poteſt ferri ſententia, vt Condemno, ſi fueris condemnatus in conſilio ſapientis: vel Abſoluo, vt in dicto cõſilio, ita Bal. in d. l. cùm iudex. C. de ſent. & interlocu. & ibi Sal. in fi. iſtam opin. ſentit Fede. de Sen. in conſi. cciiij. Ang. Aret. in l. ij. in fi. ff. de appel. Bal. in c. j. de offi. legat. Anto. de But. in c. cùm venerabilis. in §. quia verò. de excep. Soc. in conſi. cxxiiij. vol. j. Abb. qui dicit * communem in d. c. cũ venerabilis. de excep. Albe. Pe. Cy. & Bal. in l. j. C. ſi ad uer. liber. & Bãl. in l. teſtamento. ff. de hered. inſtit. & in c. cùm eccleſia Sutrina. de cauſ. prop. & poſſ. Fel. in c. ſi pro debilitate. de offi. deleg. & ibi Fel. Ang. in d. l. j. C. ſi aduerſ. lib. & Pau. de Caſt. & Sal. & iſtam ſequitur & dicit* cõmunem Dec. in d. c. cùm venerabilis. de excep. Ang. & Pau. de Ca. in l. qui ſe dicit. ff. de iud. Iac. Bu. in l. fi. C. vbi, & apud quem. Ang. in finalibus verbis in l. j. ff. de re iud. & ibi Imola & Roma. Bart. in l. fundus qui. ff. de reſ. ven. Ang. in l. præſes. C. de ſen. & interlo. Imola in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. & in l. j. §. ſi quis ita. & ibi Alex. ff. de verb. obl. & Rom. & Claud. & Aret.

Contrarium Ant. de Bu in c. cùm venerabilis. de exceptio. & in c. cõſtitutus. in fi. de relig. domib. Pau. de Caſt. in l. ij. §. biduum. ff. quan. app. ſit. Bar. in l. j. ff. ſi aduerſ. libert. Abb. in c. illa propoſitorum. in fi. de accuſ. Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de excep. §. viſo. verſicu. porrò in Italia.

Tenendo primam opinionem, quæ videtur magis* communis,

31 Limita pluribus modis, vt per Fel. in d. c. cũ venerabilis. & ibi Dec. de exceptio. Areti. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. obl. Fel. in d. c. ſi pro debilitate. de offi. deleg. ad quos me remitto.

32 Sed an valeat præceptum iudicis prohibitorium, ſub conditione, ſi poſſum prohibere, & diſtinguitur, aut illud præceptum erat indubitanter iuſtum, & tunc valet, aut erat dubium, & tunc parte non opponente erit etiam validum, ſecus parte opponente, ita declarat Afflict. ſuper Conſti. in tit. de defen. imponen. nu. 8. & ſeq.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

***Sententia nulla non poteſt ratificari partium conſenſu, vt valeat in vim ſententiæ.***

1 COmmunis * eſt concluſio, quòd ſententia nulla, non poteſt ratificari partium conſenſu, vt valeat in vim ſententiæ, Bar. in l. ij. C. communia vtriuſque iud. in l. j. in j. oppo. C. qui pro ſua iuriſdict. & in l. obſeruare. in fi. ff. de officio Proconſul. Ang. & Imola in l. ſi expreſſim. in verſi. ex hac gl. cùm text. ff. de appel. Bal. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. Iaco. Bu. Cy. Alb. Bal. Ang. Pau. de Caſt. & Sal. in l. ij. C. communia vtriuſque iudic. & Iacob. Bu. in l. j. C. qui pro ſua iuriſd. & ibi Bal. & Ang. Pau. de Caſtr. Sal. Fel. in c. ſignificaſti. de foro compe. in j. limi. Card. & ibi Fel. in ca. cùm ex officij. de præſcrip. & in c. j. de re iud. & in c. inter monaſterium. eod. titu. hoc etiam ſenſit gl. in l. j. in verbo, inchoata. C. vbi de crimi. agi opor. Pariſ. in conſi. 10c. vol. j. & in conſi. cviij. vol. iiij. Mantua. in conſi. cxlvj. Rui. conſi. xj. vol. iiij. & in conſi. cxxix. vol. v.

Contrarium gl. in l. j. C. qui pro ſua iuriſdict. & propterea ita illam gl. declarat Bar. ibi. & gl. in l. j. C. de pedan. iud. quam etiam ita intelligit Bar. in d. l. obſeruare. in fi. ff. de offi. Proconſ. & legati. Bal. in l. cùm antea. C. de arbi. Barb. in clemen. j. nu. 23. de electio.

2 Primò Amplia.vt etiam laudum nullum,quamuis partium cõſenſu ſit approbatum,non operetur in vim laudi,vt voluit Dec.in conſilio cccclxxvij.verſic.prᴂterea etiam ſi laudum.Bal.in ti.de pac.conſtan.in verbo,ſententiæ quoque.Roma.in conſi.clv.ver.nec ſecundo loco.& eſt bonus tex.in c.examinata.de confir.vtil.vel inuti.& ibi no.Abb.in iij.no.idem voluit Bal.in conſi.cccix.incip.cùm plures fratres.volu.j. Gozad.in conſi.lxxvij.Brun.in tracta.de for.

3 Et hoc Amplia etiamſi laudum eſſet nullum defectu poteſtatis, quia tunc nec etiam expreſsè poſſet ratificari,Pariſ.in conſi.xxiiij.num.156. vol.ij.

Sublimita,vt infrà in limita.ad illud,quòd valeat in vim pacti.

4 Secundò Amplia,vt procedat etiamſi nullitas ſententiæ proueniat ex eo,ſuper quo partes poſſunt conſenſu tollere cauſam nullitatis , vt eſt,quando ſententia eſt nulla propter ferias,quibus partes poterant renunciare,ita Cy.in d.l.ij.in fi.Ang.in l.cùm antea.in fi.C.de recep.arb. Pau.de Caſt.in d.l.ij.C.communia vtriuſque iudi.Fel.in c.ſignificaſti. de foro compet.

5 Limita,niſi ſententia ſit nulla propter defectum conſenſus,quia tũc approbatio validat ſententiam,& valet in vim ſententiæ,Ange.in l.j. C.qui pro ſua iuriſd.Fel.in c.ſignificaſti.de foro comp.Abb.in c.j.ver. redeo ad ſecundam particulam.de re iud.

6 Sed tamen ſententia quamuis nulla,approbata conſenſu partium, licèt non valeat in vim ſententiæ,tamen valet in vim pacti,& conuentionis.gl.in l.ij.C.commu.vtriuſ.iud.& Dec.ibi.& Bar.in l.j.C.qui pro ſua iuriſd.& in l.obſeruare.in fi.ff.de offi.Proconſ.Imola in l.ſi expreſſim.ff.de app.ver.& ex hac gl.cum tex.Bal.in l.ſi diuerſa.C.de tranſac. Iac.Butr,Cy.& Albe.Bald.Ang.& Pau.& Sal.in l.ij.C.cõmunia vtriuſ. iud.Iac.Bu.in l.j.C.qui pro ſua iuriſd.& ibi Bal.Ang.& Pau.de Caſt.& Sal.Card.& ibi Fel.in c.cùm ex officij.de præſcr.Fel.in c.inter monaſterium.de re iud.idem voluit Cald.cõſi.viij.in ti.de re iud.& dicit Fel. in d.c.ſignificaſti.de foro compe.quod in nullo æquiparatur ſentẽtię, ſed in omnibus æquiparatur pacto.Curt.Sen.in cõſi.lxvj.Roma.in cõſi.clxxv.Aret.in c.at ſi clerici.de iud.Ant.de Bu.in c.de cauſis.de officio deleg.Bal.in l.cùm antea.de arb.& in ca.cùm cauſam.de teſt.Card.in conſi.lxxiiij.Abb.in c.j.de re iud.Bolog.in addit.ad conſi.ſextum.Io.de Ana.Afflict.in prælud.Conſti.regni.in lxxix.q.Aimo.cõſi.clxxxij.Rui. conſi.xxij.vol.iiij.vbi declarat.

7 Primò Amplia,idem eſſe in iuramento,quòd ſi fuerit nulliter præſtitum,poteſt partium conſenſu validari, vt tenet Felin.in capitu.j.de feriis.

8 Secundò Amplia,vt idem ſit in laudo nullo,quia etſi ſit ratificatum, non operatur in vim laudi,vt ſupra dictum eſt.tamen operatur in vim conuentionis,ſeu pacti,Abb.in c.examinata.in iij.no.de confir.vti.vel inutil.Corn.in conſi.cxxv.vol.ij.& in conſi.cxl.in fi.vol.iiij.Dec.in cõſi.cccclxxv.Gozad.in conſi.xcviij.

9 Quod Limita,& declara,quando nullitas laudi conſiſtit in eo, ſuper quo poſſunt partes diſponere,vt per Abb.in d.c.examinata.in iij. not.de confir.vtil.vel inuti.Soc.in conſi.xviij.vol.j.Dec.in conſi.cccclxxv.Hiſpa.in c.per veſtras.de dona.inter vir.& vxo.Brun.in tracta.de forma.Pariſ.in conſi.xlvj.vol.j.& in conſi.xxiiij.vol.ij.

10 Sublimita,niſi laudum eſſet latum contra formam cõpromiſſi,quia non poterit etiam de partium conſenſu valere in vim pacti, Brun.in tract.de forma.in titu.de poten.& effect.form.in xxviij.limit.

11 Tertiò Amplia,vt etiam per contradictionem cenſeatur ſententia nulla approbata in vim pacti,quando contradictio habet incluſum cõſenſum,vt no.Bal.in c.j.ver.quæro an ſententia.de re iud.Fel.in c.ſignificaſti.de foro compe.

12 Quartò Amplia,vt etiã aliqua acta iudicij poſſint quãuis nullo partium cõſenſu validari,& propterea atteſtationes nulliter receptæ poſſunt cõſenſu partium cõprobari.Inn.in c.cùm cauſam.de teſt.Fel.in c. de cauſis.de off.dele.Rota in antiquis.deci.cxlviij.Bal.in c.cũ cauſam. de teſt.& Ant.de Bu.& Card.ibi Abb.& Imola ibi,in vlt.no.Bar.in l. j.ff.de fer.& ibi Bal.& idem Bal.in l.fi.C.de teſt.in l.non ignorat.in finalibus verbis.C.qui accuſ.nõ poſ.Fel.in d.c.cùm cauſam.Ang.in l.iudices.C.de fide inſtru.Spe.in ti.de teſt.§.nunc tractandum. verſi.debet autem iudex.Fel.in c.veniens.el ij.de teſt.Afflict.in prælud.Conſti.regni.in ix.quæſtio.

13 Et hoc intellige,quando non eſt defectus iuriſdictionis in recipiente atteſtationes,Rota in nou.dec.cclviij.Philip.Fran.in c.cùm cauſam. de appel.Fel.in c.cùm Bertoldus.de re iud.Roma in l.naturaliter.§.nihil commune.verſi.iij.potes intelligere.ff.de acqui.poſſ.Præpoſ.in d.c. cùm cauſam.de appel.Fel.in c.cùm cauſam.de teſt.Iaſo.in l.j.ff.de fer. Afflict.ſuper Conſti.Curt.Iun.in conſi.lx.nu.12.

14 Contra hoc facit,nam atteſtationes receptæ per arbitrum,vel arbitratorem ſine iuriſdictione,partium conſenſu in iudicio operantur,vt in arbitro,eſt tex.in l.fi.C.de teſt.& in arbitratore tenet Bal.in l.fi.C.de arbi.Fel.in c.præſentata.de teſt.

15 Secundò Limita,niſi nullitas atteſtationum inſurgeret propter corruptionem,Bar.in authen.qui ſemel.C.de proba.Alexan.in l.prima.ff. de fer.

* Contrarium Iaſ.ibi in d.l.j.

16 Tertiò Limita,quando nullitas atteſtationum proueniret ex defectu,ſuper quo teſtes poſſunt diſponere,ſecus quando defectus reſultat ex litis conteſtatione,ita Bald.in l.prima.de fer.& in authen.ſi quis in aliquo.C.de edend.Alexan.in l.j.ff.de feriis.& ibi Iaſ.Brun.in tract.de forma.

Contrarium Hoſtien.in dicto c.ſignificauit.de teſtibus. Roma.in l.j.ff.de fer.

17 Quintò Principaliter amplia etiamſi ſententia ſit nulla defectu litis conteſtationis,vel libelli,vel alterius ſolennitatis,quæ partium conuẽtione remitti non poteſt,Imola in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.& irrit.teſtam.Io.de Ana.in c.quia omnibus.de vſur.Fel.in c.ſignificaſti.de foro compe.& in ca.cùm ex officij,de præſcriptio. Card.in conſi.lxxj. Cur.Iun.in conſi.lx.qui loquitur in defectu iuriſdictionis.

18 Sextò Amplia,vt etiam tacitus conſenſus partium ſufficiat,vt reſultet conuentio,propter quam ſententia , vel laudum nullum validetur in vim pacti,vt per Spec.in ti.de teſt.§.nunc tractandum.ver.debet autem iudex.& ponit Inn.in d.c.cùm cauſam.de teſt.& Imola.& Fel.Iaſ. in l.j.de fer.Fel.in c.de cauſis.de offi.deleg. Card.in conſi.lxxj. Abb.in conſi.xcij.vol.j.

Contrarium quòd conſenſus tacitus non ſufficiat,tenuit Anto.de But.in d.c.cùm cauſam.Inn.in ca.ſignificauit.de teſt.Ang.in l.iudices. C.de fide inſtrumen.Marian.in c.ſignificaſti.de foro competen.Aimo conſi.xxij.

19 Primò Principaliter limita ſi eſſet error expreſſus in ſententia, quia tunc ſententia nõ poſſet valere in vim pacti.Bal.in l.error.C.de iuris, & fact.ignor.Alexand.in conſi.cxxiij.vol.j.Fel.in c.ſignificaſti.de foro competen.& per Afflict.ſuper Conſtit.in titu.de reuoca.alien .nu.57.

20 Secundò Limita,non procedere in aliis actis iudicialibus, quæ non ſint in poteſtate partis,Bal.in d.c.cùm cauſam.de teſt.& Ant.de But.& Car.ibi.& Abb.Bal.in l.j.ff.de fer.Fel.in d.c.cùm cauſam.Ang.in l.iudices.C.de fide inſtru.Spec.in titu.de teſt.§.nunc tractandum.verſ.debet autem iudex.

21 Declara,quia bene iſta acta probantur ex aſſertione,ſeu confeſſione partis,quando eſt dubium,an interuenerint,vel ne.Cardin.in dicto cap.cùm cauſam.Abb.& Felin.de teſt.& in capitu.de cauſis.de officio delegat.

22 Sublimita,quia licet vi pacti non poſſit effici,ꝙ iudex poſſit procedere omiſſis ſubſtantialibus ordinis iudiciarij,poteſt tamen hoc facere in arbitro.vt per Imol.in c.de cauſis.de offi.deleg.Fel.in c.ſignificaſti.de foro compe.

23 Item ſublimita,quia talis conuentio operabitur , vt ſubſiſtat iudicis ſententia non in vim iudicialis actus,ſed in vim pacti,vel conuentionis,Card.in dicto cap.de cauſis.in prima oppoſ.de officio deleg.& ibi Imola.

24 Tertiò Limita,dummodò interuenerit ſtipulatio , aut rei traditio, aliàs partium conſenſus non operatur,ita Bal.in d.ca.cùm cauſam.de teſt.Dec.in conſi.cccclxxv.Soc.in conſi.ccxx.Pau.de Ca.in l.ij.in prin. C.communia vtriuſque iud.Imol.in l.quod iuſſit.ff.de re iud.Pe.de Ancha.in conſi.clxvj.Soc.in conſi.lxxxvij.vol.ij.Aret.in c.at ſi clerici.in j. ſolu.de iud.Pariſ.conſi.xxiiij.vol.ij.

25 Et hoc intelligitur de iure ciuili,quo attento pactum nudum nõ operatur actionem,ſecus attento iure canonico,ſecundum quod etiam nudum pactum parit actionem.& quod de iure canonico ſufficiat nudũ pactum,tenet Abb.in c.dilecti.de arbitr.Fel.in c.ſignificaſti.de foro cõpe.ſentit Abb.in conſi.xcij.vol.j.Purp.in rubr.C.de tranſact.vbi etiam limitat.

26 Et illud,quod de iure ciuili non ſufficiat nudum pactum,tenuit Soc. in conſi.cv.vol.iiij.

27 Et ideo dicit Pariſ.in conſi.xxiiij.vol.ij.quòd requiritur ſimultaneus conſenſus.

28 Quartò Limita,quia non ſufficit partis præſentia ſine expreſſa approbatione.Soc.in cõſi.ccxx.& hoc ſentit Ang.in d.l.ij.C.com.vtriuſ. iud.& in l.j.C.qui pro ſua iuriſ.qui dicit,ꝙ oportet,ꝙ ſit talis cõſenſus, qui tranſeat in cõtractum.& ſequitur Corne.in cõſi.cxxv.vol.ii.Abb. idem dicit in d.cõſi.xcij.idem videtur tenere Soc.in cõſi.cv.vol.iiij.Fel. in c.ſignificaſti.de fo.cõp.& ibi Maria.Soc.Are.in c.at ſi clerici.de iud.

29 Contrarium,ꝙ ex ſola præſentia cum taciturnitate,reſultet talis cõſenſus,per quem validetur ſententia nulla,videtur tenere Card.in notis cauſarum.cxcviij.refert,& ſequitur Fel.in d.c.ſignificaſti.de foro cõpe.Purp.in rub.C.de tranſact.

Contrarium Aret.in d.c.at ſi clerici.de iud.vbi dicit hoc nõ ſufficere,vt inducatur pactum,per quod ſententia nulla validetur.

30 Et no.nam ꝙ quis redeat ad priorem iudicem non inducit confirmationem ſententiæ nullæ in vim cõuentionis,Maria.in c.ſignificaſti.de foro cõpe.& in c.cùm ex officij.de præſcrip.ſed bene per actum facti, quando ex eo inducitur nouus conſenſus,comprobatur ſententia,Pet. Anch.in conſi.lxvj.refert,& ſequitur Fel.in d.c.ſignificaſti.de fo.cõpe.

31 Quintò Limita,quando iudicium agitur ſuper his,in quibus conſenſus partium poteſt operari,aliàs ſecus.Abb.in c.examinata.in iij.no.de confir.

confir.vti.vel inuti.& in conſi.xcij.vol.j.Curt.in conſi.lx. Deci.in conſ. cccclxxv.Soci.in conſi.xviij.verſi.& aduertendum.vol.j. Feli. in d.c.ſignificaſti.verſi.ſecundò declara.de foro compe.

32 Ex quo infertur, quòd vbi adeſt decretum irritãs, ſententia nulla non poteſt, ex quo eſt lata contra formam decreti, pacto partium validari. Soci.in conſi.lxxxvij.vol.iij.

33 Et ideò in criminalibus ſententia nulla non firmatur partium conuentione, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. ita Abb.in dicto conſi.xcij.volu.j.& ponit Feli.in c.ſignificaſti. in tertia declaratione.de foro compe.

34 Sextò Limita, quando conuentio laudi, vel ſententiæ approbatiua ſit facta ex certa ſcientia, videlicet per ſcientes laudum nullum, ſecus ſi per errorem: ita declarat Deci.in conſi.cccclxxv.verſicu.ſed ad hoc reſpondetur. Abbas in conſi.lxj.vol.j.

35 Septimò Limita, quando ſententia contineret expreſſum iuris errorem: quia tunc etiam partium conſenſu approbata, non poteſt operari: ita Bal.in l.error.C.de iur.& facti igno.in l.j.C.de iuriſd.om.iudi.Alex. in conſi.cxxiij.vol.j.

36 Octauò Limita, quando poſt ſententiam latam approbatur, ſecus ſi ante.Abbas in conſi.lxj.vol.j.

Contrarium Ab.in conſi.lxiiij.vol.j.Bertran.in conſi.cxxix.volu.j.

37 Quid autem operetur conuentio facta ante ſententiam de non dicendo de nullitate, tradit Feli.in c.de cauſis.de offi.deleg.

38 Nonò Limita, dummodò perſona ſit habilis ad paciſcendum & contrahendum.Pariſi.in conſi.100.vol.j.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

*Sententia lata contra abſentem, ex contumacia lata præſumitur.*

1 VERA eſt illa iuris concluſio, ꝙ ſententia lata contra abſentem, præſumitur lata ex contumacia, non autem ob malam cauſam.tex.eſt in l.Papinianus.§.meminiſſe.& ibi Barto.in iij.nota.ff.de inoff.teſta.& in l.ſi ideò.& ibi per Bar.ff. de euict.in l.qui repudiantis.in fi.de inof.teſta.Feli.in c.ex literis.de cõſtitu.& in c.fraternitatis.de hæreti.Alcia.de præſumptio.in tertia reg.in xxij.præſump.Tiraquel.in regu.ceſſante cauſa.in prima parte,nu.63.& ſeq.Bertran.conſi.cxv.volu.ij.

2 Primò Limita, niſi conſtaret de probationibus, quia tunc præſumit' lata propter veritatem, & non per contumaciam.Bal.in l.ij.C.quib.res iudi.Abb.in c.pe.de re iudi.Bal.in l.ij.C.de cont. iudi.tut.& ibi in Apoſtil.tenet Barba.Feli.in c.ſicut.de re iudica.Zaſius in conſi.x.volu.ij.Felinus in c.cùm olim.de re iud.& idem in c.fraternitatis.de hæreti.Tiraquel.in regu.ceſſante cauſa.in prima parte,nu.66.

Contrarium Roma.in conſi.cccxxix.

3 Secundò Limita, quando abſentia eſſet iuſta, vt not.Bald.in d.l.ij.C. quib.res iudic.per Abb.in c.pe.vol.vij.de re iud.Alex.in apoſtil.ad Bar. in d.§.meminiſſe.Alex.in l.ſæpe.nu.79.ff.de re iud.

4 Tertiò Limita, niſi condemnatus in contumaciam fuiſſet præſens in tota cauſa, ſed abſens tantummodò in ſententia. Bart.in l.ſi ſuperatus.ff.de pigno.Bal.in l.ij.C.quib.res iudi.non no. Abb.in c.pe.de re iudica.& in conſi.xlv.vol.ij.Fel.in c.cùm Bertoldus.verſicu.limita tertiò, de re iudic.

5 Quartò Limita, quia regula iſta procedit quando agitur de præiudicio tertij, ſecus autem quando ageretur de præiudicio cõdemnati, quia contumacia ſibi imputatur.per tex.in l.Herennius.§.Gaia.ff.de euictio. Pau.de Caſtro in conſi.cccxxiij.in fi.vol.j.

Contrarium videtur tenere Feli.in c.cùm Bertoldus. verſi.conſidera, quòd iſta limitatio.de re iudi.

6 Quintò Limita, quando non ageretur de veritate vel de iuſtitia ſententiæ, ſed tantum de actu ipſius ſententiæ: quia tunc ſententia lata in contumaciam, nocet etiam tertio.Feli.in c.cùm Bertoldus. in ſecunda limitatione.de re iudic.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

*Sententia an præſumatur ritè lata.*

PLVRES opiniones referuntur in illa quæſtione per Abba.in c.quoniam contra.de probatio.& per Roma.in l. ſciendum.ff.de verb.oblig.an pro rectitudine ſententiæ & proceſſus præſumatur, qñ à ſententia non fuit appellatum.

1 Tamen in effectu illæ ad duas reducuntur: nam ſi fuiſſet appellatum & non conſtaret de re iudicata, non cadit iſta quæſtio: quia non præſumitur pro ſententia.Brunus in tracta.de forma.in tit.de proba.& præſump.formæ.verſic.prima concluſio.& tradunt * communiter Canoniſtæ, in c.quoniam contra.de proba.

2 Bene verum eſt ꝙ ſi fuiſſet inducta res iudicata, & contra illam fuiſſet petita reſtitutio in integrũ, adhuc præſumeretur pro ſententia, quouſque non retractaretur.Grat.in conſi.lxxvij.vol.ij.

3 Prima igitur eſt opinio Io.quam ſequitur glo.fi.in prin. in d.c.quoniam contra. de probat. qui tenuerunt indiſtinctè, ꝙ non præſumatur pro ſententia, niſi eius ſolennis proceſſus appareat ex actis.& idem voluit Spec.in tit.de ſenten.§.iuxta.verſ.ſed pone ꝙ atteſtationibus publicatis.Idem tenet Abb.in c.tenor.de re iud.& idem Abb.in conſ.xcij.volu.j.Io.And.in addit.Spec.in tit.de ſenten.prola.§.vt autem. in verſi.& nota.in verbo, citatum. vbi ampliat etiam ꝙ in ſententia diceretur reũ condemnatum, & citatum peremptoriè.Idem tenet Fed.de Senis in cõſi.clxx.vbi dicit ꝙ non præſumitur pro decreto iudicis, vel eius ſententia interlocutoria, niſi pars fuerit præſens in prolatione decreti, vel interlocutoriæ. Idem tenet Inno.in ca.cùm in iure peritus. de offi.deleg. & circa finem illius cap. Idem ſentit Bal. in auth.ſi quis in aliquo.verſi. ſed ſi ponamus.C.de eden.vbi dicit idem eſſe etiam ſi enunciatiuè diceretur, partem citatam, vel litem conteſtatam, &c.& ibi Bar.in fi.vbi tenet ꝙ iſta verba in ſententia nihil operantur, niſi ſententia lata ſit parte præſente.Idem tenet Bal.in d.auth.ſi quis in aliquo.verſi.ſed quæritur. Idem tenet Bal.in addi.Spec.in tit.de appel.licèt non ſe firmet, verſi.& nota ꝙ dicit Inno.Idem tenet Abb.loquens in executione ſententiæ, in c.ad reprimendam.in fi.de offi.ordi.licèt idem etiam ſentiat in aliis ſententiis.Idem tenent Ang.& Imo.in l.de vnoquoque.ff.de re iud.qui tenent, ꝙ etiã ſi ſolennia iudicij enuncientur in ſententia, tamen illa non præſumantur interueniſſe, niſi tunc potuerint perfici.

Et iſtam etiam partem ꝙ non præſumatur pro ſentẽtia, etiam ſi non ſit appellatum, quantum ad ordinem, tenet Bart.in l.iiij. §.condemnatum.in prin.ff.de re iud.vbi dicit ꝙ qui dicit ſe non fuiſſe citatum, vel talem non fuiſſe ſuum procuratorem, poteſt impedire executionem.

4 Et ibi ad hoc ponderat Bar.ibi Imola, & idem ſentit gloſ.& ibi Bar. ff.de re iud.in l.ſi cùm nulla.vbi dicunt ꝙ emens ab executore, debet habere omnia acta parata, vt poſſit eis docere: innuens ꝙ non præſumatur pro ſententia quo ad ordinem iudicij, niſi ex actis conſtet.& ad hoc ponderat Bar.ibi Imola.Sarnen.in regu.de triennali.q.xxxiij.

5 Tenendo iſtam partem Amplia, etiam ſi enunciatiuè acta in ſententia exprimantur quo ad ea, quæ tempore ſententiæ non potuerunt interuenire: vt not.Innoc.in d.c.quoniam contra.de probatio. & ibi Bal. & ibi Abbas verſicu.nunc quæro.Specu.in titu.de probationib. §. fina. verſicu.ſed pone. Cardina. in clemen.j. de probationib. Anto.de Butrio in conſilio xxiiij.Bald.in dicta auth.ſi quis in aliquo.Ange.& Imo. in l.de vnoquoque.ff.de re iud. Guido de Suza.quem ſequitur Io.Andr. in addi.Spec.in titu.de ſenten.l.j.§.vt autem.verſi.& not.in addi. incip. citatum.Abb.in c.tenor.de re iudic.& in conſi.xcij.vol.j.Imo.in c.quoniam contra.de proba.vbi Bal.& Anto.de But.ibi, & Card.ibi in fi.Ange.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.Feli.in c.quoniam contra.verſi.quinta concluſio.de proba.Iaſ.in l.ſciendum. verſi.limita quando.ff.de ver. oblig.Anto.de But.in c.j.de fide inſtru.Rui.conſi.lxix.vol.j. Ange. in l. quæcunque.§.j.verſi.attende tamen.ff.de publicia.

Contrarium verò ꝙ etiam quo ad ea, quæ non potuerunt interuenire tempore ſententiæ: ſi tamen enunciẽtur in inſtrumento ſententiæ, præſumatur pro ſententia, tenuit Spec.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat.verſi. in ſumma.& iſtam partem dicit ſeruari de conſuetudine, Guido de Suza.& videtur ſequi Imola in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud.& in l.ſi cùm nulla.eod.titu.& in l.ex hac ſcriptura.ff.de dona.& in l.ſciendum. ff.de verb.obliga.Gozad.conſi.xcvj. Aimo de antiq. in ij.parte, nu.16. Alex.conſi.ccxiij.vol.vij.verſi.quia quando ſententia.

Tenendo tamen primam opi.quæ videtur eſſe magis * communis,

6 Primò Limita, niſi illa ſolennia iudicij ſint enunciata in ſententia lata, & lecta præſentibus partibus, & non appellantibus, quia tunc illa ſolennia præſumuntur præceſſiſſe, & quòd aliter non probẽtur. ita tenet Bar.in d.auth.ſi quis in aliquo.in fi.C.de eden.Ant.de But.in c.quoniam contra.de proba.Bar.in l.j.C.de rela.& in l.acta.ff.de re iud.& in l.fi.ff.quando ap.ſit.Bal.in l.emancipatione.C.de fide inſtrumen.& ibi etiam Sali.Bal.in l.ex his.C.de teſtamen.mili.

Et hoc etiam ſentit Lapus allega.xliij. Anton.de Butrio in cap.j.de fide inſtrumen.Antonius de Butrio in conſilio xxxij.Cæpolla in conſilio ciuili lxiij.Felinus in cap.cùm in iure peritus.de offic.delega. Petrus de Ancharano in cap.quoniam contra. de probationib. Alexander in conſi.cxxxvj.volumi.ij.Angelus in conſilio cxcviij. Cardina.in conſilio lxxij.Angelus in l.ſciendum.ff.de verbo.obligationib.& Imola, qui qui dicit * iſtam cõmunem. Apoſtillator ad deciſionem Tholoſanam cccxxviij.Calcaneus in conſilio xvj. Rota in deciſione Caſſad.deciſi.j. de præſumptionib.Brunus in tracta.de forma. Alexander conſi.ccxiij. in fine, volu.vij.

7 Idem eſt ſi ex actis conſtet de contumacia, nam enunciata ſolennitas probat.Imola in l.ſi cùm nulla. ff. de re iudica. Angelus Aretinus in cap.fina.Inſtitu.de fideiuſſorib. Brunus in tractatu, de forma.in titu.de probationib.& præſumptionib.formæ.verſi.ſexto facit.

8 Iſtud limitat Antonius de Butrio in cap.j. de fide inſtrumentor. in enunciato, quòd poterat interuenire tempore enunciationis, & quod pendebat à partium voluntate: idem tenet Feli.in cap.ſicut. verſi. ſi autem eſt ſolennitas.de teſtib.

9 Et dicit idem in inſtrumento, Fel.in c.tuis. de teſtib.

10 Sublimita hoc, niſi agatur de modico præiudicio: vt per Feli.in dicto c.ſicut.verſi.intellige niſi agatur.de teſtib.

Contrarium quòd etiam parte præſente, & non contradicente, ſolennitas enunciata in ſententia, non præſumatur, tenet Rom.in l.ſciendum.de verbo.obligationib. Raphael Cumanus in l.fin. ff.quando appel.ſit.Felin.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionib. & in c.quoniam contra.verſicu.fallit ſecundò.de probationib. Aretinus in c.tuis. de teſtib.vbi dicit opinionem Barto.communiter * reprobari.Feli.in c. inter cætera.de re iudic.

11 Tenendo primam opinionem declara ſecus eſſe ſi ſit contradictum per partem enunciationi ſolennitatis factæ per notarium, Io.Andre.in additi.Specu.in titu.de teſtib.§.ſequitur.verſi.& nota quòd teſtis.in verbo, Euangeliis.in verſicu.quid ſi in actis ſcriptum eſt.Anto.de Butrio in c.fraternitatis.de teſtib.& ibi Abbas in fine, Alexander in conſi. xlj.in fine, volumi.iiij.Iaſon in l.ſciendum.verſicu.limita quando. ff. de verborum obligationib.

12 Secundò Limita concluſionem principalem, niſi quis per dolum negauerit ſententiam, quia in pœnam negantis omnia præſumuntur. Baldus in cap.j.in fine, in titu. quot teſtes neceſſ.ad proban. inueſtitu. Felinus in dicto capit.quoniam contra.verſicu.quarta concluſio. & ibi Aretinus, de probationib.

13 Tertiò Limita, quando probaretur combuſtio actorum, quia tunc omnia præſumerentur ſolennia.ita gloſſ.fi.in dicto cap.quoniam contra.& ibi Baldus, Felinus, verſicu.quarta concluſio. Antonius de Butrio verſicu.hæc vera.de probationib. Paulus de Caſtro in l. emancipatione.C.de fide inſtrumen.

Limita duobus aliis modis, vt infrà in fine.

14 Alia verò fuit opinio Innocen.in cap.bonæ.de electionib. in principio: qui indiſtinctè tenuit nulla facta diſtinctione abſentis, vel præſentis, quòd præſumatur pro ſententia poſt tranſitum in rem iudicatam.

Idem Anto.de Butrio in cap.quoniam contra.verſicu.ſi eſt ſententia.Specu.in titu.de ſenten.prola.§.vt autem.verſicu.& nota. & in titu. de probationib.§.j.verſicu.ſequitur.Innocen.in cap.quoniam contra. & ibi Hoſtien.Imola, in cap.cùm in iure.verſicu.circa tertium.de offic. deleg. Antonius de Butrio in cap.in præſentia.de renuncia. verſicu.ad ſecundum.& in cap.j.de fide inſtrumen.Roma.in l.ſciendum. ff.de verborum obligationib.

Idem tenet Spec.in titu.de inſtrumen. editio.§.reſtat. Imola in l.iiij. §.condemnatum.in fin.ff.de re iudic. & in l.acta. verſi.præterea.eodem titu.Abbas in cap.bonæ.de electionib. verſicu.item nota tres regulas. Abbas in cap.ſicut.de re iudic.& in conſilio lxxiij.volumi.j. Romanus in conſilio cccxxxiiij. Signoro.Homodeus conſilio lxxxvij.in fin.Iaſon in l.pacta nouiſſima.verſicu.ſecundò facit.C.de pactis, & in cap.j.verſi. confirmo per optimum ſimile.de his qui feud.dare poſſ.

Et idem Ferrat.caute.fina.verſic.ſed contra vtrunque dictum. Alexan.in conſilio cxxxvj.volu.ij.& in conſilio cv.volu.v.qui dicit * iſtam magis communem opinionem: & in conſilio xxij.vbi idem dicit volumi.ij.& in conſilio xxv.vbi idem dicit, volu.vj. & in l. de vnoquoque. de re iudic.& conſilio ccxiij.in fine, verſicu.& in dubio.volu.vij.Cardina.in cap.quoniam contra.de probatio. Corneus in conſilio cccxlviij. volumi.j.Felinus in cap.tenor.de re iudica. & in cap. quoniam contra. verſicu.quarta concluſio.Barbatus in conſilio xviij.volumi.j.Decius in cap.quoniam.verſicu.tertia concluſio.

Iſtam ſequitur & dicit * communem Brunus in tractatu, de forma. Gratus in conſilio cxxiij.& conſilio cxxxix.volum.j.dicit communem. Ruinus conſilio xlviij.volu.iiij.& conſilio xxx.volu.v.& conſi.xxxvij. volu.v.& conſilio lxxxix.vol.v.& cxxiiij. vbi dicit communem, vol.v. Gramma.deciſione xxiiij.

15 Amplia etiam iſtam partem, quamuis penderet cauſa nullitatis.Ruinus conſilio xxxvij.volu.v.

26 XI. Limita in eo, qui tenetur vendere infrà decem annos: quia lapſus decem annorum non conſtituit in mora pretio non ſoluto, vel oblato, Alexan.in conſi.cxviij.volu.iiij.

27 XII. Limita, ſi tempus ſit adiectum in fauorem debitoris: vt quia conceſſa ſit beneficiato licentia non reſidendi per aliquod tempus.

Nam lapſus illius temporis non conſtituit beneficiatum in mora, ſed requiritur alia monitio, gloſſ.in cap.quoniam frequenter.§.porrò.vt lite non conteſt.ſed illa glo.non probat, ꝙ non conſtituitur in mora, ſed ꝙ non poteſt priuari ſine alia monitione, vt conſiderat Purpura.in dicta l.vinum.& Deci.qui tenent, ꝙ cenſeatur eſſe in mora, etiam ꝙ ſit adiectum tempus in eius fauorem:& Areti.in l.ſi ex legati cauſa.& dictum eſt ſuprà in ſexta amplia.ff.de verb.oblig.

28 Et licèt in caſu illius gloſ.non poſſit deueniri ad ſententiam priuatiuam ſine alia citatione, tamen culpa & negligentia eſt probata per ſolum lapſum temporis ſine alia citatione:ita tenuit Ant.de Butr.in dicto §.porrò,& ibi Imola, Areti.in dicta l.ſi ex legati cauſa.

29 XIII. Limita, quia etiam poſt tempus lapſum non ſtatim in mora conſtituitur, ſed cum aliquo temporis ſpatio, vt eſt glo.in verbo, reſtitui.in l.Æmilius. ff. de minorib.& iſtud procedit ſiue tempus ſit à lege, ſiue ab homine appoſitum, Bal.in c.j.de noua for.fideli.Roma.in conſ. xxvij.in fi.Purpura.in dicta l.vinum.

30 XIIII. Limita, dummodò dies ſit certa, ſecus ſi incerta:ita probat tex. in l.magnam.ibi, certo tempore à contrario ſenſu.& ibi not.Cy.& Bal. in primis verbis:& ibi Albe.de Roſa.in fi.verb.C.de contrahen.& commit.ſtipu.Bar.in l.ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig.Soci.in conſ.cxix.vo.j. Bal.in l.& ſi.poſt tres.verſi.iuxta hoc quæro.ff.ſi quis cau.& in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact.Sali.Alex.in l.quoties in diem. ff.de verb.oblig. Iaſ.in l.vinum.ff.ſi cer.peta.Iaſ.in l.ſi inſulam.ff.de verb.oblig.& in l.ſi ſtipulatus eſſem abs te.in iiij.not.eo.ti.Alex.in l.ſi inſulam.in ij.fallen.ff. de verb.oblig.Corne.in conſ.ccvj.vol.ij.Deci.in conſ.ij.Barba.in conſ. lj.vol.j.Purpur.in l.vinum.ff.ſi cer.pet.Soci.in conſ.cclxxviij.verſ.circa quartam.Caſſa.in conſuetu.Pariſ.in conſi.v.vol.iiij.

31 Et

31 Et maximè ſi præcedere debebat factum creditoris, Pariſ.in conſil. xxxiiij.vol.j.

32 Et ex iſta concluſione infertur,quòd ſi aliquis promiſerit facere aliquem conſentire quando erit legitimæ ætatis, non conſtituitur in mora ſine interpellatione.ita Bald.in d.l.magnam.in primis verbis. C. de contrah.& commit.ſtipul.& in l.& ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. & in l.ſi pacto,quo pœnam.C.de pact.& ibi Saly.Alex. in l.ſi inſulam.in ij.fall. ff.de verb.obl.& ibi Iaſ.& idem Iaſ.in l.ſi ſtipulatus eſſem abs te. ff.de verb.obl.in iiij.not.Soc.in conſ.cix.li.j.Dec.con.ij.Purpur.in l. vinum. ff.ſi cert.pet.

Contrarium Cyn.in d.l.magnam.in fi.& ibi Albe.de Roſate in finalibus verbis.Barba.in conſi.lxxiiij.vol.iij.

Tenendo primam opinionem quæ videtur eſſe magis*communis,

33 Limita,niſi dictum ſit,ꝙ faciat conſentire poſt menſem , poſtquàm erit perfectæ ætatis,ita declarat Soc.in conſ.cclxxxviij. verſ.circa quartam.lib.ij.de qua limitatione dubitat Purpu.in d.l.vinum.

34 Decimoquintò limita in die adiecta cauſa demonſtrationis,quæ nõ interpellat,ita tenet Ang.in l.ſi inſulam.in fall.regulæ primæ.ff.de ver. obl.& ſequitur Paul.de Caſt.in l.liber homo.§. decem hodie. ff.de ver. obl.Imola in d.l.ſi inſulam.& ibi Alex.in iiij.limit.

Contrarium Ang.in d.§.decem hodie.& in d.l.ſi inſulam.in fall.ſecundæ regulæ.

35 Decimoſextò limita,nam quando dies eſt cõuenta pacto nudo, non cõſtituit in mora,vt not.Bal. in l.j.xiij.q.C.de his,quæ pœnæ nom.per Alex.in l.ſi inſulam.in ix.limit.ff.de verb.obliga.facit tex.& ibi omnes notant.in l.nuda.C.de contrah.& commit.ſtip.vbi ex nuda conuentione ante litem conteſtatam quis non incurrit in moram.

36 Decimoſeptimò limita quando dies adiecta tacitè inerat. Lõfred.in conſ.xlj.

37 Decimooctauò limita,quia quando quis tenetur officio iudicis,dies non interpellat.Rui.conſi.clxxxiiij.vol.ij.

38 Decimononò limita quando dies eſt adiecta conditioni implendæ ex facto venditoris,& debitoris.Ruin.conſ.clv.vol.v.

39 Vigeſimò limita,in actu expediendo per iudicem circa præparatoria iudicij,nam tunc dies non interpellat pro homine.glo.conſuet.Turon.

## CONCLVSIO X.

### ARGVMENTVM.

***Creditor qui eſt ſolitus lucrari,ſtante mora debitoris,poteſt petere intereſſe lucri ceſſantis.***

1 COMMVNIS * eſt doctorum concluſio, ꝙ vbi præcedit mora debitoris,creditor,qui eſt ſolitus lucrum facere, poteſt petere intereſſe lucri ceſſantis.Bart.in l.vnica.n.15.ver. ſi verò conſueuit.C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt.& in l.nummis.verſ.quæro vtrum in hoc intereſſe. ff. de in litem iur.& in l.iij.§.fi.verſ.alij dicunt.ff.de eo ,quòd certo loco.Ancha.in clem.j.§.ſanè.verſ.ij.quæro.de vſur.Cyn.in auth.ad hæc.verſ.iij. quæritur. C. de vſur.Imol.in l.inſulam.§.vſuras.verſ.ſed iuxta prædicta. ff. ſol.matr. Cald.in repet.c.nauiganti.verſ.iij.quęro.de vſur.Alex.in conſ.cxlj.ver. fortius videtur.vol.v.& conſ.lij.verſ.& ſic videtur forma.volu.vj.Soc. conſ.clvj.verſ.quoddam eſt lucrum.Dec.conſ.cxvj.verſ. præterea & ſecundò.Abb.in c.conqueſtus.verſ.nota.glo.ſingulariter,de vſur. Pet de Anch.in conſ.cxlviij. verſ. tamen qui poſſit petere. Abb. conſ. xxxix. verſ.nec etiam poſt annum.volum.j.& in c.per veſtras.ver.item nota, de donat.inter vir.& vxor.Card.in cle.j.§.ſanè.verſ.in viij.quæſt.de vſur.Abb.conſ.lxiij.verſ.voluit inſuper.volum.j.Cuma.in conſ. cxxxix. ver.cùmque iurans.Aret.conſ.ix.verſ.expeditum eſt.vbi dicit*communem.Anch.in regulà peccati venia.verſ.ad quartum dum dicitur.verſ. item ſi ratione morę.de reg.iur.in vj.& in c.cõqueſtus.verſ. & ſi dicas, de vſur.Alex.conſ.cxcj.verſ.præterea intentio.vol.ij.Dec. conſ. xxxix. verſ.nec obſtat ſi dicatur,& conſ.cccxxij.verſ.& licèt intereſſe.Purpurat.in l.cùm quid.nu.167.ff.ſi cert.pet.Maria.in c.dilecti.verſ.vlt.nota. de for.compet.Ruin.conſ.ciiij.verſ.ſi verò intereſſe. vol.iiij.Igneus in l. contractus.num.16.ff.de reg.iur.Cagnol.in l.vnica,nu. 40.& ſeq.C.de ſent.quæ pro eo,quòd inter.Purpur.in l.rogaſti.§.ſi tibi.num.40. verſ. & ideò.ff.ſi.cert.pet.Iaſ.in l.iij.§.nunc de officio.verſ.in eadem gl. ff.de eo,quòd cert.loc.Fel.in c.cùm venerabilis.verſ.dum dicit Abb.de exce. Saly.in auth.ad hæc.verſ.ſed hoc nihil eſt dicere. C.de vſur.Alex.conſ. cxxj.verſ.pro hoc facit.vol.ij.Ioann.Ant. Alex. conſ.xx. verſic. & ſi dicatur.& in conſ.lxxxviij.verſ.quare dubitauit.Soc.conſ.xxv.verſ.vnde ſicut.vol.iiij.Cagno.in l.vnica.verſ.prima,quia. C. de ſum.Trin.num. 40.Paul.de Caſt.in l.cunctos populos.verſ.ego dico. C. de ſum.Trin. Marian.Iun.conſ.clxv.verſ.circa quartam.vol.ij.Ruin.conſ.xciij.verſ. & poſt dictam moram.volu.v.Alex.conſ.xxxj.num.9.verſ.ij.non obſtat.vol.vj.Alex.conſ.lxxvij.verſ.& venit intereſſe. vol.vj.Hiſp. in ca. per veſtras.verſ.idem dicas.de donat.inter virum & vxorem,& verſi. ex his,primò.Caſſa.in conſuetud.verſ.vj.limita.Iaſ.in dicta l.cunctos populos.ver.circa primum membrum.Roman. in l.diuortio. verſ. ſed ante.ſolu.mat.& ibi verſ.ſed mulier. & Claud.verſ.ſed in illis caſibus. vbi dicit*communem opi.

Contrarium Dec.in c.cùm venerabilis.numer.14.verſic. & quantum ad vſuras.de except.& in l.cum quid,verſ.limita hoc.ff.ſi cert.pet. & Cur.Iunio.in d.l.vnica.nume.39.verſ.poſtremò aduerte. C. de ſent. quæ pro eo,quod inter.licèt dicat non eſſe tutum recedere ab alia opin. quæ eſt communis.Soc.in l.de diuiſione.verſ.aliquando,& ſextò quærimus.ff.ſolu.mat.

2 Primò Amplia hoc procedere etiam de iure canonico,vt dicit Hoſt. in c.ſalubriter.verſ.in eo enim.de vſur.Cald.in repet. capit. nauiganti. verſi.iij.quæro.de vſur.Dec.con.cxvj.verſ.præterea,& ſecundo. Inno. in cap.ſanè.verſ.alij tamen dicunt. de ſententia excom.Abb. in capit. cùm venerabilis.verſ.aduerte an vſuræ.de excep.& in c.dilecti.verſ.nota quòd ratio. de for. compet.& clarius in cap.conqueſtus. verſ.nota glo.de vſur.Bald.in Margarita,in verbo vſura.in verſ.fi.Card.in clem. j.§.ſanè,in viij.quæſt.de vſur.Aret.con.ix.circa verſiculum,expeditum eſt,vbi dicit*communem.Anan.in d.ca.conqueſtus.verſ. ſubdit etiã, de vſur.Maria.in cap.dilecti.verſi.vltimo nota.de for.comp.Iaſ.in l.iij. §.nunc de offi.in iij.not.ff.de eo,quòd cert.loc.Fel.in c. cùm venerabilis.verſi.dum dicit Abb.de excep.Dec.in conſi.cxj.verſi.iij.iura allegata.verſi.nam de intereſſe, Soc. conſi. ij. verſ.ſed his non obſtantibus. vol.j.Aret.conſ.clvij.verſ.ex hoc ſequitur. Caſſan. in conſuet. verſ.vj. limita.

3 Secundò amplia,etiamſi lucrum non ſit omnino certum, ſed tantùm veriſimile,vt dicit Bart.in d.l.vnica.num.25.verſ.ſi verò conſueuit. C.de ſent.quæ pro eo,quod inter.vbi intelligit, lucrum eſſe quaſi certum ex eo ſolo,quòd creditor cum alia ſua pecunia conſueuit lucrum facere.Ancha.in clem.j.§.ſanè.in ij.q.de vſur.Cyn.in auth.ad hæc.verſ. tertiò quæritur.C.eod.Imola in l.inſulam.§. vſuras.verſi. ſed iuxta prædicta.ff.ſol.mat.Paul.de Caſt.ſentit in l.diuortio.verſ.ſed poſſet petere.ff.ſolut.matr.Alex.conſ.cxlj.verſ.fortius videtur. volu.v.& verſ.ſed ſi petuntur.& clarius Ange.in l.continuus.§.cum ita.verſ.& hunc text. allega.ff.de verb.oblig.& Imola.verſ.item nota illum text. & ibi met. verſ.nota vij.Abb.in c.conqueſtus.verſi.nota glo.ſingulariter. de vſur. Cuma.conſi.cxxxix.ver.cùmque iurans.Abb.in cap.nauiganti.verſ.nota primò,de vſu.& clarius,& diffuſius per Cagno.in l.vnica.verſi.prima quia.num.40. C.de ſum. Trinit.Paul.de Caſtr.in l.cunctos populos.verſ.ego dico.eod.tit.Hiſpan.in cap.per veſtras.verſic. ſed ſi ſimpliciter.de dona.inter virum,& vxor.Imo.in l. Paulus.verſi.item adde inquantum.ff.de ſol.

Contrarium quòd imò requiratur quòd lucrum ſit quaſi certũ iuxta notabilem declarationem , quam ponit Pau.de Caſtr.in l.iij.§.nũc de offic.ff.de eo,quod certo loc. verſ. in glo.ſeq.& ſequitur Afflict. in deciſ.Neapo.xx.per totum.Dec.conſi.cccxxij.verſ.& in lucro ceſſante. Purpur.in l.rogaſti.§.ſi tibi.num.4.& ſeq.verſi.& ideò.ff.ſi cer.pet.Iaſ. in l.iij.§.nunc de officio.ver.breuiter conclude.ff.de eo,quod cert.loco Dec.in l.quantus.ad fi.verſ.& in probatione intereſſe.ff.de reg.iur. Pariſ.in c.cum venerabilis.nu.72.ver.& circa illud, de except.Curt. Iun. in l.ij.§.mutui datio.verſi.vltimo in terminis.ff.ſi cert.pet.glo.conſuet. Turon.verſi.ſed an ſint aliqui.Caſſan.in conſuet. verſi.vj. limita. Iaſ.in l.cunctos populos.verſicul.circa primum membrum. C.de ſumm.Trinit.

Et propterea Bald.in l.fin.in iij.oppoſ.C.de furtis.dicit,ꝙ intereſſe lucri debet eſſe certum,incertum verò peti non poſſe.

4 Primò limita, dummodò non fiat ante moram ex conuentione. vt dicit Ioann.Cald.in repet.cap.nauiganti.verſ.tertiò quæro. de vſur. Dec.in conſi.cxvj.verſ.ij. non obſtat ꝙ Nicolaus. Dec. in conſ. xxxix. ver.ij.reſpõdetur.Fel.in c.cũ venerabilis.ver.intellige primò,de excep. & ver.intellige quartò.Soc.in conſ.clxxix.ver.iij.concl.li.ij. Cur.iun. in l.ij.§. mutui datio.ver.vlt in terminis.ff.ſi cert.pet.Io.Ant.Alex.in conſ. xx.verſi.& ſi dicatur.Cagnol.in l.curabit.n.53.verſi.hinc eſt.C.de act. empt.Ruin.conſi.lv.verſ.& vbi etiam,volum.ij.Aret.conſ.clij.verſ.ad ſecundum dubium.& conſi.clvij.verſ.ex hoc ſequitur.Hiſpan. in cap. per veſtras.verſi.ſed ſi ſimpliciter.de donat.inter vir.& vxor.verſi.prædicta tamen ſunt.Grat.conſi.lxxxvij.verſ.vltimò non obſtat, volum.j. Aimo.conſi.lxxxvij.verſ.circa ſecundum.Dec.conſ.ccccxlj.verſ. venio ad ſecundum dubium.

Contrarium Abb.in ca.nauiganti.verſ.nota primò.de vſur.Ruin. conſ.ciiij.verſ.vltimò prædicta comprobantur.vol.iiij.Hiſpa.in ca.per veſtras.ver.ij.infertur.de donat.inter vir.& vxor.

5 Secundò limita,vt peti poſſit lucrum,quod quis principaliter feciſſet,non autem quod ſecundariò vt declarat Dec.in d.c.cùm venerabilis.nume.14.verſi.ſed retenta communi opi.de excep.Iaſ.in l.iij.§.nunc de offi.verſ.breuiter conclude.ff. de eo,quod cert.loc.

6 Tertiò Limita,quia tantum primo anno debetur lucrum ceſſans, non pro aliis annis ſucceſſiuis,ita Cur.iun.in d.l.vnica.verſ.alia etiam quotidiana.C.de ſent.quæ pro eo,quòd intereſt.

Contrarium Cagnol.ibi nu.45.verſ.ſecunda dubitatio.

CON

## CONCLVSIO XI.

### ARGVMENTVM.

*Debitor, à quo expulſo principali creditore, fuit exactum per communitatem, vel principem, an dicatur liberatus.*

1 SI quæratur an debitor, à quo exactum fuit expulſo principali creditore, vel per communitatem, vel eius officialem, vel per tyrannum ciuitatis, dicatur liberatus ab ipſo creditore principali, recurrendum eſt ad Theoricam Dyni, Bar. & aliorum in l.creditor.ff.de ſolu.& licèt Dynus ibi tenuerit indiſtinctè liberari, & hoc etiam ſequatur ibi Alber.de Roſat.& Bald.in conſ. cxxviij.vol.ij.poſt Guid.de Suz.& Alber.Papienſem.Pet.de Anch.in c. ad Apoſtolicæ.in xv.not.de re iud.in vj.& in conſi.ccxcix.viſa ſupradicta facti narratione.

Contrarium tamen in debitore generis, tenet Alex. in conſi. ciij. vol.ij.Tamen magis diſtinctè procedendo, conſiderandi ſunt plures caſus prout infrà dicetur.

2 Et nota quia iſtud de Tyranno intelligendum eſt de eo, qui poteſt metum inferre, & non de alio: quia proculdubio tunc ſolutio facta alteri non liberat debitorem.Bart.in tracta.de Tyran.in vij. quæſt. Lucas de pen.in l.j.C.vt nullus ex vicar.pro alien.libro xj. Ruin.conſi. cl, vol.j.Afflict.deciſ.cl.nu.14.

3 Primus caſus eſt quando communitas vel ciuitas habet obligata bona creditoris, qui habet obligatum debitorem, & tunc ei ſoluendo, proculdubiò liberatur, vt not.Barto.in d.l.creditor. cum qua ſententia tranſeunt ſimpliciter Docto.& illam ponit Specu.in tit. de obl.& ſolu. §.illud.in princ.illam opin.etiam refert, & cum ea tranſit Barbat.in conſ.xxvj.vol.iij.Dec.in conſ.xxv.&illam videtur tenere Imol. in dict. l.creditor.illam etiam opinionem refert & cum ea tranſit Deciſ.Neap. cl.in antiquis. Imol.in c.ex literis.de pigno.

4 Et iſtud procedit, ſiue facta ſit exactio propter culpam creditoris, ſiue debitoris, quia Bart.cum quo tranſeunt alij in d.l.creditor, præmittit hunc & ſequen.caſum, & poſtea diſtinguit, an exactio facta ſit ob iniuriam creditoris vel iniuriam debitoris: ergo in iſto, & ſeq.non fit diſtinctio an ob culpam creditoris, vel debitoris.

5 Secundus caſus quando bona creditoris ſunt confiſcata, & proculdubio tunc liberatur debitor ſoluendo.Barto.in d.l creditor.ex mente Dyni.idem tenet ibi Ange.& Imola.& cum illa deciſ.tranſit Barbat.in conſ.xxvj.vol.iij.Dec.in conſ.xxv.Deciſi.Neap.cl.in antiq.idem tenet Bal.in l.non prius.C quando fiſc.vel priuat.& in l.falſus.C.de furt.Nellus in tract.bannitorum, in j.parte, tertij temporis, quæſt. pen. Imola in c.ex literis, de pigno.Bal.in conſi.cxxviij.vol.ij.Pau.de Caſtr. in conſi. cclxxxvj.in tertio dubio, ſecundum antiquam impreſſionem. Ruin. conſ.cxlvij.vol.j, & in conſ.clx.vij.vol.iiij.

6 Primò amplia, etiam vt non ſit neceſſarium probare confiſcationem fuiſſe iuſtam, vt not.Deci.in d.conſ.xxv. licèt ſi probaretur fuiſſe
7 iniuſtam, tunc perinde eſſet, ac ſi non eſſet facta confiſcatio, & neceſſarium eſſet recurrere ad aliam diſtinctionem, vt infrà. & ponit Bart.in d.l.creditor.& ſequitur Dec.in loco præallegato.& Deciſ.Neapo.cl.in antiq.

8 Secundò amplia, etiam quòd debitor fuiſſet in mora, vt in d.l.creditor: patet ex mente Imolæ, vbi poſtquàm in ſuperioribus caſibus fecerat diſtinctionem, an creditor, vel debitor eſſent in mora, ſubdit caſum quando bona ſunt publicata, & indiſtinctè concludit, liberari creditorem.

9 Quod quidem confirmatur, nam cùm bona ſint publicata, fiſcus ſuccedit, & omnis actio & obligatio in illó transfunditur, meritò non poteſt creditor agere, vel experiri.

10 Item confirmatur, nam mora bene poteſt operari quòd periculum & caſus, ſpectet ad debitorem, & ſic poteſt grauare moroſum, ſed non poteſt facere meliorem conditionem creditoris contra fiſcum vt poſſit creditor agere pro viribus, & actionibus in fiſcum translatis.

11 Tertiò amplia, etiam quòd non conſtet cuius iniuria ſit exactum à debitore, vt not.ibi Ang.in l.creditor.imò quòd eſt plus, etiamſi ſit exactũ per iniuriam debitoris, ex quo non poteſt agere, cum omnes actiones tranſierint in fiſcũ.l.ſi deportati.ff.de fideiuſſ.l.tutelas.ff.de capit.dimin. l.ij.C.ad l.Iuliam de vi publica.& ponunt Bart.Ang.& Imo.in l.creditor.ff. de ſolutio.

12 Quartò amplia, vt iſto caſu liberatio cõtingat ipſo iure, licèt in aliis ope exceptionis.Bal.in l.nouiſſimè.ff.quod falſ.tut. auth.

13 Quintò amplia, etiamſi creditor non eſſet ſubditus, ſi tamen eſſet ſubditus debitor, Ruin.conſ.clxvij.vol.iiij.

14 Tertius caſus, quando bona non ſunt publicata, & tunc aut conſtat quòd à debitore fuit exactum culpa creditoris in eius iniuriam, & debitor liberatur. vt not.Bar.in d.l.creditor.& ibi Ange. & Imol. & Pau.de Caſt.Ruin.conſi.cxvj.vol.v.

15 Declara, quia ꝙ fuerit ab eo exactũ culpa creditoris, debet probare ille, qui hoc aſſerit.Rui.conſi.xxij.vol.v.

Contrarium Ruin.conſi.cxvj.vo.v.

16 Primò Amplia hoc, nam ſi ſit debita ſpecies, minus habet difficultatis, vt dicit Bar.in tract.de tyran.in vij.q.ſed hoc habet locum etiamſi ſit debita quantitas, vel genus.vt colligitur ex dictis Bart.in ſua diſt.in d.l.creditor.& ibi Ang.Imo, & Bar.in d.tract.de tyrã.in vij.q.& iſtud tenuerunt Barb.in d.conſi.xxvj.vol.iij.Dec.in conſi.xxv.Dec.Neapo. cl.in antiquis.Calcan.in conſi.cxij.idem tenet Pe.de Anch.in c.fundamenta.in fin.de elect.in ſexto.idem tenet Cuma.in conſi.clxxxv.Imo. in c.ex literis.in fin, de pign.Pe.de Anch.in conſi.lxiiij.Alex.ſentit hoc in conſi.ciij.volum.ij.Iaſ.in conſi.xxvj.volum.iij.idem tenet Ioan.Calde.in c.ſignificauit, de cenſibus, Pau.de Caſt.in conſi.cclxxxvj.in tertio dubio, ſecundùm antiquam impreſſionem.Ruin.conſi.cx volumine v.

Contrarium tamen Bald.tenuit & Salicetus in l.ſi te bonis.C.de iure deliberandi.cuius opin.refert Barba.in dicto conſi. xxvj.volum. tertio.

Sed tamen illam impugnat ibi Pau.de Ca.& refert, & ſequitur Dec Neapo.cl.in antiquis.

17 Secundò Amplia iſtã concluſionem, non modo ſi ſoluiſſet coactus, ſed etiã ſi coactus promiſiſſet, & poſtea non apparente alia vi, ſed durante eadem poteſtate ſoluiſſet: ita Cy.& Albe.de Roſ.& Bald.in l.ij. C.de his, quæ vi metúſve cauſa.& Bald.in l.nouiſſimè.ff.quod falſ.tu. Pet.de Anch.in c.j.quod metus cauſa.Dec.in conſi.xxv.

18 Tertiò Amplia, etiam ſi iniuſtè fuiſſet creditor grauatus.Ruin.conſi. lxxxv, vol.j.

19 Quartò Amplia, etiam ſi creditor non ſit ſubditus, ſi tamen debitor ſubditus ſit ita, quòd potuerit ei vis inferri.Ruinus conſi.cxvj.volumi. quinto.

20 Primò Limita iſtum tertium caſum, ſi modò debitor feciſſet reſiſtentiam quantum in eo erat in non ſoluẽdo, vt no.Bald.in l.falſus.C.de fur.Calcan.in conſi.cxij.Barb.in conſi.xxvj.vo.iij.Pau. de Ca.in l.ij.§. conſenſiſſe.ff.de iudic.refert & ſequitur Dec.Neap.cl.in antiquis.Rui. in conſi.cxlvij.vol.j.

21 Dec.tamen in d.conſi.xxv.tenet ꝙ ſatiſdaret excuſatus, etiam non probata alia reſiſtentia, ſi præcedebat ordinatio cõmunitatis, vel præceptum: & ſentit Calc.in conſi.cxij.fuit de mente Bar.in d.tract.de tyran.in vij.q.in fi.

Contrarium tamen ſentit in hoc Barb.in d.conſi.xxvj.quando potuiſſet aliquid deducere, & allegare ad ſuam excuſationem, vel creditoris.idem Pau.de Ca.in d.conſi.cclxxxvj.in tertio dubio.

22 Concorda has duas opi.nam aut fit proclama generale ſub magna pœna: & tunc iſtud ſufficit, vt creditor liberetur. Aut iudex ſpecialiter alicui præcipit vt ſoluat, & tunc tenetur deducere, & allegare defenſiones, iſtam diſtinctionem deducit Curt.Iun.in l.ſecunda.numer.4.ff. de iudic.

23 Secundò Limita, quando debitor iniuſtè exactus, de facili poſſet recuperare.ita concludit Barto.in dicto tracta.de tyrann.in ſeptima quæſtio.

24 Tertiò Limita, niſi debitor eſſet de expellentibus creditorem à ciuitate, quia etiam poſtea exactus non liberatur à creditore: ita Bal.in d.l. falſus.C.de furt.ita Calcan.in d.conſi.cxij.

25 Quartò Limita, quando de ſolutione conſtat verè, non ſi per ſolam confeſſionem exigentis, vt no.Pau.de Caſt.in conſi.cclxxxvj.in tertio dubio, ſecundùm antiquam impreſſionem.per Dec.Neapo.cl.

26 Quintò Limita, quando metus, qui dedit cauſam exactioni, fuiſſet affectatus, vel procuratus: ita declarat Iaſo.in conſilio xxvj.volum.iij.

27 Sextò Limita, quando debitor non fuiſſet exactus, ſed gratis liberatus: ita tenet Pau.de Ca.in d.conſi.cclxxxvj.in iij.dubio, ſecundum antiquam impreſſionem.

28 Septimò Limita, vt liberatio contingat non ipſo iure, ſed ope exceptionis.Bald.in l.nouiſſimè.ff.quod falſ.tut.Paulus de Caſtro, in dicto conſilio cclxxxvj.in tertio dubio.ſecundum antiquam impreſſionem.

29 Octauò Limita, niſi debitor fuiſſet in mora ſoluendi, quia ſi poſtea exigatur etiam per iniuriam creditoris, tamen non liberatur debitor, ita Ang.ſub dubio fortè.in d.l.creditor.& Imola ibi apertè hoc tenet Barb.in conſi.xxvj.volu.iij.Vital.in tracta.clauſu.in j.clauſula, metus carceris.

Contrarium tenet Dec.Neapo.cl.vbi ponderat ad hoc Doct.Bart.in d.l.creditor.iuncta Doct.& declaratione Pau.de Caſt.

30 Reſpondet ad motiuum, ꝙ caſus ſuperueniens poſt moram, debet obeſſe moroſo, concludit, ꝙ aut culpa præcedit creditoris, & tunc exactio facta poſt moram debitoris in iniuriam creditoris liberet debitorem. Aut ſine culpa creditoris, & non liberet debitorem, & iſta eſt ſatis æqua, & iuridica opinio.

31 Tenendo tamen primam opi.Primò ſublimita, niſi eſſet conſuetum etiam poſt moram retinere pecuniam penes ſe.vt no. Dec.Neap.cl.in iiij.concluſione.

32 Secundò ſublimita,niſi debitor,qui erat in mora,eſſet infra tempus purgandi moram,vt not.Deciſ.Neapol.cl.in iij.concluſi.verſ. ſuperuenit aliud dubium.vſque in fi.in antiquis.

33 Quartus caſus,quando debitor eſt exactus in iniuriã ipſiuſmet debitoris,& tunc proculdubio non liberatur debitor,ita Barto.in d.l.creditor.& ibi Ang.& Imo.Dec.in conſ.xxv.Barba.in conſ.xxvj.volum. iij Alex.in conſ.ciij.vol.ij.

34 Primò Limita,niſi ſit ſpecies debita,quia tunc etiamſi debitor eſſet exactus ob iniuriam creditoris,tamen liberaretur,ſecundum Ange.in dicta.l.creditor.Gomeſ.in §.omnium.inſt.de actio.

Contrarium tenet ibi Imola,qui in hoc reprobat opi.Ange.

35 Secundò limita, niſi creditor per prius eſſet in mora recipiendi,quia tunc etiam quòd poſtea debitor exigatur propter propriam culpam,tamen liberatur à creditore,ita ibi in dicta l.creditor. Angelus licèt non clarè,ſed apertè hoc voluit ibi Imola.

36 Tertiò Limita,niſi debitor cedat actionem,quia tunc eſſet liberatus ſecundum Ruin.conſi.cl.vol.j.

Contrarium idem Ruinus conſi.clxxj.vol.iiij.

37 Quintus caſus,quando ſimpliciter debitor eſt exactus, & non conſtat quod vel per iniuriam vel creditoris vel debitoris:& tunc ſi eſt debita ſpecies,perit proculdubio periculo creditoris.Bart.in d.l.creditor. Dec.in d.conſ.xxv.& Barb.in conſ.xxvj.vol.iij.

38 Limita in caſibus,in quibus in præcedenti caſu dictum eſt, periculũ ſpectare ad creditorem, dato quòd conſtaret exactionem factam ad iniuriam debitoris,quia multo magis quando non conſtat an per iniuriam vnius,vel alterius.

39 Sextus caſus,nam quando non conſtat an per iniuriam vnius,vel alterius facta ſit exactio,& tunc ſi eſt debitum in quantitate, vel genere, perit periculo creditoris.ita Barto.in dicta l.creditor. & ibi Angel. & Imol.Dec.in conſ.xxv.Barbat.in conſi.xxvj.vol.iij.Alexand. in conſil. ciij.vol.ij.qui dicit,in dubio iniuriam exactionis cenſeri factam ob culpam debitoris.

40 Primò Limita,niſi bona creditoris eſſent obligata exigenti vt dictum eſt ſuprà in primo caſu,& ponit Imola in iſtis terminis.in d.l.creditor.

41 Secundò Limita,niſi bona,eſſent publicata:vt dictum eſt in ſecundo caſu:& ponit in iſtis terminis Imola in dict. l.creditor. & ibi ante eum Ange.

42 Tertiò Limita,quando eſſent facta bannimenta,vel ſtatuta,vel præceptum ab eo,qui poteſt vim inferre,quod omnes debitores exititiorum debeant ſignificare debitum,& ſoluere,quia per talia dicitur conſtare exactionem fieri in iniuriam creditoris.& propterea dicitur debitor liberatus ſoluendo.Barto.in dict.l.creditor.in iij.q.& ibi Imol.& in tract.de tyran.in vij.q.in fi.Dec.in conſi.xxv. Nell.in tractat. bannitorum.in pe.q.primæ partis,tertij temporis.Deciſ.Neapo. cl.in antiquis. Calc.in conſ.cxij.Pet.de Anch.in conſ.lxiiij.Alex.in conſi. lvij. in fine, vol.j.aliàs.ccxx.in fi.vol.ij.& in apoſtill.ad Bar.in d.l. creditor.Iaſ.in §. quadrupli.inſtit. de actio.Rui.con.xxiij.vol.ij.& cõ.lxxxv. vol. &cõſ. cl.vol.j.& conſi.lxxvj.vol.iiij.& conſi.clxvij.vol.iiij.& conſ.xxij.volu. j. &v.& conſ.cxvj.vol.v.

43 Dicit tamen Paul.de Caſt.in conſ.cclxxxvj. in iij. dubio. ſecundum antiquam impreſſionem,quòd etiam ſtante tali præcepto, quis non excuſatur,ſi poteſt aliquid adducere,& non facit.idem Barb. in conſilio xxvj.vol.iij.

Quod intellige,& declara vt ſuprà in tertio caſu in prima limitatione.

44 Amplia,idem eſſe ſi ſit iuſſus à iudice, quia,excuſatus dicitur debitor ſoluendo.Bald.in l.nouiſſimè.ff.quòd falſ. tut.auct. Ang.in l.liber homo.in fin.ff.de hered.inſt.Cuma.in conſ.clxxxv.Alex.in apoſtill.ad Bar.in d.l.creditor.Iaſ.in §.quadrupli.inſtit.de act.Rui.con.cxlvij.vol. j.Cagnol.in l.qui iuſſu.nu.iij.ff.de reg.iur.

45 Probatur etiam iuſtus metus,ſi debitor fuiſſet carceratus,vt per Bar. in l.falſus.C.de furt.& in l.nouiſſimè, ff.quod falſ.tut.Cyn.Bal.& Alb. in l.ij.C.de his,quæ vi metúſue.cauſa.

46 Vel ſi fuiſſet facta comminatio à potentibus.Bertr.in conſ.j.vol.j.in antiquis.

47 Quartò limita regulam principalem non procedere in colono, qui non facta denunciatione domino de violentia ſibi illata, non liberatur.Ruin.conſ.cxlvij.nu.16.vol.j.

48 Quintò limita,quando exigitur iniuſtè à priuato, quia non liberatur debitor.Ruin.conſ.xxij.num.5.vol.v.poſt Barto.in d.l.creditor.Afflict.deciſ.cl.nu.14.

## De nouationibus.

### CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

*Nouatio hodie quando inducatur.*

1 VVLGARITER dici ſolet,quòd nouatio hodie non inducitur,niſi expreſsè agatur,text.in l.fi. C. de nouat. in §.præterea.inſtitu.quibus mod.tollit.oblig.

2 Et hoc procedit etiamſi ſuperueniat pignorum aſſignatio vel fideiuſſorum.Bald.in conſi.cclxvj.vol.j.& in conſ.cccxviij.vol.j.

3 Idem eſt etiamſi detur vlterior dilatio.Imola verſ.item aduerte. & Raph.& Paul.de Caſtr.in l.pe.ff.de præt.ſtipu.Alex.in conſi.lxxiij.volumine vj.

4 Et hoc habet locum etiamſi poſt fideiuſſores primo datos dentur ſecundò alij,quia per ſecundos non tolluntur primò dati, Afflict.ſuper conſt.in tit.de his,qui fideiuſſ dare poſſ.nu.10.

5 Primò Amplia,etiamſi debitor mandauerit alteri vt per ſe ſoluat, & creditor acceptauerit,nam non propterea eſt liberatus.ita Barto. in l.ſingularia.& ibi Ang.Pau.de Caſt.verſ.tertius caſus.Purpu.verſ.ſecũda concluſio,& negatiua.ff.ſi cert.pet.Alex.in conſ.xcvj.vol.iij.

6 Declara vt per Pariſ.in conſ.cvij.vol.iij.vbi limitat,ſi fuiſſet dictũ, committo tali,quòd loco mei,vel vice mea tibi ſoluat,nam in hoc caſu dicitur facta delegatio.

7 Et ratio eſt,quia ante acceptationem factam per creditorem, tale mandatum,quando non eſt ſecuta promiſſio, poteſt reuocari, vt per Paul.de Caſt.in d.l.ſingularia.verſ. tertius caſus. & in l. ſi cum Cornelius.ff.de ſolut.& in l.ſi cùm fundum.in fi.ff.de pact.& ibi Iaſ. Dec. in l. ſingularia.verſi.ij.prædicta concluſio.Alexan.in l.qui vſumfructũ.ff.de verb.obl.Soc.in conſi.cclxvij.verſ.poſtremò aduertendum puto.lib.ij. & in l.qui vſumfructum.verſ.decima & vlti.concluſio.ff.de verborum oblig.

8 Hoc autem,quod ſupra dictum eſt,non liberari mandantem quantumcunque commiſerit alteri quòd ſoluat ſuum debitum, & creditor acceptauerit,antequam ille mandatarius promittat principali creditori,fallit niſi mandatarius ſcripſerit ſe debitorem in libris ſuis illius, cui debebat ſoluere iuxta mandatum ſibi factum,nam ex hoc videtur promiſiſſe,& eſſe obligatus,& tenetur,& dicitur liberatus primus debitor mandans,ita declarat Purpur.in d.l.ſingularia.verſi.ſecunda concluſio ibi,limitari tamen.& allegat Ioann.Andr.in addit.ad Spec.in tit.de depoſ.ſuper rubrica cũ aliis,qui ſequuntur dictum Ioann.Andr.de quibus mox dicetur.Sed Dyn.& Ioann.Andr.qui eum refert,non loquuntur ad effectum,vt mandans liberetur à principali creditore,ſed vt mãdatarius liberetur à mandante,tamen quo ad iſtum effectum vt mandans liberetur,tenuit Ang.in l.j.C.etiam ob chirograph.

9 Quòd autem ad effectum, an ille, cui quis eſt iuſſus ſoluere, poſſit agere ſine alia ceſſione,Pariſ.in conſ.cvij.nu.5.& nu. 40. vol.iij. tenet eum agere non poſſe abſque ceſſione.

10 Similiter non liberatur mandatarius à mandante,niſi facta promiſſione per illum, cui mandatum extitit,ſed ante factam promiſſionem ita remanet obligatus,prout erat prius,ita tenet Bald.in l.fi.C.de noua. verſ.quid autem ſi campſor.

11 Limitatur hoc niſi mandatarius ſcriberet,ſe debitorem in libris ſuis illius,cui fieri debebat ſolutio,quia tunc liberatur à mandante, ita voluit Dyn.in conſi.xvij.quem refert,& ſequitur Ioann.Andr.in additio. Spec.ſuper rubrica in tit.de depoſ.Bal.in d.l.fi.C.de nouat.in loco proximè allegato. Ang.in d.l.ſingularia.& ibi Purpu. verſ. & hoc. Soc. in conſi.lxiiij.vol.iij.

12 Sed contrarium in hoc tenet Soc.in conſ.cclxvij. lib. ij. vbi tenet ꝙ non ſufficit ſcriptura in libro, ſed requiritur promiſſio per ſtipulationem.& clarius idem Soc.in d.l.ſingularia.

Tenendo autem primam opin.dicas quòd quando ſcripſit ſe debitorem mandatarius in libris ſuis,non poteſt amplius mandatum reuocare:& ideò rectè procedit prima opinio,Dyn.in d.conſi. xvij. Ioann. Andr.in addi.Spec.in tit.de depo.ſuper rubr. Iaſ.in l. ſingularia. & ibi Purpu.Pau.de Caſtr.in l.ſi cùm Cornelius. ff. de ſolu.in l. ſi cùm fundum in fi.ff.de pact.& ibi Iaſ.Saly.in l.ſingularia.in iiij.q. Dec. verſ.ij. dicta concluſio.Barbat.in rubr.de depoſ.

13 Et iſta,quæ proximè dicta ſunt, quando mandatarius ſcripſit in libris ſuis ſe debitorem,procedunt,quando ſcripſit ſe promiſiſſe,ſecùs,ſi ſcripſit tantùm ſe debitorem,ita voluit Pau.de Caſtr.in l.delegare.ff.de nouat.ſequitur Alex.in conſ.clxxiij.vol.vij.& in conſ.x. vol.ij.Barbat. in conſ.xxxvij.verſ.j.Soc.in l.qui vſumfructum.ff.de ver.obl.

Tamen etiam eo caſu,quo ſcripſit ſe promiſiſſe,tenet contrarium. Soc.in d.conſ.cclxvij.& in d.l.ſingu.

14 Primò Amplia,quia eo caſu,quo mandatarius ſignificauit creditori, ꝙ fuerat ſibi commiſſum ſoluere, & erat paratus implere quod fuerat ſibi commiſſum ſi creditor acceptat, non poteſt amplius mandans reuocare mandatum,ita Pau.de Caſtr.in l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſol. Alex.in l.qui vſumfructum.in fi.ff.de verb.obli. Dec.in conſ.cviij.Iaſ. in repet.l.admonendi.ff. de iureiu.verſ.an autem mercator. Soc. in l. qui vſufr.in fi.verſ.x.& vlt.concluſ.ff.de verb.obl.

15 Secundò Amplia,quia tale mandatum etiam ante promiſſionem factam per mandatarium, poſt acceptationem tamen principalis creditoris,reuocari non poteſt,Soc.in d.l.ſingularia. verſic. ij. proſequendo

quendo dicta Bar.& per Curt.& Purpur.ibi.

16 Tertiò Amplia, quia ſi iuſſus ſoluere creditori, mandante debitore promiſerit iuxta mandatum ſibi factum, clarum eſt quòd non poteſt tale mandatum reuocari, Aret.in conſi.v.qui concludit mandatarium eſſe liberatum à mandante, Socin.in conſilio cclxvij. verſ.aliquando & tertio.

17 Et hoc limitatur, niſi promiſſio facta ſit de ſoluendo alicui, qui non eſſet meus creditor, quia tunc etiam poſt promiſſionem poſſum tale mandatum reuocare, ita Soc.in dict.conſil.cclxvij.verſicu. aliquando, & ij.

18 Secundò Limita, niſi mandatum ſit ſolui,& ille tantum promiſerit, quia ante ſolutionem etiam poſt promiſſionem, quæ non videtur mandata, res dicitur integra, ita Paul.de Caſtr.in l.ſi debitorem.ff.de nouat.

19 An autem iſto caſu, quo creditori eſt promiſſum ſolui per tertium, mandante principali debitore, mandans ſit liberatus à creditore principali, Bart.in d.l.ſingularia.tenet ꝙ ſic.& ibi Ang.& Bart.in l. delegare.licèt non ſe firmet.ff.de nouat.Bald.in l.pro debito.C.de bon. auct. iud.poſ.& in l.fin.C.de nouat.Ange.in d.l.delegare.& ibi Imola.& idẽ Imola in l.penul.ff.de præt.ſtipul.Aret.in conſi.v.vbi dicit iſtam*communem opi.Pau.de Caſtr.in conſi.clxxxij.ver.iij.videtur.volu.j.incip. in cauſa, quæ vertitur Lucæ.& ponit Curt.ſen.in conſil. vij. Barbat in conſi.lxxxvij.volum.iiij.& in rub.de depoſ. Curt.iun.in d.l.ſingularia. Soc.in conſ.lxiiij.vol.iij.Idem tenet Paul.de Caſt.in l.ſi me, & Titium. ff.ſi cert.pet.

Contrarium, ꝙ non ſufficiat hoc tantum ꝙ debitor mandet alicui, qui ſe ſoluturũ promittat principali creditori, vt primus debitor mãdans dicatur liberatus, voluit Bal.in l.fi.in fin.C.ad legẽ Fal.& in l.ij.C. de exec.rei iudic, Paul.de Caſt.in l.ſi debitorẽ. ff. de nouatio. in principio, Rap.in d.l.ſingularia.& in l.delegare.ff.de nouat.Ange.in repet.l. j.verſ.vltimò circa iſtud.C.de iudi.& in l.qui vſumfructum.ff.de verb. oblig.vbi etiam Pau.de Caſt.& Alex.Saly.in l.pro debito. C.de bon. auct.iudic.poſſ.& in l.ſi filius.ff.ad maced.Ro.in l.ſingularia. ff.ſi cert. pet.& Soc.ibi verſ.quarta concluſio.vbi dicit*communem iſtam opi. Iaſ.Dec.Purpur.vbi dicit communem iſtam opi.Alex.in conſ.x.volu. ij.Soc.qui dicit iſtam communem opin.in conſi.cclxvij.verſ.aliquando & tertio.& verſ.aut quærimus nunquid promittendo.Bald.in conſ. ccxlix.volu.j.incip.ſuper libris theſaurariæ.Ange.Aret.in §. præterea. inſtitu.quib.mod.toll.oblig.& in §.item ſi quis.verſ.vij.ceſſat.inſtit. de act.Alex.in l.ſi me,& Titium.dum tenet contra Paul.de Caſt.ff.ſi cert. pet.Soci.in l.qui vſumfructum.ff.de verbo.oblig.Pariſ.in conſil. cvij. vol.iij.

20 Et propterea dicitur tenendo hanc vltimam opin.tanquam*magis communem, vt primus mandans ſit liberatus, requiruntur alia duo, videlicet, quòd ille mandatarius, qui promiſit, eſſet debitor mandantis, vt voluit Paul.de Caſt.in d.l.ſingularia.verſi.notandum quòd hoc caſu:& in l.delegare.& ponit Alexand.in l.qui vſumfructum.ff.de verb. obligat.Paul.de Caſtr.in l.quamuis.§.ſi mulier.ff.ad Velleia.Idem voluit Ange.in l.fi.C. de nouationi.Dec.in conſ.cvij.Soc.in l. ſingularia. in iiij.& v.concluſione.Iaſon.verſi.quid tenendum.Dec.in verſ.ſed difficultas ſtat.& Purpur.verſ.& ita ex iſta communi.vbi dicit iſtam*cõmunem opinionem.Aretin.ibi verſ.ad primum dico.Alexand.in conſ. x.volum.ij.verſ.& hoc etiam tenet, cum aliis ſequen.& in conſi.clxxiij. verſi.& hoc etiam tenet.cum aliis ſequen.volum.vij.Socin.in conſ.cclxvij.verſ.præterea,& ſecundo.Barbat.in conſi.xix.verſ. capio primũ. & in conſi.lxxxvij.verſ.ſedſtat modò dubitatio.volum.j.

21 Vbi plus tenet, quòd etiam ſi vſus ſit verbo delegationis expreſſo, tamen non fiat delegatio,& mandans non liberetur, ſi mandatarius non ſit debitor.& idem tenet Alex.in l.ſi me,& Titium.ff.ſi cert.petat.Soci. in l.qui vſumfructum.ff.de verb.obl.Lofred.in conſi.cviij.Ruin.conſ. ccix.vol.j.

22 Aliud eſt, quod requiritur, videlicet quòd mandatarius promittat creditori principali, per ſtipulationem, aliàs ſi non interuenerit ſtipulatio, non ſufficit. Ang.in d.l.delegare.& ibi.Paul.de Caſt.& Imo.Soc, in l.qui vſumfructum.ff.de verbo.oblig.Lofred.in conſi.xviij. Alex.in conſi.x.verſ.item requiritur.vol.ij.& in conſi.clxxiij.verſ.præallegato. vol.vij.Iaſ.in l.ſingularia.Dec.& ibi Soc.verſi.iij.concluſio.

23 Vbi Soc.intelligit hoc non procedere in curia mercatorum, in qua ſeruatur æquitas, vel de iure Canonico ſecundùm quid tantum valet pactum nudum, quantum ſtipulatio,& in l.qui vſumfructum.verſi.ſeptima concluſio.& Purpur.verſ.limita tamen.Soc.ff.de verb.oblig.

24 Primò Limita hoc vltimum de ſtipulatione quando promiſſio fieret ex diuerſa cauſa, quia tunc liberatio ſequitur etiam ſine ſtipulatione, ita tenet Soci.in l.ſingularia.verſ.limita tamen.& Iaſ. verſ. ſecundus caſus.ff.ſi cert.pet.

Contrarium Purpur.id d.l.ſingularia.verſ.vlt.limitatur.

25 Secundò Limita quando expreſsè agerent partes induci nouationẽ etiam citra ſtipulationem.Bolog.in con.lix.

26 Aliud etiam requiritur, quòd tanquã debitor promittat, vt per Pau. de Caſt.in d.l.delegare.in princ.& in l.ſingularia. verſ.notandũ quod hoc caſu.& ibi Iaſo.verſ.quod tenendum.& Dec.ver.ſed difficultas eſt. Pau.de Ca.in l.qui vſumfructũ.ff.de ver.ob.Alex.in conſi.x.ver.& hoc etiam.vo.ij.& in cõſi.clxxiij.in eodem ver.vol.vij.& in ver.Pau.etiã. & Barb.in conſi.xxxvij.vol.j.& in conſi.xix.vo.j.Alex.in l.qui vſumfructum.ff.de verb.obl.& ibi Soc.Lofred.in conſi.xviij.

In caſibus autem, in quibus ſit liberatio mandantis,

27 Limitatur regula, nam ſi mandatum ſit debitori vt ſoluat,& ille tantum promiſerit, tunc non inducitur liberatio per promiſſorem, quia aliud eſt mandatum, aliud eſt factum: nam mandatum eſt ſolui, mandatarius verò promiſit tantum, ita Pau.de Ca.in l.ſingularia. ver.notandum ꝙ hoc caſu.ff.ſi certum pe.& ibi Dec.ver.circa iſtam deciſ.& Pau. de Ca.in l.qui vſumfructum.ver.ſed quid ſi mandaſti.ff.de verbo.obl. & in l.delegare.ver.vnum tamen ſcias.ff.de nouat.Dec.conſi.cvij.Soc. in conſi.cclxvij.ver.ſed poſito.& ver.aliquando & ſecundo.Iaſo.in d. l.ſingularia.ver.item Bar.malè format quæſt.Purp.ver.tertio igitur fallit.& Soc.verſ.tertiò fallit.Alex.in l.qui vſumfructum.ff.de verbo.ob. Barb.in conſi.xxxvij.verſi.& licèt iſta ſint colorata.vo.j.Soc.in d.l.qui vſumfructum.ver.quarta concluſio.

28 Et iſti Doct.videntur concludere, mandantem non liberari, tamen ratio ſolùm militat vt non liberetur mãdatarius, qui non impleuit mãdatum, vt conſiderat etiã Purp.in d.l.ſingularia.in loco præallegato.tamen Dec.in d.l.ſingularia.& in conſi.cvij.tenet ꝙ imò mandans ſit liberatus, non autem mandatarius,& fuit de mente Pau.de Ca.in d.l.qui vſumfructum.Barb.in conſi.xxxvij.verſic.ſi autem debitor mandaſſet. volu.j.

Curt.tamen in d.l.ſingularia.videtur tenere contra iſta differentiã, an iuſſus ſit ſoluere, vel promittere, ſi promiſſio tantum mãdatarij interuenerit, vt ibi per eum.

29 Secundò Limita, quãdo mandans ſciuiſſet mandatarium de proximo decocturum.Bal.& Sal.in l.pro debito.C.de bon.aut.iud.poſ.Soc. in d.l.ſingularia.ver.quarto limita.& Purp.in verſ.quarto fallit.Ange. Aret.in §.item ſi quis.ver.vij.ceſſat.Sal.in l.ſi filius.ff.ad Maced.Barb. in conſi.xxxvij.vo.j.Soc.in l.qui vſumfructum.verſi.vj.concluſio.ff.de verbo.obl.

Et voluit Bal.per illum tex.in l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.ff.ſo.mat.& ibi Ang.& Pau.de Ca.Imo.& Alex.qui omnes in d.§.ſi mulier.tenent, delegantem eſſe liberatum ipſo iure, tamen conueniri poſſe de dolo.

30 Et hoc eſt quod voluit dicere Ambroſ.de Opizo.quem refert & ſequitur ibi in l.ſingularia.Purpu.verſic.tres alias fallentias, quando debitor delegatus ſciuit pauperem delegatum,& creditor ignorauit.

31 Tertiò Limita, quãdo promiſit ſe facturum,& curaturum, ꝙ delegatus ſoluet, quia tunc illo arripiente fugam, non liberatur delegans, ita Bal.& Sal.in l.pro debito.C.de bon.autho.iud.poſ.Ange.Aret. in d.§. item ſi quis.in d.ver.vij.ceſſat.Sal.in l.ſi filius.ff.ad Maced.Barb.in conſi.xxxvij.vol.v.

32 Quartò Limita, quando delegans laudauit delegatum pro bono,& legali mercatore, ar.tex.in l.cùm oſtendimus.§.fi.& ibi no.Bal.ff.de fideiuſ.tut.ita tenet Ambroſ.de Opizo.in d.l.ſingularia.quem refert, & ſequitur Purp.in loco præalle.

33 Quintò Limita, quando creditor recepiſſet debitorem ex delegatione, periculo delegantis, per tex.in l.ſi mandato.§.fi.ff.mandati.ponunt Ambroſ.& Purp.in loco proximè allegato.

34 Sextò Limita, quando promiſſio facta per delegatum principali creditori, eſſet inutilis, ita Ang.in d.l.ſingularia.

35 Septimò Limita, ſi mandatum eſt, quòd fiat ſolutio vel promiſſio in diem, vel ſub conditione, quia ante diem, vel conditionem non eſt liberatus mandans, ita Soc.in d.l.ſingularia.verſic. ſecundò limita.facit quod dicit Sal.in l.pro debito.C.de bon.autho.iud. poſſ.dùm dicit de ſtylo mercatorum in illa clauſula, Et cum ſolueritis, ponatis ad computum noſtrum.refert,& ſequitur Barb.in conſi.vigeſimo ſeptimo.volum.j.

36 Quod declara vt per Dec.in conſi.cvij.verſic.nec obſtat.qui dicit ꝙ ante euentum conditionis, licèt non ſit inducta nouatio, non poteſt tamen mãdatum reuocari in præiudicium principalis creditoris, qui acceptauit.

37 Octauò Limita, niſi delegans eſſet ſocius delegati, qui decoxit, ita Salicet.in d.l.qui pro debito.C.de bon.autho.iud. poſſi.& in l.ſi filius.ff. ad Macedon.ita Ange.in §.item ſi quis.verſicu.ſeptimò ceſſat.inſti.de except.

38 Nonò Limita, ſi modo pecunia debita eſſet præſens,& parata ſolutioni, ita videtur velle Bar.& Sal.in d.l.pro debito.C.de bo.auth.iud. poſſid.

Contrarium tenet Aret.in l.ſingularia.verſicu.ad primum dico.& ibi Socinus verſicu.quam concluſionem limita primò.& Purp.numero 82.verſicu.ſed non eſt à Barto.recedendum.& hæc videtur* communis.

Regulam verò negatiuam, quæ ſumitur ex communi opin.contra Bart.in l.ſingularia, ꝙ quamuis debitor mandet alteri vt pro ſe ſoluat creditori acceptanti, ꝙ non propterea mandans liberetur.

39 Primò Limita, quando mandans conueniret cum creditore, vt mãdatarium pro ipſo reciperet, quia tunc videtur ſubrogatus mandatarius

in

in locum principalis debitoris,& ipſe mandans videtur liberatus, ita Bald.in d.l.fi.in fi.C.ad l.Falci.Alex.in conſi.x.verſ. & præſertim. volu. ij.& in cõſ.clxxiij.eo.ver.vol.vij.Soc.in l.qui vſumfructũ ff.de ver.obli.

40 Vel quòd promittat mandatarius vt illum recipiat loco mandantis, vel vice ſua,prout quando dictum eſt,vice illius,ponunt Ange. & Pau. de Ca.in l.delegare,in princi.ff.de noua.Barb.in cõſ.xxxvij.vol.j.Imol. in lege pen.ff.de præt.ſtipu.Rom.in l.ſingularia.Ruin.conſi.ccix.vol.j.

41 Et quando dictum eſt,loco talis,ponit Bal.in l.ij.C. de exce. rei iud. Alex.in l.qui vſumfructum,ff.de verb.oblig.& in conſ. x. vol. ij. verſi. hoc etiam decidit.in conſi.clxxiij.& in eod.verſic.vol.vij.Rom.in l.ſingularia.Purp.num.83.verſ.& primò.vbi dicit iſtam* communem opi. Soci.in l.qui vſumfructum.verſ.iij.concluſio.Pariſ.in conſi.cvij. volu. iij.& ſeq.Rui.conſi.ccix.vol.j.

Contrarium in hoc vltimo voluit Pau.de Caſt.in l.quãuis §.ſi mulier.ff.ad Vellei.el ij.in fi.Soci.in d.l.ſingularia.in ver.iiij.concluſio. & Iaſo.

Tenendo primam opi.quæ videtur*communis,

42 Primò Limita vt per Barbat.in conſi.xxxvij.ver.& ſi quiſpiam.vol. j.vt ſupradicta procedant, quando erat debitor delegantis, & vt quaſi debitor promiſit loco debitoris ſoluere creditori.

43 Quando autem diceret ſe promittere pro me,tunc non inducitur delegatio.Bald.in l.fruſtra.C.de non num.pec.Alex.in conſi.xvj.ver.hoc etiam decidit.vol.ij.& in conſi.clxxj.vol.viij.

Contrarium Pariſ.in conſ.cvij.vol.iij.Ruin.conſ.ccix.vol.j.

44 Vel ſi dixerit,quòd promittebat,quod ego debebam:quia non inducitur nouatio. vt per Roma. in l.ſingularia.Imo.in l.penul. de prætor.ſtipul.Barbat.in conſi.xxxvij.vol.j.

45 Secundò Limita niſi debitor daret creditori ſuo nomen debitoris in ſolutum,ita Bal.in l.fi.in fi.C.ad l.Falc.in l.Mæuia.ff.ſol.mat.ex mente Iaobi de Aren.ibi.& ibi clarius Pau.de Caſt.& Imola, & Ale.Soc. in l. ſingularia.ver.quam concluſionem limita. & Purp.verſ. ij. limitatur. Soc.in l.qui vſumfructum.ver.ſecunda concluſio.ff.de verb.oblig.

46 Tertiò Limita quando ita eſſet conſuetudo.Bal.in l.fi.C.ad l.Falcid. Ang.in l.j.verſ.vlt.circa iſtud.C.de iud. & in l. qui vſumfructum. ff. de verb.obli.Barbat.in conſ.xxxvij.vol.j.idem tenet Pau. de Caſtr. in d.l. qui vſumfructum.Iaſ.in d.l.ſingularia.verſ.ſubdit tamen magnum verbum.& Pupur.verſi.iij.limitatur.vbi dicit ita eſſe conſuetudinem Florentiæ.ex mente Docto.in l.qui vſumfructum.& ad hoc allegat etiam Raph.in d.l.delegare.

47 Quartò Limita quando principalis creditor ob promiſſionem factam per mandatarium reddit inſtrumentum vel chirographum principali debitori mandãti,quia ex hoc videtur liberaſſe principalem debitorem mandantem.vt dicit Bal.in l.ij.C.de exec.rei iudi.Iaſ.in d.l.ſingularia.verſ.adde etiam prædictis.& ibi Purpur. ver.iiij.limitatur.

48 Secundò Principaliter amplia regulam principalem, vt nec conſuetudo,nec ſtatutum,nec partium conſenſus poſſit inducere nouationẽ, niſi ſecundum diſpoſitionem d.l.fi.C.de nouat.ita tenet Barbat.in cõſ. xxxvij.vol.j.de quo dic vt infrà in iij.limita.

Ex prædictis in prima ampliatione,

49 Primò Limita regulam principalem, quòd in delegatione non procedit tex.in l.fi.C.de nouat.nam quomodocunque ſequatur delegatio,etiam quòd expreſsè non fiat nouatio,tamen ſequitur nouatio, & liberatur primus debitor,ita tenet glo.j.in l.iij.C.de nouat. Bal.in l. pecuniam,quam.ff.ſi cert.pet.Bart.in d.l.delegare.licèt non ſe firmet.& ibi clarius,& firmius Ange.& Pau.de Caſt. & Imo. & idem Imol.in l. pen.ff.de præt.ſtipul. Paul.de Caſt.in l.quamuis. §.ſi mulier.el ij. ff. ad Trebellia.& in l.ſingularia.verſi.notandum quòd hoc caſu. & Pau.de Caſt.in l.Qui vſumfructum.ff.de verb.obl.& ibi Alex.Socin.ver. quinta & vltima concluſio.& in l.ſingularia.& ibi Iaſo. verſ.ij. habes præſupponere:vbi dicit iſtam*communẽ.&Dec.Soc.in conſ.cclxvij.Dec. in conſi.cvij.Barba.in conſ.xix.verſi.capio primum. volu.primo,& in conſ.xxxvij.vol.primo.Alex.in l.ſi me,& Titium.ff.ſi cer.petat.Soci.in l.qui vſumfructum.ff.de verb.obl.Purpur.in l.certi condictio. §.ſi nũmos. ff. ſi cert.petat. & iſtam dicit * communem Lofred. in conſilio xviij.

Contrarium glo.in l.ij.in glo.iij.relata glo.ad tex. qui loquitur in delegatione.C.de nouat.& Roma.in l,ſingularia.& ibi Curt.iun.

50 Sed tamen ſi alius promitteret quod alius debet citra delegationem non induceretur nouatio,vt quando promittitur ſine iuſſu debitoris, vt dicit Barto.in d.l.delegare.Alex.in conſ.clxxiij.vol.vij.& in conſi.x. vol.ij.verſ.hoc etiam decidit.Barb.in conſi.xxxvij.vol.j.

51 Et hoc eſt quod Dec.in d.l.ſingularia.dicit, quòd in delegatione largo modo ſupraſcripta procedit diſpoſitio.l.fin.C.de nouatio.quicquid dixerit Aret.in conſi.v.

52 Et ideo ſecundum magis*communem opi.hodie interuentus nouæ perſonæ circa delegationem non inducit nouationem, vt dicit Alex. in conſilio lxxij.vol.ij.Imo.in l.ij.ff.de nouat. Alex. in conſilio decimo,volumine ſecundo,& conſi.lviij.volu.ſexto.Soci.in conſi.cclxvij. verſi.primò,quia.Soc.in l.qui vſumfructum.ver.nona concluſio. ff. de verb.obl.

Contrarium Barbat.in conſ.lxxxvj.vol.iiij.

53 Secundò Limita,nam in caſibus,in quibus olim fiebat nouatio ipſo iure,licèt hodie non fiat ipſo iure,per text.in d.l. fi. tamen fit bene ope excep.ita Ange.in l.ij.ff.de nouat.in fi.ſentit glo.fin.C.de nouat. & in l. penult.in glo.magna.ff.de præt.ſtipul.vbi etiam Angel.in princip.Bar. in l.pecuniam.la ſecunda.in fin.ff.ſi certum petatur. Ange.in l. reſcripto.de pact.Soci.qui dicit*communem , in conſilio vigeſimoprimo, idem ſentit Bald.in dicta l.fin.in prin. C. de nouat. Bart.in l.pen. ff. de præt.ſtipul.Barbat.in conſilio lxxxvj.verſ. præterea faciat. volumine iiij.vbi dicit ab iſta opi.non eſſe recedendum in iudicando:idem tenet Angel.in l.qui vſumfructum.ff.de verborum obliga. Alexand. in l.iiij. §.ſi ex conuentione.ff.de re iudic.Soci.in conſilio lxiiij.vol.iij.Corne. in conſilio xxxiij.volum.ij.ver.præterea conſtat.Roma.in con.cxxj.in princ.Bal.in conſi.lix.in ij.dubio.

54 Primò Limitatur iſta opi.vt procedat,quando illud quod continetur in ſecunda obligatione,eſt coæquale cum prima, aliàs ſecus. Alexand.in conſilio xiij.volumine j.Socin.in conſ.xxj.verſ. iij. probatur. vol.j.

55 Secundò Limitatur,nam etiam hodie in iſtis caſibus non fit nouatio ope exceptionis,niſi expreſsè facta ſit per ſtipulationem. Ale.in conſi. xiij.vol.ij.Soc.conſ.xxj.vol.j.

56 Tertiò Limitatur quando in ſecundo inſtrumento iura priſtina ſunt conſeruata,quia non dicitur tunc facta nouatio. Gozad.conſilio xxxviij.

Contrarium quòd imò etiam ope exceptionis non fiat nouatio niſi expreſsè agatur,tenet Iacob.de Beluiſ.in ſua diſputatione, quam poſuit in lec.poſt l.poſtquàm liti.C.de pact. Cyn. & Rai.in l.fin. C. de nouat.vbi etiam Iac.de Beluiſ.& Rai.in l.ſi pacto,quo pœnam. C. de pact.Bald.poſt Guli.in l.reſcripto.§.ſi pacto.in fi.ff.de pact.Fulg.in d.l. fi.C.de nouat.Barto.in l.certi condictio.§.ſi nummos. ff. ſi cert. peta. ſentit iſtam opi.etiam ibi Soc.& Paul.de Caſtr.in l.pen.ff.de præt. ſtip. vbi etiam Rapha.Cuma.& Imola verſicul.adde prædictis.Fulgo.in l. ſingularia.ff.ſi cert.pet.Imola in l.delegare.ff.de nouat. Alex.in conſil. xiij.vol.ij.& in conſ.x.volum.ij.& conſi.clxxiij.vol.vij.& in con.lxxij. in princ.vol.ij.vbi dicit iſtam * communem opi. idem tenet Paul.de Caſtr.in l.ij.ff.de nouat.Alex.in l.qui vſumfructum.ff.de verb. oblig. & Alexand.in conſi.lxxij.volum.vj.& in conſi.lviij.volum.vj. Soci.in conſi.cclxvij.verſ.j. quia.& in conſi.lxxxix.volu. iij. vbi * dicit iſtam magis communem opinio.Barbat.in conſi.xix.verſi.eſt aduertendum. vol.j.& in conſi.xv.verſ.poſſet aliter.volum.ij.Gozad.qui dicit iſtam* communem opin.in conſilio xxxviij.Bertrand. conſi.clxxxviij. vol. j. in fi.vbi dicit communem.Iaſo.in d.l.ſingularia.& Deci. Soci. in conſi. xxj.Barbat.in conſi.xxxvij.verſ.& ſi dicatur. vol. j. Iaſo. qui dicit iſtud communiter teneri,in l.j.in fi.C.de iudic.Fulg.in conſ.cxxx. Purpurat in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.petat.Soci.in d. l. qui vſumfructum.vbi dicit iſtam eſſe communem opi. Lofred. in conſilio xviij vbi dicit illam eſſe communem opi.Grat.qui dicit communem in cõſ. lxxxix.vol.j.quæ opinio tanquàm magis*communis videtur tenenda.

57 Tertiò Limita,quia ſufficit tacita voluntas,quæ colligitur ex coniecturis,ita Barba.in conſi.lxxxvj.vol.iiij.Alexand.in conſi. xiij.verſ.& iſtam opinio.vol.ij.Cyn.hoc ponit clarè in l.fin.in princ. C. de nouat. Soc.in l.qui vſumfructum.ver.& prædictam opi.ff.de verbor. obliga. Purpurat.in l.certi condictio.§.ſi nummos.verſ.ſecundo infertur. ff.ſi cert.petat.Imol.in l.penult.ff.de præt.ſtipul.refert, & ſequitur Soci. in conſ.xxj.vol.primo.Alexand.in conſi.lxxij.vol.ſecundo. Bologni. in conſi.lix.

58 Salycet.verò in d.l.fin.C.de nouat.dicit,quòd ſufficiunt coniecturæ, quando coniecturæ ſumuntur ex verbis expreſſis in diſpoſitione,& nõ aliàs.

59 Et ideò dicebat Salycet.in d.l.quòd ſi dictum ſit, pro illis decem,quę mihi debes,&c.dicitur facta nouatio,refert & ſequitur Alex. in conſi. xiij.verſ.idem tenet Saly.vol.ij. Lofred.in conſi.xxiiij. Pariſ.in conſi. cvij.vol.iij.

60 Quartò Limita quando contractus non compatiuntur ad inuicem, quia tunc dicitur facta nouatio etiam quòd expreſsè non agatur, ita Bald.in d.l.fi.& in conſi.cccxviij.vol.j.Dec.in conſi.cccc.

23 Et hoc intelligo,niſi poſt natiuitatem tãto tempore donatarius rem donatam poſſederit,vt eam legitimè præſcripſerit,vtputà ſpatio xxx. annorum.Guid.Papæ in ſing.cccxxxix.Rip.in l.ſi vnquam.quæſt.xliij. & ſentiunt Bald.Sal.Pau.de Caſt.in l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſtam. Pau.de Caſt.conſi.cix.in j.dubio,volu.ij.Alex.in conſi.cxxviij.verſicu. nec prædictæ concluſioni.volum.j.Imo.in l.qui ſoluendo.ff.de hered. inſtit.

24 XII.Amplia,vt procedat etiam in priuilegio conceſſo,ſecundũ Fel. in c.nouit.de iud.

25 XIII.Amplia,vt iſtud procedat etiam ſi pater habeat filios,qui viuant,quos tempore donationis falſo rumore mortuos putabat.Ange. conſi.cviij.& in §.ſiue igitur.in auth.vt cùm de appellatione cognoſcitur.Aret.in l.ex facto:in princ.verſicu.confirmatur iſta concluſio.ff.de vulgar.&.pupil.& idem Aret.conſi.clvij.Ripa in d.l.ſi vnquam.in v. quæſt.

26 XIIII.Amplia,vt etiam legata reuocentur per diſpoſitionem iſtius legis,Ripa in l.ſi vnquam.q.xix.qui hanc dicit* communem opi.licèt multi contrariam opinionem ſequantur.

27 XV.Amplia,vt procedat etiam in donatione facta ex cauſa dotis. Bertr.conſi.xvj.vol.iij.

28 XVI.Amplia,vt extendatur etiam in donatione non pura.Maria. Iun.in conſi.cxxix.nu.49.vol.j.

29 XVII.Amplia,vt etiam poſſeſſio reuocetur per remedium huius legis.Grat.in conſi.50.vol.j.

30 XVIII.Amplia,vt etiam ipſo iure dominium trãsferatur, adeò vt rei vendicatio competat,Ripa in d.l.ſi vnquam.q.xlv.

31 XIX.Amplia,vt hoc procedat etiam in remiſſione,ſecundùm Rui. conſi.xcviij.vol.j.

32 XX.Amplia,etiam ſi pater tempore donationis haberet filiam fœminam,& poſtea plures filios maſculos ſuſcepiſſet. Ruin.conſi.xcviij. volu.j.

33 Primò Limita,hanc concluſionem non habere locum in renunciatione facta per filiam dotatam,quando renunciat futuræ ſucceſſioni, iuxta tex.in §.quamuis.de pact.in vj.& ibi notat glo.fi.Soc.in l.j.C.de pact.& conſi.xxxix.vo.iij.& conſi.liij.vol.iiij.Alex.in conſi.xxix.volu. iij.Cor.in conſi.cvj.vol.iij.Cur.Iun.& Dec.in d.l.fi.C.de pact.Fran.in c.ij.de pact.in vj.Dec.in l.pactum.ver.vltimò notandum eſt.C.de coll. Iaſ.conſi.cliiij.vol.ij.Io.Ant.Alex.in conſi.xij.& in conſi.xcix. Dec.in conſi.clxxxj.Bertr.conſi.ccxx.vo.iij.Pariſ.in conſi.xxvj.vo.iij.& conſ. lxix.vol.iij.

34 Sed tamẽ iſta limitatio,licèt in ſe veriſſima ſit,fundatur duabus debilibus rationibus.

Prima quarum eſt,quia iſto caſu videtur cogitaſſe de filiabus, quæ propter matrimonium futurum,& dotem aſſignatam renunciant, & ſatis eſt ad excludendam diſpoſitionem huius legis,quòd de filiis fuerit cogitatum.

35 Sed iſta ratio non eſt bona,vt dicit Cor.in conſi.xj. vol.j.Soc.in l.ij. ff.ſo.matr.qui volunt,ꝙ requiratur certa,& ſpecifica cogitatio filiorũ, nec ſufficiat generalis,prout etiam inferius dicetur.

36 Secunda ratio aſſignatur,quia text.in l.ſi vnquam.procedit in iure quæſito,non autem in iure quærendo.

37 Et hæc ratio etiam non ſubſiſtit,quia etiam patet in iure quærendo procedere diſpoſitionem.l.ſi vnquam.tam per eius rationem,quæ videtur eſſe generalis,quàm etiam quia eius diſpoſitio tanquam fauorabilis eſt amplianda,vt dicit notabiliter Cor.conſi.xj.vol.iij.prout etiã, quòd hæc diſpoſitio habeat locum in iure quærendo,tenuit Soc.in cõſi.liij.vol.iij.Purp.in l.j.C.de pact.Ripa in l.ſi vnquam.in xj.q.Boc.deciſ.clix.nũ.17.& ſeq.

39 Et ideò vera ratio,in qua fundatur iſta limitatio,eſt illa,quia hæc nõ videtur ſimplex donatio,ſed eſt donatio ob cauſam, ex quo eſt facta cauſa dotis,in qua donatione ob cauſam non procedit diſpoſitio.l.ſi vnquam.vt dicetur inferius.

Contra iſtam primam limitationem tenet Caſſan.conſi.lxix.

40 Secundò Limita,tenendo opinio.illorum,qui dicunt diſpoſitionẽ l.ſi vnquam,non habere locum in iure quærendo, ſed tantummodò procedere in iure quæſito,prout tenet Soc.in l.j.in fin.& ibi Dec.C.de pact.Soc.in conſ.xxxix.vol.iij.& conſ.liij.vol.iiij.Iaſ.in conſ.cliiij.volu.ij.Dec.in conſ.clxxxj.Io.Ant.Alex.conſ.xij.& conſ.xcix.Maria.Iun. conſ.lxvij.vol.ij.

Contrarium tenuit Ruin.conſ.lx.volum.iij.Boer.deciſ.clix.numero 17.& ſequen.Ruin.conſ.clxx.volum.j.vltra alios,quos ſuprà citauimus.

41 Tertiò Limita,vt iſta diſpoſitio non extẽdatur in donatione ob cauſam facta,vt no.Soc.in l.j.& ibi Dec.C.de pact.Roma.conſ.xxvj.& in l.ſi verò.§.de viro.in xlviij.fal.ff.ſo.mat.Alex.conſ.xxix.volu.iij.Soc.in conſ.ccxcv.Cor.conſ.iiij.vo.iij.Dec.conſ.clxxxj. Alex.in conſ.xxxix. in iij.dubio.vo.iiij.Rip.in xv.reſp.vo.iij.& in l.ſi vnquam.in xiij.q.Goza.in conſ.lxxx.Dec.in conſ.dclxxv.Bertr.conſ.xx. vol.j.& cõſ.clxxv. vol.ij.& conſ.xiiij.vo.iij.& conſ.ccxx.vo.iij.Pariſ.conſ.lxxij.volu.j.& conſ.lxxiij.vo.j.& conſ.xxvj.vol.ij.Maria.Iun.conſ.lxxix.vol.ij.Ruin. conſ.xcviij.vo.j.& conſ.clxx.vol.j.& conſi.lx.volu.iij.& in conſi.cxl. volu.iiij.

42 Primò Declara,quia donatio facta à patre,vel matre filiæ,etiam ex cauſa dotis,per ſuperuenientiam filiorum reuocatur.Caſſa.in conſuet. Ripa in l.ſi vnquam.in xxij.q.& q.xiij.vbi hanc dicit * communem opinionem.

43 Secundò Declara,quia donatio ob cauſam,reuocatur per ſuperuenientiam liberorum,quatenus contineat cauſam lucratiuam,& quatenus excedit merita,aliàs ſecus.Rui.conſ.lx.nu.17.vol.iij.

44 Quartò Limita,niſi eſſemus in donatione,quæ omninò facta fuiſſet etiamſi de filiis fuiſſet cogitatum.Cor.in conſ.ccvj.vo.iij.& cõſ.iiij. vol.iij.Soc.conſ.cxlvij.vbi dicit*communem opi.vo.ij.Aret.conſ.xcij. ex qua limitatione ſequitur ſequens limitatio.

45 Quartò Limita,quando eſſet donata res parui,vel modici valoris, quia in ea non habet locum.l.ſi vnquam.Bal.in l.j.C.de inoffi. donat. Soc.in l.cum auus.ff.de cond.& demonſtr.& in l.j.vbi etiam Iaſ.C.de pact.& tenet Ang.in d.l.ſi vnquam.Imo.in c.fi.de donat.Claud.in l.ex facto.ff.de vul.& pup.Aret.in l.Lucius.ff.de libe.& poſth.Io.Crot.in c. Raynutius.de teſta.Iaſ.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſt.& ſubſt. Aret.in conſ.xcij.Soc.conſ.xv.volu.j.& in conſ.ccxv.& conſ.cxlvij.& conſ.xxx.vo.iiij.Cor.conſ.ccvj.vo.iij.& conſ.iiij.vo.iij.Alex.in conſi. lxviij.vol.iiij.& conſ.xxxix.vo.iiij.& clxij.volu.vj.Soc.in conſ.xx.vol. iij.vbi declarat.& conſ.xxxix.eodem volumine.Dec.in conſi.dlxxxj. & conſi.ccclxvj.

Contrarium voluit Iaſ.in l.j.C.de pact.quem merito ibi Dec.reprehendit.

46 Sextò Limita in donatione remuneratoria.Bald.in l.ſi vnquam.& ibi Ang.C.de reuoc.dona. Rom.conſ.xxvj.& in l.ſi verò.§.de viro.in xlviij.fal.ff.ſo.matr.Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus. ff.de cond.indeb. & in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure.& conſ.cliiij.vo.j.& conſ.clxxj.vo. iiij.Io.Crot.in c.Raynutius.de teſta.Soc.in conſ.ccxcv.& conſ.xxxix. vo.iij.Cor.conſ.cxciiij.vo.iij.Purp.in l.licèt.C.de pact. Alex.in conſi. xxxix.vo.iiij.in tertiò dubio.& conſi.clxij.vo.vj.Rip.in xiij.reſp.in tertio lib.Dec.in conſ.dclxxv.Bertr.in conſ.xx.volu.j.& conſ.cxxxj.vo.j. vbi declarat.& conſ.clxxv.vo.ij.& in conſ.ccxxx.vol.ij.& conſ.ccxcij. vo.iij.Pariſ.conſ.lxxv.vo.j.Mant.con.lj.Maria.Iun.conſ.cij. vo.ij.Rui. conſ.xcviij.vo.j.& conſ.ccxxiiij.vol.j.& con.clxxiij.

47 Primò Declara,quia donatio in eo,quod excedit valorem meritorum,reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.Rui.conſ.lxvij.nu.10. vo.v.& eſt*communis opinio,vt atteſtatur Bertr.conſ.clxxv.num.11. vo.ij.in nouis.Dec.conſ.xx.Cor.in conſ.cxciiij.vo.iij.Soc.in conſ.ccxcv.vo.ij.& conſi.ccxv.Ripa in l.ſi vnquam.in xiiij.q.

48 Secundò,Declara,quia non ſufficit generalis aſſertio meritorum in donatione in terminis.l.ſi vnquam.niſi etiam benemerita verificẽtur, vt declarat Bertr.in conſ.cxxxv.vo.j.in nou.

49 Septimò Limita,ſi tempore donationis fuerit de filiis cogitatũ.Bar. in l.Titia.§.Imperator.ff.de leg.ij.Bal.in l.j.C.de inof.dona.Cor.in cõſi.xj.vo.iij.& in conſ.cxciiij.vo.iij.Soc.in l.cùm auus.ff.de cond.& demonſt.& conſ.xxxix.vo.iij.& conſ.cxvj.vo.iij.& conſ.cxlvij.Iaſ.in cõſi.ccxxx.Dec.in conſ.ccclxvj.Ripa in l.ſi vnquam.q.xl.& in xv.reſpõ. & ſeq.vo.iij.Pariſ.conſ.xxvj.vo.ij.Marian.Iun.conſ.cxxviij.in ij.ſubſcrip.vo.j.& in conſ.lxvij.vol.ij.& conſi.lxxix.eodem vol.Rui.in conſi.cxxxj.vol.iij.

50 Declara,vt iſta limitatio procedat quando iſta cogitatio de filiis fuit ſpecialis,& non generalis,quando fuit certa,& non vaga.Soc.in l.ij.ff. ſo.mat.& in rubr.ff.de libe.& poſth.& conſ.ccxv.Cor.in conſ.xv.vo. j.& in conſ.xj.vol.iij.Iaſ.in conſ.ccxxx.Cor.in conſ.xxx.vo.iiij.Bertr. conſi.xxxviij.vo.j.& conſi.clxiij. vo.ſecundo.Pariſ.in conſ.lxxiij.volum.j.& conſi.xxvj.volum.tertio.Ruin.in conſi.xcviij.volumine primo.& conſi.cxxiiij.& conſi.cxxv.volumine primo.& conſi.cxxxj.volum.iij.

Contrarium voluit Soc.in l.cùm auus.Alex.in conſi.xxxj.vo.iij.Pariſ.conſi.lxxij.volum.j.Marian.Iun.conſi.cxxviij.in ix.& x. ſubſcript. vol.j.

51 Et nota,quia ſtatur declarationi ipſius donantis,quod ipſe non cogitauerit de filiis,concurrentibus aliquibus præſumptionibus.Fran.Cur. in conſi.lvj.

52 Et inſuper aduertendum eſt quòd ſi quis donat in contractu matrimonij, vel dotis, ſemper præſſumitur de liberis cogitaſſe. Signorol.in conſilio lxix.verſi.præterea.Socin.conſi.liij.volu.quarto.& idem in l. ſecunda.ff. ſolut.matr.Corne.conſi.ccvj.volumi.iij.Rip.lib.iij.reſponſ.capitu.iij.& iſta videtur magis * communis, prout eam tenet Bertr.conſi.clxiij vol.ij.Marian.Iun.conſi.cxxviij.in ij.& ix.ſubſcript. vol.j.

Contrarium tamen voluit Thom.Parpal. in l. ij. ff. ſolut. matr. Corn. conſi.xj.vol.iij.Alex.in conſi.lxxj.vol.iiij.Rip.in l.ſi vnquam.q.xxij.

53 Concorda has contrarias opiniones, nam aut quis in ſuo matrimonij contractu donauit, & tunc non habet locum prouiſio. l. ſi vnquam. eo quia de liberis ex eo matrimonio procreandis cogitaſſe videtur, & ita procedat prima opinio. Aut quis donauit alicui matrimonium contrahenti, & tunc cum non militet eadem ratio, meritò videtur habere locum diſpoſitio.l.ſi vnquam. & hoc modo poteſt procedere ſecunda opinio.Iſtam concordiam ponit Bert.in conſi.clvij.& conſi.ccclxxxiij. vol. ij.& ſequitur Boer.deciſ.clix.nu.10.

54 Dicitur etiam de filiis cogitatum in terminis l.ſi vnquam. quando filij fuiſſent grauati, vel aliter fuiſſent nominati.Rui.in conſi.cxxxj. nu.6. vol.iij.Bertr.in conſi.ccxx.vol.iij.Rui.conſi.xcviij.vol.j.

55 Imò voluit Socin.in conſi.liij.volu.iiij.quòd etiam dicatur de filiis cogitaſſe, quando donatio fuit facta tẽpore, quo fuerunt celebrata ſponſalia.Bertr.conſi.ccxx.vol.iij

56 Sublimita iſtam limitationem, nam licèt quis ſpecialiter de filiis cogitauerit, nihilominus, ſi ipſe filiorum procreationem deſperauerat, tunc in iſto caſu procedit diſpoſitio.l.ſi vnquam.Socin.in conſi.cxxvj.num.3. vol.tertio.& in conſi.xcviij.vol.Paul.de Caſt.& Raph.in l.j.§. ſi quis ita. ff.de verb.oblig.

57 Octauò limita, nam donatio facta nõ reuocatur ob legitimationem filij naturalis.Bald.& Paul.de Caſt.in l.j.C.ſi quid in fraudem patroni,& in l.j.C.de inoffic.donat.Alex.& Iaſ.in rubrica.C.de poſth.hered.inſtit. Salicet.in l.ſi totas.verſi.iuxta quod quæro.C.de inoffi.donat.Iaſon.in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.in ij.lectu.& ibi Alexand.& Ioan.Crot. ff. de lib.& poſthum.Mart.Laud.in diſput.incip.Augerius.Præpoſ.in cap.per venerabilem.§.quod autem.verſi.pone quòd pater, qui fil.ſint legit. Iaſ. l.in ſi is qui pro emptore.verſi.v.donatio.ff.de vſucap.& in l.cũ acutiſſimi. C.de fideicomm.Mart.Laud.in tracta.de legitimat.verſic. ſed nunquid. Ioan.Ant.Alexand.in conſi.cxj.Curt.ſen.in conſi.lxxiiij.verſic. pro quo benefacit.Guido Papæ in ſingul.ccccclxxj.Dec.conſi.lxxxv.in fin. iij.dubij.Ioan.Cirier.in tracta.primogen.quæſt.xiij.Curt.Iun.in l.j.num.9.C. de pact.Marian.Iun.conſi.lij.vol.j.

Contrariam ſententiam tenuit Soc.in conſi.ccxxvj.& in rubr. ff.de lib.& poſthu.Paul.de Caſt.in conſi.ccccxxxv.vol.ij.& hoc videtur ſentire Salice.in conſi.xvij.inter conſilia Bal.vol.iiij.Dec.in conſi.ccclxv.& in conſi.ccclxvj.& in l.poſthumo, in addit.C.de poſſeſ. cõtra tab.Rui. in conſi.clxxiij.per totum, vol.j.

Tenendo primam opin. quam dicit magis * commu. & ab ea non eſſe recedendum Soc.in rubr.ff.de lib.& poſth.

58 Primò ſublimita in legitimatione, quæ fit per ſubſequens matrimonium, quo caſu reuocaretur donatio.Bald.in c.innotuit.de elect. Sali.in l.ſi totas.C.de inoff.donat.Iaſ.in rubrica.ff.de lib.& poſth.& in l.Gallus. §.& quid ſi tãtùm.& ibi Io.Crot.ff.de lib.& poſth.Rip.in d.l.ſi vnquam. in xxij.q.Boer.deciſ.clix.nu.12.

59 Secundò ſublimita, quando legitimatio fieret viuente patre, vel de eius expreſſa voluntate, vt notat Soc.in con.ccxxvj.Dec.in con.ccclxvj. & in l.poſthumo.in addit.C.de bon.poſſ. cont. tabul. Pariſ. conſi. lxxij. volum.j.

60 Tenendo aliam opin.quòd donatio reuocetur per legitimationem, illam declara, quia donatio præcedens non reuocatur, niſi citato donatario.Bal.in l.j.C.de inoffi.donat.Sal.in l.ſi totas.C.eod.tit.ſequitur Rui. conſi.cvj.nu.10.vol.iij.

61 Nonò Limita, niſi donatio ſit facta loco pio, quia tunc non reuocatur natiuitate filiorum, quatenus eſt vltra legitimam.glo.in c.fin.xvij.q. iiij. Bar.in l.Titia Seio.§.Imperator.ff.de leg.ij.Bal.in l.j.C.de inoffi. donat. Rom.in auth.ſimiliter.in viij.ſpeciali pię cauſæ inter contractus.C.ad l. Fal.Abb.in capitulo fin. de donatio. Iaſon. in auth. ſi qua mulier. C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſti.& ſubſtit.Soci. in l.cùm auus.ff.de condit.& demonſt.Calcan.in conſi.xiij.Corn.conſi. xj.volumine tertio Barba.in l.cùm accutiſſimi.C.de fideicom.Corſet.in ſing.in verbo, donatio.incip.licèt donatio.Felinus in capitulo, in præſentia.de probat.Rip.in l.ſi vnquam.quæſt.xlix.Pariſ.conſi.lxxij.vol.j.Rui. conſi.xcviij.vol.ij.

Contrarium videtur ſentire gloſſ. in capitulo, ita iraſcitur. xiij.q.ij. Cyn.in l.j.in vlt.quæſt.C.de inof. donat. Oldr. in conſilio clxxvj. Barto. in rep.l.j.in v.q.prin.C.de ſacroſ.eccleſ.Baldus in auth.ſi qua mulier.C. eod.titu.& conſilio ccxv.volumine quinto.Iaſon in conſi.ccxij.vol.ij.& in conſi.cxlj.vol.iiij.Fabia.de Monte in repe. auth. nouiſſima. in xiiij.q. prin.C.de inof.teſta.

62 Iſta vltima opinio poſſet ſuſtineri, tenendo quod in eo, quod eſt vltra legitimam, ſit fauorabilior cauſa filiorum, quàm cauſa pia, videtur tenere Dec.conſilio cccxcj. & in l. licèt. C. de pact. & in l. generaliter. C. de inſtit.& ſubſtit.

Sed quia prima opinio videtur eſſe magis * communis, vt teſtatur Dec.in d.l.licet.C.de pactis.meritò iſta limitatio tenenda eſt.

63 Decimò limita, ſi fuiſſet renunciatum remedio.l.ſi vnquam, Doctores enim quàm plures tenent, quod huic remedio renunciari poſſit, vt tenet Barto.in dict.§.Imperator. vbi etiam Raph. Bald. in l. j. & ibi Fulg. C.de inof.dona.Bald.in addit.ad Spec.in titu.de inſtru.edit.in verſiculo, ſi quis donat.& Alber.in dict.l.ſi vnquàm.Petr.de Ancha.in capitulo, fi. verſiculo quærit etiam.& ibi Imol.de donat.Barba. in capitulo, Rainutius, de teſta.& in l.cùm acutiſſimi.C.de fideicom.Imol.in capitulo, cùm contingat.verſicu.attende tamen.de iureiur. Paulus de Caſtro, conſilio ccccxxxv.volumin.ſecundo.Roma.in conſi.xxvj.Ioan.Crot.in l. nemo poteſt.ff.de lega.j.Soci.qui dicit iſtam * communem opinionem. conſi. cxlvij.vol.j.Iaſ.in l.pen.& ibi Dec.in v.notabili.C.de pact.Iaſ. qui hanc dicit * communem opinionem in conſi.cxxv.vol.j.Bertran.conſi.cxcij. vol.ij.Rip.in l.ſi vnquam.quæſ.xlj.vbi declarat.Gozad.conſi.lxxx.Grat. conſi.50.vol.j.Prac.Pap.in rub.de donat. in verbo, irreuocabiliter.

Contrarium, quòd huic legi renunciari non poſſit, tenuit Old.conſi. clxxiij.Ioan.And.in addi.ad Specu.in tit.de inſtrum.edit.§.porrò. verſi. hoc autem certum eſt.Salic.in l.ſi vnquam.& ibi Alber.C.de reuoc.donat.Curt.conſi.j.& ij.Practi.Pap.in forma libelli, quando ag.pro donat. Salic.in l.j.C.de inof.donat.verſicu. quæro nono. Milis in repertorio in verbo, donatio, & in verbo, renunciatio.Vital.in tract. Clauſularum. in tract. an legibus requirentibus inſinuationem poſſit renunciari. Socin. conſi.cclxiij.& conſi.cxxvj.volu.iij.Bertr.in conſi.xx. volum.j. & conſi. cxxxv.vol.j.& in conſi.cciiij.volu.iij.& conſi.ccxx.volu.iij. Pariſ.conſi. lxxij.& conſi.ſeq.vol.j.Maria.iun.conſi.cxxxvij.vol.ij.Rui.conſi.xj.vol. j.Rui.conſi.xcviij.vol.j.& conſi.clxx.vol.j.& conſi.clxxiij.vol.j.& conſ. ij.vol.iij.& conſi.vj.vol.iij.Boer.deciſi.clix.

Tenendo tamen primam opinionem tanquam magis * communem,

64 Primò declara ipſam: nam licèt huic legi renunciari poſſit, nihilominus nõ intelligitur renunciatũ niſi ſpecifica, & indiuidua renunciatione, ad adeò quod in caſu iſto renunciatio generalis non ſufficit, prout tenet Oldr.in conſi.xcv.Bald.in l.j.in vltima q. C. de inoffic. donat. Rom. in conſi.cclxix.Paul.de Caſtro in conſi.ccccxxxv.volum.ij.Iaſon.in conſi. ccxxx.volum.ij.Curt.iun.in conſi.xv.Rip.in l.ſi vnquam.in lij.q.Alci.in l.pe.in verbo antiqui.in fi.C.de pact.

65 Amplia etiamſi fuerit renunciatum omnibus caſibus, qui dici, vel excogitari poſſunt, vt dicit Rui.conſi.clxxiij.vol.j.

Contra præcedentem declarationem tenuit Soc.in conſilio cxlvij. volum.j.

66 Sed eius opinio ſaluari poteſt, quia debet intelligi, quando filia renunciaſſet patri vel metu reuerentiali, vel dolo inducta, vel falſis perſuaſionibus & tunc renunciaſſet beneficio.l.ſi vnquam. vt declarat idem Soc. in conſi.cclxiij.

67 Secundò declara, quia ita demum mulier, vel minor expreſsè renunciando huic legi, illius beneficium amittunt, quotieſcunque apparet eos antea de huiuſmodi beneficio certificatos fuiſſe, vt tradunt Doctor. in l. ſciendum.ff.de verborum obligationibus.& eſt gloſſ.in l.fin.§.fin.ff. ad Velleia.Paul.de Caſtro, in conſilio ccccxj.volumine primo, Alexander conſi.xxvij.vol.j.Io.And.in c.pen.de empt.& vendit.Dec.in l.pen.verſi. poſtremò nota.C.de pact.

Et in ſpecie in terminis huius l.ponit Ripa in dicta leg. ſi vnquam. quæſt.liiij.

68 Et idem dicendum eſt in ruſtico, iuxta notata per Cyn. in l. ij. in vj. quæſt.& ibi Bald.in iiij. quæſt. C. de reſcin. vendit. Alexander conſilio j.volumine vj.Dec.in l.ſi quis id, quod.verſic.ſecunda cauſa.ff. de iuriſd. omn.iud.

69 Tertiò declara, quia Notarius, qui habet facultatem extendendi inſtrumentum ad conſilium ſapientis, non propterea poterit huiuſmodi renunciationem apponere, vt not.Rip.in l.ſi vnquam.q.liiij.

Contrarium tenet Socin.in conſilio cxlvij.volum.j. qui iudicio meo in hoc male loquitur.

70 Vndecimò limita, quia iſta reuocatio fit poſt mortem donantis, non eo viuo, vt not.gloſſ.in l.ſi totas.C.de inoff.donat. & ibi hoc videntur tenere Iacob.But.& Bald.

In contrarium tamen eſt * communis opinio, vt notat Raph. in d.l. ſi totas.Corn.conſi.xj.vol.iij.& conſi.xv.volu.j.& ſi rectè conſideretur, non videtur aduerſari dictum Bald.& Iacob Butr.huic ſententiæ, quia loquuntur in terminis illius l.ſi totas.non autem in terminis dict. l. ſi vnquam.

Pro qua opin.facit quod ſupra dictum eſt in prima ampliatione, vbi dictum eſt, quòd reuocatio donationis fit pro ipſo iure.

71 Duodecimò limita, quando in donatione eſt appoſita clauſula codicillaris.Bal.in l.fi.C.de codicil.Cor.conſi.cxciiij.vol.iij.

72 Sed iſta limitatio non placet, per illud quod dictum eſt in vij. limit. quod in hoc caſu non ſufficit generalis renunciatio, & hoc etiam videtur ſentire Ripa in xxj.quæſt.

73 Decimotertiò limita, quia diſpoſitio iſta non habet locum in relictis

in codicillis.Cor.in conſ.cxciiij.vol.iij.

74 Decimoquartò limita in donatione facta vxori à marito, vel ècõtra, vt not.Corn.in conſi.cxciiij.volu.iij.Alex.conſi.clxij.verſic. nec obſtat. volum.iij.Ripa in d.l.ſi vnquam.quæſt.xlviij.& idem Ripa in iij.libr.reſpon.in ij.reſponſ.

75 Decimoquintò limita,quia diſpoſitio d.l.ſi vnquam, non procedit in donatione cauſa mortis.Io.Ant.Alex.in conſ.cxj.Bert.conſ.lxxxiij.vol.ij.Ripa.in d.l.ſi vnquam.in x.quæſt.

Contrarium tenuit Paul.de Caſt.in conſi.ccccxxxxiij.volu.j.Cor.in conſi ccxliiij.vol.iiij.Soc.in conſi.liij.vol.iiij.

76 Decimoſextò limita,quia non reuocatur legitimatio facta de filio naturali natiuitate filiorum legitimorum,& naturalium poſtea naſcẽtium. Bart. in l. ex facto. & ibi Alex. vbi allegat plures hanc partem tenentes. ff.ad Trebell.& etiam plures ibi allegat Apoſtillator, vltra ipſum.Alex. in conſi.cxxxviij.& conſi.clxxxvij.volu. v.Dec.conſi.dlxxvj. Ioan. Ant. Alex.in conſi.cxj.Mari.Iun.conſi.cxlij. volu. j.& conſi.xcvij. vbi declarat,vol.ij.Rip.in l.ſi vnquam in xxiij.quæſt.Guald.qui hanc dicit * communem opin.in ti.de liber.inſtit.vel exhered.caut.xij.

77 Decimoſeptimò limita,quia non reuocatur donatio propter filij adoptionẽ.Pau.de Caſt.in l.ij.in fi.C.ſi in fraudẽ patron.& conſi.ccccxxxiiij vol.j.Alex.conſi.xl.vol.iiij.Iaſ.in l.generaliter.§.cùm autem.verſi. viij.limita.& ibi Dec.verſi.vij.iſta lex.C.de inſtit.& ſubſtit.Dec.in conſi.ccclxvj.& conſi.cccxcix.Rip.in l.ſi vnquam.in xxiiij.q.Alexan.conſi.xxxix. verſi.& ſic diſpoſitio.vol.iiij.Pariſ.in conſi.lxxiij.volu. j. & conſi. lxxij. eod.vol.Bertr.conſi.cxc.vol.iij.

78 Sublimita,vt iſtud non procedat, quando teſtator expreſsè in donatione reſeruaſſet ſibi facultatem illam reuocãdi etiam per ſuperuenientiam filij adoptiui,vt declat Soc.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.Rui.conſi. cxix.nu.3.vol.j.

79 Decimooctauò limita,quia prouiſio iſtius l.habet locum tantummodò in contractu merè lucratiuo, non autem in contractu vltro citróque obligatorio,vt declarat Rim.in l.j.C.de pact.

80 Decimononò limita,quia iſta diſpoſitio non habet locum in legato. Alex.in conſi.xxxj.vol.iij.

81 XX. Limita,vt non habeat locum in natiuitate filiorum naturalium. Old.in conſi.cclxxviij.Bald.in c.innotuit.de elect.& conſi.cxxix.vol. ij. Paulus de Caſtro, in conſilio ccccxxxv. volum.ij. Alexand. conſilio xl. volumine quarto.Guido Papæ in ſing. dlxxj. Ripa. in xxv. quæſt. in l. ſi vnquam.

82 XXI. Limita,quia iſtud non extenditur in pacto de lucranda dote. Paul.de Caſtro,& poſt eum Alex.in l.ij.ff.ſol.mat.Rip.in d.l.ſi vnquam. in xxij.quæſt.

83 XXII. Limita,quia renunciatio litis facta, non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.Rip.in d.l.ſi vnquam.in xij.quæſt.

84 XXIII. Limita,nam per ingreſſum monaſterij non reuocatur donatio,dato quòd monaſterium ſuccedat loco filij.Feli.in c. in præſentia. de probat.Rip.in d.l.ſi vnquam.quæſt.xxxiiij.

85 XXIIII. Limita,quia non extenditur iſta diſpoſitio in donatione iuris patronatus,vel alterius iuris ſpiritualis,vt tenet Dec.in conſi.dclxxv.

86 XXV. Limita, in donatione neceſſaria,ſecundum Ruin. in conſilio cxxiiij.vol.j.

87 XXVI. Limita, vt donatio non reuocetur natiuitate nepotũ. Guido Pap.ſing.dlxxj.licèt non ſe firmet.Rip.in l.ſi vnquam.in xxxvj.quæſt.

88 XXVII.Limita, quia fructus percepti ante filiorũ natiuitatem, non debent reſtitui,vt notat Archi.in c.vlti.xvij.quæſt.iiij.& ſequitur Rip.in l.ſi vnquam.in xl.quæſt.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

*Donatio inter virum & vxorem,an firmetur iuramento.*

1 DISCREPANTIA eſt inter Doctores in illa concluſione,an donatio inter virum, & vxorem firmetur iuramento; nam & quòd firmetur, tenuit Guliel. de Cune. in l. ſed ſi poſſeſſori.§.itẽ ſi iurauero.ff.de iureiur.idem Nicol.de Mattarell.Barto.in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falc.Io.Andr.& Io. de Lig.in clem.Romani.de iureiuran.Bart.in l.ſi quis pro eo.in fi.princ.ff.de fideiuſſ.Bal.in lectura antiqua,in l.j.ff.de donat.inter virum & vxorem. Federi.de Senis in conſi.cxl.incip.punctus q. talis eſt, conſtante matrimonio.& Bald. in repet.l.ij. verſi.ſed conrta prædicta.ff.de iureiuran. & in conſi.ccccxxx. vol.j.incip.ad euidentiam.Ant.de But.in ca.cum contingat,in iiij.caſu.in fi.& ibi Imol.& ibi Card.de iureiur.Abb.in conſi.xcv. inci.factum ſic proponitur,quædam Domina.vol.ij.Imol.in l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.j.& ibi Raph.Cum.in l.ſi quis pro eo. ff.de fideiuſ. Pau.de Caſt.Iaſ.& Dec.in l.pacta quæ contra.C.de pact.Pau.de Caſt.in conſi.lxxv.incip.Notandum eſt,quod præfatum ſtatutum.in ij. vol.Roma.in cõſi.xliij.incip.ex prænarrato themate.& iin cõſi.ccxciij.inci. præſuppoſito quòd dictũ legatum.Alex.in conſi.viij.vol.ij.& in conſi. clvij. volum.ij.Aretin.in conſi.lxxiiij.Corn.in conſi.cxviij.in princ.volum.iij. & in conſi.cviij.volu.iiij.Guido Pap.in conſi.cciiij.& in conſi.ccxxxviij. Caſſa.in conſi.ij.Alex.in conſi.vij.vol.vj.Abb.in c.fi.de donat. inter vir. & vxor.Dec.in conſi.ccij.& in conſi.ccxl.Barbat.in cõſi.lix.vol.ij. Petr. de Anchar.in conſi.cccvij.incip.Nulli dubium.Alex. in conſi. clij. volu. vj.Io.Crot.in l.frater à fratre.ff.de condictio. indeb.Hipp.in practica.§. ij.Guid.Pap.quæſtio.cxc.Capell.Tholo.& ibi apoſtill.deciſ.cclxj. Guid. Pap.in conſi.xxxj.Rip.in iiij.reſponſ. in iij. lib.& reſponſ. vj. & in xvij. reſponſ.in iij.lib.Bertrand.in conſi.xlv.vol.j.& in conſi.clxiij.volu.ij.& in conſilio ccxxxij. volum. ij. vbi dicit iſtam * magis communem opin. & in conſi.cciiij.vbi idem dicit,volum.iij.Hiſpan.in rubr.de donatio. inter virum & vxorem.Pariſi.in conſi.xxxiij.& conſilio lxxxvj.vbi dicit * iſtam communem opin.volum.iij.Aimo.vbi dicit iſtam * communem opin.in conſi.lxxxj.Grat.conſi.xxxvj.vol.j.vbi etiam ampliat,ſiue confiteatur maritus,ſiue eius pater.& conſi.liiij.volum.j. Ruin. conſilio cxxj. vol.j.& conſi.cxc.vol.j.& conſi.ccxxij.vol.j.& conſi.cxxxij.vol. iiij. vbi dicit cõmu. & conſi.ciiij. vol.v.gl.conſuet.Turon.

Contrarium,quòd imò non firmetur iuramento,tenet Barto. in l.j. ff.de donat.inter virum & vxorem.& ibi Fulg.& Salicet.Bal.in l. ſi quis inquilinos.§. fin.ff.de leg.j.Salic. in l.cum multæ.C.de donat.ante nupt. Bald.in capitulo,cùm contingat.de iureiuran.Card.in clemen.j. §. porrò.de iureiuran.Bald.in conſi.xxix.incip. vir donauit vxori. volumi. iij. Angelus in l.ſi quis pro eo.in princ.ff.de fideiuſſ. Guliel. de Monte Lau. in clemen.j.de iureiuran.Henricus Boic. in capitulo, fin. de donat. inter virum & vxor.Rom.in rubr.de iureiur.in prima concluſ.Card.Alexan. in dict.capit.fin.de donat.inter vir.& vxor.Soc.in conſi.lxv.& in conſi. lxvj.volum.j.Bal.in conſi.xxviij.volum.j.& in conſi.cccxcviij. volum.j. & in conſi.ccxciiij.vol.iij.Paul.de Caſt.in conſi.cxciij.in caſus præpoſitione.vol.ij.Caſſan.in conſuet.Rui.conſi.cxxx.vol.j.

Tenendo primam opinionem,quæ videtur magis * communis,

2 Amplia vt etiam dos poſſit donari marito cum iuramento.Bertran.in conſi.ccvij.vol.iij.

3 Limita primam concluſionem,vt procedat in vera donatione, & propria,non autem in confeſſione dotis receptæ,quia talis confeſſio non firmatur iuramento.Bald.in l.cùm quis decedens.§.Titia.ff.de leg.iij.Cyn. in l.j.in verſi.ſed pone quòd teſtator.C.de ſacroſ.eccleſ.Bald.in l.j.verſi. ex prædictis.C.de inoffi.donat.Socin.in conſi.lxv.verſiculo, ſed tamen quicquid.& in conſi.& lxvj.volum.j.& Soci.in l.j.ff.ſolut.matrim.verſi. ſecunda concluſ.ſit.Rom.in conſi.xliiij.& in conſi.cclv.Ioan. Crot. in l. ſi conſtante.ff.ſolu.matri.Dec.in conſi.ccij.Franc.Curt. in conſilio xcv. Caſſa.in conſuetud.Nicel.concord.Bartol. xlij. Aimo.conſi.lxxxj.Parij. conſi.lxxxvj.nu.47.vol.iij.Grat.conſi.xxxvj. vbi etiã ampliat ſiue confiteatur maritus,ſiue eius pater.Grat.conſi.liiij.volum.j.Ruin.conſi.cxxx. vol.j.& conſi.cxxxv.vol.j.& conſi.clxix.vol.ij.& conſi.cxxij.volu.iiij.& conſi.cxxxvij.vol.iiij.Grammat.deciſ.lxxxix.

Contrarium Ang.in l.pen.§.mulier.ff.ſol.matrim.Petr.de Anchar.in conſi.cccvij.incip.nulli dubium.Corn.in conſi.cclxxxiiij.volum.j.& in conſi.xlj.vol.iij.& in conſi.ciiij.vol. ij.& in conſi.cviij.volum.iiij.Guid. Pap.in conſi. cciiij.

Tenendo tamen primam opinionem, quæ videtur eſſe magis * cõis,

4 Limita eam, & declara quòd confeſſio dotis non firmatur iuramento aſſertorio.Caſſa.in conſuet.Gozad.in conſi.xxviij.Curt.Iun. qui dicit * commu.in conſi.xcv.Rui.in conſi.cxc.nu.8.vol.j.

5 Secus ſi concurrat etiam iuramẽtum promiſſoriũ,vel confirmatoriũ, ita notabiliter declarat Imol.in c.cùm contingat. verſic. ſed aduerte. de iureiur.Aret.qui pleniſſimè declarat,in conſi.lxxiiij.Barba.in conſi.lix. volum.ij.Hiſpa.in rubr.de donat.inter vir.& vxor.Rip.in xvij.reſponſ. vol.iij.Ruin.conſi.cxc.volum.j.& conſi.lxx.volu.iij.Soc.in conſi. lxj.& in conſi.lxvij.volu.j.Bald.nouell.in tractat.dot.in decima parte.Alex.in l.ſi donatione.C.de coll.Fran.Curt.in cõſi.xcv.Dec.in cõſi. ccij.Gozad. in conſi.xlij.Bertr.in conſi.xiiij.vol.iij.

6 Nam maioris eſt efficaciæ iuramentum promiſſorium, quàm aſſertorium,vt dicit Socin.in conſi.lxvj.vol.j.Curt.Iun.in conſi.cxix.nu. 7. qui dicit commu.* opi.

7 Et ratio eſt,quia ſtante tali iuramento promiſſorio, & confirmatorio adiecto poſt aſſertoriũ iuramentũ nõ põt opponi de ſimulatione. Alex. Aret.& Iaſ.in l. nemo poteſt.ff.de lega.j.Franc. Curt. in conſi. cviij.& in conſi.cx.Socin.in conſilio lxxxij.volum.iij.& in conſi. lxxxiij. volum. iij.Gozad.in conſilio lxix.Pariſ.conſilio cxj. volumine quarto Marian. Iun.cõſi.xlix.Ai.in cõſi.lxxxj.Grat.in cõſi.lv.vo.j.Rui.cõſi.cxc.& in cõſ. cxxvj.vol.iij.

8 Declara, vt iſta non procedant in confeſſione facta per maritum de receptione dotis,quæ etiam ſub iuramento aſſertorio, & confimatorio facta, non operatur,quando præſumeretur ſimulata.Rui.in conſi.cliij. volumi.quinto,& in conſi.cxxxv.& cõſi.cxlij.volu.j. & conſi.cxc.nu.8. volum.j.

9 Nam ſimulationis exceptio opponi poteſt,non obſtante ſtatuto illam prohibente,quando adiuuatur iuris præſumptione.Soc. in conſi.xxvij. nu.10.vol.iiij.

10 Et propterea in contractu ſimulato tale iuramentum aſſertorium, & promiſſorium nõ operatur, ex quo deficit conſenſus, prout declarat Pariſi.in conſi.liij.num.30.& ſequent.volu.j.& conſi.liiij.nu.38.& ſequen. & conſi.lv.num.64.volu.j.& in conſi.lxxx.num.49.volum.iij.Ruin.in conſi.cxxx.nu.4.vol.j.& conſi.clxvij.nu.23.vol.ij.& cõſi. cxxxij.nu.14. volum.iiij.& conſi.cxxxvij.numer.8.volum.iiij.& conſi. cliiij. numer.7. volu.v.

11 Aliud eſſet ſi iuramentum promiſſorium, & aſſertorium interueniret in donatione inter patrem, & filium, vt dicit Ruin.in conſi.xcvj.num.3. volu.v.

12 Quod limita, nam ſtante ſolo iuramento aſſertorio, & lapſis temporibus ad opponendam dotis exceptionem, talis confeſſio præiudicat marito, & eius heredibus.Soc.in conſi.lxxxij.vol.iij.& in cõſi.cxxij.vol.iij.refert & ſequitur Dec.conſi.cccccxxxvj.

13 Non tamen præiudicat creditoribus.Gozad.in conſi.xxviij. num.27. Aret.in conſi.lxxvj.

14 Primò ſublimita, niſi iſta concluſio habeat cõiecturas veritatis. Soci. in conſi.cxxij.vol.iij.

15 Secundò Sublimita, ſi bis fuerit iuratum, Socin.in conſi.cxxij.volu.iij.

16 Tertiò Sublimita in confeſſione facta in inſtrumẽto guarentigiato, ſecundùm Soc.in conſi.cxxij.vol.iij.Gozad.in conſi.xxviij.nu.9.Soc.in l.j. verſi.ex quibus.ff.ſol.mat.

Contrarium Socin.in conſi.xxvij.num.25.volu. iiij. Gozad. in conſi. xxviij.nu.27.

17 Secundò Principaliter limita, quòd donatio inter virum, & vxor confirmatur iuramento, vt procedat quando donans prædecedit, non ſi prædecedat donatarius, Dec.in conſi.xl.& conſi. cccccxxxvj. Pariſ. conſilio lxxxvj.vol.iij.

18 Et ratio eſt, quia donatio inter virum & vxorem recipit iſtam conditionem, ſi donans prædecedit, vt in l.à marito.C.de dona.inter virum & vxorem.iuramentum autem recipit eas conditiones, quas principalis actus recipit, ſuper quo interponitur.l.fin. C.de non num. pec. cum aliis vulgaribus.

19 Iſta limi. Dec. eſſet mirabilis, ſi eſſet vera, ſed non puto eam veram, quam reprobat Aimo.in conſi.cij. nam imprimis * communis eſt opin. vt ſuprà viſum eſt, quòd donatio inter virum, & vxorem firmetur iuramento, nec vllus Docto.hoc exigit, quòd donans prædecedat, cùm præſupponant omnes, valere tunc irreuocabiliter donationem, & ſecundum iſtam opin.donatio non eſſet irreuocabiliter firmata.

20 Præterea iuramentum parum, vel nihil in caſu iſto operaretur, cum etiam ſine iuramento donatio firmaretur morte donantis, & retro traheretur ad tempus celebratæ donationis, vel quo ad dominium, & fructus, iuxta vnam opinionem, vel quo ad fructus tantùm ſecũdum aliam, iuxta gloſſ.in l.donationes, quas parentes. C. de dona. inter virum, & vxor.& ponit Iaſon. in repet. leg.ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucapio. num.106.

21 Tertiò etiam in caſu, quando vxor, cui facta eſt donatio, prædeceſſerit, quod donatio firmetur iuramento, conſuluit in terminis Barbat. in conſi.lix.volum.ij.& in eodem caſu conſuluit Socin.in conſi.lxj.volum. j.vbi præſupponit, quod vxor prædeceſſiſſet.vt in puncto præſupponebatur, & tamen ſentit, quod ſi iuramentum fuiſſet promiſſorium, vel confirmatorium, fuiſſet donatio confirmata, ſed quia fuerat iuramentum aſſertorium, ideò non confirmatur. & hoc expreſsè voluit Bald. nouel.in tractat.dot.in x.parte.vbi dicit, ꝙ donatio inter virum & vxorem confirmata iuramento, non exigit aliam confirmationem per mortem donantis, quinimò etiam ſi ille non prædecedat, dicitur valida. & hoc dicit * communiter teneri.hoc etiam ſentit Paul.de Caſtr.in donatione inter partem & filium.in conſi.cccxlv.incip.circa bona.vol.j.vbi ſentit, quòd ſi donatio potuiſſet confimari iuramento, fuiſſet confirmata etiam quòd donatarius prædeceſſiſſet, vt fuit in caſu ſuo. & ipſe hoc atteſtatur.

22 Quartò Aſſumptum Dec. quòd donatio inter virum & vxorem habeat iſtam conditionem, ſi prædecedat donans, non eſt verum in donatione, quæ à principio valet, vt eſt videre in omnibus caſibus, in quibus donatio inter virum, & vxorem valet, quorum plures enumerat Alexã. in conſi.cliij.volu.vj.Iaſ.in l.ſi is, qui pro emptore.num.106. & ſeq.ff.de vſucap.Lance.Dec.in l. vxori.ff.de vſufruct.leg.Alex.in l. ſi conſtante.§. ſiue.ff.ſolut.matrimo.

23 Sed procedit quando donatio non valet à principio, & tunc expectat confirmationem per mortem donãtis. & ita loquitur text. in l.à marito. C.de donat.inter virum, & vxorem.& in l.ij.eod.ti.ſed nos ſumus in donatione, quæ à principio valet, ideò nullã extrinſecã recipit conditionẽ.

24 Quintò etiã in eo, quòd dicit Dec.quòd iuramentũ recipit illas conditiones, quæ inſunt actui, ſuper quo interponitur.l.fi.C.de non num pec. malè loquit', quia hoc aſſumptũ non eſt verũ, vt per Iaſ.in l.ſi pecuniam. in princip.ff.de cõdict.cauſa dat.vbi reſpõdet ad d.l. fi. & idem facit Iaſ. in l.ſi conuenerit.ff.de iur.omn.iudic.& Alex.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.vbi etiam reſpondet ad dictam l.fin. & in terminis Alex.in conſi.xxxvij.vol.ij.dicit, & reſpõdet ad dictam l.fi.C.de non numera.pec.quòd illa l.non habet locum quando quis ſpecialiter promittit aliquid facere cum iuramento, vt ibi, in verſi. non obſtat.l.fi.C.de non num.pecun.

25 Tertiò limita principaliter, quòd donatio facta inter cõiuges Iudæos non firmatur iuramento, vt not.Soc.in conſi.lxv.verſ.poſtremò.& cõſi. lxvj.verſi.poſtremò.volu.j.Cor.in conſi.clxiij.volu.j.& in conſi.xxxvij. vol.iiij.fundamentum autem iſtius limitationis eſt, quia virtus iuramenti non operatur in Iudæos.vt not.Bald.in c.j.§.item ſacramenta.in tit.de pact.iur.firmand.Rom.in conſi.clv. Soci.conſi.clxx.Geor.Natta in rep. c.quanuis.de pact.in ſexto.Io.Crot.in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in x.limit.ff.de verb.oblig.Soc.in conſi.cxix.vol.iiij.Cor.in l.pactum, ꝙ dotali.in vj.limit.C.de colla.Rui.in conſi.clix.vol.v.

26 Sed iſta limitatio non videtur vera, quia aſſumptum eius eſt falſum, quòd Iudæus non aſtringatur vinculo iuramenti, vt ſentit Bald. in d.§. item ſacramẽta.in vltimis verbis. & Rom.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquiren.hered.& in l.pactum.in ſecunda limit.C.de coll.Imo. in conſi.j.Barbat.in conſi.xv.volu.j.Dec.in l.pactum, quòd dotali.in nona limit.C.de coll.& ponunt Docto.maximè mod.in l.ait prætor.in §. iurari. ff. de iureiuran.& Bart.& Iaſ.in rubrica.ff.de iuſt.& iur.Marcus Anton. Bauer. in tracta.de iureiur.Iaſon.in dicta authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.Fel.in c.cùm ſit generale.de for.compet.in c.fi.in fi.de Iudæis. tradit latè Tiraq.de primogenit.quæſt.lxvj.nu.27.ſequen.Feli. in conſi. xxx.per totum, vt ibi tenet donationes inter coniuges Iudæos firmari iuramento, & iudæos teneri ad obſeruantiam iuramenti, per totum conſilium.

27 Quartò Limita, quia concluſio iſta intelligitur, interueniente traditione, & non aliter, vt per Guid.Pap.in conſi.lxiij.vel aliquid quod loco traditionis interueniat. quod Docto. exemplificant etiam in confeſſione. glo.in l.ſecunda.in glo.prima.C.de dot.cauſa.& ibi Barto. & Salic. qui diſputant.& Bart.in l.pupillus.ff.de donat.inter virum & vxorem.latiſſimè Pariſ.conſi.cxxviij.vol.j.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

*Donatio inter patrem, & filium an firmetur iuramento.*

1 PROXIMA eſt alia concluſio, an donatio inter patrem, & filium firmetur iuramento, & quod firmetur, tenuit Bal. in l.ſecunda, verſ.ſed contra prædicta.ff.de iureiur.in l.iij.C. de vſucap.pro donat.Roman.& Alexand.in l.ſi donatione. C.de coll.Aretin.in l.placet.ff.de acquiren.hered.Rom.in repet.rubricę de iureiurand.in tertia quæſtion.Ioan.Andr.in addit.Specu.in tit. de teſta.§.j.in ſecunda charta.in verbo, in fi.dominus Vbertus.Iaſ.in l.frater à fratre.in lectura.ff.de cond.indeb.& in repet.Bald.in conſi.ccccxxx.incip.ad euidentiam.vol.j.Alex. in conſi.viij.vo.ij.& in conſi.xx.vol.iij.& in conſi.clvij.volu.ij.Aretin.in conſi.lxxvij.& in conſi.lxxj. & in conſi. xvij.Alexand.in conſi.ccxvij.volu.vj.& in conſi.clij.vol.vj.Soc. in cõſi. xcj.vol.j.Dec.in conſi.ccxxxix.Iaſ.in conſi.cxviij.vol.iiij.Corn. in cõſi. cccvj.vol.iij.Ioan.Ant.Alex.in conſi.cxxx.Ioan.Crot.in l.frater à fratre. ff.de condit.indebit.Caſſa.in conſi.vij.vbi limitat.Ripa in iij. libro.in v. reſponſ.& in ix.reſponſ.in tertio lib.Soc.in conſi.cxviij. volu.iij. Guido Papę quæſtione cxlvj.Capell.Tholo.in apoſtill.Deciſ.cclxj.& in conſi. vigeſimotertio, & in conſi.trigeſimoprimo, & in conſi. cxciiij. Guald.in ſecunda cautel.in titu.de lib.inſtitu. tenet iſtam eſſe * communem opinionem, quòd donatio patris in filium firmetur iuramento, Aim. conſi. xx.vbi dicit * communem.& idem dicit Grat.conſi.vij.nu.8.volu.ij.vbi hanc dicit magis communem opinionem.Maria.iun.conſi.lxvij. vol.ij. & conſi.clxv.eodem vol.

2 Et ſimiliter donatio filij in patrem firmatur iuramento. Bertrand. in conſi.cclxxiiij.vol.iij.& in conſi cviij.vol.ij.& in conſi.cxxxviij. eodem vol.& in conſi.cciij.vol.j.& in conſi.ccvj.vol.j.& dicit * communem in conſi.cxciiij.vol.j.& in conſi.lxxiij.vol.j.& conſi.xxvij.vol.j.& in conſi. xix.eodem vol.& in conſi.lxxxix.vol.j.& in conſi.clix.vol.ij.& in conſi. clxiij.eodem volumine & in conſ.ccxxxiij. volum. ſecundo, & in conſ. ccxxxvj.volum.ſecundo, & in conſi.xix.volum.tertio, & in conſi.xcvij. volumine tertio, & in conſ.cxx.eodem volumine & in conſi.cxl.volum. tertio, & in conſi.clxj.volumine tertio, & in conſilio cxc.volumine tertio, & in conſilio ciij.volumine tertio, & in conſilio ccviij.volumine tertio, vbi dicit * communem: & in cõſi.cxcviij.volu.ij.

Iſtam partem dicit * communem Dec.in conſi. dcxxxj. & in conſi. dclxxxix.Bertrand.in conſi. xlvij. volum.iij. & in conſi. cxxvij. volum. ij.in nouis.& in antiquis.conſi.xxxv.volum. primo. Caſſa. in conſi. vij. vbi limitat. Pariſ. in conſi. liij. volum.j. vbi dicit iſtam communem. & conſi.ij.volum.iij.& conſi.lxix.volum.iij. Aimo.in conſi.cij.Grat.conſi. lxiij.vol.ij.vbi dicit communem.& conſi.lxxxvj.vol.ij.Rui.conſi.xcvj. vol.v.

3 Amplia, idem eſſe in omni contractu inter patrem, & filium. Guido Papæ in conſi.lxxxj.

4 Contrarium quòd donatio non firmetur iuramento, tenuit Bal.in c. cum contingat.de iureiur.& in conſi.incip.quæritur an donatio.Paul.de Caſt.in conſi.cccxlv.incip.circa bona.vol.j.Fulg. in conſi.cxcix. Cor.in conſi.ix.vol.ij.& in conſi.ccxxxviij.vol.j.& in conſi.clxxxviij.vol.iiij.in princip.& in conſi.cclxxiij.vol.iiij.& in conſi.cclxxxix.vol.iiij.

Prima tamen opinio videtur eſſe magis * communisis, quam

5 Primó Limita, quòd non firmetur iuraméto talis donatio, quãdo per eam induceretur inæqualitas inter filios. Dec.in conſi.dcxxxj.nu.5.

6 Secundò Limita, quia donatio facta filio ſpurio, non confirmatur iuramento. Rui.conſi.clxxxix.vol.j.& conſi.lxix.nu.10.& ſeq.vol.iij.

7 Sed tenendo ſecundam partem, quòd non firmetur iuramento,

Declara tamen, quod metu periurij donans non debet contrauenire, ſecundum Fulg.in d.conſi.cxcix.& Cor.in conſilio nono, vol.ij.& in conſi.ccxxxviij.vol.j.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Donatione facta cum pacto, quòd fundus poſt certum tempus ſit eccleſiæ, an iſtud pactum poſſit reuocari.*

1 SI ALIQVIS donauit Titio fundum, vt poſt mortem, vel poſt certum tempus eſſet eccleſiæ, dubitatur an donator poſſit pactum illud, quòd poſt certum tempus tranſeat in eccleſiam, reuocare.& quidem Barto.in l.qui Romæ. §. Flauius.ff.de verb. obliga. dicit, quòd poteſt, & idem tenet Cuma. in conſi. clxvj.in fi.Cuma.in d.§.Flauius.& ibi Imol.Rom.in l.ſed ſi hac.§. proſtituta.ff.de in ius.voc.idem voluit Bar.in l.iij.ff.de ſeru.aſpor.Sali.in l.quoties.C.de reuoc.donat.Barbat.conſi.lxvj.vol.iiij.Sali.in l.j. C. ſi mancip. alienat.vt manumitt.licèt non plenè firmet.

Alex.qui dicit iſtam * commu.in l.adoptiuum.§. patronum. ff. de in ius voc.Iaſ.qui etiam dicit commu.in l.ij.q.xxiij.C.de iur. emphyt. & Alex.in conſi.cciiij.vbi etiam dicit commu.vol. vij.Caſſa. in conſi. xxviij. & in conſi.lvij.& in conſi.lix.Ripa in l.fi.in lxv.q.vbi dicit iſtam cõmu. C.de reuoc.donat.Mantua.conſi.xlvij.vbi dicit commu.Socin. qui dicit commu.conſi.cxv.vol.iiij.Alex.in §.Flauius. verſic. quintus eſt caſus.& ibi Iaſ.vbi dicit iſtam eſſe veram & commu.opi.vbi idem reperit in duobus aliis locis, & ibi Soc.in v.cõclu. vbi dicit cõmu.Rui.qui idem dicit, in conſi.clxxxij.vol.j.& idem dicit in conſi.xcix.vol.iij.Licet Iaſ.in l.fi.ff.de pact.non ſe firmet ſed dicit q.dubiam.& idem dicit in l. ij. C. de iur. emphyt.& iſtam opin.dicit dubiam, & ſuper ea non poſſe fieri fundamentum, Dec.in conſi ccxxxix.Caſſa.in conſi.liij.& idẽ dicit Dec.conſi. lviij. Rui.qui dicit communem, in conſ.clxxxij.vol.j.& idem dicit conſi.xcix. volu.iij

Contrarium tenet Bal.in l.iij.ff.de ſer.aſport. in addit. dum loquitur de ſtatuto iurato, & tenet reuocari poſſe quanuis ſtatutum applicet commodum eccleſiæ Romanæ, de qua q.ſtatuti vide Alex.in l. non amplius. ff.de leg.j.ſed in caſu noſtro cõtra Bar.in d.§.Flauius.tenuit Bal.in l. non à ſocero.C.de iur.dot.Paul.de Caſt.in l.ſi pecuniam.in fin. in iiij. q.ff. de condict.cauſa dat.Io.And.in addit.Spec.in tit.de inſtr.edit.§.nũc aliqua. verſi.cùm quis legat.in addit.incip.per ſuperiora.tamen Alex.in d.§.Flauius.conſiderat quod Io.And.non loquitur contra Bart. Ro.in d.l.ſi pecuniam, nu, 22.Alex.in conſi.cv.vol.iiij. Paul.de Caſt.in d.§. Flauius. & idem Paul.de Caſ.in l.in inſulam.§.fi.ff.ſol.mat.& in.l.ſi cum venderet. ff.de pig.act.Cor.cõſi.lxviij.vol.iij.Rebuf.in l.quod iuſſit.in j.not.nu.33. ff.de re iud.Soc.cõſi.cxxxvij.Guid.Pap.cõſi.xxiij.Hiſpa.in c.pe rveſtras. §.liiij.in.fi.de donat.inter vir.& vxor.Guliel.Benedic.in c.Raynutius, in verſicu.ſi abſque liberis.el ij.nu.23.de teſta.

Tenendo primam opi.quæ videtur magis * communis,

2 Primò Limita in herede qui nõ poſſet reuocare, licèt poſſet ipſe donãs, ita Bart.in d.§.Flauius.& ibi Alex.verſicu.vltimus eſt caſus. & ibi Iaſon. verſi.iij.limita.& Are, ibi & Soc.in vij.concluſ. vbi dicit * communem. Alex.in conſi.cv.vol.iiij.Rui.in conſi.vij.vol.j.Alex.in cõſi.ciiij.vol.iiij. Rui.conſi.xxxvj.vol.j.

Contrarium Bald.in l.cum à ſocero.C.de iure dot.Rom. in l. ſi pecuniam.ff.de condict.ob cauſam.

3 Secundò Limita, quando eccleſia, vel tertius, in quos collata eſſet donatio, poſt certum tempus, haberent commodum ex prouiſione reuocantis, ſecus ſi ex prouiſione alterius, quia tunc reuocari non poſſet, ita Aretin.in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.ff.de leg.j.verſi.Ioan.de Imol. hic dicit.Curt.in tracta.feud in iiij.parte.verſi.j.doct.Iaſ.in l.ij.verſic.vel reſpondeo aliter.C.de iur.emphyt.

4 Tertiò Limita, ſi Notarius fuiſſet ſtipulatus pro abſente, ita Bald. in l. cùm à ſocero.C.de iure dot.qui ſubdit idem eſſe, ſi donatarius ſtipularetur pro eccleſia, vel tertio. Areti.in conſi.lxxiiij. verſiculo, ſed tamen his non obſtantibus.Corn.in conſi.lxviij.vol.iij.verſi. dato tamen. Barbat. in conſi.lxvj.vol.iiij.verſ.iſtam etiam doctr.Rip.in xvj.reſponſ.in iij.lib. iſtud tenet Rap.in dict.§.Flauius.& ibi Aret.verſiculo, licet autem prædicta procedant.Socin.in vj.concluſ.Alex.verſi. tamen concluſio fact. Iaſ.verſi.ij.limita.Dec.in conſi.dcvij.nu.12.Aimo conſi.xix.Ruin. conſi. xxxvj.volumine primo. & in conſi.liiij.volumine j.& conſi. lxiiij. eod. volumine primo, Cagnol.in l.ius noſtrum.numer.15.ff. de reg.iur.Boer. deciſ.ccclij.in fi.

5 Sed nonnulli ex Doctoribus ſuprà allegatis dicunt, hoc procedere, & eſſe verum etiam ante ſecutam acceptationem, vt tenet Imo. in c.potuit. de locat.Soc.in ſexta conclu.in §.Flauius.Iaſ.in l.fi.ff.de pact.Dec.in cõſ. lviij.Rui.in conſi.vij.vol.j.

Contrarium Pariſ.in conſi.lxxvij.volum.j.qui voluit, quòd ſit neceſſaria acceptatio.

6 Pro concordia dici poteſt vt per Alex.conſi.cciiij.vol.vij. vbi concludit, quòd licet ſit neceſſaria acceptatio, tamen ſufficit etiam tacita.

7 Quartò Limita, nam ſtante iuramento, videtur quòd non poſſit fieri reuocatio, quia propter iuramentũ actus efficitur irreuocabilis, ita Guid. Pap.in conſi.xxiij.nu.8.

8 Quintò Limita, ſi eſſet plenè quæſitum illi tertio, quia non poſſet amplius reuocari per donantem. Dec, conſi.lviij.Soc.in conſi.cxxvij. verſi. prima eſt, volu.iij.

9 Et propterea Doct.inferunt, quòd ſi tempus aduenisſet, in quo queri deberet res donata ipſi tertio, non poſſet amplius fieri reuocatio, ita Raph. in d.§.Flauius.& ibi Alex.verſi.tamen dicit Raph.& verſi. ſecundus caſus eſt.Dec.d.conſi.lviij.Iaſ.ibi in dict.§.Flauius.verſi.j.eam limita.& Socinus, tertia concluſ.

10 Sextò Limita, quando pœnitentia interuenit ante tempus, in quod eſt collata diſpoſitio in fauorem tertij, & pœnitentia durat vſque ad illud tempus, ſecus ſi pœnitentia interueniſſet antè, & non potuiſſet durare, quia donans prædeceſſiſſet antequàm aduenisſet tempus, in quod eſt collata diſpoſitio in fauorem tertij, vt dicit Cor.in d.conſi.lxviij. verſi.poſſet etiam attentari. vol. iij.

11 Septimò Limita, dummodò in reuocatione concurrat cõſenſus donatoris, & donatarij, vt dicit Bal.in l.cùm à ſocero.C.de iur.dot.Alex.conſ. cciiij.vol.vij.Soc.in conſi.cxv.vol.iiij.

Contrarium quòd ſufficiat ſolus conſenſus donantis, tenet Aretin.in conſi.lxxiiij.verſic.& propterea non benedixit.Bald.etiam in §.Flauius. verſi. ex his patet. qui declarat quòd poſſet donatarius inuito donatore exequi, rem conſignando eccleſiæ, vel tertio tempore ſuo: tamen ſolus donatarius non põt reuocare.Socin.in d.§. Flauius. in ſecunda concluſ.

12 Octauò Limita, ſi diſpoſitio in certum euentum in fauorem tertij collata, ſit facta principaliter in fauorem ipſius donatarij, quia amplius reuocari non poteſt, vt dicit Imo.in d.§.Flauius.in fi.& ibi Alex. verſi.ſubdicit vltimò.& ibi Aret.verſi.extra glo.quærit.& verſicu.tenendo opin. quam ſuprà poſui.

13 Secus ſi in fauorem donantis, vt per Doct. ſuprà allegatos: ſed etiam iſto caſu contrarium tenet Rom.in l.ſi pecuniam.numer.22.ff.de cond. ob cauſ.

14 Nonò Limita, ſi conuentio tranſit in contractum innominatum, ſecus verò ſi remaneret in vim cõtractus nominati, ita Bal.in l.iij.ff. de ſer. aſpor.Pau.de Caſt.in l.ſi pecuniam.in iiij.q.ff.de condict.cauſa dat.Dec. conſi.ccxxxix.Caſſa.conſi.liij.Rui.conſi.vij.vol.j.

15 Decimò Limita, non procedere in feudo.Ruin.in conſi.lxix.vol.iij.in conſi.xcix.vol.iiij.

16 Tenendo aliam opinio.quòd non poſſit reuocari per donatorem,

Primò Limita, niſi cõcurrat conſenſus donatoris, vel donatarij.Alex. d.conſi.cciiij.vol.vij.

17 Secundò Limita, quãdo diſpoſitio fuit valida, ſecus ſi fuiſſet nulla.Soc. in d.conſi.cxv.vol.iiij.

18 Tertiò Limita, quando prouiſio facta tertio, relatiuè reſultaret in prouiſionem ipſius principalis diſponentis, vt quia eſſet in poteſtate ſua, quia tunc poſſet per illum reuocari. Baldus.in dicta leg. cùm à ſocero.in fin.C.de iur.dot.

19 Sed ſi eſſet in poteſtate alterius, & ipſe eſſet donatarius, non poſſet donans impedire quo minus illi, in cuius poteſtate eſt, quærat.Imola in capitulo, potuit.de locat.Barbat.in conſilio lxvj.volumine quarto.& idem dicunt ſi non eſt in poteſtate, tamen tenetur quærere vt reus liberationem fideiuſſori, & procurator domino ſuo, vt ibi per eos.

## CONCLVSIO VI.

### ARGVMENTVM.

*Donatio inter virum, & vxorem, vel inter patrem, & filium, excedens legitimam ſummam, an confirmetur morte in fra legitimam ſummam.*

1 DONATIO facta inter virum, & vxorem, vel inter patrem & filium, non confirmatur morte, quando excedit legitimam ſummam, text.eſt in leg.donationes quas parentes C.de donatio.inter vir.& vxor.ibi, tam amplioris, &c.

Dubitari

2 Dubitari tamen contingit, an impediatur confirmatio quo ad ſummam maiorem, vel etiam infra legitimam ſummam non confirmetur: & gloſſ. in dicta l.donationes.in verbo, concedimus. ſentit etiam infra ſummam non confirmari: quam opin. clarius ibi tenet Sali.

Quem ſequitur Soci.in l.j.verſicu.prima concluſio.ff.ſolu.matri. & conſ.cxv.vol.iiij.Pariſ.conſ.lxij. nu.20. vol.j. Iaſ.in l.j.§.ſed & ſi mihi.ff. de verb.oblig.Idem voluit Soci.in l.inter virum.ff.de reb.dub.licèt allegет in contrarium Io.Andre.Pariſ.conſ.xvj.num.29.verſ.& in tantum. vol.ij.Rui.in conſ.lij.vol.j.& in conſ.cxxxij.vol.iiij.

3 Facit quod notat Rui.in conſ.lxv.vol.iiij.vbi donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, vitiatur in totum: nec ſuſtinetur quo ad bona præſentia, quia vitium ex coniunctione inſurgens, vitiat totam diſpoſitionem.

Contrarium tenuit Io.Andre.in addi.ad Specu.in tit.de dona.in §.j. in addit.incip.donationes. Areti.conſ.xvij. Io.Crottus in l.frater à fratre.ff.de condi.indeb. Hiſpa.in rubrica de donatio.inter virum & vxo. Ludo.Luſitanus in l.ſi inter virum.in primo notab.ff.de reb.dub. Ioan. Ant.Alexan.conſ.cxxiij.Rui.conſ.xciiij.vol.ij.

4 Tenendo primam opinionem, Amplia, vt talis donatio non valeat etiam infra legitimam ſummam, ſi res donata fuiſſet à patre tradita verè, vel fictè.Pariſ.in conſ.xvj.nu.30.vol.ij.

## De rerum alienatione.

### CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

*Alienatio rerum eccleſiarum, eccleſiæ vtilis, an valeat abſque ſolennitatibus.*

1 VARIETAS eſt inter ſcribentes in illa quæſtione, vtrum alienatio rerum eccleſiæ vtilis ipſi eccleſiæ valeat ſine ſolennitatibus.

6 Limita,quia iſta confeſſio de dote recepta non præcedente promiſſione,non firmatur etiam iuramento, vt diximus ſuprà in concluſione,an donatio inter vir.& vxo.firmetur iuramento.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Auus præſumitur dotare neptem propter filium.*

1 DICIT tex.in d.l.dedit dotem.ff.de colla.bon.ꝗ auus cenſe ſetur dotare neptem propter filium.

2 Ex quo infertur,quòd dos data ab auo ipſi nepti,imputatur ipſi filio in legitimam. Cyn. in l.ſcimus.in v.q. C. de inoffi.teſtam.Alex.in con.xxx.verſ.ſed iuxta hoc. vol.iiij. & in conſil. cxvij.verſi.& bene facit,vol.vj.& in conſi cliiij.verſ.& bene facit. vol. vij.& idem tradit in l.in quartam.verſ.ſed iuxta hoc.ff.ad l.Falc.Pic.in d.l.quartam.nu. 83.verſi.quæſiuit.ff.eod.tit.Ruin. conſ.xxx.verſi.& ad confirmationem.vol.ij.& in conſ.cxlviij.verſ. vel ſecundo. vol.ij.& in conſ.cxxxviij.verſ.circa aliud dubium.vol.ij.& in conſi. cxcvj.verſ. & hoc etiam.vol.ij.Bert.conſ.cxxix.verſ.& quia.vol.iij.in nouis. Alciat. in tract.præſum.in j.regula.in xvij.præſumpt.

Contrarium tamen voluit Bald.in auth.ex teſtamento, verſic. iij. quæro.C.de collat. & idem voluit in l.fi.ver.ſed pone quòd vnus. C.de dot.promiſſ.Aret.in conſi.xvij.verſ.ad ſeptimum. & in l. qui in aliena. §.interdum.verſ.quanuis autem.ff.de acq.hered.Corn.in conſi.xxxiiij. verſ.ſi autem fuerit ſoluta.vol.iiij.Ruin.conſ.lxxij.verſ.& præſumptio. vol.ij.

3 Tenendo primam opi.intellige vt procedat,quotieſcunque cõſtat, dotem datam nepti ab auo, filij contemplatione datam fuiſſe, vt tenet glo.in l.dedit dotem,in verbo,idem.vbi etiam Bar.in verſ.quandoque pater.ff.de coll.bon.glo.in l.auus.in ver.habuiſſet.ff.de iur.do. Nice.in concor.ad Bar.cclxxxiij.Imol.in l.quæſitum. in prin. verſ. nota tamen ſingulariter.ff.de leg.j.Alex.in conſ.cxvij.verſ.& bene facit.vol.vj.& in conſi.cliiij.verſ.& bene facit.vol.vij.& in conſi.xxx.vol.iiij.Dec. conſ. lxxxj.verſ.& iſta bene procedunt.Ripa in l.in quartam.nu. 202.& ibi Pic.nu.83.verſ.quæſiuit Ange.ff.ad l.Fal.Ruin.conſ.viij.verſi.& ad confirmationem.vol.ij.Alciat.in j.reg.in xvij.præſumpt.in princ.

4 Amplia,vt iſtud procedat etam ſi ſumus in dubio,quo caſu potius contemplatione filij,quàm neptis,præſumitur auum ipſi nepti dotem præſtitiſſe. Ang.in conſi.lxxviij.in ci.Ioann.verſ.non obſtante.Alex.in conſ.cxvij.verſ.& bene facit.vol.vj.& in conſi.cliiij.verſ.& bene facit. vol.vij.Dec.in conſ.lxxxj.verſ.& iſta.Ruin.conſ.xxx.verſi.& ad confirmationem.vol.ij.Ripa in d.l.in quartam.num.202.& ibi Pic. num. 83. verſ.quæſiuit Angelus.ff.ad l.Falci.Alci.in j.reg.in xvij.præſum.num.3.

5 Et eo maximè in dubio præſumendũ eſt neptes dotatas fuiſſe contemplatione filij,quando ipſe auus legaſſet dotem ipſis neptibus nondum natis ſed naſcituris,& ideò tunc illud relictum debet ipſi filio in legitimam imputari.Ang.in d.conſi.lxxvj.verſ.non obſtat.Dec.in d. cõſ. clxxxj.verſ.& hoc idem Rui.in con.cxxxviij.verſ.& tanto magis.vol.ij.

6 Limita,quando conſtaret ꝗ contemplatione ipſius neptis, non autem filij auus illam dotauerit,& ideò tunc non debet ei dos prædicta in legitimam imputari,prout eſt tex.in l.auus.ff.de iur.dot.gloſſ.in l.dedit dotem.in verbo idem.verſ.vel dic.& ibi Bart.verſ.aut dedit. ff. de coll. bon.Ange.in conſi.lxxviij.verſ.non obſtat.Alex. conſ.xxx.verſ. ſi tamen appareret.vol.iiij.& in conſi.cxvij.verſi.& bene facit.vol.vj. Nicell.in concord.Bart.ccxxxviij.

7 Amplia,vt in hoc caſu dicatur conſtare,ſiue conſtet per veras probationes,ſiue etiam per vehementia indicia.Ang.in l.in quartam.in fi. verſ.quid autem ſi auus.ff.ad l.Fal.Ang. in conſi. cxxix.verſ.hoc idem expreſſius.vol.v.& in conſ.cxvij.vol.vj.& in conſi.cliiij.vol.vij.Maria. Iun.in conſi.lxxvij.verſ.vel & tertio.vol.ij.

8 Ex quibus infertur, quòd dos data ab auo nepti,imputatur in legitimam ipſi nepti debitam in bonis paternis.Ange.in d.conſi.lxxvij.& in l.in quartã.verſ.quid autẽ ſi auus.& ibi Imo.ver.& itẽ tangit hic.& ibi etiam Alex.verſ.quærit etiam Ang.& ibi Rip.nu.206.& Pic.n.83.ver. quæſiuit hic Ang.ff.ad l.fal.Paul.de Caſt.in conſi.xcvj.vſque in fi.verſ. de altera verò dimidia.vol.ij.Alex.in con.xxx.verſ.ſed iuxta hoc.volu. iiij.& in conſi.cxvij.verſ.& bene facit.vol.vj.& in conſi.cliiij.verſi.& bene facit.vol.vij.& in conſi.clxxix.in princ.vol.v.Soc.in conſi.xxxiij. verſi.nam videmus.volu.iij.Dec.in conſi.lxxxj.num.5.verſi.ſucceſſiuè. Rui.conſi.cxxxviij.verſ.adducit etiam.vol.ij.& in con.lxxij.ver.& præſuppono.vol.ij.Alciat.in j.regula in xvij.præſumpt.

9 Primò limita iſtud procedere quando pater eſſet diues, quo caſu teneretur filiam dotare.ſecus ſi eſſet pauper,quia tunc onus dotandi ad auum pertineret.Ita limitat Io.Crot.in c.Raynutius.verſ.quod dictum puto.de teſta.Ripa in l.in quartam.nu.206.& ſeq.ff.ad l.Falc.

Contrarium tenet Pic.in d.l.in quartam.nu.83.ff.eo.& ſentit Bert. in conſi.cxxix.vol.iij.in nou.

10 Secundò limita,quando conſtat,quòd contemplatione filij fuerit dotata,vel ſi ſumus in dubio,ſecus ſi conſtaret,quod contemplatione neptis.Ang.in l.in quartam.verſ.ꝗ autem.& ibi Imo.ver.& item tangit hic Ang.ff.ad Falc.cum aliis ſuperius allegatis.

11 Pri

11 Primò Amplia, idem eſſe etiã in dote data filiæ fratris à patruo. Pau. de Ca. in conſi.xcvj.ver.de altera verò.vol.ij.Alex.in conſi.clxxix.ver. hoc etiam conſulendo.vol.v.Rip.in l.in quartam.num.206.& ibi Pic. nu.83.ff.ad l.Fal.Rui.in conſi.cxlviij.ver.vel ſecundo.vol.ij.& in conſ. cxcvj.ver.vel ſecundò & melius.vol.ij.Maria.Iun.in conſi.lxxvij.verſ. & primo iſta cõcluſio.vol.ij.& in cõſi.cxxxiij.ver.& inter cætera.vol.j.

12 Secundò Amplia, idem eſſe in dote data nepti ex filia.Alex.in conſi. cxvij.verſic.nec dicatur.vol.vj.& in conſi.cliiij.verſi.nec dicatur.volumi.vij.

13 Primò Declara, vt hoc procedat in ea dote, ad quam filius tenetur, ſecus ſi alius teneretur dotare, vt infrà dicetur.

14 Secundò Declara, quando ex coniecturis aliud appareret, vt ſuprà dictum fuit.

15 Primò Limita illam concluſionem, ꝙ dos data nepti imputetur filio in legitimam, vt procedat, quando auus teneretur dotare, filio inope exiſtente, ſecus autem quando filius eo, quia eſſet diues, ipſe dotem tradere teneretur, quia tunc dos non præſumeretur data contemplatione filij, ſed contemplatione neptis, & propterea tunc non eſſet ipſi filio in legitimam imputanda. Alex.in l.in quartam. verſi.ſed iuxta hoc.& ibi Rip.nu.20.ff.ad l.Falc.Rui.conſi.xlviij.nu.9.vol.ij. & in conſi.clxxj. ver.iſtud etiam apertè.vol.j.Io.Crot.in c.Raynutius.ver.primus eſt.de teſt.Dec.conſi.clxxxj.ver.& hoc ſanè.Rui.conſi.xxx.ver.& ad confirmationem.vol.ij.

Contrarium tenuit Alciat.in xvij.præſum.in j.reg.in verſ.& ex iſtis.

16 Secundò Limita, niſi ipſe auus reliquiſſet dotem præſtandã poſt obitum ipſius.Rui.in conſ.lxxij.numer.6.verſicu.& confirmatur.volu.ij.

17 Tertiò Limita, quando neptes non eſſent adhuc nubilis ætatis.Rui.in d.conſi.lxxij.nu.7.vol.ij.

18 Quartò Limita, quando nepos ex filio ſpurio eſſet ab auo inſtitutus, vel ab eo legatum accepiſſet, quo caſu ſi diceretur contemplatione filij ſpurij inſtitutus nepos, aut ei legatum factum, inſtitutio, vel legatũ non valerent, quia tunc pro actus validitate in dubio contemplatione ſui ipſius, & non patris nepos præſumitur inſtitutus ab auo, vt tradit Bart. in l.Gallus.in §.quod ſi is.ver.tertius caſus.ff.de li.& poſth.de quo dic, vt infrà in iiij.lib.in ti.de hered.inſti.in iij.concluſ.

19 Ex ſupradictis infertur, ꝙ donatũ ab auo nepoti dicatur à patre profectum, & propterea profectitium appellatur.Bar.in auth.ex teſtamento.ver.quæro ſecundò.C.de ſecun.nup.& in l.dedit dotem.ver.aut eſt dubium.ff.de colla.bon.Ang.in l.in quartam.ver.ſed ſi dotauit.ff.ad l. Falc.& in conſi.lxxviij.incip.Ioan.& in conſi.ſeq.And.de Iſer.c.j.§.& ſi clientulus.ver.ſi verò à cõiuncto.de alie.feu.Alex.in cõſi.lxxv.ver.nec in caſu noſtro.vol.vj.Maria.Iun.conſi.xxxiij.nu.8.vol.j.& in conſ.lxxvij.ver.vel ſecundò.vol.ij.Rui.conſi.xxx.ver.& ad confirmationẽ.vol. ij.Ber.conſi.cxxix.ver.pro eo quia.vol.iij.in nou.Alciat.in j.reg.in xvij. præſump.ver.præterea licèt.

20 Contrarium, ꝙ non profectitium, ſed aduentitium dicatur, ſentit gl. in l.qui in aliena.§.interdum, ſuper verbo, faciet heredem.ff.de acqui. here.& ibi Bar.ver.oppono.

Idem voluit gl.in l.quæſitum.in prin.in verbo, ſeruo.verſi.vel dic.& ibi Bar.ver.oppono quod à patre.& ibi Ang.ver.& loquitur iſtud principium.& Imol.ver.no.tamen ſingulariter.ff.de leg.j.gl.in l.auus, per illum tex.in verbo, habuiſſet.ff.de iure dot.Alex.in l.ſed etſi plures.§.in arrogato.ver.idem facit iſte tex.& ibi Cuma.in ver.no.ſingulariter.& Rom.ver.no.iſtam gl.& ibi Alex.ver.in gl.in verbo, faciet.& ibi Iaſon ver.& iſto modo.& Aret.ver.in eadem gl.ff.de vulga.& pup.Alex.in l. in quartam.ver.ſed in contrarium facit.& ibi Pic.nu.83.in fi.& ibi Rip. qui hanc dicit*communem opi.nu.204.ff.ad l.Fal.Alex.in cõſi.cxxxviij.in prin.vbi hanc dicit*communem opi.vol.v.& in conſi.clxxxiij. ver.quia duo.vol.ij.& conſi.cxcix.ver.quinimò in dubio.vo.ij.& conſ. xxix.ver.vbi autem.vol.v.& conſi.lxxxviij.ver.& illud.vol.iiij.Io.Cro. in c.Raynutius.ver.hoc dictum.de teſta.Corne.in conſi.xxxiiij.vbi hãc dicit communem opi.in ver.ſi autem fuit ſoluta.vol.iiij.Bertran.conſi. cxxxviij.ver.niſi fortè.vol.ij.in nouis.

Tenendo hanc ſecundam opinio.tanquàm magis*communem,

21 Primò Limita, quando relinquitur, vel datur nepti nondum natæ, quia cum in ea non poſſint cadere merita, cenſetur datum, vel relictũ patris contemplatione, & propterea profectitium dici debet.Bart.in conſi.cxxxj.in prin.Dec.in conſi.clxxxj.ver.& hoc idem.Alex.in conſ. lxxxviij.ver.nec obſtat.vol.iiij.

22 Secundò Limita, quãdo daret aliquid auus nepti, vel nepoti, ad quod eſſet filius obligatus, quia tunc cenſetur datum contemplatione filij, & propterea profectitium, non aduentitium debet dici.Alex.in conſ.viij. ver.vel etiam poteſt.vol.iij.& in conſi.cxxxviij.ver.vel etiam poteſt. vol.v.& in conſi.xxx.ver.non obſtat id quod no.gl.vol.iiij.Are.in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acq.here.Alex.in l.in quartam.ver.nõ obſtat id, quod no.& ibi Pic.nu.83.ver.limita tamen.ff.ad l.Fal.Ber.conſi. cxxxviij.ver.niſi fortè.vol.ij.in nouis.Alcia.in tract.præſum.in j.reg.in xvij.præſump.ver.nec obſtat ratio.

23 Tenendo aliam opi.quòd donatum vel relictum ab auo nepoti, cenſeatur datum contemplatione filij, & propterea profectitium reputetur,

Limita, vt non procedat in filio exheredato, cuius contemplatione non præſumitur patrem voluiſſe dare, quem exheredem fecit.Imol.in l.qui in aliena.§.interdum.ver.no.gl.ff.de acqui.hered.

Contrarium tenet Roma.in d.§.interdum.ver.no.iſtam gl.& Aret. ver.hanc gl.& ibi Alex.ver.Roma.hic.& ibi Iaſ.ver.iſtam gl.etiã.Rui. conſi.xxx.ver.& ad cõfirmationem.vol.ij.ex quibus apparet ſupradictam limitationem per Doctores*communiter reprobari.

## De ſecundis nuptiis.

### CONCLVSIO I.

#### ARGVMENTVM.

*Mulier tranſiens ad ſecunda vota, quicquid de bonis primi mariti fuerit lucrata, filiis primi matrimonij debet conſeruare.*

1 FOEMINÆ tranſeuntes ad ſecunda vota quicquid titulo lucratiuo de bonis primi mariti conſecutę fuerint, morientes liberis primi matrimonij ſeruare debent, omni alienatione interdicta, vt probat tex.in l. fœminæ.C.de ſec.nup.in l.generaliter.eo.ti.in §.ſi verò expectet.in auth.de nup.Fulg.in conſi.xlix.& conſi.lxiij.Cor.in conſi.cccix.volu.iij.Oldra.in conſi.xxxiij.in ij.q.Grat.in conſi.xxxv.vol.j.

2 Primò Amplia, idem eſſe in maſculis, qui trãſierint ad ſecundas nuptias.d.l.generaliter.C.de ſec.nup.& d.§.ſi verò expectet.in authen.de nup.Old.in conſi.xxxiij.in ij.dubio.Azo in ſum.in ti.de ſec.nup.verſi. item quæcunque.Bal.in d.l.fœminæ.in j.lect.in fi.Ro.in conſi. clxxxij. Io.de Rip.in d.l.fœminæ.in j.q.Io.Nico.in d.l.generaliter.nu. .C.de ſecun.nup.vbi dicit iſtam*communem opi.Cæpo.caut.cccxxxvj. Cy.in auth.ſed & ſi quis.in iij.q.C.de ſec.nup.Guald.caut.xviij.in fi.in ti.de le. Bertr.in conſi.xcv.vol.ij.& conſi.clv.vol.iij.Grat.in conſi.xxxv vol.j. Boer.deciſ.clxxxvij.

3 Vbi etiam ampliat idem eſſe in aliis aſcendentibus.vide infrà in vij. concluſ.eod.titu.

4 Secundò Amplia, etiamſi filij primi matrimonij non ſint hæredes patris præmortui, ſed ſint heredes matris lucrantis, vt eſt tex.in l.generaliter.in fi.C.de ſec.nup.Pau.de Ca.in conſi.cl.vol.ij.vbi etiam ampliat ꝙ totum vendicant filij etiam ꝙ non ſint niſi pro parte heredes, vel etiã ſi non ſint heredes etiam matris lucrantis, vt ſentit Cor.conſi.ccciij.vol. iij.Sylua nup.in v.ampliat.Oldr.in l.generaliter.

5 Et propterea infertur, ꝙ dato ꝙ ex primo matrimonio extarẽt fœminę excluſæ per ſtatutum, nihilominus mortua matre quę tranſiuerat ad ſecũdas nuptias, haberent omnia, quæ mater à patre fuiſſet conſecuta. Sal.d.l.fœminæ.§.illud.C.de ſec.nup.licèt loquatur in terminis illius §. & in terminis noſtris. hoc ponit Ripa in d.l.fœminæ.q.viij.

6 Amplia, etiamſi renunciauerint bonis paternis, vel maternis filij primi matrimonij.Guido Papæ q.ccxxviij.Dec.conſi.cccxcvj.& conſilio ccxxx.& conſi.ccvj.

7 Et hoc intelligitur quando renunciatio fit ante tranſitum ad ſecunda vota, ſecus ſi poſt tranſitum, & ſic poſtquàm iam cœpit competere ius, ita tenet Pau.de Ca.in conſi.cccxij.ſecund.antiquam impreſſionẽ. Dec.in conſi.ccvj.in fi.Rip.q.ix.in d.l.fœminæ.& idem dicit Dec.in rubri.C.de ſecun.nup.

8 Tertiò Amplia, non modo ſtantibus filiis, ſed etiam ſtantibus nepotibus ex primo matrimonio, ex filiis ſuſceptis patribus prædefunctis, ita Bertr.in conſi.clxvj.vol.j.in antiquis.& ponit Ripa in d.l.fœminæ. in vj.quæſt.

9 Et iſto caſu ſi extarent filij & nepotes, fieret ſucceſſio in ſtirpes, & non in capita, vt per Bertr.in conſi.præallegato. Ripa in d.l.fœminæ.q.vij. Bertr.conſi.xcij.vol.j.in nouis.

10 Quartò Amplia, vt fiat iſta priuatio ipſo iure, nec ſit neceſſaria ſententia iudicis.Cor.in conſi.cccix.vol.iij.& Io.Nic.in l.generaliter.in ij parte.nu.5.C.de ſecun.nup.

11 Quintò Amplia, etiamſi teſtator reliquerit vel donauerit vxori, adiiciens ꝙ volebat ꝙ vxor poſſet diſponere liberè, & ſine conditione in vita, & in morte.Ita Fulg.in conſ.lxiij Bertr.in conſi.cccvj.in ij.vol.Ripa in d.l.fœminæ.q.xij.Bertr.in conſi.lviij.in nouis.

12 Sextò Amplia, non modo ſi mulier tranſiuerit ad ſecunda vota, ſed etiam ſi luxurioſè vixerit poſt mortem mariti.Ripa in l.fœminæ.q.xv. Io.de Garro.in auth.ex teſtamento.nu.30.C.de ſec.nup.in xxviij.pœna. Hiſp.in rub.de don.int.vi.& vxo.ver.ad hoc bene facit.Io.Nic.qui ampliat idẽ eſſe in viro.in l.generalier.nu.15.C.de ſec.nup.Alex.in apoſt. ad Bar.in d.l.fœminæ.Sylua nup.in conclu.viij.eod.tit.

13 Septimò Amplia, idem eſſe in omni confeſſione mariti erga vxorem, quæ reſultet in donationem vel legatum, vt per Pau.de Caſt.in conſi. clxxiij.incip.viſo caſu.& allegatur ſecundum antiquam impreſſionẽ.

aliter in conſi.cl.vol.ij.Ripa q.xviij.in d.l.fœminæ.

14 Octauò Amplia,vt idem ſit in pecunia,ex qua vxor emit bona conſtãte matrimonio,quæ præſumitur de bonis mariti.per tex.in l.Quintus Mutius.ff.de dona.inter vir.& vxor.& iſtam ampliationem ponit Io.de Ripa in d.l.fœminæ.

15 Nonò Amplia,idẽ eſſe in lucro acquiſito vxori ex forma ſtatuti per mortem mariti.Bal.in auth.ex teſtamento,ver.ſed ſtatim iuxta prædicta quæro.C.de ſecun.nup.vbi Alex.in apoſtil.& in auth.vxori.C.eod. vbi Alex.in apoſtil.Roma.in l.ſi cum dotem.ver.tu autem aduerte.ff. ſolu.matr.Corn.in conſi.cccix.vol.iij.Roma.in conſi.cxc.in ij.dubio. Dec.in auth.ſi qua mulier.ver.ex his infertur.C.de ſecun.nupt.Pau.de Caſt.in l.ij.ver.& idem dico.ff.ſol.matr.Soc.in conſi.xlij.verſ.ſed verũ faciebat dubitationem.vol.iiij.Io.de Ripa in l.fœminæ.q.xxiij.Io.Nic. in l.generaliter.nu.41.C.de ſecun.nup.qui dicunt iſtam eſſe*communem opin.Cremenſ.in ſing.vltimo.Aret.in l.ij.ver.prima concluſio.ff. de le.j.Idem ſentit.Io.Fab.in auth.in donatione.C.de ſecun.nup.Cor. in conſi.cclxix.in fine.vol.iiij.Pau.de Caſt.in l.fin.in princ.C.de bonis maternis.Ioan.de Garro.cumulatiſſimè in authen.ex teſtamento.nume.55.& ſequen.C.de ſecund.nupt.& iſtud tenuit Rayn.inter conſilia Signoro.in conſilio lxviij.& conſi.fina.Grat.in conſi.xxxv.vbi declarat,volu.j.

Contrarium Bal.in l.fi.C.de bonis mater.in fi.& ibi Corn.in fi.& idẽ Corn.in auth.ex teſtamento.ver.per prædicta.C.de colla.Pepus in authen.præterea.ver.iij.& vltimò.C.vnde vir.& vxor.Hiſpa.in rubri.de dona.inter virum,& vxo.ver.ex quo infertur.Barb.in c.officij.ver.adde etiam ad præcedentem quæſtionem.de elect.Are.in l.ſi ab hoſtibus. §.fi.ver.pro iſta deciſ.ff.ſol.matr.Signorol.Homod.in conſi.xxxvij.& in conſi.lxix.

16 Decimò Amplia,vt mulier heres inſtituta,per tranſitum ad ſecunda vota deſinat eſſe heres directò,& non per fideicommiſſum.ita Rip.in d.l.fœminæ.q.xxiiij.

Contrarium Corn.in conſi.lv.vol.j.tamen Cor.ibi loquitur quando priuatio ſuccedit ex voluntate teſtatoris.

17 XI.Amplia,etiam ſi non habeat à viro,ſed de bonis eius ex l.diſpoſitione.vt in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.ita Pau.de Ca.in conſi. cl.lib.ij.

18 XII.Amplia,nam iſta pœna non ceſſat de iure canonico.Guido Papæ in conſi.cxx.

19 XIII.Amplia,vt etiam onus non poſſit adiici in his bonis per matrem.Maria.Iun.in conſi.ciij.nu.24.vol.j.

20 Primò Limita,hoc non procedere in Iudæa fœmina tranſeunte ad ſecundas nuptias.ita Ripa in d.l.fœminæ.in ij.q.

Contrarium ſentit Bal.in l.ij.C.de ſec.nup.Alex.in apoſtil.ad Bart. in d.l.fœminæ.Imò in Iudæa dicunt idem eſſe,quando tranſiret ad ſecundas nuptias,ſoluto matrimonio diuortio,quod hodie inter fideles cadere non poteſt.

21 Secundò Limita,ſi mulier tranſiens nullos ex priore matrimonio filios ſuſcepiſſet,ita gl.in d.l.fœminæ.in gl.ij.& Odofred.in figuratione caſus.& Ripa in iij.q.

22 Et idem ſi fuerint ſuſcepti filij & tempore tranſitus matris ad ſecunda vota deceſſiſſent.Bal.in conſ.cliij.in j.dubio.vol.v.Bar.& Bal.in authen.ex teſta.C.de ſec.nup.vbi Bal.Bar.in conſi.liij.in fi.Are.in §.præferuntur.inſti.ad Tertul.Fab.de Monte.in repe.auth.nouiſſima.nu.138. C.de inoffi.teſta.Alex.in conſi.lxiij.vol.v.& in conſi.ccxj.vol.vij.Ripa in d.l.fœminæ.in iiij.q.

23 Et idem ſi filij ſuſcepti eſſent,qui extarent tempore tranſitus ad ſecũda vota,tamen decederent ante mortẽ matris,vt eſt tex.in l.fœminæ.in fi.& Odofr.ſuper tex.illius l.& eſt bonus tex.in §.quoniã infirmitas.in auth.de nup.Bal.in cõſi.cliij.vo.v.Anch.in conſi.cclxxviij.Are.in conſ. cxi.ver.iiij.quia non ſolũ.Bert.in cõſi.cxxxiij.vol.j.in nou.Matt.in trac. ſucceſ.ab inteſt.nu.55.& in tract.de teſt.ver.volens inteſtatus decedere. Soc.in conſi.xxxiiij.ver.iiij.moueor.vol.j.Alex.in conſi.lxvj.ver.attamen attento.vol.iij.Pau.de Caſt.in conſi.lxvij.in fi.ver.ſed ſi filia.vol. j.Io.Nico.in l.generaliter.in ſecunda parte.nu.11.& ſeq.Alex.in con ſi.lxiij.volu.v.verſi.accedit ad idem.Nico.de Vbal.in tracta.ſucceſſ.ab inteſt.in ij.parte.nume.11.Bertran.in conſi.cclxiij.vol.iij.Aimo in conſi.xxxvj.

Contrarium Bolog.in tracta.ſucceſ.ab inteſt.nu.56.Io.de Garro.in auth.ex teſtamento.nu.50.& ſeq.C.de ſecun.nup.

24 Et quando filius deceſſit condito teſtamento,vide in v.limit.tertiæ conclu.eo.tit.

25 Amplia hanc limitationem, etiam quando extarent filij, ſed eſſent ingrati,quia perinde eſt ac ſi non extarent.Boer.deciſ.clxxxv.

26 Tertiò Limita,nam facultas reuocandi nõ transfertur ad heredes, adeò ꝙ ſi filij viua matre non ſint conqueſti de tranſitu ad ſecunda vota,morientes non transferunt hoc ius in heredes,& hoc voluit Bald.in auth.ex teſtamento.ver.ſed ſtatim quæro.C.de ſecun.nup.Alex.in conſi.lxiij.vol.v.ver.item quia filius,vel filia.Dec.in conſi.ccvj.ver.& probatur ex eo.Maria.Iun.in conſi.lxxj.vol.ij.Ripa in l.fœminæ.in xiiij.q. C.de ſecun.nup.& in lxj.q.ver.facit quod dicit.

27 Quartò Limita,ſi extarent filij ex primo matrimonio,& mulier ad ſecundas nuptias deuenerit,& nullis ſuſceptis ex ſecũdo matrimonio liberis,vel illis omnibus mortuis ad tertias nuptias conuolauerit,nam quo ad habita à ſecundo viro,non habet locũ diſpoſitio.d.l.fœminæ. & diſpoſitio l.generaliter.ita Bald.in ſecunda lectura.in dicta l.fœminæ.Bertrand.in conſi.cccxxxviij.in antiquis.Ripa in l.fœminæ.in v. quæſtio.

28 Quintò Limita,ſi filij primi matrimonij nullo modo eſſent ſucceſſibiles,vt in deportatis,& fratribus minoribus concludit Ripa in d.l.fœminæ.in viij.q.

29 Sextò Limita,ſi nubat de conſenſu primi viri,gl.in §.dato.in verbo, ſiue viri.in auth.de nup.Bal.in l.fœminæ.in ij.lect.ver.item not.ꝙ vbi. & in l.j.in j.lect.ver.ſed pone.C.de ſec.nup.& in l.filiũ,quem habentẽ. ver.no.tamen.C.fa.erc.& in conſi.cccxxxvj.vol.j.Rom.in conſi.ccxix. Cæpol.caut.cccxxxvj.Bertr.in conſi.cccvj.vol.ij.in antiq.Pau.de Caſt. in l.filium,quem habentem.& ibi Iaſ.C.fa.erciſ.& idem Iaſ.in l.ambiguitatem.C.de indicta vid.tol.Roma.in ſingu.cclij.Cremenſ.in ſingu. lxxiiij.Bal.in conſi.xlij.vol.iij.& in conſi.cclxvj.vol.v.Ang.in conſilio cccxcvj.in ij.parte.nouiter impreſſa.Are.in tract.de teſt.in verbo,donec caſtè vixerit.Dec.in rub.C.de ſecun.nup. Dec.in c.eccleſia S.Mariæ.nu.35.de conſti.Sylua nup.in j.limit.Barba.in repe.l.cùm acutiſſimi.C.de fideic.Præpoſ.in c.fi.C.de ſecun.nup.apoſtil.ad Abb.in c.fi.de ſecun.nup.Io.de Garro.in l.j.nu.63.C.de ſecun.nup.Dec.in conſ.dcxx. Gualdenſ.caute.xviij.de leg.Bertr.in conſi.lviij.vol.j.in nouis.vbi plus ſubdit,ꝙ dicta licentia tranſeundi ad ſecunda vota colligitur ex licentia data in primo teſtamento,licèt non repetita in ſecundo.Idẽ tenuit Bertr.in conſi.cclxxv.vol.iij.in nouis.Soc.in regũ.cclxxij.in ij.fal.Io.de Garro.in rub.de ſecun.nup.in ij.parte.num.1.& ſeq.Pariſ.in conſi.xcv. vol.ij.Boer.deciſ.clxxxv.vbi limitat.nu.26.

Vide infrà in concluſ.iij.eo.titu.in ix.limit.& in concluſ.vj.in j.limi.

Contrarium voluit Bertr.in conſi.cclxxx.vol.ij.in antiquis.Rip.in d.l.fœminæ.in xj.q.

30 Et idem eſt econtra,ſi vxor marito det licentiam tranſeundi ad ſecũdas nuptias.Iaſ.in conſi.liij.vol.j.& ibi Iaſ.limitat in conſenſu præſtito in teſtamẽto,vel alia vltima volũtate,ſecus ſi ſit præſtitus inter viuos.

31 Tenendo primam opi.*communem,Amplia,vt non ſufficiat tacitus conſenſus.Fulg.conſi.lxiij.

32 Limita,vt conſenſus mariti operari poſſit ad remittendas pœnas, quas incurrit mulier tranſiens ad ſecunda vota poſt annum luctus,nõ autem eſt potens talis conſenſus mariti remittere pœnas nubentis mulieris infà annum luctus,ita Bal.in l.j.in j.lect.ver.ſed pone.C.de ſecun. nup.Roma.in conſi.ccxix.Iaſ.in l.filium,quem habentem.C.fami.erc. Bertr.in conſi.xlvij.in fi.vol.j.in nouis.Io.de Garro.in l.j.nu.63.C.de ſecun.nup.Præpoſ.in c.fi.de ſec.nup.Ang.in conſi.cccxl.incip.Docto.in ſignis.in ij.parte conſiliorum nouiter impreſſa.

Amplia,idem eſſe in conſenſu filiorum, dicit Guald.cautel.xviij. de lega.

Contrarium Pau.de Ca.in l.filium,quem habentem.C.fa.erc. Lud. Bolog.in ſuis nouis interpretationibus.in l.j.C.de ſec.nup.Io.de Garro.in l.j.nu.65.& ſeq.C.de ſecun.nup.

33 Septimò Limita,quando mulier tranſiret ad ſecunda vota de voluntate,& conſenſu filiorum primi matrimonij.gl.in auth.de non elig.ſecundò nubent.in verbo,copulantur.Roma.in conſi.ccxix.Angel.in d. auth.poſt gl.ibi.ver.& prædicta vera.Ang.in conſi.cccxcvj.in ij.parte. Bertr.in conſi.clxxv.vol.ij.in antiquis.Nic.de Vbal.in tract.ſuc.ab inteſt.in ij.par.nu.10.Rip.in d.l.fœminæ.in xiiij.q.Dec.in conſi.ccvj.Bertran.in conſi.lxxij.in nouis Præpoſ.in c.fi.de ſec.nupt.Roma.in ſingu. cclij.incip.vt ſcis.in fi.Barb.in repet.l.cùm acutiſſimi.C.de fideic.Cremenſ.in ſing.lxxiiij.Cæpo.caut.ccxxxv.Bologn.in addit.ad tractatum Matthe.de ſucceſ.ab inteſt.num.52.Iaſ.in l.filium,quem habentem.C. fam.erc.& in l.ambiguitatem.in ſecundo not.C.de indict.vidui.tol.Io. de Garro.in rub.C.de ſecun.nup.in ij.parte.in ſecundo remedio.num. 4.Dec.in rub.C.de ſec.nup.Guald.caut.xviij.de leg.Soc.in reg.cclxxij. in j.limit.Boer.deciſ.clxxxv.Pariſ.in conſi.xxix.vol.iij.

Vide infrà in conclu.vj.in limit.ij.& ſuprà in vj.limit.huius concl.& in concluſ.ſeq.in ij.limit.& in conclu.iij.infrà in x.limit.

34 Amplia hanc limitationem etiam ſi tacitè conſentiant non conquerendo de matre tranſeunte ad ſecunda vota.Bal.in auth.ex teſtamento.ver.modo quæritur vtrum.C.de ſecun.nup.& in conſi.ccvj.vol.iiij. Ripa q.lxxj.in l.fi.C.de reuoc.dona.Pariſ.in conſi.xxix.vol.iij.Grat.in conſi.lxxxiij.vol.ij.Boer.deciſ.clxxxv.vbi omninò vide, qui declarat, maximè nu.22.& ſeq.

Contrarium ſentit idem Ripa in d.l.fœminæ.in xiiij.q.C.de ſec.nup. Soc.in l.cùm auus.ver.primo caſu.ff.de cond.& demonſt.

35 Et propterea facit quod no.Bal.in l.mater.C.ad Tert.vbi ſi filius inſtituit heredem matrem quam ſciebat ad ſecundas nuptias conuolare,videtur ei remiſiſſe iſtas pœnas.

36 Et idem eſt,ſi filij ratificent poſt tranſitum ad ſecunda vota.vt per Dec.in d.rub.C.de ſec.nup.& ſufficit etiam conſenſus tutoris filij impuberis,vt declarat Bertr.in conſi.lviij.vol.j.in nou.

37 Et idem eſt quando filij tacitè, vel expreſsè conſentiunt ſiue in patre, ſiue in matre. Pariſ. conſi. xxix. vol. j.

38 Octauò Limita, vt non procedat in acquiſitis contemplatione mariti, ita Roma conſi. ccccv. Rip. in d. l. fœminæ. q. xvj. idem ſentit Alber. ibi circa fi. Io. Nico. in l. generaliter. nu. 52. C. de ſecun. nup. Io. de Garro. in auth. ex teſtamento. nu. 29. C. eodem titu. Sylua nup. nume. 53. in xiiij. limit.

Contrarium Bertr. in conſi. cccvj. in antiquis. vol. ij. vide in iij. conclu. infrà eod. tit. in vj. limit.

39 Nonò Limita, quia non habet locum in donatione facta vxori remuneratoria, ita Bertr. in conſi. clxxv. volu. ij. in antiquis. Io. Nico. qui declarat in iij. reſpon. nu. 3. & ſeq. Io. de Ripa in d. l. fœminæ. q. xvij. vbi idem dicit de donatione reciproca, & de donatione ob cauſam. & iſta limitatio eſt illatio ſequentis limitationis: & de donatione reciproca dicit Boer. deciſ. clxxxv.

40 Decimò Limita, vt non procedat in quæſitis à marito tit. oneroſo, ita Bal. in l. fœminæ. in ſecunda lect. in prin. ver. item no. quòd iſtæ pœnæ. Roma. in conſi. ccxix. Bal. in auth. in donatione. in fi. C. de ſec. nup. Bertr. in conſi. ccxij. volu. ij. in nouis Hiſpa. in rub. de dona. inter vir. & vxo. Boer. deciſ. clxxxv. Io. de Garro. nu. 31. in auth. ex teſtamento. & in conclu. iij. in viij. limit.

41 XI. Limita, quo ad proprietatem plenam bonorũ, quæ mulier emit conſtante matrimonio, quæ præſumitur emiſſe de pecunia viri, licèt quo ad pecuniam, quæ præſumitur de bonis mariti, locum habeat dicta diſpoſitio l. fœminæ. ita Ripa in l. fœminæ. in q. xx. ſed quo ad pecuniã ego credo, ꝙ etiam non expectata morte recipi poſſit, quia non videtus donata, niſi aliud cautum ſit.

42 XII. Limita, quia ſi mulier ſit conſecuta vſumfructum de bonis mariti, illum non amittit per tranſitum ad ſecunda vota, ita Bal. in d. l. fœminæ. ver. ſed quid ſi vir. & ibi Ripa q. xxj. Bolog. in addit. ad conſilium Io. de Ana. dcclxiiij.

43 Idem in patre quo ad vſumfructum. Boer. deciſ. clxxxv.

44 XIII. Limita, quando lucrum tale eis delatum per mortem patris non agnouerint, vel repudiarunt. Grat. in conſi. xxxv. vol. j.

45 XIIII. Limita, quando nubendi licentiam dediſſet Princeps, ita Boer. deciſ. clxxxv. nu. 25.

46 XV. Limita, in muliere minore xxv. annorum. Boe. deciſ. clxxxv.

47 XVI. Limita, nam non priuatur ſucceſſione filiorum, qui ſucceſſerunt in bonis coniugis prædefuncti. Boer. deciſ. excij.

48 XVII. Limita, quando legatum factum eſſet coniugi in remunerationem ſeruitiorum. Gramma. in conſi. ciuili. cliij.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Mulieri tranſeunti ad ſecunda vota prohibita eſt omnis alienatio de bonis primi mariti.*

1 ALIVD dictum illius tex. in l. fœminæ eſt, ꝙ dicatur prohibita alienatio mulieri de his, quæ ad eam peruenerunt ex bonis primi mariti.

2 Primò Amplia, vt nec in extraneum, nec etiam in ſecundum maritum facta alienatio operari poſſit, vt no. Cor. in conſi. cccix. vol. iij. Sylua nuptial. in iij. ampliatione.

3 Secundò Amplia, vt in talibus bonis æqualiter ſuccedant filij, nec poſſit vnus filius à matre eligi, vt in auth. lucrum. C. de ſec. nup. & propterea tex. in d. l. generaliter. in ver. diuidẽdi. dicitur correctus per dictã auth. lucrum. Bar. in d. l. fœminæ. ver. quæro ſecundò. & gl. in d. ver. diuidendi. in verbo, denegamus. Bal. in d. l. fœminæ. verſic. oppono contra iſtum tex. Cur. in tract. feu. in iiij. parte. Sylua nup. in ampliat. iiij. Ang. in authen. de non eligendo ſecundò nubent. Cy. in l. generaliter. & ibi etiam Oldr. & Albe. de Roſ. & ibi Bal. & Ang. Io. Fab. in d. l. fœminæ. & in d. l. generaliter. C. de ſecun. nup.

4 Primò Limita, niſi filij ſint heredes matris alienantis. quia tunc non poteſt retractari alienatio facta per filios heredes, ita Io. Nic. in d. l. generaliter, in ſecunda parte. nu. 24.

5 Secundò Limita, niſi filij conſenſiſſent venditioni factæ, ſi maiores eſſent: vel ſi minores cum iuramento. gl. in verbo, neque ſcriptum. in §. ſed quod ſancimus. in auth. de nup. & ibi Ang. no. Io. Nico. in l. generaliter. in ſecunda parte. nu. 35.

6 Vbi limitat non procedere, ſi filij non conſenſiſſent expreſsè, ſed tãtum tacuiſſent. ſequitur Iaſ. in auth. ſacramenta puberum, cum aliquali modificatione. C. ſi aduer. vend.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

*Mulier quicquid fuerit conſecuta de bonis filij primi mariti, alijs fratribus debet conſeruare.*

1 MVLIER tranſiens ad ſecunda vota, omnia quæſita ex ſucceſſione filiorum primi matrimonij, fratribus conſeruare debet, omni alienatione, & diſpoſitione interdicta, ita probat tex. in d. l. fœminæ. §. illud. C. de ſecun. nup.

2 Et intelligitur quòd ſuccedat in ſolo vſufructu, vt no. gl. Iac. de Beluiſ. & Ang. in §. hinc nobis. in auth. de nupt. poſt gl. ibi in verbo, vſum. aliàs in verbo, ſed quanta. & Ang. in auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nup. Ruin. in conſi. cxiij. vol. ij.

Contrarium, ꝙ imò etiam in proprietate ſuccedat, ſed ſolùm vſumfructum retineat, tenuit Soc. in conſi. xxxiiij. vol. j.

3 Primò Amplia, idem eſſe in marito, & ſic in patre, glo. in d. §. illud. in verbo, delata. & ſequitur Bar. in d. l. fœminæ. ver. quæro quid in maſculo. & ibi Sal. & idem Bar. in §. cùm igitur. in auth. de non eligendo ſecũdò nub. Io. And. in addit. Spe. in ti. de ſecun. nup. in prin. Mattheſ. & ibi Bolog. in tract. ſucceſ. ab inteſt. nu. 57. & ſeq. Nic. de Vbal. in tract. ſucceſ. ab inteſt. in ij. parte. nu. 10. Aret. in conſi. lxxij. in ij. dubio. Corne. in conſi. ccxlij. vol. ij. Dec. in conſi. lxxxvij. Bertr. in conſi. cxix. vol. ij. in antiquis. Ripa in §. illud. in v. q. Bar. in l. emancipatis. C. de legi. here. & ibi Pau. de Caſt. & idem Pau. de Caſtr. in l. mater. C. ad Tertul. & in conſi. cclij. in prima parte. Azo. in ſumma. C. de ſecun. nup. in fi. ver. item quæcunque dicta ſunt. Hoſt. in ſumma. de ſecun. nup. in §. quare. verſ. item quæcunque. Pe. de Anch. in conſi. cccxlvj. Soc. in conſi. xxxiiij. vbi latè. vol. j. & in conſi. cclxiij. Ang. Aret. in §. præferuntur. verſ. ſecundo caſu. inſt. de ſenat. conſ. Tertul. & in tract. de teſt. in verbo, volens inteſtatus decedere. ver. ij. caſu. Capra in conſi. xlvj. vbi dicit iſtam * communem opin. ver. verum quia. Guido Papæ q. ccxxviij. vbi dicit communem. & Dec. in conſi. ccxxx. vbi idem dicit Bapt. de ſancto Blaſio. in tract. correlati. in ver. lxxxij. Io. Nic. in l. generaliter. nu. 9. C. de ſecund. nup. vbi idem dicit. Ripa in l. fi. C. de reuoc. dona. Bertr. in conſi. v. vol. ij. Pariſ. in conſi. xxix. vol. iij. Ruin. in conſi. xx. vol. iij. & in conſi. xxxvij. eod. vol. & in conſi. lviij. vol. v.

Vide in concluſ. vij. eodem titu.

4 Secundò Amplia, idem eſſe in auo, & auia, proauo, & proauia. Hoſti. in ſumma, de ſecun. nup. §. quare. ver. & quod dixi. Mattheſ. & ibi Bolog. in tract. de ſucceſ. ab inteſtato. numer. 58. & ſequen. vbi Matthe. nume. 59. notabiliter declarat. Bertrand. in conſi. xcij. in nouis. volumine j. Ang. Are. in §. præferuntur. ver. tertio caſu. Inſtitu. de ſenat. conſ. Tert.

Contrarium voluit Corne. in conſi. cclxxxvj. in prin. vol. j.

5 Tertiò Amplia, etiam ſi ex matrimonio non remanſiſſet niſi filia fœmina, quæ à ſucceſſione patris per exiſtentiam maſculi fuerat excluſa, cui maſculo poſtea pater ſucceſſit ſolus ex forma ſtatuti, ita concluditur ex quæſt. Sal. in d. l. fœminæ. §. illud. quem in hoc refert, & ſequitur Soc. in dicto conſi. xxxiiij. volum. j. & in d. conſi. cclxiij. Dec. in conſi. lxxxvij. verſic. iij. non obſtante dicto ſtatuto. & in conſi. cccxcvj. Sylua nup. in j. amplia. in j. parte.

6 Quartò Amplia, etiam ſi primò ſuccederent filij, & poſtea tranſiret ad ſecundas nuptias, ita probat tex. in l. mater. C. ad Tertul. in his videlicet, quæ à primo viro, & ſic à patre ſuo filius decedens acceperat. & ita declarat Bar. in conſi. liiij. in fine. Io. de Anan. in conſi. lxiij. in pen. q. Rom. in conſi. ccccv. in fi. Ripa in d. §. illud. in ij. q. gl. in d. l. mater. in gl. pen. ibi, ſed & dictus. §. & ibi Odofre. & Cy. & Iaco. Bu. qui tranſit cum gl. & Albe. de Roſa. & ibi Bar. & Angel. & Pau. de Caſt. & Sal. Alex. in conſi. ccxj. vol. vij. & in conſi. lxiij. volu. v. & Bal. in auth. ex teſtamento. C. de ſecun. nup. Dec. Neap. lxxv. in antiquis. Pau. de Caſt. in conſil. lxvij. vol. ij.

7 Quintò Amplia, vt non propterea reaſſumat vſumfructum aliarum portionum, quas conſecuti ſunt alij filij ſuccedentes vnà cum patre in hereditate fratris præmortui, quamuis deficiat proprietas in perſona ſua per tranſitum ad ſecunda vota. Are. in conſi. lxxij. Ripa in d. §. illud. in iij. q. vbi diſtinguit.

Contrarium Io. Crot. reſpondens ad motiua Aret. in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb.

8 Sextò Amplia, vt priuetur proprietate etiam in legitima ſibi iure naturæ debita. Bal. in conſi. v. vol. iiij. & hoc etiam præſupponit idem Bal. in conſi. cccxl. vol. iiij. & Pau. de Ca. in conſi. lxvij. vol. ij. Io. de Garro. in auth. ex teſtamento. nu. 19. C. de ſecun. nup. idem voluit Bal. in d. auth. ex teſt. ver. pone, & c. ſentit Fab. de Monte in auth. nouiſſima. num. 138. C. de inoffi. teſta.

Contrarium Ripa in d. §. illud. in v. q.

9 Septimò Amplia, etiam ſi frater fratri ſucceſſerit primò, & poſtea mater ſucceſſerit fratri vltimò decedenti, in cuius hereditate reperiatur hereditas fratris primò mortui, & in ea hereditate reperiantur bona primi mariti, & patris filiorum, & ſic etiam de illis quæ mediatè per viam alterius perſonæ peruenerunt. Ita cõſuluit Io. de Garro. vt ipſe aſſeruit, in auth. ex teſtamento. nu. 25. C. de ſecun. nup. Bertr. in conſi. clvij. vol. j. in nouis.

Contrarium voluit Corne. in conſi. cclxxxvj. vol. j. vbi dicit ita conſuluiſſe Imo. & Flor. de Bononia.

10 Octauò Amplia, idem eſſe in muliere, quæ licèt non tranſeat ad ſecunda vota, tamen luxurioſè viuat. & hoc clarum eſt, ſi teneamus opi.

Iacoo

Iaco.de Belui.in §.cum igitur.in fi.in authen.de non eligendo ſecundò nubent.quæ tenet ꝙ priuatur in totum filij ſucceſſione:& ſic tam reſpectu proprietatis,quàm vſuſtructus.& idem voluit Bald.in Margarita ſua in verbo,mater.& in conſi.ſuo ccxcix.vol.iij. ūcto repertorio,quia in corpore videtur loqui tantum in tutela,non in ſucceſſione. Ripa in l.fi.C.de reuoc.dona.& vide infrà in octaua concluſio.eo.tit.

11 Sed etiam non tenendo dictum Iac.de Bel.adhuc videtur ꝙ priuetur ſaltim proprietate, prout mulier tranſiens ad ſecunda vota. ita Pau.de Caſt.in l.omnem.C.ad Tertul.& Bolo.in addi.ad tract.ſucceſſ. ab inteſt.in ſecunda parte.num.11.& ita reſidet Io.de Garro.in auth.ex teſtamento.nu.30.& ſeq.Io.Nico.in l.generaliter.nu.15.C.de ſec.nupt. Alex.in apoſtil.ad Bar.in d.l.fœminæ.

12 Nonò Amplia,nam talis pœna nõ eſt ſublata de iure canonico.Caſſa.in conſue.Pariſ.in conſi.xxix.vol.iij.

13 Decimò Amplia,etiam ſi extaret ſtatutum excludens filiam à ſucceſſione,Pariſ.in conſi.xxix.vol.iij.

14 X I.Amplia,ꝙ ne dum hoc procedat in ſucceſſione filiorum primi gradus,ſed etiam in ſucceſſione nepotum.Ruin.in conſilio lviij.volumine quinto.

15 Primò Limita,quia ſtantibus tantummodò fratribus conſanguineis filij defuncti,non procedit diſpoſitio.d.§.illud.ita concludit Ripa ibi. in iiij.quæſtion.vbi reprehendit Corne.contrarium tenentem.Ioan.de Garro.in authen.ex teſtamento.in fin.verſicu.aduerte vlterius.C.de ſecund.nup.

Contrarium Cor.in conſi.ccxlij.vol.ij.

16 Secundò Limita,quia non priuatur proprietate quo ad bona quæſita filio,non à primo marito ſuo,ſed ab eius patre.& ſic quo ad bona prouenta ad nepotem ex bonis aui.Bart.ſentit hoc in auth.ex teſtamento. C.de ſecun.nup.ſecundùm Ang.in §.præferuntur. ver.iij.caſu.inſtit.ad Tertul.& Matt.in tract.de ſucc.ab inteſt.nu.60.& idem Mat.& ibi Bolo.nu.54.Ang.Aret.in ſuo tract.de teſta.in verbo,nolens inteſtatus decedere.Aret.in §.ſi plures.in ver.non obſtat.inſt.de legit.agna.ſucceſſ. Io.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.num.27.tamen contrarium mihi videtur concludere Bar.in d.auth.ex teſtamento,qui pro contraria parte allegatur.

17 Et idem eſt in bonis quæſitis filio non à patre ſuo,ſed ab auo,quãdo auia tranſiuit ad ſecunda vota,& moritur vnus ex nepotibus, aliis ſuperſtitibus.nam licèt teneatur reſtituere,quia non acquirit niſi quo ad vſumfructũ,tamen illud locum habet in bonis,quæ peruenerunt à marito ipſius auiæ,non in aliis,ita Matt.in d.tracta.ſucceſ.ab inteſt.nu.58. Ang.in §.præferuntur.ver.iij.caſu.Io.de Garro.in auth.ex teſtamento. nu.28.Cor.in conſi.cclxxxvj.vol.j.

18 Tertiò Limita,nã licèt mater tranſiens ad ſecunda vota priuetur ſucceſſione filij quo ad proprietatem,tamen filij ex ſecundo matrimonio ſuccedunt in plena proprietate filiis ex primo matrimonio,ita Bald.in l.adoptiuum.§.fi.ff.de in ius voc.Alex.in apoſtil.ad Bar.in d.l.fœminæ. idem Alexand.in d.l. adoptiuum.Brun.in tractat.de ſucceſſ.fœminarum,in ſexto articulo,xxv.quæſt.Io.de Garro.in d.authen.ex teſtamento,nume.57.

19 Quartò Limita,nam iſta diſpoſitio.§.illud.non procedit quando mater fuiſſet inſtituta à filio in teſtamento,quia tũc ſuccedit in plena proprietate,ita probat tex.in auth.ex teſtamento.C.de ſecun.nup.& in corpore vnde ſumitur in auth.de non eligen.ſecundò nubent.§.cùm igitur.& in §.hinc nob.in auth.de nup.& voluit Are.in l.ij.ff.de vul.& pu. & ibi Iaſ.qui po nunt rationem iſtius limitationis. Quod dictum ampliatur & limitatur pluribus modis.

20 Primò Amplia,vt procedat non modò quando habet iure inſtitutionis ex teſtamento,ſed etiam quando iure legati,vel fideicõmiſſi,vt declarat Io.de Garro.in d.auth.ex teſt.nu.6.

21 Imò idem eſt ſi legatum,vel fideicommiſſum ab inteſtato relinquatur,quod poteſt,vt no.Bal.in auth.ex teſtamento.in ver.ibi dum dicit tex.in teſtamento.C. de ſecun.nup.& Io.de Garro.nu.7.

22 Et idem ſi in codicillis ſit à filio matri relictum,vt per Garro.ibi,in 8,nume.

23 Et idem ſi donauerit filius matri,vt per Garro.nu.9.

24 Et idẽ ſi iure pupillaris ſubſtituta mater acciperet filij bona,in quibus habeant etiam paternam ſubſtantiam,vt no. Bal.in conſi.ccxvj.in fi.volu.iij.& in conſi.lj.volu,iij,verſi.ſed ſi ſtatutum.& clarius in conſi. xlij.vol.iij.

Contrarium Io,de Garro.in d.auth.ex teſtamento.nu.10.

25 Secundò Amplia,vt ſtante voluntate filij,ſuccedat non modo in bonis aliun dè quæſitis,ſed etiam in habitis à patre, & ſic à marito ipſius matris,ita voluit Bal.in l.mater.in j.oppoſ.C.ad Tertu.dum dicit,ꝙ diſpoſitio illius tex,corrigitur per d.auth.ex teſtamento.ver.ibi,dum dicit ex teſtamento.& iſtam eſſe veritatem,&*omnes Doctores ita tenere,dicit Io.de Garro.in d.auth.ex teſta.nu.4.verſi.aduerte tamen. C.de ſecun.nup.

26 Tertiò Amplia,etiam ſi diſpoſitio facta à filio erga matrem,facta ſit antequam tranſeat ad ſecunda vota,prout tenuit Fulg.in l.mater.C.ad Ter.& ibi Cor.qui dicit Doct.ita communiter*tenere.idem dicit Io.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.nu.4.in ver.ſi verò nondum commiſſa.& nu.5.vbi allegat idem tenere Iac.de S.Georg.in d.l.mater.& quẽdam Ludo.de Monteolo.idem voluit Salic.in d.auth.ex teſtamento,in prin.& ibi apoſtil.ad idem Io.de Garro.nu.12.in eodem loco.

Contrarium Bal.in d.l.mater.in ver.quæro vtrum ſit domina.& Ange.in d.auth.ex teſt.

27 Quartò Amplia,etiam ſi non dicat filius diſponendo,ꝙ mater libere habeat,licèt aliud dicat Bal.in auth.ex teſtamento.in loco proximè allegato,quem reprehendit Io.de Garro.nu.4.ver.aduerte tamen.

28 Quintò Amplia,etiam ſi extarent plures filij fratres ipſius filij diſponentis,ita Ang.in auth.de non eligendo ſecundò nubent.verſic.vltimò ſuperuenit.

29 Quintò Limita principaliter,quando omnes filij primi matrimonij prædeceſſerunt,nã tunc mater acquirit poſſeſſionem quo ad plenã proprietatem,ita Bar.in d.auth.ex teſtamento.in prin.vbi dicit quinque vicibus tenuiſſe contra gl.quæ contrarium aſſerit.& Bal.ibi.verſic.modo quomodo ſtat in hoc.Bar.in conſi.liiij.in fi.Iac.de Bel.in §.hoc autem. in auth.de non eligendo ſecũdò nub.ver.& ideò ſit cautus aduocatus. Sal.in d.auth.ex teſtamento,in prin.Bal.in l.cùm aliis.in ij.& iij.no.C. de ſecun.nup.Matthe.in tract.ſucceſ.ab inteſt.nu.55.Ang.Aret.in trac. de teſta.in verbo,nolens inteſtatus decedere.in ij.articu.principali.in ver.item dubitari poteſt ſi omnes filiæ.Pe.de Anch.in conſi.cclxxviij. Bertran.in conſi.cxxxiij.vol.j.Idem tenet Bar.in §.hoc autẽ.in j.not.in auth.de non eligen.ſecundò nubent.& in §.ingratitudinem.in authen. de nup.idem voluit Bal.in auth.ex teſtamento,in ij.lectu.in apoſtil.ad tex.& Bal.in conſi.xlij.vol.iij.& in conſi.xlvj.volu.ij.& in conſi.cliij. vol.v.& in conſi.cccxiiij.vol.iiij.& Ang.in d.auth.ex teſtamento.in fin. idem tenet Sal.in d.auth.ex teſtamento.Pau.de Ca.in conſi.lxvij.verſi. mater tamen.volum.ij.Aret.in §.præferuntur.inſt.ad Tert.verſi.item dubitari poteſt.Nic.de Vbal.in tract.ſucceſ.ab inteſt.in ij.parte.nu.10. in fi.Io.de Ana.in conſi.cj.in fi.& ibi Ludo.Bolog.in apoſtil.in fi.Alex. in conſi.lxiij.vol.v.& in conſi.lxxv.vol.iiij. ver.præterea expedit ſolũ. Fab.in auth.nouiſſima.nu.138.C.de inoff.teſta.Cor.in conſi.ccxlij.vol. ij.& in conſi.cxxvj.in fi.vol.j.Io.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.nu. 46.& ſeq.vbi dicit iſtam*communem.Soc.in conſi.xxxiiij.ver.iiij.moueor.vol.j.Alex.in conſi.lxvj.ver.& ſi dictum filij.vol.iij. Bertr.conſi. xviij.vol.ij.Rui.in conſi.xxj.vol,iij.

Vide ſuprà in concluſ.j.in ij.limit.

Contrarium tenuit gl.in verbo,filij.in d.auth. ex teſtamento.Io.de Ana.in conſi.lxxiij.& ibi Bolog.in apoſtillis.idem voluerunt tres Doc. relati per Io.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.nu. 46.& ſeq.ſentit Ro. in conſi.cclxxix.Bolog.in tract.ſucceſ.ab inteſt.nu.56.

Tenendo primam opinionem,quę videtur magis * communis,

30 Amplia,etiam ſi nubat primò mater,& poſteà filius decedat,ita tenet Aret.in conſi.xl.& Io.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.nu.49.

31 Limita eandem concluſionem,ſi omnibus aliis filiis præmortuis,filius vltimus decedat inſtituto extraneo herede,& matre,quæ trãſit ad ſecunda vota,tantùm in legitima,vt per Ludouicum Bolog.in addi.ad dictum Mattheſ.in d.tract.nu.56.& Io.de Garro.in d.auth.ex teſt.num. 56.& ſequent.

32 Sextò Limita,quia non excluditur mater tranſiens ad ſecundas nuptias ab eo,ꝙ filio fuiſſet acquiſitum occaſione patris ab extraneo, vt per Io.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.nu.29.& vide ſuprà in j.concluſ.in viij.limit.

33 Septimò Limita,ſi non ſuccederet mater vna cum filiis ad ſucceſſionem deſcendentis,vt per Io.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.nu.31.& ſeq.in ver.viij.noto.

34 Octauò Limita,in habitis per filium à patre titulo oneroſo.Ioan.de Garro.in d.auth.ex teſtamento.in x.not.& vide ſuprà in x.limitatione primæ concluſionis.

35 Nonò Limita,ſi mater tranſeat ad ſecundas nuptias de voluntate primi viri.Bertr.in conſi.lij.vol.ij.

Vide in vj.limit.primæ concluſ.ſuprà eod.ti.

36 Decimò Limita,ſi tranſeat mater ad ſecundas nuptias de voluntate & conſenſu filiorum,de quo dic vt in ſeptima limitatio.primę concluſionis.

37 X I.Limita,nam non priuatur filius vſufructu bonorum maternorũ, quorum proprietas filiis acquiritur,vt no.Pariſ.in conſi.xxix.vol.iij.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

***Nouerca, vel vitricus non poteſt alicui plus donare, vel relinquere, quã vni ex filiis primi matrimonii fuerit relictum.***

1 NON licet nouercæ,vel vitrico plus relinquere, vel donare,ſiue ſimpliciter,ſiue dotis nomine,vel donationis propter nuptias,vel cauſa mortis,quã vni ex filiis primi matrimonij,cui minus ſit relictum.l.hac edictali.C.de ſec.nupt, in princ.

2 Et ſi plus ſit relictum,vel datum,filiis accreſcit inter eos diuidẽdum,

vt in

vt in §.ſi verò plus.in eadem l.Abbas in conſi.cxvij.in ij.volu.Bald.in conſi.cv.in ij.volum.Guald.caut.lxvij.de legat.Bertran.in conſi.lxviij. volu.iij.

3 Amplia,ꝙ tam in maſculis,quàm in fœminis iſtud procedat,vt ponit Pe.de Anch.in c.ſuper.de ſecun.nup.

4 Nam iſtud eſt introductum in odium diſponentis,& in fauorem filiorum.Aimo in conſi.cxciiij.

5 Et iſtud plus,quomodo intelligendum, declarat Ruin.conſi.xciiij. vol.v.vt filius, cui minus ſit relictum, poſſit prius de toto patrimonio mulieris deducere legitimam:& deinde apud maritum, vel alium debet tantum remanere,quantum relictum eſt filio, deducta dicta legitima.

6 Primò Amplia,idem eſſe in auo & auia erga nepotes,& idem in aliis aſcendentibus,vt in §.eiuſdem.l.Hoſt.in ti.de ſecund.nup.in §.Quare. ver.& quod dixi.Pe.de Anch.in c.ſuper.de ſecun.nup.

7 Declara,vt per Rui.in conſi.viij.vol.v.vt habeat locum in iis nepotibus,vel deſcendentibus,qui obtinent primum locum,& non in aliis, per eum ibi,nu.5.

8 Secundò Amplia,vt etiam in fraudem non liceat in fauorem eorum diſponere,etiam per cautelam, vel per interpoſitam perſonam,vt eſt tex.in d.§.ſi verò plus omni circunſcriptione,&c.

9 Et propterea nec amico mariti,vel coniuncto cauſa, & fauore ipſius mariti relinqui vel donari poteſt.Odofre.in d.l.hac edictali.verſic.ſed quid dicemus.Bal.ibi.ver.in tex.ibi,circunſcriptione.in ij.lectu.Sal.in vij.q.ver.Idem dicendum eſt.Dec.in conſi.ccxlvj.vol.j.Bertr.in d.l.hac edictali.

10 Nec licèt paciſci pro filiis ſecundi matrimonij lucrum integræ dotis, vt per Fran.Alberg.in conſi.cclxj.inter conſilia Pau.de Caſt.in j.parte. & Io.de Lignano.in conſi.cclxiij.vol.j.inter conſilia Pau.de Ca.& Richard.de Sal.in conſi.cclxiiij.inter conſilia Pau.de Caſt.volu.j.Aimo in conſi.xl.in fi.& in filio ſecundi viri ponit Boer.deciſ.ccj.

Contrarium Bal.in conſi.cclxij.& conſi.cclxiiij.inter conſilia Pau. de Caſt.vol.j.& dicetur in iiij.limitatione.

11 Tertiò Amplia,quia attenditur quantitas,& non quota hereditatis, adeò quòd ſi filius eſſet in vniuerſo inſtitutus,ſed quo ad commodum parum vel nihil conſequeretur,vitricus,vel nouerca non poſſet plus conſequi,quàm tantundem quod percipit filius,quo ad commodum. Sal.in d.l.hac edictali.in x.q.

12 Quartò Amplia,nam ſtante ſtatuto,ꝙ vxor lucretur dotem, adhuc procedit diſpoſitio l.hac edictali,etiam ſi diceret,integram dotem lucretur,vt per Bal.ibi.ver.Quid ergo ſi lucrum.in ij.lect.Idem ſentit in ſtatuto Abbas in conſi.cxvij.in fi.vol.ij.Ang.in §.Quia verò.in auth.de nup.tenet Bar.in d.l.hac edictali.& in diſpu.ſua incip.Mulier habens. ver.primo caſu.& Bal.in c.j.ver.Quæro dicit ſtatutum.in ti.an marit. ſucced.vxor.& in l.j.in iij.q.C.de inoffi.dot.& in auth.præterea.ver.vlterius etiam no.C.vnde vir,& vxor.& Abb.in conſi.cxvij.volu.ij.dicit iſtam opi.eſſe de mente Iaco.Bu.& Fran.de Albergo.& iſtam tenet,& dicit communem Pau.de Caſt.in d.§.præterea,& Iaſ.ibi.Floria.in diſpu.incip.mulier primò vidua.in vltimo dubio.Cur.in conſi.cxxij.vbi hanc dicit*communem opi.Roma.in conſi.cccclxviij.in fi.Soc.in con ſi.xxv.vo.iiij.Alex.in conſi.clviij.vol.v.Cuma.cõſi.cix.in ij.dubio.Pau. de Caſt.in conſi.cccxlviij.volu.ij.Bertr.in d.l.hac edictali.Cur.Senior in conſi.lxxix.vbi dicit iſtam*communem opi.Pariſ.dicit iſtam communem opi.licèt contrarium videatur tenere quando ex verbis ſtatuti colligitur mens ſtatuentium,in conſi.xcj.vol.iij.Maria.Iun.in conſi. lxx.vol.ij.

Contrarium in ſtatuto,ꝙ vir lucretur totam dotem,vel integram, ſtantibus filiis primi matrimonij,tenet Bal.in conſi.ccccxcv.volu.j.vbi etiam quando ſtatutum clarè loqueretur contra diſpoſitionem.l.hac edictali,vel diceret,totam,vel integram dotem maritum lucrari debere,etiam ſtantibus filiis primi matrimonij.

13 Et quòd contraria opi.procedit,quando ſtatutum ſimpliciter diceret, non autem ſi diceret ꝙ maritus lucraretur dotem integram,vel totam, voluit Sal.in d.l.hac edictali.in vj.q.Roma.in conſi.xliiij.in iij.dubio. idem tenet Bal.in l.ea lege.in ver.modò iuxta hoc.C.de condi.ob cauſam.Practica Papien.in libello,Quando mulier agit ad dotem.in ver. dictæ D.Margaritæ.vbi dicit de conſuetudine ſeruari in tota Lombardia.& Bal.in d.l.ea lege.& Practica Papien.loquuntur,quando ſtatutum ſimpliciter loquitur,quòd vir lucretur integram dotem,qui eſt caſus magis dubitabilis.& in eiſdem terminis loquitur Pe.de Anch.in l.ſi quis ita.§.ea.l.ff.de verb.obl.

Sed iſta opinio non eſt communiter recepta,vt per Soc.in conſi.lij. volu.iij.

Sed tamen iſta pars procedit,quando ſtatutum clarè diſponeret cõtra diſpoſitionem l.hac edictali.& in tali caſu loquitur Soc.in conſ.lij. vol.iij.Pau.de Ca.in conſi.cccxlviij.ver.præterea poſito.vol.ij.& multos alios loquentes in iſtis terminis allegat Bertr.in d.l.hac edictali.Pariſ.in conſi.xcj.vol.iij.Boer.deciſ.cxij.Iaſ.in auth.præterea.C.vnde vir. & vxo.Venaf.in conſi.iij.& in conſi.xj.qui videtur ſequi omnia dicta per Iaſ.in auth.præterea.& ſentit hoc Soc.in conſi.xxxv.ver.non obſtant rationes.vol.iiij.Pau.de Ca.in l.j.C.de inoffi.dona.Raph.Fulg.in conſi.lxiij.ver.nunc autem per ſtatutum.Pau.de Caſtr.in conſi.ccclix. vol.ij.Bertr.in d.l.hac edictali.Brun.in tract.quòd ſtant.maſcu.

14 Et idem dicit Roma.in d.conſi.xliiij.in tertio dubio,quando per ſtatutum dos deberet lucro cedere omni caſu,ſequitur Dec.in l.omnia.ff. ſi cer.pe.ſequitur Pariſ.in conſi.xcj.vol.iij.Venaſ.in d.conſ.xj.Bertr.in d.l.hac edictali.Idẽ voluit Signo.in conſi.xxxvij.& conſi.lxix.vbi quando ſtatutũ diceret,nõ extantibus filiis,maritus lucretur integram dotẽ.

15 Etiam ꝙ mulier poſſit dotem dare viro,filiis primi matrimonij excluſis,intelligitur,non extantibus filiis ex ſecundo matrimonio, etiam ꝙ extarent ex primo.

Contrarium voluit Ray.de Forl.inter conſilia Signo.lxviij.

Sed opi.Signo.improbat Soc.conſi.lij.vo.iij.Brun.in tract.ꝙ ſtantibus maſculis.Iaſ.in auth.præterea.C.vnde vir.& vxor.

16 Tamen tam tenentes primam,quàm ſecundam partem,in hoc concordant,ꝙ per ſtatutum poteſt expreſsè derogari diſpoſitioni.l.hac edictali.Bal.in l.j.in iij.q.C.de inoffi.dona.& in conſi.ccccxcv.vol.v.& latè ponit Soc.qui infinita cumulat,in conſi.lij.vol.iij.Pau.de Ca.in conſi.cccxlviij.vol.ij.Bertr.in l.hac edictali.vbi etiam declarat.Io.de Garro.in rub.de ſecun.nup.in ij.parte.nu.16.Bru.in tract.ꝙ ſtant.maſc.Pariſ.in conſi.xcj.vol.iij.

17 Vbi ponit plures caſus,quibus per verba ſtatuti licèt non expreſſa,videtur derogatum diſpoſitioni l.hac edictali.

Licèt contrarium voluerit etiam in caſu claro & expreſſo loquente Floria.in diſpu.ſua incip.mulier viduata.in ij.dubio,in fi.& per Caprã in conſi.lxxix.

Et Soc.idem tenuit,non eſſe locum diſpoſitioni.l.hac edictali,dummodò ex verbis ſtatuti etiam tacitè colligi poſſit, ꝙ ſtatuentes voluerint ꝙ maritus lucretur,etiam ſtantibus filiis primi matrimonij,in d. conſi.lij.nu.4.vol.iij.inferens,quòd idem ſit etiam ſi ſtatutum non expreſsè dicat,quòd maritus lucretur integram dotem extantibus filiis, dummodò hoc tacitè ex eo colligi poſſit,vt ibi per eum.& Pau.de Ca. in conſi.cccxlviij.vol.ij.

Contrarium in iſto caſu tenuit Bal.in c.j.

18 An maritus ſuccedat vxori.Et dicit Pe.de Anch.conſi.cj.quòd ſtante ſtatuto,quòd maritus lucretur medietatem dotis,& alio ſtatuto, ꝙ mulier teneatur relinquere duas partes filiis,primò deducitur medietas dotis ratione lucri,& de reliquo filij capiunt duas partes,& tertiam capere poteſt etiam iure relicti ſecundus maritus.

19 Imò quando ſtatutum diceret,quòd vir,ſtantibus liberis primi matrimonij,lucretur medietatem,cenſetur eſſe derogatum.l.hac edictali. Rui.in conſi.lxj.& Ang.vol.iij.

20 Sed ſi expreſsè ſtatutum reſeruaret,vel per verba æquipollentia ius filiorum primi matrimonij,tunc non cenſeretur derogatum huic l.hac edictali.Berous q.cxix.in ij.caſu.

21 Amplia,vt tale ſtatutum habeat locum in dote vera,vel in dote præſumpta,in præiudicium filiorum primi matrimonij.Ruin.in conſi.clj. per totum.vol.v.

22 Et quando ſtatutum dicit,ꝙ vir lucretur dotem,an dos primi matrimonij cenſeatur repetita in ſecundo in præiudiciũ filiorũ primi matrimonij,ponit Rui.in d.conſi.clj.per totum.vol.v.

23 Quintò Amplia,ſiue coniunx habeat alia bona vltra illa,quæ coniugi donauit,ſiue non,ita gl.in d.l.hac edictali.in verbo,diuidi.& Cyn. in iij.q.& Bal.in ij.lect.ver.pone enim,& Io.Faber,ibi.

24 Sextò Amplia,etiam ſi filij primi matrimonij ſuccedant ab inteſtato.in aliquo,ſed in minori portione,quàm ſit illud,quod ſecundo marito eſt datum,vt per Sal.in d.l.hac edictali.in v.q.

25 Septimò Amplia,quia æqualiter filij primi matrimonij diuidunt illud,quod plus accepit coniunx,etiam ꝙ filij eſſent inæqualiter à matre tractati.Cy.in d.l.hac edictali.in v.q.Sal.in prin.verſi.in tex.ibi diuidi. Flor.in ſua diſpu.incip.mulier.in ij.dubio.in prin.Bertr.in d.l.hac edictali.in prin.& in §.ſi verò plus.

26 Octauò Amplia,etiam ſi interuenerit iuramentum coniugis in diſpoſitione facta coniugi,quando dat pluſquàm accipiat vnus ex filiis primi matrimonij,ita Bar.in d.l.hac edictali,& Sal.ibi,in vij.q.in fi.& Bar.in l.cum quis decedens.§.Titia.verſi.& hoc eſt vtile.ff.de lega.iij. Dec.in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.& in conſ.ccxlvj.Bertran.in conſi.ccxcij.vol.iij.

27 Nonò Amplia,idem eſſe ſi extant filij,& ex altero filio nepotes nati ex primo matrimonio,ita ꝙ plures nepotes nati ex vno filio pro vno filio computentur,ita Cy.in d.l.hac edictali.q.vj.Ripa in l.fœminæ.in vj.& vij.q.C.de ſecun.nup.in terminis illius legis.

28 Decimò Amplia,etiam ſi filij ſecundi matrimonij ſint ſubſtituti marito in eo,quod capere non poſſet,ita Bal.in conſi.clxj.volu.j.addit.ad Ia.Bu.in d.l.hac edictali.Alex.in apoſt.ad Bar.in d.l.hac edictali.Bert. conſ.xxiiij.vol.iij.vbi idem dicit,quàdo coniunx eſſet rogatus reſtituere filiis ſecundi matrimonij poſt mortem ſuam.

29 Nam etiam eo caſu eſt locus diſpoſitioni.l.hac edictali.vt fiat reuocatio per filios primi matrimonij,idem Bertrand.in conſilio lxviij.volumine tertio.

Contrarium voluit Bal.in d.l.hac edictali.in lect.j.ver.pone,ꝙ extant.& Bertran.ibi.

30 X I. Amplia,etiam ſi filio ſit minus legitima relictum,quia non plus conſequitur vitricus vel nouerca,nec attenditur ꝙ plus petere poſſit filius,ſaltem vſque ad ſupplementum legitimæ.Sal.in d.l.hac edictali. in vij.q.Corn.in conſi.cxviij.vol.j.& conſi.lj.vol.iiij.vbi dicit Bal.Nouel.ita conſuluiſſe.Bertran.in conſi.xc.vol.iij.& in,conſ.cxxiiij.vol.iij. & in conſi.lxxxiij.vol.iij.& in l.hac edictali.ver.ita tamen.cùm pluribus ſequentibus.Aimo.in conſi.cxciiij.& Bertr.in d.l.hac edictali.notabiliter diſtinguit.& Io.Nicolai in ij.reſponſione.Ruin. conſ.liij.vol. ij. & conſi.lxxij.volumin.ij.& conſilio lviij.volumine quinto. Boer.deciſ.ccj.

Contrarium glo.in §.quoniam,in verbo,habente.in auth.quibus modis nat.effic.ſui.Bal.in l.hac edictali.in j.lect.ver.in tex.ibi diuidi.& in l.j.C.de inoffi.do.Io.de Anan.in conſi.lxvij.& ibi Bologn.in addit. Aret.in l.humanitatis.C.de impub.vbi dicit iſtam *communem opin. Alex.in conſi.clviij.vol.v.Rui.in rubrica.ff.ſol.mat.in illa quæſt.an filia incongruè dotata.Aret.in l.ex facto.verſicu.& multum placet.ff.de vulg.& pup.Io.Ant.Alex.in conſi.cxv.Cor. in conſi.lxxxij.nu.4.vol. iij.Aimo in conſi.cxlij.& conſi.cxciij.Gram.conſi.ciuili.cliij.

Tenendo hanc vltimam opinionem quæ videtur * communis,

31 Primò Declara,quando filius petiit ſupplementum,ſecus ſi non petiit,ita colligitur ex dictis Bal.in d.l.j.C.de inoffi.dot.Sal.in d.l.hac edictali.in vij.q.Corn.in conſi.cxviij.ver.Et quia ſupplementum.ibi & ꝙ non habeatur conſideratio.vol.j.

32 Secundò Declara,quando filius,vel filia,cui minus legitima eſt relictum,& prohibita plus petere,quo caſu non habet ſupplementum,ex voluntate teſtatoris,ita Ioan.Nico.in d.l.hac edictali,in ij.reſpon.Aimo in conſi.cxciij.

33 XII.Amplia iſtam regulam,ꝙ filius reuocat illud,quod eſt datũ coniugi,& declara,vt etiam teneatur reuocare illud plus vitrico relictum ad ſupplendam legitimam,magis quàm diminuere legata à matre relicta,propter quæ legitima filio inſtituto non remanebat,vt per Sal.in d. l.hac edictali.in ix.q.

34 XIII.Amplia,etiam ſi dos ſit data ſecũdo viro à patre,ſi modò ante diſſolutum matrimonium pater prædeceſſerit,ita Sal.in d.l.hac edictali.in xj.q.& ibi Bal.in j.lect.ver.ſed pone,ꝙ ſecundo viro.vbi videtur indiſtinctè tenere,ꝙ ſit locus diſpoſitioni.l.hac edictali.in dote data à patre.& ſequitur Cur.in conſi.cxxij.

Et propterea idem eſt ſi dos ab alio ſit data pro vxore,vt per Bald.in ſimili in l.generaliter.C.de ſecun.nup.

35 Quod intelligitur,quando datur ab alio de patrimonio mulieris,ſecus ſi de patrimonio dantis,Bal.in d.l.hac edictali.verſ.ſed pone ꝙ ſecundo viro.in j.lect.

36 XIIII.Amplia,quia iſta pœna non eſt ſublata per diſpoſitionem iuris canonici,per quam pœnæ ſecundò nubentium ſunt remiſſæ, Inno. in c.fi.de ſecun.nup.Anton.de But.in c.j.ver.quandoque enim leges.de ſponſ.& ibi Fel.Pe.de Anch.in repe.c.j.ver.quædam verò leges,de ſpõ. Dom.in c.notandum.in verbo,reſtitutio.in fi.ij.q.iij.& idem Fel.in c.j. de conſti.Bertr.in conſi.xxiiij.vol.iij.Dom.in c.placuit.xxxij.diſt.Petr. de Anch.in conſi.cj.

37 XV.Amplia,nam etiam ſi mulier ſecundò maritata committat adulterium,quo caſu dotem amittit,& applicatur ſecundo viro,tamen non ita cedit lucro ſecundi mariti,vt filij primi matrimonij excludãtur,ſed pro virili admittuntur.Flori.qui declarat in ſua diſput.incip.mulier.in ſecundo dubio.in prin.poſt Bal.in d.l.hac edictali.ver.ſed pone.& ſequitur Cremenſ.in ſing.lxxxvj.& Caſſan.in conſue.Bertran.in d.l.hac edictali.

Vide in octaua concluſ.eod.tit.

38 XVI.Amplia,vt confeſſio de recepto facta in fauorem ſecundæ vxoris,ſit ſuſpecta,& ſubiaceat diſpoſitioni.d.l.hac edictali,ita Bar.in l.cũ quis decedens.§.Titia.ff.de leg.iij.Bertr.in conſi.ccxcij.vol.iij.Io.Nico. in iij.reſpon.in iij.dubio.Aimo in conſi.xl.

39 XVII. Amplia,etiam ſi ille,cui eſt relictum non eſſet cõiunx tempore diſpoſitionis,ſed poſtea mulier ipſum caperet.Capra in conſ.lxxxj. Dec.in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.& in conſi.ccxlvj.

40 XVIII.Amplia,etiam ſi filius,cui minus eſſet relictũ,eſſet filia fœmina,excluſa per ſtatutum à ſucceſſione,ita voluit Soc.in conſi.xxxv. vol.iiij.Dec.in conſi.cccxcvj.

Iſtam opinionem latè comprobat,reprobato Ang.Bertr.in ſua repe. in §.ſi verò plus.Corn.in conſi.xxxiij.vol.j.vbi dicit,ꝙ non attenditur ſucceſſio filij ab inteſtato.ſentit Bal.in d.l.hac edictali.ver.modò ſequitur alia.Bertr.in ver.ſi verò plus.Maria.Iun.in conſi.ciij.vol.j.

Contrarium Ang.in §.optimè.in auth.de nup.refert & ſequitur Bru. in tract.de ſtatu.excludentibus fœmin.in xij.articulo,in ix.q.in finalibus verbis.Ripa in l.fœminæ.in viij.q.C.de ſecun.nup.Bru.in tract. ꝙ ſtantibus maſculis.vbi allegat Iaſ.idem tenentem in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſucap.

41 XIX.Amplia,etiam ſi eſſet filia monialis,vt per Bal.in d.l.hac edictali.in j.lect.ver.ſed quid de filia.

42 XX.Amplia,etiam ſi filius primi matrimonij, cui minus ſit relictũ, ſit iuſſus à teſtatore eſſe contentus eo,quod ſibi eſt relictum,ita ꝙ plus petere non poſſit,& acceptauerit ſimpliciter legatum , ita Bal.in dicta l.hac edictali.verſic.pone quòd filiæ.in prima lect.Bertran.in verſicu.ſi verò plus.

43 Imò etiam ſi renunciaret,& quittaret,imò etiam ſi vocaret ſe contentum,& non peteret plus neque ex teſtamento,vel ab inteſtato, vel alia quacunque cauſa,Bertran.in ſupradicto ver.ſi verò plus.

44 XXI.Amplia,vt non liceat etiam relinquere plus filio ſecundi coniugis,ex alio matrimonio,quàm ſit relictum vni ex filiis primi, cui ſit minus relictum,Flor.in ſua diſput.tertio dubio.Bertr.in l.hac edictali, Aimo in conſi.xl.in fi.Boer.deciſ.ccj.

45 XXII.Amplia,quia amaſio non poteſt plus relinqui,quam filiis primi matrimonij.Bertr.in l.hac edictali.Io.de Garro.in rub.C.de ſecun. nup.in xxviij.pœna.

46 XXIII.Amplia,etiam ſi extraneus ſit inſtitutus cum onere reſtituẽdi ſecundo coniugi pluſquàm accepit filius primi matrimonij,Bertr.in d.l.hac edictali.

47 XXIIII.Amplia,etiam ſi primus maritus det licentiam tranſeundi ad ſecundas nuptias,Io.de Garro.in rubrica de ſecun.nup.in ij.parte.nume.3.

48 XXV.Amplia,etiam ſi nubat de conſenſu pupilli cum authoritate tutoris,adhuc locus eſt diſpoſitioni.l.hac edictali.Io.de Garro.in rubr. C.de ſecun.nup.in ij.parte.nu.9.

49 XXVI.Amplia,vt tale ius querelæ tranſmittatur ad filios,Aimo in conſi.cxlij.

50 XXVII.Amplia,etiam ſi vitrico,vel nouercæ relinquatur pro alimentis,Aimo in conſi.cxciiij.

51 XXVIII.Amplia,vt etiam agi poſſit reuocatoria contra poſſeſſorem in caſu l.hac edictali,Aimo in conſi.cxciiij.in fi.

52 Primò Limita illud,quod dictum eſt,ꝙ neque in dotem dare poteſt pluſquàm filiis ſit datum,per diſpoſitionem d.l.hac edictali.vt intelligitur quoniam eſt datum pro dote cum pacto de lucrãdo,non autẽ quando ſimpliciter pro dote,quia valet datio in vita mulieris, nec reuocari poteſt per diſpoſitionem d.l.hac edictali,in glo.ibi,in verbo,diuidi,& Bar.in ver.quoniam & glo.Bal.in ij.lect.in prin.& Sal.Roma.in conſi. ccccxlvij.Dec.in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.& in conſi.ccxlvj. Pau.de Ca.in conſi.cxcij.vol.j.Venaſ.in conſi.iij.Alexan.in apoſtil.ad Bar.in d.l.hac edictali.& Odofred.verſicu.ſed quod epiſcopus.Pau.de Caſtr.in authen.præterea.C.vnde vir, & vxor.Iacob.Butr.in l.prima. C.de inoffic.dot.Bertrand.in dicta l.hac edictali.Brun.in tracta.quòd ſtant.maſc.

53 Et declara,quia poteſt concurrere remedium d.l.hac edictali.cum remedio inofficioſæ dotis.gl.& Doct.in l.j.C.de inoſ.dot.& tradit Alber. in d.l.hac edictali.

54 Secundò Limita,quia valet datio facta à coniuge tranſeunte ad ſecunda vota,coniugi ſecundo,in præiudicium filiorum primi matrimonij vſque ad tempus mortis coniugis dantis,nam poſt mortem competit prouiſio d.l.hac edictali.Cy.ibi,in j.q.

55 Et propterea dicitur,quòd tempus mortis inſpicitur, an plus fuerit coniunx conſecutus,quàm filij primi matrimonij,vt per glo.ibi in verbo,donata.Cyn.ibi,in ij.q.Iacob.Butr.Bald.in ſecunda lectu.in princ. & Sal.verſicu.cùm gl.& Io.Fab.ibi.Azo in ſumma,in tit.de ſecun.nup.

56 Tertiò Limita,vt reuocatio fiat non vt in totũ auferant filij , ſed vt coniunx,à quo aufertur concurrat,ita glo.in l.hac edictali.in verbo,diuidi.Cy.ibi,in iiij.q.& Alber.ſentit iſtam partem,dum vltimo loco tenuit opin.Iaco.de Bel.qui ſenitt cùm gl.Sal.tenet eandem opin.ibi,in ij.q.glo.in l.quoniam præteritæ.C.de ſecund.nup.Bald.in conſi.cclxiij volu.iiij.& in l.hac edictali.ver.modò ſtante,occurrit.& verſ.amplius circa iſtam materiam.Pau.de Ca.in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor. & Bal.in d.l.hac edictali,in lect.noua.ver.ſtatim quæritur.Io.de Anan. in conſi.lxvij.in fi.Dec.in conſi.ccxlvj.& ita tenet Ægi.in l.quoniã præteritæ.C.de ſecun.nup.qui dicit,ꝙ ita ſeruatur in facto,& ita practicatur.licèt tex.in d.l.hac edictali.videatur cõtrarium inferre.Capra idem voluit in conſi.lxxiiij.& Bert.in cõſi.cxiij.vol.iij.Ang.in conſi.cclxxxv. Ruin.in conſi.xciij.vol.v.

Contrarium voluerunt Iaco.Bu.& Rapha.Fulgo.in d.l.hac edictali.qui refert Iacobum Butr.tamen Iacob.Butr.in libro meo hoc non dicit.idem voluit Azo in ſumma,in titulo,de ſecundis nuptiis.verſiculo, Item quod dictum:ſentit Bald.in j.lectur.in d.l.hac edictali.verſi.pone pater.& ibi Sal.ver.& vt veritas.Corn.in conſi.xliiij.vol.j.& in conſi. cxviiij.vol.j.& conſi.lj.vol.iiij.Corn.in conſi.xxxiij.vol.j.Bertr.in conſi.xxviij.vol.j.& conſi.lxviij.vol.iij.& conſi.lxxxiij.eodem vol.& conſi.xc.eod.vol.iij.& conſi.cxxiiij.eod.vol.& in d.l.hac edictali.in verſi. ita tamen.& ibi Io.Nico.in ij.reſponſ.& in iij.reſponſ.Aimo in conſi. cxciiij.Aimo in conſi.cxciij.vbi declarat.

57 Quartò Limita,nam non fit reuocatio, ſi ſit relictum filiis ſecundi matrimonij,etiam quòd minus fuerint conſecuti filij primi matrimonij, ſi modò filij primi matrimonij ſint conſecuti integram legitimam,Bald,in conſilio cclxiiij.inter conſilia Paul.de Caſtro,volumi.j.

Bal.

Bal.in conſi.xxj.vol.v.& in l.j.in fi.C.de inoffi.dot.Guald.cautel.lv.de-leg.Pau.de Caſt.in auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.licèt confundat iſtum caſum cùm ſeq.Bertran.in conſi.cxij.vol.j.& allegat Docto. qui tenent contrarium,tamen alio caſu loquuntur,de quibus infrà dicetur.& Pau.de Caſt.in conſi.150.vol.ij.Aimo in conſi.cxciij.refert,& ſequitur addit.ad Iac.Bu.in d.l.hac edictali.

58 Imò ſi ſecundus maritus ſit ſtipulatus pro filiis ſecundi matrimonij, non fit reuocatio per d.l.hac edictali.ita Bal.inter conſilia Pau.de Ca. in conſi.cclxij.volu.j.Bal.in l.j.in ij.q.C.de inoffi.do.& in d.l.hac edicta li.verſi.denuò formatur hic.& in conſi.xxij.volu.v. Alex.in l.mulier.ff. ad Trebel.

Contrarium Sal.in d.l.hac edictali.in viij.q.licèt non plenè ſe firmet.Fran.de Alberg.inter conſilia.Pau.de Caſt.cclxj.vol.j.& Richard. de Saliceto inter dicta conſilia Pau.de Ca.in conſi.cclxiiij. eod.vo.Bal. in conſ.cclxj.vol.j.Dec.in auth. præterea.C.vnde vir,& vxor.& in conſi.cclxiiij.Corn.in conſ.lxxxij.vol.iij.Iaſ.in auth.vnde ſi parẽs.C.de inoffi.teſta.Bertr.in conſ.xxiiij.vol.iij.

59 Et ijdem quando ſtipulatur pater filiis naſcituris ſecundi matrimonij,tenet Pau.de Caſt.in conſ.150.vol.ij.& Cor.in conſ.lxxxij.volu.iij. Aimo conſi.cxciij.

60 Et pro prima opi.facit,nam etiam ſecundus maritus poteſt in totum inſtitui,relicta filiis primi matrimonij legitima,quando ſecundus maritus inſtituitur contemplatione filiorum primi matrimonij,ita Ange. Imol.Raph.& Alex.in d.l.mulier.in princ.ff.ad Trebel.Bertran.in d.l. hac edictali.

61 Quintò Limita,nam filius,cui minus eſt relictum,debet habere ſaltem legitimam,iuxta tex.in d.l.hac edictali.nec propterea vltra legitimam debet concurrere in eo,quod aufertur ſecundo coniugi,ſed illud, quod aufert,in legitimam computat,& ſi illo cõputato,adhuc aliquid deeſt vſque ad integram legitimam, etiam iſtud plus petere poteſt, Cy.in d.l.hac edictali.in ij.q.Sal.verſicu.ij.videamus,& ibi Bal.verſic. amplius circa iſtam materiam.in j.lectura.iſtud ſentit gl.in l.quoniam præteritæ.in gl.fi.in fi.C.eo.ti.voluit clarè Alex.in conſ.clviij.vol.v.Pe. de Anch.in conſ.cj.licèt dicat non eſſe tutum recedere ab alia opi.Grã. conſi.ciuili.cliij.

Contrarium,ꝙ imò filius detrahat integram legitimam, & poſtea concurrat cum eo,quod aufertur cõiugi,tenet gl.in §.optimè.in auth. de nup.in gl.in verbo,quippe.& ibi etiam Iac.de Bel.in ij.oppoſ.& ibi etiam Ang.Idem voluit Iac.Bu.in l.j.C.de inoffi.dot.& ibi Bar.& Bald. Ang.Bal.in conſi.xxij. vol.v.Bal.in d.l.hac edictali.verſi.ſed adhuc reſtat.& in j.lect.ver.modò ſuper iſto ver.Fulg.in conſi.xcvij.& conſilio lxxxix.Signo.conſi.clxxvij.Pau.de Ca.in conſ.150.vol.ij.Flor.in ſua diſpu.incipiente,mulier in ij.dubio.Soc.in conſ.xxxj.vol.iiij.Cur.Senior in conſ.lxxviij.Alex.in apoſtil.ad Bar.in d.l.hac edictali.& in l.ſi patroni.ff.ad Treb.Dec.in conſ.ccxlvj.Bertr.in d.l.hac edictali.in ver.ita tamen.Fab.in auth.nouiſſima.in xij.& xx.q.C.de inof.teſta.Aimo in conſi.cxlij.& cõſi.cxciiij.Ruin.in conſ.xciiij.vol.v.Berous conſ.cxix.Boer. deciſ.ccj.

62 Sextò Limita,nam etiam ꝙ pater non relinquat filio primi matrimonij,ſi tamen dimittit ſibi intactam ſucceſſionem ab inteſtato, per eam conſequitur commodum,prout coniunx ſecundus.Bal.in d.l.hac edictali.in ſecunda lectu.verſ.in tex.ibi peruenerit.Bertran.ibi,& in verſ. ita tamen.

63 Septimò Limita,quia non procedit diſpoſitio d.l.hac edictali.ſi coniunx conſequitur titulo onereſo,ſed tãtum procedit quando conſequeretur titulo lucratiuo,ita Bal.in d.l.hac edictali.in ij.lect.ver. vnde debes ſcire.& in j.lectu.ver.modò ſtatim.Bertr.in conſ.ccxcij.vol.iij.& in d.l.hac edictali.

Vide ſuprà in j.conclu.in x.limit.& in conclu.iij.in viij.limit.

64 Ex quo ſequitur,ꝙ diſpoſitio d.l.hac edictali.non habet locũ in donatione remuneratoria,vel ob cauſam,ita Bertr.in d.conſ.ccxcij.volu. iij.vide ſuprà in j.concluſ.in ix.limit.

65 Octauò Limita,nam filij ſecundi matrimonij non auocant id,quod datum eſt parenti,niſi quo ad legitimam tantùm,Sal.in d.l.hac edictali.in iij.& iiij.q.

66 Nonò Limita,nam ſi filiis primi matrimonij ex ſtatuto deferantur duæ ex tribus partibus ſuæ ſucceſſionis,in alia tertia,in qua ſibi remanet facultas teſtandi,poteſt vxor ſecundum coniugem inſtituere, nec filij primi ab eo quicquam auferunt,ita Pe.de Anch.conſ.cj.

67 Decimò Limita,quia iſta promiſſio de lucrando,iuxta diſpoſitionẽ iſtius legis facit,vt exigatur iſtud lucrum ab eo,qui commodum percepit,non ab eo,qui eſt ſtipulatus,ita Bal.conſ.xxij.vol.v.

68 XI.Limita,quia non debentur fructus ante litẽ conteſtatã percepti, quãdo pecunia debet auferri à coniuge,vt no.Bal.in d.conſ.xxij.vol.v.

69 XII.Limita,nam ſi dos pro filia ſit data ſecundo viro à patre,& pater ſuperuixerit,& dos debeat ad patrem redire, certè ſi vel ex pacto, vel ex ſtatuto dos,vel eius pars debeat redire lucro viri, talem dotem vel partem filij primi matrimonij à vitrico non auferrent, ita Sal.in d.l.hac edictali.in xj.q.

Contrarium Curt.Iun.in conſ.cxxij.

70 XIII.Limita,ſi filius primi matrimonij adiret hereditatem parentis ſecundò nubentis,& plus relinquentis ſecundæ coniugi ſine beneficio legis,& inuentarij,vt dicit Venaſ.in conſ.iij.Io.Nic.in d.l.generaliter.in ij.parte.nu.14.C.de ſecun.nup.

Contrarium Bertr.in d.l.hac edictali.in ver.ſi verò plus.

71 XIIII.Limita,licèt iſta ſit potius cautela,quàm limitatio,vt cõiunx ſecundus plus recipiens,faciat ſibi caueri præſtitis fideiuſſoribus,quod dicta portio non euincetur ab eo.Abb.in conſ.xliij.vol.j.Dec.in authen.præterea.C.vnde vir,& vxor.& in conſ.ccxlvj.in fi.

72 XV.Limita,nam diſpoſitio d.l.hac edictali,non procedit quãdo eſt relictum à primo coniuge,ſed ita demum ſi ſecundò nubat, nam non nubendo,etiam quòd filij primi matrimonij minus conſequantur,tamen non reuocatur relictum,ita Roman.in conſilio ccxix.in ſecundo dubio.

73 XVI.Limita,quia filij præcedentis complexus illiciti non habent beneficium d.l.hac edictali.ſed tantùm legitimi,& naturales.ita Bal.in l.cùm pater.§.mater.in ij.notab.ff.de leg.ij.& ibi Imol.in ij.not.Alex. in l.mulier.ff.ad Treb.& per eundem in apoſtil.ad Bar.in d.l.hac edicta li.Roma.in ſing.ccxxxj.Bertr.in d.l.hac edictali.qui plus tenet, ꝙ non habet locum etiam ſi ſint legitimati,& tenet,quòd non habet locum in adoptiuis.

74 XVII.Limita,ſi modò filij primi matrimonij ſint aliàs inuiſibiles, vt quia fratres minores mendicantes,vel hoſtes ciuitatis,ita Bald.in l. hac edictali.in j.lect.in ver.ibi filio,vel filiæ. Bertr.in d.l.hac edictali. qui ſubijcit,quid in aliis religionibus,& quid in filia moniali,& in filio profeſſo religionem ſancti Dominici,Ruin.in conſilio lxiiij.in fin.volum.iij.

75 Sublimita,vt hoc non habeat locum quando filij eſſent incapaces, vtputà quia excluderentur ſtatuto vel renunciatione,vt declarat Soc. in conſi.xxxv.nu.12.vol.iiij.

76 XVIII.Limita,nam filij ſecundi matrimonij non cõcurrunt in eo, quod auocatur ab eorum parente,per diſpoſitionem d.l.hac edictali. & licèt per tex.in l.quoniam præteritæ.C.de ſecun.nup.etiam filij ſecũdi matrimonij inuitentur,tamen per tex.in §.optimè.in auth.de nupt. & in auth.ad eos.quæ ponitur in d.l.quoniam præteritæ.C.de ſecund. nup.res reducitur ad ius antiquum,vt filij ſecundi matrimonij non cõcurrant.& declarat Bal.in d.l.hac edictali.in j.lect.verſic.ſed adhuc reſtat.ponit Cor.in conſ.xliiij.vol.j.Sal.in d.l.hac edictali.in iij.quæſtio. Iacob.de Beluiſ.in §.optimè.in tertia oppoſitio.& in vltima quæſt.

77 XIX.Limita,quia non habet locum diſpoſitio d.l.hac edictali.ſi cũ eodem primas,& poſtea facto diuortio, ſecundas contrahat nuptias, Bal.in d.l.hac edictali.in j.lect.ver.ſed pone.& ibi Bertran.

78 XX.Limita,quia non habet locum diſpoſitio d.l.hac edictali,ſi vitrico,vel nouercæ ſit plus relictum in vſufructu,& filiis primi matrimonij,minus in vſufructu, ſed plus in proprietate, adeò ꝙ conſiderato effectu,nõ diceretur filius primi matrimonij minus conſecutus.ita Bal. in d.l.hac edictali.in prima lectura.& iuxta hoc Bertran.ibi,in verſic. ita tamen.

79 XXI.Limita, quia ad hoc vt reuocatio detur fauore filiorum primi matrimonij,neceſſe eſt,ꝙ filij primi matrimonij ſint ſuperſtites,ſecus ſi iam deceſſerãt,vt per Bal.in d.l.hac edictali.& voluit ibi Bertran. ver.in tex.ibi procreatio.& in §.ſi verò plus.

Vide ſuprà in j.concluſ.in ij.limit.& in concluſ.iij.in v.limit.

80 XXII.Limita,ſi filius primi matrimonij contraheret cum vxore, cui plus eſt relictum,vt dicit Io.de Garro.in rubrica de ſecun.nup.in ſecunda parte.nu.4.allegans Pau.de Caſt.in lectura Auinionenſi.tamen Io.de Garro.ibi dubitat.

81 XXIII.Limita,ſi mulier nubat ſecundo de licentia ſupremi Principis,Io.de Garro.in rubri.de ſecun.nup.in ij.parte.in v.remedio.

82 XXIIII.Limita,nam diſpoſitio d.l.hac edictali.non habet locum in alienatione neceſſaria,ita Pariſ.in conſi.xcj.vol.iij. Roma.in conſi. ccxix.in ſecundo dubio.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Pœnæ ſecundò nubentium infra annum luctus,ſunt ſublatæ de iure canonico.*

IN materia ſecundarum nuptiarum ſunt attendendæ certæ communes concluſiones,

1 Prima eſt,ꝙ pœnæ ſecundò nubentium infrà annum luctus,de quibus in l.j.C.de ſecund.nup.ſunt ſublatæ de iure canonico,per dictum Apoſtoli quando dixit,Mulier mortuo viro nubat in domino.vt habetur in c.fi.& in c.pen.de ſecun.nup.& ita voluit gl.fi.in l.j.C.de ſecun.nup.& in c.fi.in gl.fi.ij.q.iij.gl.in l.liberorum.in verbo,collocare.in fin.ff.de his,qui not.infam.ita diſtinguendo declarat Inno.ad cuius doctrinam ſemper recurritur,in d.c.fin.& ibi Hoſti. Io.And.& Card.ibi.& Pe.de Anch.Ant.de Bu.Henric.Boich.c.fi.de ſecun.nup.Bar.in l.liberorũ.in fi.ff.de his,qui not.infa.& in l.j.in fi.C. de ſec.nu.& ibi Sal.in fi.& ibi Ang.& voluit Alb.de Roſ.in l.decreto.C.ex

quibus

quibus cau.infam.irroga.vbi etiam.Cy.Bal.Sal.Ang.& Io.Fab.& idem Bal.in l.ſi qua mulier.in fi.C.ad Tertu.Iac.de Beluiſ.in §.j.ſi quidem.in auth.de nup.Albe.de Roſa.in rubrica.C.de ſecun.nup.in fi.& ibi Dec. Bal.in l.liberorum.& ibi Pau.de Ca.ff.de his,qui no.infa.Ang.in auth. de nõ eligendo ſecundò nubent.in prin.Pe.de Anch.in repe.c.cãnonũ. ſtatuta.ver.iuxta prædicta.de conſti.Dom.in c.placuit.xxxij.diſt.Aret. in l.nullam.C.ex quibus cauſis infam.irroga.Ant.de Bu.in c.j.de ſpõſ. & ibi Fel.Pe.de Anch.in c.cum ſecundum.de hæret.in vj.in fin. Cor.in l.fideiuſſor.C.de fideiuſ.Fel.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt.Io.de Garro.in l.j.nu.51.& ſeq.C.de ſecun.nup.Ripa in l.fi.C.de reuoc.dona. Bal.in conſi.cccclxvij.vo.iij.Feder.de Se.in conſi.xxxvj.Io.de Ana.& ibi latius Bologn.in apoſtil.in conſi.cij.Bologn.in addit.ad Io.de Ana. in conſ.lxxiij.ver.iiij.poteſt.Petr.de Anch.in conſi.cj.Roma.in conſi. clxxxij.Abb.in conſi.xij.vo.j.Capra.in conſi.lxx.Idem tenet Gofred. in ſumma,in tit.de ſecund.nup.Soc.in conſ.xxxiiij.vo.j.Alex.in conſi. lxv.volu.iiij.& in conſi.cxxxj.volu.iiij.Cur.Iun.in conſi.xciiij.& Cur. Sen.in conſi.xxvij.Guid.Papæ in conſi.cxx.Bertr.in conſi.xlv,vo.j.& in conſi.xlvij.in prin.eodem vo.& in conſ.xviij.vo.j.Cor.conſi.xxj.in fi.vo.j.& in conſi.cccviij.vo.iiij.Brun.in tract.de ſtatut.ꝙ ſtantibus maſculis.Aimo in conſi.xxxvj.Grat.in conſi.xxxv.vol.j.

2 Et propterea ex hac concluſione infertur, ꝙ licèt ſecundò nubens infrà tempora luctus,priuetur relictis factis à marito,tamen hodie talis pœna ceſſat,vt tenet Capra in conſi.lxx.& fuit opi.Feder.in conſi. xxxvj.Ripa in l.fi.C.de reuoc.dona.Io.de Garro.in l.j.nu.66.C.de ſecun.nup.Pau.de Caſt.in conſi.cliiij.vol.ij.

3 Contrarium,ꝙ perdatur legatum ſaltem ob ingratitudinem, tenet Cor.in conſi.xxj.in fi.vo.j.Alex.in apoſtil.ad Bart.in l.j.C.de ſec.nupt. vbi dicit conſulendo ita tenuiſſe Bal.& Ang.

4 Contrarium,ꝙ pœnæ ſecundò nubentium infrà annum luctus,non ſint remiſſæ de iure canonico,tenuit gloſſ.in d.l.decreto.& ibi Pau.de Caſt.in fi.C.ex quibus cauſis infa.irroga.Idem voluit Odofred.in l.j.& ibi Bal.C.de ſecund.nup.Ioan.de Ana.in conſi.lxxiij.verſic.iiij.poteſt dubitari.

5 Amplia primam partem, quæ videtur*communis,etiam ſtante diſpoſitione ſtatutaria,ꝙ attendatur diſpoſitio iuris ciuilis, nihilominus mulier nubens infrà tẽpora luctus,excuſatur à pœnis,ita declarat Capra in conſi.lxx.

6 Primò Limita,quando mulier nimis properè feſtinaſſet ad ſecundas nuptias,ita quòd ſequi poſſet incertitudo partus,ita ſentit gl.in d.l.decreto.C.ex quibus cau.infa.irroga.& ibi Bal.& Pau.de Caſt.dicit,ꝙ talis diſtinctio eſt ſatis rationabilis.idem voluit Pe.de Anch.in c.j.de cõſtit.& in c.cùm ſecundum.in fi.de heret.in ſexto,& in cap.fi.de ſecund. nupt.& fuit opinio.Rofred.in titulo,de bonorum.poſſeſſ.vnde vir,& vxor.

Contrarium Abb.in c.fi.de ſecun.nup.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt.& ibi Fel.ſequitur iſtam partem Bal.in l.j.in ij.lect.in fi. C.de ſecun.nup.

7 Tenendo primam opin.Limita in maſculo,cui nulla pœna imponitur,etiam ſi ſtatim nubat,etiam per iuris ciuilis diſpoſitionem,Hoſt.in titu.de ſecund.nup.§.quare.ver.ſic vidiſti.Bald.in auth.iiſdem pœnis. ver.item nec pœna.C.de ſecun.nup.Roma.in conſ.clxxxij.iſtud fuit de mente gl.in l.ij.in verbo,aufertur.ff.de his,quibus vt indi.Azo.in ſum. in titu.de ſecun.nup.in prin.& in ſumma,in titu.de nup.verſi.ſequitur. Præpoſi.in rub.de ſecun.nup.Albe.de Roſa.in auth.ſi quis ex his.verſi. vlti.pro declaratione.C.de ſecun.nup.Ange.in §.quia verò.in auth.de non eligend.ſecundò nubent.in princ.& in §.ſi verò expectet.in auth. de nupt.Io.de Garro.in l.j.nu.4.C.de ſecun.nup.& Soc.conſi.xxxiiij. nume.1.

8 Secundò Limita,quando mulier nondum carnaliter cognita tranſiuiſſet ad ſecunda vota etiam feſtine,quia nõ per hoc incurrit pœnas ſecundò nubẽtium mulierum infrà tempus luctus,Io.de Garro.in l.j.nu. 7.C.de ſecun.nup.

9 Tertiò Limita,ſi tantum contraxiſſet ſponſalia de futuro,nõ autem contraxiſſet nuptias,ita Ange.in l.ſolet.ff.de his,qui not.infam. ponit Ioan.de Garr.in d.l.j.nume.7.C.de ſecun.nupt.& ponit Fel.in rubr.de ſponſa.

10 Secundò Limita,Principaliter dictam cõcluſionem,in meris pœnis, ſecus ſi non eſſent meræ pœnæ,licèt non concernant fauorem liberorum,ſed aliunde prouenĩant,vel ex voluntate teſtatoris expreſſa,vel tacita,vt declarat Io.de Garr.in rubr.C.de ſecun.nup.in ſecunda parte, nume.14.

11 Tertiò Limita,quando tranſiret ad ſecunda vota infrà tempora luctus,de conſenſu viri,de quo dic vt in vj.limit.primæ concluſionis hoc eodem titu.

## CONCLVSIO VI.

### ARGVMENTVM.

*Pœnæ ſecundò nubentium reſpicientes fauorem filiorum,non ſunt ſublatæ de iure canonico.*

1 ALIA principalis concluſio in præſenti materia eſt hæc, ꝙ pœnæ quæ reſpiciũt fauorem filiorum,nõ ſunt ſublatę per dictum Apoſtoli de iure canonico,ita Inn.in d.c.fi.de ſec. nup.& latius ibi Hoſt.Io.And.& Card.ibi,Pet.de Anch.in c.ſuper.de ſecun.nup.Ant.de Bu.in d.c.fi.Bart.in l.liberorum.ff.de his, qui not.infam.& in l.j.in fi.C.de ſecun.nup.& ibi Sal.& Ang.Bal.in l.ſi qua mulier.C.ad Tert.& in d.l.liberorum.& ibi Pau.de Ca.& idẽ Bal. in conſ.clxj.vol.j.& in conſi.cccclxxxix.in fi.vol.v. Cy.in l.j.C.de ſec. nup.Henric.Boich in c.fi.de ſecun.nup.Pe.de Anch.in c.j.ver.iuxta prędicta.de conſt.Albe.de Roſ.in rub.C.de ſec.nup.in fi.& ibi Dec.Dom. in c.placet.xxxij.diſt.Aret.in l.nullam.C.ex quibus cau.infa.irrog.Iac. de Beluiſ.in §.primæ ſiquidem.in auth.de nup.Io.de Ana.in conſi.cij.& ibi Bolog.in addi.Pe.de Anch.in conſ.cj.Roma.in conſ.clxxxij.Cur.in conſi.xciiij.Alex.in conſ.lxv.vol.iiij.Capra in conſ.lxx.Ange.in auth. de non elig.ſecundò nubent.in prin.Bertr.in conſi.xlv.vo.j.& in conſ. xviij.vol.j.& in conſ.xlvij.eodem volu.Soc.in conſ.xxxiiij.& in conſi. xxxix.lib.j.Cor.in conſi.xxj.in fi.vo.j.Fel.in c.eccleſia ſanctæ Marię.de conſt.Bolog.in addi.ad conſilium,Io.de Ana.in conſi.lxxiij.Bald.in l. decreto.in fi.C.ex quibus cauſis infa.irrogat.Guid.Papæ in conſi.xliij. in fi.& in conſi.cxx.Ripa in l.fi.vbi dicit ita tenendum in iudicando.licèt cõtraria opi.defendi poſſit diſputando.& iſtam dicit*communem Abb.in c.fi.de ſecun.nup.& Præpoſ.& Dec.in c.eccleſia ſanctæ Marię. nu.35.de conſti.Pau.de Ca.in conſi.cliiij.vol.ij.Bru.in tract.quod ſtant. maſc.Pariſ.in conſ.xxix.vol.iij.Rui.in conſi.xliiij.volum.v.& in conſi. lviij.vol.v.

Contrarium tenuit Hoſt.in ſumma,in ti.de ſecund.nup.in §.quare. in fi.gl.in l.decreto.in fi.C.ex quibus cau.infa.irroga.Præpoſ.in c.fi.vbi Abb.& idem Abb.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.& ibi Dec.nu. 35.Collect.in c.penul.C.de ſecun.nup.

2 Primò Limita hanc cõcluſionem*communem,niſi mulier tranſeat ad ſecundas nuptias de conſenſu primi viri,vt per hoc videatur poſſe maritum diſponere ꝙ mulier etiam tranſeat ad ſecundum matrimonium,& euitet pœnas ſecundò nubentium,Grat.in conſ.lxxxiij.vol.ij. De quo vide in vj.limit.primæ concluſionis.

3 Secundò Limita,ſi tranſit de conſenſu filiorum primi matrimonij,vt in vij.limit.primæ concluſionis.Dec.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.num. 35.de conſt.Alber.in rubr.C.de ſecun.nup.Grat.in conſi.lxxxiij.in fin. volu.ij.

4 Tertiò Limita,ſi principaliter ſint inductæ in pœnam,licèt ſecundariò contineant filiorum prouiſionem,ita declarat Io.de Garr.in l.j. in ij.gl.nu.22.C.de ſecun.nup.

## CONCLVSIO VII.

### ARGVMENTVM.

*Pœnæ ſecundò nubentium ſunt communes tam maſculis,quã fœminis.*

1 SVBSEQVITVR alia principalis regula,quæ eſt,ꝙ pœnæ ſecundò nubẽtium,ſunt communes tam maſculis, quã fœminis,vt no.Hoſt.in ſumma,in ti.de ſec.nup.in §.quare.& per nos ſuprà in prima ampliatione quartæ concluſ. & in prima ampliat.primæ concluſ.& in prima ampliat.tertię conclu. hoc eodem titu.

2 Amplia,vt diſpoſitio auth.ex teſtamento.C.de ſecun.nup.procedat etiam in maſculo, vt tradit Aimo in conſi.xxxvij.in prin.

## CONCLVSIO VIII.

### ARGVMENTVM.

*Pœnæ ſecundò nubentium afficiunt mulierem inhoneſtè viuentem poſt mortem mariti,licèt non nupſerit ſecundò.*

1 VLTIMA regula eſt,quòd pœnæ ſecundò nubentium afficiunt mulierem,quæ inhoneſtè vixerit,mortuo marito,licèt non nupſerit ſecundò,ita Bar.in l.his ſolis.C.de reuoc. donatio.Sylua.nupt.numer.45.Hippoly.in l.j.C.de rapt. virgi.

2 Et propterea inhoneſtè viuens amittit tutelam,vt in authen.ſacramentum.C.quando mul.tut.offic.in gl.ij.Abb.in c.vxoratus.in princ. de conuerſ.coniugat.Petr.de Ancha.in cap.ex parte M.in quinta quæſtio.de appellat.Barba.in apoſtil.ad Barto.in l.his ſolis. C.de reuocan. donat.

Vide in x.ampliat.infrà in nona concluſione,& ſuprà in concluſione iij.eod.tit.

3 Amplia,& intellige,inhoneſtè viuere etiam per ſola præparatoria,vtputà per colloquia,& oſcula,Grat.in conſi.cxv.vol.j.

4 Amplia,nã ſtante ſtatuto,ꝙ mulier tranſiens ad ſecunda vota amittat filiorum ſucceſſionem,idem eſt in ſucceſſione filiorum quo ad matrem inhoneſtè viuentem,Brun.in tracta.quòd ſtant.maſcu.in xxvj.q.

licèt

licèt non ſe firmet,ſed dicat eſſe attendenda verba ipſius ſtatuti, ſi conſiderent tantummodò impudicitiam mulieris,vel ne.

## CONCLVSIO IX.

### ARGVMENTVM.

*Mater, quæ ſuſcepta tutela,tranſit ad ſecunda vota,non petito tutore priuatur ſucceßione filij impuberis decedentis.*

1 MATER quæ ſuſcepta tutela,tranſit ad ſecunda vota,non petito tutore filio,& reliquis non reſtitutis, priuatur ſucceſſione filij impuberis decedentis,ita probat tex.in l.omnem. C.ad Tertullia. remiſſiuè per Doctores allegatos per Ioan. de Garronibus,in auth.iiſdem pœnis.C.de ſecun.nup.

2 Nec iſta diſpoſitio eſt ſublata per diſpoſitionem iuris Canonici,Nico.de Vbaldis in tract.ſucceſſ.ab inteſta.in ij.parte,in v. fallen. Ioan.de Garro.in auth.iiſdem pœnis.C.de ſecun.nup.

3 Primò Amplia,vt amittat ſucceſſionem non modo ab inteſtato,ſed etiam ſubſtitutionem ex teſtamento obuenientem.ita eſt tex.in dicta l. omnem.& ita ponit.glo.ibi in verbo,ſubſtitutio.

4 Secundò Amplia,vt etiam bona noui mariti ſint pro adminiſtratione tutelæ obligata,ita probat tex.in l.ſi mater: C.in quib. cauſis pignus taci,contraha:& in l.ij.§.ſed ne ſit facilis.C.quandò mulier tute.offic.& ibi Sali.in vltimo notab.Soci.in conſi.clxxx.verſi.imò quòd fortius.Petrus de Ancha.conſi.cccxvj.in prin. Deci.in conſi.cccccxcj. Io.de Garro.in authen.iiſdem pœnis,nu.24.in fi.C.de ſecun.nup.

5 Et hoc Amplia,vt per Io.de Garro.in rubri.C.de ſecun.nupt.in xxviij.pœna,vt non ſolùm procedat in bonis noui mariti,ſed etiam in bonis illius,qui retinebat matrem pro concubina.

6 Tertiò Amplia,etiam ſi ſit data tutrix in teſtamento à marito,ſecũdùm opinionem Ioan.in glo.in dicta l.omnem. cum qua tranſit ibi Cynus,& Alberi.de Roſate,qui dicit ita ſeruari,& ita obtinuiſſe. & Iacob. Butrigarius,& Barto.Bald.& Salice.ibi: & Corneus, Bald.in authen. iiſdem pœnis. C. de ſecun. nupt. Ioan.de Garronib.in dicta authen.iiſdem pœnis.nu.32.C.de ſecun.nup.

Contrarium Guido Papæ con.liiij.

7 Quartò Amplia, nam copulatiuè concurrere debent iſta duo, & quod petierit tutorem, & reliqua reddiderit: adeò quòd non ſufficit, quòd tutorem petierit, niſi reliqua reſtituerit, ita Albericus ibi in dicta lege,omnem.

8 Et etiã ſimiliter non ſufficit quòd nihil debeat, vt propterea non ſit locus reſtitutioni,niſi etiam tutorem petierit, Bal.ibi in d. l.omnem.

Imò Pau.de Caſtrò in dicta l.omnem.in princi.addit tertium, quòd rationem adminiſtrationis reddiderit, Bald.in auth.iiſdem.verſic.contrarium eſt verum.C.de ſecun.nup. Io.de Garronib.in auth.iiſdem pœnis.nu.24.C.de ſecun.nup.Maria.Socinus iunior in conſi.viij.vol.j.

Contrarium ſumitur ex dictis per Bal.in eadem authen.iiſdem pœnis.verſi.modò pœnæ.C.de ſecun.nup.

9 Quintò Amplia,vt hoc procedat etiam quòd mulier non iurauerit de non tranſeundo ad ſecundas nuptias,prout hodie non tenetur iurare,vt declarat Alberi.ibi in dicta l.omnem.& ponit Socin. conſi.xxxix. verſicu.nec obſtat.volu.j.Bald.in authen.iiſdem pœnis. C.de ſecun.nuptiis.& ibi Salice.

10 Sextò Amplia,etiam ſi tutori legitimo, cui nondum erat tutela decreta,rationem reddiderit,vt notat Alberic.& Bald.in dicta l.omnem. verſicu.modò quæro.

11 Septimò Amplia,vt mater in hoc non excuſetur prætextu ignorãtiæ iuris,ita Alber.ibi in fine,Fulgo.in conſi.xc.Io.de Garronib.in auth. iiſdem pœnis.nu.25.C.de ſecun.nup.

12 Octauò Amplia, etiam ſi perfunctoriè rationem reddat,vel perfunctoriè tutorem petat, ita Bald.ibi,Io.de Garronib.in authen.iiſdem pœnis.nu.26.C.de ſecun.nup.

13 Nonò Amplia, etiam ſi ſecretè contraxerit ſecundas nuptias, nec matrimonium conſummauerit, Bald.in dicta l.omnem.Maria.Soci.iunior,conſi.viij.volu.j.

Imò priuatur ſtatim quòd habet animum nubendi, vt per Syluam nuptia.in ſecundo lib.nu.50.

14 Decimò Amplia,etiam ſi non contrahat ſecundas nuptias, ſed aliâs luxurioſè, & inhoneſtè viuat, Pau.de Caſtro in dicta l.omnem. Io.de Garronib.in rubrica de ſecun.nup.in xxxj. pœna. Sylua nuptia. in loco præallegato. Io.de Garronib.in authen.iiſdem pœnis. C.de ſecun.nup. & in authen.ex teſtamento.nume.30.C.de ſecun.nup.vide infrà in concluſione viij.

15 Amplia,quòd in hoc caſu ſufficit etiam quilibet actus inhoneſtus, Gratus conſi,cxv. nu.8.vol.j.Boer.deciſ.cccxxxviij.

16 XI. Amplia,etiam ſi tutorem non petierit, tamen tutor ſic petitus, non legitimè tutelam ſuſceperit, Soci.in dicto conſi.xxxix.yolu.j. verſicu.ſecundò poſſet.

17 XII. Amplia, vt nec mater propter ruſticitatem excuſetur, ſi non petiit tutorem, ſecus ſi petiit:ſed ille non legitimè tutelam ſuſcepit, ita declarat Soci.in dicto conſi.xxxix.vol.j. verſi. tamen hoc ego arbitror. vbi dicit ita conſuluiſſe Pau.de Caſtro,& quoſdam alios Doctores.

18 XIII. Amplia,etiam ſi vna die tutelam ſuſceperit,& alia ante adminiſtrationem aliquam,illam dimiſerit, Io.de Garron.in auth.iiſdem pœnis.nu.36.C.de ſecun.nup.

19 XIIII. Amplia,nam talis pœna nõ eſt remiſſa per diſpoſitionem iuris canonici,vt per Guidonem Papæ quæſt.xliiij.in fine,Hoſtien.in c. fina.de ſecun.nup.& ibi Cardi.Petrus de Ancha.in c.ſuper.eodem titu. Abb.in dicto c.fi.de ſecun.nup. Soci.in conſi.xxxix.volu.j. Ange.in l.j. in fine,C.de ſecun.nup.

20 XV. Amplia,etiam ſi minus ſolenniter tutelam ſuſceperit, quia patitur pœnas,quas patitur illa quæ ſuſcepta tutela,& ratione non reddita,tranſit ad ſecundas nuptias,tutore non petito, Brunus in tract. de forma.in tit.de poten.& effe.for.verſi.decimo quintò fallit.

21 XVI. Amplia,quia ob non petitum tutorem,priuatur parte reſeruata per ſtatutum, Brunus in tracta.q̃ ſtantibus maſculis. in xij.verſicu. principa.Ruinus in conſi.lxxxvj.vol.v.

22 PRIMO Limita,quia non priuatur legatis à marito factis, Cyn. ibi in dicta l.omnem.in prin.& Alberi.de Roſa. & Bal.Pau.de Caſtro, Sali.& Corn.Capra.in conſi.lxx.

23 Secundò Limita,quia non priuatur ſubſtitutione fideicommiſſaria, Bal.ibi in dicta l.omnem.& Pau.de Caſtro,& Sali.in prin. Corne. Capra.in conſi.lxx.

24 Tertiò Limita,ſi reddidit rationem contutori ſuo, Bal.ibi, Ioan.de Garronib.in authen.iiſdem pœnis.nu.31.C.de ſecun.nup. Sylua nuptia. in loco præallega.nu.52.

25 Quartò Limita,quia nõ priuatur ſi adminiſtrabat de facto,& poſtcà tranſiuit ad ſecundas nuptias, ita Bal.ibi, & Pau.de Caſtro, Deci.in conſi.cccccxcj.Io.de Garro.in authen.iiſdem pœnis.in ſecunda limita. Maria.Soci.iunior conſi.viij.vol.j.

26 Quintò Limita, ſi habuiſſet tutorem legitimum filius, & ipſa nihil deberet, Bal.& Corne.in dicta l.omnem.

27 Sextò Limita,ſi mater fiat monacha, Bald.in dicta l.omnem. Io.de Garro.in authen.iiſdem pœnis.de ſecun.nup.

28 Septimò Limita,ſi compellatur ad nubendum à patre,Bald.ibi in fi. in dicta l.omnem.

Vel de eius voluntate nubat,Sylua nuptia.in loco allegato. Ioan.de Garro.in auth.iiſdem pœnis,in iij.limita.

29 Octauò Limita,ſi filius deceſſiſſet pubes, Guido Papæ in conſ.xliiij.

30 Nonò Limita,ſi fuiſſet impedita implere illud, ad quod tenebatur, Guido Papæ in conſi.clxxix.

31 Decimò Limita,ſi filius habebat tutores legitimos, vel datiuos, vel teſtamentarios, Guido Papæ in conſi.clxxix.

32 XI. Limita,quia mater excuſatur propter ætatem, Socin. in conſi. xxxix.vol.j.Alberi.in dicta l.omnem.ver.excuſatur.Maria.Soci.iunior in conſi.viij.& conſi.ſeq.vol.j.

33 XII. Limita,ſi per errorem calculi minus ſit ſolùtum,quàm debeatur, Bal.in authen.iiſdem pœnis.C.de ſecund.nup.Io.de Garro.in dicta authen.iiſdem pœnis.nu.27.

34 XIII. Limita,ſi in aliquo modico eſſet erratum,ita Bal.in dicta authen.iiſdem.& Bal.in l.omnem.

35 XIIII. Limita,quia iſta priuatio non habet locum in patre,qui filij ſui emancipati tutelam ſuſcepit, & poſtea tranſiuit ad ſecunda vota, non petito tutore, & reliquis non reſtitutis, ita Bald. in dicta authen. iiſdem pœnis.

36 XV. Limita,quia excuſatur mater, quæ propter paupertatem reliqua non reſtituit,ita Bald.in dicta authen. iiſdem.verſi.pone quòd mater.Io.de Garro.nu.29.in dicta auth.iiſdem.

37 XVI. Limita,ſi tranſeat poſt mortem filij impuberis, cuius tutelam ſuſceperat,reliquis non reſtitutis, fratribus ipſius impuberis ſuperſtitibus,ita Io.de Garro.referens certum conſilium quorundam Doctor.in authen.iiſdem pœnis.in tertia limita.

38 XVII. Limita,ſi alius petierit pro matre tutorem filio deputari,& ipſa ratum habeat,dummodò hoc faciat ante ſecundas nuptias, ſecus ſi poſt ſecundas nuptias ratificet, Corne.conſi.cxxxij.vol.ij. Io.de Garro. in auth.iiſdem pœnis.C.de ſecun.nup.

39 XVIII. Limita,ſi tranſeat de volũtate mariti ad ſecundas nuptias, Sylua nup.nu.50.in loco ſuprà allegato.

40 XIX. Limita,quia eſt neceſſarium q̃ ſit talis mater,cui fuerit delata tutela legitima,vt per Maria.Soci.iun.in conſi.viij.vol.j.

41 XX. Limita,niſi mater poſt tranſitum ad ſecunda vota, fuerit rehabilitata per principem ad tutelam, quia per hoc recuperat etiam ſucceſſionem, Rui.in conſi.lxxxvj.vol.v.

42 XXI. Limita, nam in hoc caſu excuſatur mater propter peſtem, Boer.deciſi.cxxiiij.

FINIS TERTII LIBRI.

# ANTONII GABRIELII ROMANI, COLLEGII SACRÆ AVLÆ CONSISTORIALIS, ADVOCATORVM DECANI, AC FISCI APOSTOLICI ADVOCATI, CONCLVSIONVM SEV REGVLARVM,

# LIBER QVARTVS.

## In quo habentur Concluſiones ad materiam vltimarum voluntatum pertinentes.

## De Teſtamentis. Concluſio Prima.

### ARGVMENTVM.

***Excommunicatus an poßit teſtari.***

FVIT ANTIQVA QVÆSTIO inter Doctores, an excommunicatus poſſit teſtari:& quidem gloſ.in cap.decernimus.de ſen.excom.in vj.non plenè ſe reſoluit,ſed Spec.in tit.de inſtru.edi.§.compendioſè,verſi.quid de excommunicato. tenet ꝙ poſſit teſtari. Idem tenuit Petr.& Archid.in c.pia.de excep.in vj.Inno.in c. cùm voluntate.de ſen.excom.Iac.de Beluiſ.in §,omnibus.in auth.de ſan.epiſcop. Feder.de Senis in conſi.cxviij.Io.And.in reg.dolo facit.de reg.iur.in vj. in Mercuriaiib.Bar.in l.ſi quæramus.& ibi Bal.ff.de teſta. & in authen. credentes.vbi etiam Salic.C.de hæretic.& Bart.in l.j.ff.de regu.Catho. Bal.in c.intelleximus.de iudic.Abb.in rub.de teſta.Cardi.in cle.j.de except.Anto.de But.in diſpu.incip.quidam vſurarius.Card.in repe.c.perpendimus.de ſen.excom.Domi.in dicto c.decernimus.de ſent. excom. in vj.& ibi Pet.de Ancha.& idem Pet.de Ancha.in c.ij.de teſta. & in ca. ſi eo tempore.de reſcrip.in vj.Abb.in c.ad probandum.de re iudi.Rota in nouis,deciſ.cxcv.Bal.in l.j.§.his,quibus.ff.de lega.iij.& in l.fin.C.ſi à non compe.iud.& in l.j,C.de hæred.inſtitu.in l.j.in lectu.& in repeti.C. de ſacroſan.eccle.& in l.j.C.de iuris & facti igno.in l.eam, quam. C. de fideicom.in l.legitima.in fi.ff.de pact.Ange.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.Abb.in c.veritatis,de dolo & contu.Aretin. in dicta l.ſi quæramus.de teſtamen.Ange.in diſpu.incip.duo ad inuicem. Corneus in conſi.clxxx.vol.iiij.Soci.in regu.cxxxiij.Felin.qui dicit iſtam * communem,in c.cùm voluntate.de ſen.excom.& idem dicit in c.ad probandum.in prin.de re iudic.& idem tenet & idem dicit Philip.Franc.in rubrica de teſta.in vj,Ange.in tracta.de teſta.Io.Faber in §.teſtes. in fine, Inſtitu.de teſta.Per.de Ancha.in conſi.ccccxxix.Deci.in regu.l.quod ab initio.ff.de regu.iur.Imola in cap.ij.de teſta. Bertrand.qui dicit * communem,conſi.cxlj.vol.ij.Gualden.caute.x.Guliel.Benedictus in c. Raynutius.verſi.mortuo itaque teſtatore.el j.nume.288. Io.de Garro.in l.j, nume,32.C.de ſecun.nup.

Contrarium ſentit glo.in dicto cap.decernimus.de ſen.excom.in vj. licèt non clarè,& ibi Archid.hoc apertè tenuit.Hoſtien.in c.pia.de exceptionib.Garro.in cap.quanquàm.de vſur. Feder.de Senis qui dicit,ꝙ licèt altera pars ſit plurium , & grauiorum authoritate ſuffulta , tamen iſta pars eſt verior,ſecundùm eum in conſi.lxxiiij.Calde.in diſputa.incip.excommunicatus maiori.gloſſ.conſuetu,Turo. Iaco.de S.Georgio, in l.fin.nume.3.C.de procura.

2 Nonnulli diſtinguebant inter publicum, & occultum excommunicatum,vt excommunicatus occultus poſſet teſtari,non publicus,ita ſentit Bar.in conſi.ccxxxviij. Bald.in l.j. C. de iuris & facti igno. Lancelot. Deci.in dicta l.ſi quæramus.ff.de teſta.in fi. Bald.in dicta l.j,C.de ſecun. nup.& ibi Io.de Garro,nu,32.

3 Bal.verò in l.iij.C.ſi penden.appella.aliter diſtinguit, & dicit, quòd aut eſt ſolùm excommunicatus,& tunc poterit teſtari.

Aut eſt excommunicatus,& anathematizatus , & tunc non poterit teſtari,& ita procedat ſecunda opinio.

Et idem Bal.in c.ſi is,cui.de offic.delega.Philip.Franc.in rubrica de teſta.in vj.Brunus ex mente Bald.in iij.vol.tracta.de conſtitu.in verbo, ab inteſtato,

Sed hanc diſtinctionem reprobat Areti.in dicta l.ſi quæramus.ff.de teſtamen.

Tenendo primam opinionem,quæ videtur eſſe magis * communis,

4 PRIMO Amplia, vt etiam excommunicato relinqui poſſit in teſtamento,& ſic habeat non modo actiuam,ſed etiam paſſiuam teſtamenti factionem,vt notat Bald.in l.j.in repeti.C.de ſacroſan.eccle.

Et iſtud , quòd poſſit capere excommunicatus ex teſtamento , tenet Federic.pe Senis in dicto conſi.cxxxviij.Domi.in ca.decernimus.de ſenten,excommu.in vj.

5 Secundò Amplia,vt etiam ſi ſit notoriè excommunicatus,poſſit teſtari, Federi.de Senis in conſi.lxxj.Feli.in ca.ad probandum. nu.1. de re iudic.Franc.in rubri.de teſta.in vj.nu.32.Io.de Sylua in tract.de benefi. in iij.par.quæſti.iiij.nu.4.

6 PRIMO Limita in excommunicato pro hæreſi, quia talis non poterit teſtari, per authen.credentes.C.de hæreti.& in corpore vnde ſumitur.& ibi Barto.& Sali.

Et ponit iſtam limitationem Archid.in cap.pia.de exceptionib.in vj. Bald.in l.j.§.his,quibus.ff.de lega.iij. Franc.in rubri.de teſtamen.in vj. Barto.in dicta l.ſi quæramus.ff,de teſtamen.

Et ferè omnes Doctor. allegati pro communi opinione hoc tenent, dum reſpondent ad dictam authen.credentes.de hæreti.

7 Secundò Limita,ſi eſſet excommunicatus pro vſuris,qui efficitur inteſtabilis,niſi iuxta formam,cap.quanquàm.de vſur.in vj.& ponit Philip.Fran.in rubri.de teſtamen.in vj.

8 Tertiò Limita,in excommunicato propter iniuriam factam Cardinali,iuxta diſpoſitionem c.fœlicis.de pœnis.in vj.& ponit Philip. Francus in dicta rubri.de teſta.in vj..

9 Quartò Limita,niſi facultas teſtãdi competeret ex priuilegio , quia illam amittit excommunicatus,vt notat Bal.in c.intelleximus.de iudic. & refert & ſequitur Feli.in c.ad probandum.de re iud.

10 Pro quo facit , nam excommunicatus in teſtando non poteſt vti priuilegio l.j.C.de ſacroſan.eccle.vt ibi per Bal.in lectu.& in repe.

11 Imò nec etiã poterit teſtari cum priuilegio iuris canonici cum duobus teſtibus, Bal.in l.eam quam.C.de fideicommiſſ. Imola in capitu.ij. de teſtamen.

12 Et facit,quia facilius tollitur priuilegiũ,quàm ius commune , l.eius militis.§,militia miſſus.ff,de mili.teſta.

Contrarium,quòd poſſit teſtari ſecundùm diſpoſitionem iuris canonici,voluit Petrus de Ancha.in conſi.ccccxxix.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

***Teſtamentum an valeat,ſi Notario exprimente nomen heredis, teſtator reſpondeat,quòd ſibi ita placet, vel ſic.***

1 COMMVNITER tenetur * opinio gloſſ. in l.iubemus.C.de teſtam,in verbo,quemadmodum.quòd ſi Notarius exprimat nomen heredis , & teſtator ad interrogationem Notarij reſpondeat, quòd ita ſibi placet : vel, quòd ita vult:vel per verbum,ſic : talis diſpoſitio,& tale teſtamentum ſuſtinetur in vim nuncupatiui teſtamenti, quam opinionem glo.ſequitur. ibi Cy. verſ.vltimò quæritur.& ibi etiam Iaco.Butrig.verſ.modò quæro. & ibi Io.Faber,vbi etiam Barto.verſ.quærit glo.quid ſi Notarius. & ibi Ange.& Sali.& Fulgo.ibi,qui dicit iſtam * opinionem gloſſ.communem. Io.Andre.in addi.ad Spec.in titu.de teſta.verſ.quid ſi is.Bart.in l.heredes palàm.in fine princi.ff.de teſta.

Et ibi Alexan.in apoſtil.ad Bart.qui dicit iſtam * communem opinionem.Ange.in l.in fraudem.§.j.ff.de teſta.mili. Imola in ca.cùm tibi. verſi.quid autem ſi teſtator.de teſta..

Alexan.in dicta l.iubemus. in fin. vbi dicit iſtam * eſſe communem opinionem.Ange.Areti.Inſti.de teſta.verſ.nota iſtam glo.

Alexan.in conſi.xij.verſ.hoc etiam probatur. vbi dicit iſtam * eſſe communem opinionem,vol.j.& conſi.xxxiij.vol.iij.per totum. Ange. in dicta l.heredes palàm.in fine prin.ff.de teſta. & ibi Areti.in fi. Corn.

conſi.

conſi.cclxj.nu.18.vol.iiij. Deci.in conſi.ccccclxxxviij. nume.3. vbi dicit communem. Bertran.conſ.ccxij.vol.j.in nouis, vbi dicit communem, & in conſ.lxxviij.vbi idem dicit, vol.ij.in nouis.Gratus in conſ.xxx.nume.19.& ſeq.vol.ij.vbi idem dicit. Io.Crotus in repeti.l.j.§.ſi quis ita.ff. de verbo.obliga.Corne.conſ.clvij.in fi.volu.j. Bertran.conſ.ccxlij.nume.7.volu.j.in antiquis.Ripa in l.j.§.ſi quis ita.nume.9.ff.de verb.oblig. Boer.deciſio.xxxv.

Contrarium Iaſ.in l.iubemus.in fi.Deciſ.Neapo.cxliij.in antiq.

2 Amplia idem & multo magis dicendum eſſe in codicilis, Gramma. deciſ.lxxiij.

3 Primò Limita,quando teſtator erat ſanæ mentis,& articulatè, & intelligibiliter loqui poterat:ſecus,quando non potuiſſet loqui articulatè,& intelligibiliter,vt dicit Bar.in l.iubemus.vbi etiam Cy.Pau.de Caſtro in conſi.clv.vol.ij.Iaco.Butrig.& Io.Faber,& Ange.in dicta l.iubemus.Roma.conſ.cccxcvj.in ij.dubio.Calca.in conſ.xcj.Salic.in dicta l. iubemus.verſ.Petrus verò,& Cynus. & ibi Corne.verſic. circa hoc autem diſtingue.

Soci.in conſi.xx.vol.iiij.vbi declarat,quando dicatur non poſſe articulatè loqui, Deci.conſ.ccccclxxxix.nu.4.& 9. verſ.non obſtat ꝙ vnico.Ruinus conſ.ij.nu.8.vol.ij.& in conſ.x.vol.iij. Zaſius conſ.iij.vol.j. Bald.in conſ.lv.in fi.vol.v.Alex.in conſ.cv.nu.7.voul.vij.Corne.conſ. viij.nu.7.vol.iij.Io.Crottus in repe.l.j.§.ſi quis ita.verſ.primus caſus.ff. de verbo.obliga.Bellame.conſ.j.verſ.quid ergo.Galiaula in l.j.§.ſi quis ita.nu.4.ff.de verbo.oblig.

4 Et præſumitur in dubio poſſe articulatè loqui, ſi inſtituit venientes ab inteſtato,vt per Sali.in dicta l.iubemus.

5 Amplia hanc limitationem, nam idem eſt, quando eſſet multùm grauatus, & morti proximus,& ita reſponderet, Pau.de Caſt. in conſ. clv.vol.j.Ruinus conſ.ij.vol.ij.num.8.& ſeq.& in conſ.ix.nume.14. volu.ij.& in conſ.viij.uume.7.volu.iij.Ripa in l.j.§.ſi quis ita.nume.9.& ſequen.ff.de verb.obliga.

Contrarium Alexand.in conſi.xxxiij.verſicu.tamen præmiſſis non obſtantibus.vol.iij.

5 Tamen Calca.conſ.xcj.el ij.in fi.diſtinguit in iſto caſu, nam ſi teſtator reſpondeat ſic,non valeat teſtamentum:ſecus ſi reſpondeat per alia verba denotantia ſanam mentem,& bonum intellectum teſtatoris.

6 Secundò Limita,quando præcederet aliud teſtamentũ ſolenne,quia per ſecundum factum ab infirmo cum reſponſione,vel interrogatione alterius non reuocaretur primum,ita dicit Pau.de Caſtro in l.hac conſultiſſima.§.at cùm humana fragilitas.C.qui teſta.fa.poſſ.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe,prout conſuluit in conſi.lv.volu.j. Socin.conſi.xcij.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus.vol.iij.

Maria.iunior conſi.clxxxiij.nu.34.vbi dicit * communem opinionem,vol.ij.Io.Crot.in l.j.§.ſi quis ita.verſ.ſeptimus caſus.ff.de ver.obli.

Guido Papæ conſ.lxiij.in fin.qui loquitur, quando in primo teſtamento eſt adiecta clauſula derogatoria.Zaſius conſ.iij. vol.j. Maria.iunior conſ.clxxxix.nu.100.vol.ij.Ruiuus conſ.ix.nu.14.vol.ij.

Contrarium ſentit Roma.conſ.cvj.& clarius Alex.conſ.xxxiij.verſ. & ſi diceret quòd glo.vol.iij.Deci.conſ.ccccclxxxix.nu.8.& ſeq. Ruinus conſ.xij.verſ.non obſtat igitur primò.vol.ij.

Et iſtam opinionem ſentit Calcan.conſ.xcj.el ij.vbi non facit differentiam,an ſimus in ſecundo teſtamento, in quo agatur de reuocatione primi, prout ipſe loquitur in caſu illius conſilij, vel ſimus in primo teſtamento.

8 Tenendo primam opinionem, Limita, quando expreſsè conſtaret de voluntate teſtatoris volentis reuocare primum teſtamentum, vt per Ruinum conſ.xij.nu.11.vol.ij.& per Maria.iuniorem conſ.cxliiij.nu.53. verſ.nec demum obſtat,ꝙ hæc fuerint.vol.ij.

9 Tertiò Limita,quando dictante teſtatore ſcripſit Notarius,& poſteà interrogatus teſtator reſpondeat, ſic, vel ſimile verbum:ſecus ſi dictantibus conſanguineis vel aliis Notarius ſcripſerit, & teſtator interrogatus poſteà ita reſpondeat,ita voluit Pau.de Caſtro in conſ.clv.volu.j.Corne.in d.l.iubemus.in fi. C.de teſta. Pau.de Caſtro in l.hac conſultiſſima.in §.at cùm humana fragilitas.C.qui teſta.fa.poſſ.Roma.in l. gerit.nu.10.ff.de aeq.hered.Imola in l.heredes palàm.in fine princ.ff.de teſta.Corne.conſ.ccxxij.nu.15.vol.j.& conſ.cccxix.nu.13.eo vol. Rom. conſ.cccvj.in fi.Alex.in apoſtil.ad Bar.in dicta l.iubemus. Socin.conſ. ccxxix.& conſ.xcij.volu.iij.Iaſ.in dicta l.iubemus.in fi.Calcan.conſ.xc. verſicu.& licèt aliquibus ex teſtibus.

Maria.iunior conſ.clvj.vol.ij.& conſ.clxxxiij.nu.31.eo.vol. vbi dicit iſtam partem * communem. Corne.conſ.lxxiij.nu.12.vol.j.& conſ. cccxix.vol.iiij. Aimo conſ.cxvij.& conſ.cxliij.Ruinus conſ.viij.vol.iij.

10 Io.Crottus in l.j.§.ſi quis ita.verſ.ſeptimus caſus eſt.ff.de ver.obliga. qui aſſerit ita fuiſſe iudicatum in curia Romana per Dominos de Rota. Bertran.conſ.cxliiij.nu.3.vol.iij.in antiquis. Hippoly.in ſing.ccccxlix. Bertran.conſ.cccxxxj.nu.5.vol.iij.in nouis. Soci.conſ.xx. verſ.& quod in præſentia.vol.iij.Bertran.conſ.ccxlij.nu.8.vol.j. in antiquis, & conſ. cccxlix.nu.6.& ſeq.vol.j.in antiquis.

11 Et iſta opinio ſumitur ex verbis Alberti Papien. qui ſequi videtur Io.And.in addi.ad Spec.in tit.de teſta.§.j.verſ.quid ſi is, qui propriè loquitur.quando intimi,vel familiares fecerũt ſcribi voluntatem teſtatoris,qua recitata teſtator dixit ita facere.quem etiam ita intelligit Ant. de But.in c.cùm tibi.de teſta.referendo opi.Io.Andr.& licèt Imola in d. c.cùm tibi.& Alex.in d.l.iubemus.dicant, ꝙ Io.Andr.tenet opi.glo. eſt verum diuerſis reſpectibus.

Nam ſi à Notario,dictante teſtatore ſcripta ſit eius voluntas,procedit opinio gloſſ. & Io.Andre. quando dicit opinionem gloſſ.ſibi placere,ita eam intelligit.

Si autem ſcripta ſit teſtatoris voluntas, dictantibus conſanguineis, vel familiaribus, in iſtis terminis Io.And.ſequitur opi.Alber.Papien.& propterea Io.And.in d.addi.dicit Albe.Pa.loqui in aliis terminis,prout ita declarat opi.Io.Andre.vt vno caſu videatur adherere opi. glo.& in alio videatur tenere opi.Alber.Papien.videlicet,ꝙ ſi in iſto caſu appareat teſtatorem in ſuo ſenſu, & intellectu permanere, tunc reuocetur primum teſtamentũ,& non aliâs,vt declarat Soci.conſ.ccxxix.& conſ. xcij.nu.17.vol.iij.Ruinus.conſ.xij.nu.12. verſ.non obſtat.vol.ij.vbi dicit * communem opi.& in conſ.viij.vol.iij.& conſ.ij.nu.9.vol.ij.

12 Contrarium in articulo principali, ꝙ quando teſtatoris diſpoſitio etiam dictantibus aliis, fuit ſcripta à tabellione, & recitata coram teſtatore,quam ipſe teſtator approbauit,diſpoſitio valeat in vim teſtamenti nuncupatiui,ſentit Cy.in d.l.iubemus.in reſponſ.ad l.hac conſultiſſima,§.at cùm humana fragilitas.C.qui teſta.fa.poſſ.dum dicit, ꝙ ibi teſtatore dictante conſcripta fuerat eius voluntas,non autem in caſu glo. in d.l.iubemus.& tamen ipſe ſequitur glo.in terminis ſuis. idem voluit Bal.in d.l.iubemus.verſ.ſed quicquid ipſe dicat.& ibi Salice. verſ.quod Bal.Roma.in l.j.§.ſi quis ita.nu.9.ff.de verb.oblig.Ange.Areti. Inſti.de teſta.in prin.verſ.nota iſtam glo.Areti.in l.heredes palàm.in fi. ff.de teſta.Alex.conſ.xxxiij.verſ.denique,quid opi.vo.iij.Deci.conſ.ccccclxxxix.verſ.quartò & vlti.non obſtat. Galiaula in l.j. §.ſi quis ita. nu.4.ff.de verbo.obliga.quamuis non plenè firmet. Bald. Nouel.in l.j.§.ſi quis ita. nume.8.ff.eod.titu.

Tenendo primam opinionem,quæ videtur magis * communis,

13 Primò Limita, quando conſtaret Notarium rogatum ab ipſo teſtatore,ita Corneus conſ.ccciiij.nu.16.& ſeq.vol.j.& conſ.lxxvij.verſ.ſed in caſu noſtro.vol.iiij. Bal.Nouel.in l.j.§.ſi quis ita.nu.8.ff.de ver.obli. Corne.in dicta l.iubemus.in fi.

14 Secundò Limita, quando adiecta eſſet clauſula codicillaris de voluntate teſtatoris, Gualden.caute.ij.de hered.inſti. Io.Crottus in l.j.§.ſi quis ita.verſ.quartus caſus.ff.de verb.oblig.

15 In dubio autem cenſetur ſcriptum teſtamentum ex voluntate teſtatoris,ſecundùm Alexandrum in dicto conſ.xxxiij.vol.iij.verſ.præterea etiam non ſumus.

16 Quartò principaliter Limita,quando reſponſio teſtatoris ſubſequitur ad interrogationem Notarij, ſecus ſi ad interrogatiouem perſonæ ſuſpectæ,ita Cy.in dicta l.iubemus.in fi. Pau.de Caſt.in conſ.clv.vol.j. Soci.conſ.xxviij.verſ.ad hæc etiam fuit.vo.iij.& in conſ.xcij. nume.19. vol.iij.Pau.de Caſtro in l.j.§.ſi quis ita.ver.vlti. Petrus inducit.ff.de ver. obli.Corne.conſi.ciij.nu.22.& ſeq.vol.j.& conſ.cclvij.in fi.nu.21.vol.j. & conſ.j.nu.3.vol.iiij.Soci.in l.j.§.ſi quis ita.in prin.ff.de verbo.obliga. Bertran.conſ.xxxj.nu.5.vo.iij.in no.Cor.conſ.lxxiij.nu.11.& ſeq.vol.j.

Maria.iunior conſ.clxxxiij.nu.27.vbi dicit iſtam * communem.volu.ij. Socin.conſ.ccxxix.verſ.item licèt teſtator.Ripa in xj.reſpon.verſi. præterea,quando dominus.volu.iij.Zaſius conſ.iij.vol.j.Ripa in l.j.§.ſi quis ita.nu.9.& ſeq.ff.de verb.oblig.

Contrarium Corn.conſi.lxxvij. vbi dicit iſtam * communem opinionem,vol.iiij.Deci.conſi.ccccclxxxix.verſ.tertiò non obſtat.Maria.iunior conſi.cxliiij.verſ.ſed vltrà.& conſ.clxxviij.num.20.vol.ij. Ruinus conſi.ij. verſ.nec obſtat quod Bal.vol.ij.in conſ.xij.nu.12.vol.ij. Ange. Aret.Inſtitu.de teſta.in prin.verſ.nota iſtam glo. Aret.in l.heredes palàm.in fine prin.ff.de teſta.Bertran.conſ.ccxij.nu.18.vol.j.Alber.in l.iubemus.in fi.Ange.Aret.in tract.de teſta.in glo.xiiij. ver.quæritur an valeat talis inſtitutio.

Tenendo primam opinionem,quæ videtur magis * communis,

17 Primò Limita,niſi explicitè declarauerit ſuam voluntatẽ per prius: quia licèt poſteà ad interrogationem alterius reſpondeat ita facere, tamen valet diſpoſitio,Maria iunior in conſ.cxliiij.nu.53. & 54. vol.ij.& conſ.clxxviij.nume.20.& 21.eo.volu.

18 Secundò Limita,quando teſtator rogaſſet Notarium,vel teſtes,vt teſtamento ſuo interuenirent.Corne.in d.l.iubemus.in fi.

19 Tertiò Limita, quando prius teſtator dictaſſet teſtamentum de per ſe,& poſteà ad interrogationem alterius reſpondeat,ſic:vel omnia ſibi placere, Bal.in dicta l.iubemus.Io.Andre.in addi.ad Spe.in tit.de teſta. §.j.verſ.quid ſi is.

20 Quartò Limita,quando teſtator conſenſiſſet in clauſula codicillari:quia tunc valeret talis diſpoſitio in vim fideicommiſſi, Guald.caut.j. de here.inſti. Io.Crottus in l.j.§.ſi quis ita.verſ.quartus caſus.ff.de ver. oblig.& fuit originalis opinio Cald.in conſi.xl.ſub rubr.de teſta.

21 Imò etiam ſi per verba cõmunia facta eſt diſpoſitio, valeret in vim fideicommiſſi,ita Bal.Nouel.in §.ſi quis ita.nu.9.in l.j.ff.de verbo.obli. quod eſt verbum ſatis notabile.

22 Quintò Limita,quando eſſent inſtituti venientes ab inteſtato,Grat. conſi.xc.volu.ij.

23 Quintò principaliter fallit opi.glo.in l.iubemus.quando teſtator voluit teſtari in ſcriptis,ita Io.Andre.in addit.ad Spec.in tit.de teſta.§.j.in verſi.quid ſi is.Deciſ.Neapoli.cxliij.in antiquis.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum vſurarii manifeſti, an reconualeſcat præſtita cautione poſt teſtamentum iuxta tex.in c.quanquàm.de vſur.in ſexto.*

1 NON inutiliter quærunt Doctores,an teſtamentum vſurarij manifeſti,quod ſecundùm diſpoſitionem c.quanquàm.de vſur.in vj.eſt nullum,non præſtita cautione,reconualeſcat,ſi poſt teſtamentum,ante mortem præſtetur prædicta cautio, glo.in d.c.quanquàm.in fi.tenet,ꝙ reconualeſcat:& ibi Io.Andre.in nouel.idem tenet Lauren.Rodul.in tract.de vſur.quæſt.100.Ange.in diſpu.incip.Aſtenſis miles.Bar.in l.filio præterito.ff.de iniuſ.rup.& irri.teſta.Bal.in repe.l.j.C.de ſacroſan.eccle.& in l.vniuerſa.C.de precib.Impe.offe.in l.fi. C.ſi à non compe.iudi. Imola in d.l.filio præterito. Bal.in l.ſeruis.C.de lega.Ange.& Imola in l.qui ſoluendo.ff.de heredi.inſti.Imola in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de libe.& poſthu. Bal.in repeti.l.ſi arrogator.ff.de adop.& in l.Gallus.§.etiam. ff.de liber.& poſthu.Io.de Ana.in c.quia omnibus.de vſur.Bal.in conſ.lvij.vol.v.& in conſ.clxij.vol.ij.Feli.in c.quoniam.vt lite non conteſt.& in c.cùm dilectus.de accuſa.vbi dicit iſtam * communem opi.Hippoly.in pract.in §.ij.Petr.de Ancha.in c.ij.de teſta.Imo.in c.ij.de teſta.Feli.in c.ſignificauerunt.de teſta.Brunus in tract.de forma.in arti.de poten.& effe.for.in prima limit. Gualden.cautè.vij.in tit.de his,qui non habent teſta.fact.

2 Tenendo hanc opinionem, quæ eſt * communis, Amplia,vt ſufficiat etiam ſi dimittat procuratorem ad præſtandam prædictam cautionem, Ange.in diſputa.incip.Aſtenſis miles.vbi latè examinat.Feli.in c.ſignificauerunt.de teſta.& in c.ad hæc.de reſcrip. Gualden.in tit.de his, qui non hab.teſta.fact.caute.vij.

3 Primò Limita,quia ſi non præſtetur cautio ante mortem,teſtamentum vſurarij manifeſti,etiam in fauorem filiorum non ſuſtinetur, Ant.de Butrio in conſi.xxv.

4 Et idem eſt ſi teſtamentum fuerit factum in fauorem piæ cauſæ.Anto.de Butrio in conſ.xxviij.& in dicto conſ.xxv.

5 Quod tamen Declara ſecundùm eum ſecus eſſe, quando conſtaret, teſtatorem contritum,& pœnitentem deceſſiſſe,licèt vſuras aliter non reſtituerit,vt per Ant.de But.in dicto conſ.xxviij.in verſ.non obſtat.

6 Contrarium in concluſione principali tenuit Gar.in d.ca.quanquã.de vſur.in vj.Fran.de Rampo.in conſ. incip.Albericus quondam Vgonis.vbi dicit vidiſſe conſilium Io.de Lignano approbatum à Calderi.in quo idem concludebatur,ſcilicet teſtamentum in iſto caſu non reconualeſcere.& idem voluit idem Franc.de Rampo.in l.filio præterito.vbi Imola,qui dicit iſtam partem veriorem de iure.ff.de iniu.rup.& irri.teſta.Bal.in l.poſthumo.C.de bo.poſſ.contra tab.in l.fi.C.vnde legi.vbi ſe remittit ad dicta per eum in d.l.poſthumo.vbi ipſe tenet iſtam partem.& idem Bald.in l.ex libera.C.de ſuis,& legi.Roma.in l.poſthumo.C.de bo.poſſ.contra tab.Guido papæ quæſt.50.Ripa in reſpon.xiij.in j.lib.

7 Sed tenendo iſtam partem,illam Amplia,ꝙ teſtamentum mercatorum noſtri temporis,qui carius vendunt,non valebit, non præſtita cautione iuxta diſpoſitionem c.quanquàm.de vſur.in vj.Abb.in ca.ad noſtram.de emp.& vend.& idem Abbas conſ.xxij. vol.j.Barba.in conſilio lxvij.volu.iiij.

Contrarium tenet Deci.in l.prima,nu.17.C.de eden.

8 Limita, quia teſtamentum Iudæi manifeſtè vſurarij valebit, etiam non præſtita huiuſmodi cautione, Alex.in conſ.vj.vol.vj.Soci.in conſ.lxx.cum duob.ſeq.vol.j.& in cõſ.cxix.nu.23.vol.iiij.Aret.in conſ.clviij.Hippo.in ſing.dcix.Guald.in caute.vij.de his,qui non hab.teſta.fact.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum factum ſecundùm loci conſuetudinem,operatur etiam quo ad bona extra territorium.*

1 PRÆDICTIS annecti poteſt alia concluſio,quòd teſtamentum factum ſecundùm loci conſuetudinem, vel ſtatutum,vbique operatur, etiam quo ad bona exiſtentia extra territorium, Bald.in l.cunctos populos. verſ. quæro de effectu.C.de ſum.Trini.Bar.in dicta l.cunctos populos,verſ. quandoꝗ tollitur obſtaculum. Io.Andre.in addi.Spec.in titu.de inſtrum.edi.in §.compendioſè.verſ.quid ſi de conſuetu.Ancha.in conſ.clxiij.

Iaſ.qui dicit * communem,in dicta l.cunctos populos.in lectu.& in repeti.Bal.in l.in hac.in primo notab.C.de dona.Caſſa.in conſ.xix, Sali.in dicta l.cunctos.verſ.nunc quæro an teſtamentum.Signo.Homod.conſ.clxvj.Alex.qui dicit * communem,conſ.xliiij.vol.v.

Et hanc partem dicit * communem Brun.in tract.quòd ſtant.maſcu.in octauo arti.in xxv.quæſt.verſ.condito autem teſtamento.

Pariſ.qui ſimiliter dicit iſtam * communem,conſ.xij.vol.iij.idem tenet Cy.in d.l.cunctos.nu.5.& 6.Imola in c.cognoſcentes.verſ.quid autem ſi fiat.de conſti.Imola in rubri.de conſuet. verſ.quid autem ſi teſtamentum.Roch.in c.fi.de conſue.Barba.in rubri.de conſue.nu.64. Bal.in l.ij.in primo nota.C.quemad.teſta.ape.& ibi clarius Pau.de Caſt.

Contrarium,ꝙ imò bona tantùm in loco conſuetudinis, vel ſtatuti, capiat heres teſtamentarius:ſuccedens verò ab inteſtato capiat alia bona alibi ſita,tenet Iac.de Rauen.& Pet.in d.l.cunctos.Bart.in l.ſi arrogator.in lectu.verſ.& valent ad quæſtionem.& in repeti.& ibi Bal.ver.& eſt hoc ſpeciale.ff.de adop.

2 Tenendo primam opinionem quæ videtur * communis, Amplia, vt non modò teſtamentum factum à ſubdito ſecundùm loci conſuetudinem, operetur etiam quo ad bona vbique exiſtentia, ſed etiam ſi factum fuerit à forenſi in loco ſecundùm loci conſuetudinem, vel ſtatutum,ita loquitur Alex.in conſ.xliiij.vol.v.

3 Et ꝙ teſtamentum factum à forenſi ſecundùm conſuetudinem loci, in qua fit teſtamentum,operetur quo ad bona vbicunque poſita, ponit Bal.in l.in hac.in primo nota.C.de dona.Bar.in dicta l.cunctos.verſ.circa ſecundum.Sali.ibi verſ.ſed tunc quæro.& Iaſ.ibi verſ.ſecundum dubium eſt.Bar.in dicta l.de quibus.verſ.ſecundò eſt videndũ.ff.de legib. Roma.in l.ſi non ſpeciali.nu.6.C.de teſta.

Contrarium tenuit Iaco.de Are.in diſpu.ſua incip. ſecundùm conſuetudinem in ciuitate Venetiarum. Oldra.conſ.cxlviij.

4 Limita,quia tale teſtamentum non operatur quo ad bona alibi ſita, quando mater erat præterita,quæ poterat præteriri ſtante diſpoſitione ſtatuti in loco,ita dicit Alex.conſ.xix.nu.6.& 8.vol.vj.

5 Tenendo primam opinionem,magis * communem, Limita hoc vltimum,quando forenſis teſtaretur in loco hoſtili, vel rebelli populo Romano,quia tunc tale teſtamentum ibi factum ſecundùm conſuetudinem illius loci,non operatur quo ad bona poſita in loco non hoſtili, ita Bar.in l.qui à latronibus.ff.de teſta.ſequitur Ange.in l.de die. ff.qui ſatiſda.cog.verſ.idem intelligo.Mar.de Laude in tracta.de primoge.in vj.quæſt.Fulg.in l.ij.C.quemad.teſta.ape. dum remittit ſe ad notata per Bar.in l.qui à latronibus.Barba.in repeti.rubri. de teſta.voluit Ange.in dicta l.qui à latronibus.§.j.& ibi Pau.de Caſtro in prin.Caccialu.in dicta l.cunctos.Areti.in d.l.qui à latronibus.in fine. Caccialu.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.

Contrarium Bal.in l.ius ciuile.verſ.& nota,ꝙ de facto.ff.de iuſti.& iure.& Bal.in l.ij.C.quemad.teſta.ape.& ibi Barba. in apoſtil. Roma.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.nume.7.Iaſ.in l.cunctos.verſ.ſecundò limita communem,& in repe.verſ.ſecundò limita ſingulariter.ſentit Imola, licèt non expreſſè firmet,in dicta l.qui à latronibus.ff.de teſta.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum, in quo expreßè non eſt appoſita clauſula codicillaris, non valet in vim clauſulæ prædictæ.*

1 EX textu l.fi.C.de codicil. ſumitur hæc Concluſio,ꝙ ſi teſtator elegerit facere teſtamentum, niſi nominatim diſpoſuerit,ꝙ ſi iure teſtamenti non valeret,valeret iure fideicommiſſi:ſi iure teſtamenti non valeat, non poteſt iure fideicõmiſſi valere,dicta l.fi.§.illud quoque.C.de codic.l.j.ff.de iure codi.& in l.coheredi.§.cum filio.ff.de vulga.& pupil. verſ.ſi non valeret.l.ſi iure.C.de teſtamen.manumiſſ.

2 Primò Limita, quando perſona, cui teſtator prouidit in ſuo teſtamento,eſſet à teſtatore dilecta:quia vehemẽtia liciti amoris habet vim clauſulæ codicillaris.l.in teſtamento.ff.de fideic.liber.Bal.in l.ſi iure.C.de teſta.manumiſ.Barba.in rub.de teſta.in xj.limita.& in c.requiſiuiſti.verſ.& ideò dixit Bal.de teſta.Guald.in tit.de legib. caut.ij.in fi.Roma.in conſ.clxxix.verſ.ad quod dicendum moueor.Iaſ.in l.exigendi. verſ.ſecundò facit.C.de procu.Hippoly.in rubri.de fideiuſ.verſ.& idem firmat.Caſſa.in conſuetu.verſ.ſecundò eſt.Grãm.deciſ.lxij.nu.27. Guliel.Benedict.in c.Raynutius.in verbo,teſtamentum.el j.nu.82.de teſta.

3 Sed reſtringit dictam limitationem Matheſ.in ſing.xlj.vt procedat in legatis tantùm,non in inſtitutione.quod dictũ refert & ſequitur Iaſ.in l.non dubium.verſ.fallit in caſu ſingulari.C.de lega.

4 Secundò Limita fauore piæ cauſæ, Bald.in l.ſi iuri.C.de teſta. manu.Soci.in regu.cccxcviij.in prima limi.& in l.cùm auus.nu.13.ff.de cond.& demon.Iaſ.in l.non dubium.C.de lega.verſ.fallit in caſu ſingulari.

5 Tertiò Limita fauore libertatis,vt per Bal.in l.ſi iure.C.de teſta.ma.Soci.in reg.ccccxcviij.in prima limi.& in l.cùm auus.nu.13.ff.de cond.& demon,Iaſ.in l.non dubium.C.de lega.verſ.fallit in caſu ſingulari.

Contrarium videtur probare tex.in l.ſi iure.C.de teſta.manu.

6 Quartò Fallit fauore filiorum,l.fi.C.fami.erciſ.glo.in verbo,valuit.in l.coheredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pup. Matheſ.ſing.xlj. Imola in d.

l.cohere

l.coheredi.§.cùm filiæ.verſ.in glo.non voluit.& ibi Alex.verſ.in glo.in verbo,non voluerit. & Areti.in §.ex his.in d.l.verſ.in glo.poſita ſuper verb.& Iaſ.in d.§.cùm filiæ.verſ.in ead.glo.Ant.de But.in c.Raynutius. verſ.ſed ſi teſtata.& ibi Imo.verſ.vnde propter hoc. & Io.Crottus verſ. quartò & vlti.Soci.conſ.clxiij.verſ.confirmantur præmiſſa.Iaſ.in auth. nouiſſima.verſ.& vltimò moueor.C.de inof.teſta Alex.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.in fi.verſ.item adde,ꝙ vltrà.& in l.fi.verſ.noto. in verſ.illud. C.de codi. & ibi Iaſ.verſ.item adde ꝙ vltrà.Bertran.conſ. cxc.verſ.præterea in teſtaměto.vol.iij.in nouis. Trigo.ſing.ciiij.Grat.in conſ.cxij.nu.29.& ſeq.vol.ij.Alex.conſ.clxxvj.verſ.ſecundò reſpōdeo. vol.v.Corne.conſ.lxj.verſ.& quando pater.vol.ij.Curt.iunior in d.§.ex imperfecto.nu.15.verſ.xiij.concluſ. Iaſ.conſ.xvj. verſ. illud etiam puto. vol.j. Gulicl.Benedictus in c.Raynutius.in verbo,teſtamentum.el j.nume.82.de teſta.Curt.ſenior conſ.lxxvj. verſ.& plus quia in teſtamento. Hippoly.ſing.xxxvj.Boer.deciſ.cxl.nu.6.

Contrarium Gualden.caute.j.in tit.de libe.here.inſtitu.verſ.tertium remedium eſt.vbi dicit * communem opinionem eſſe in contrarium.

7 Quintò Limita,vbi in teſtamento teſtator adieciſſet clauſulam, Si non valet iure teſtaměti, valea tiure codicillorum; ita probat tex.in d.l. fi.§.illud quoque.C.de codicil.in l.ſi iure.C.de teſta. manu. Fulgo. conſ. xliij.verſ.& primum quidem.Alex.conſ.clxj.verſ.ſecūdò poteſt reſponderi.vo.ij.Soci.conſ.lxix.nu.10.vol.iij.Gualden.caute.vij.verſ.quartum remedium eſt.de lega.

8 Amplia,etiam ſi teſtamentum deficiat ex cauſa præteritionis filij:vt latè per Iaſ.in auth.ex cauſa.verſ.tertia quæſtio.glo.eſt.C.de libe.præte. Io.Andr.in addi.ad Spec.in tit.de inſtru.edi.§.compendioſè.ver.& nota.in verbo,codicillum.Soci.conſ.clxxiij.verſ.ſed tamen ex alio capite. Bal.in l.fin.C.de codicil.verſ.extra quæro.Areti.in l.nemo poteſt.verſ. ſed pro declaratione.ff.de lega.j.

9 Sextò Limita,ſi adiiciat teſtator in teſtamento clauſulam,Omni meliori modo.l.pe.§.fi.& ibi Bar.not.ff.de lega.ij. Soci.in reg.cccxcviij. in v.limita.Curt.iunior conſ.lxxij.verſ.non obſtat,ꝙ clauſula. Soci.conſ. clxxiij.verſ.ſed tamen ex alio capite.& conſ.lxvj.nu.10.vol.iij. Imol.in l.cùm pater.§.filius matrem.in j.not.ff.de leg.ij.& ibi Bal.verſ.ſi teſtator dixit.Areti.in l.nemò poteſt.verſ.in ead.glo.ff.de lega.j. Pariſ.conſ.lxij. nu.16.vol.ij.Guald.caute.ij.verſ.quartum remedium eſt.de lega.

10 Septimò Limita,ſtante iuramento,quod habet vim clauſulæ,omni meliori modo.l.cùm pater.§.filius matrem.ff.de lega.ij.

Et in iſto caſu,ꝙ teſtamentum quod non poteſt valere in vim teſtamenti,valeat in vim cauſæ inteſtati,tenet Baldus verſ.noto ex iſto §.& Imola in dicta l.cùm pater.in §.filius matrem.ff.de lega.ij. Areti.in l.nemo poteſt.ff.de lega.j.verſ.in ea glo.Socin.conſ.lxvj.nu.10.vol.iij.verſ. confirmatur hoc. Curt.iunior conſ.cxliiij.nu.13.Soci.in regu.cccxcviij. in tertia limita.Guald.in tit.de lega.ij.caute.ij.

## CONCLVSIO VI.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum inter liberos cum minori numero teſtium, an valeat filiis inæqualiter inſtitutis.*

1 VOLVIT Pau.de Ca.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.verſ.dicat aliquis.C.de teſta.& in l.hac conſultiſſima. §.at cùm humana fragilitas.verſ.breuiter quantum.qui teſta.face.poſſ. ꝙ diſpoſitio dicti §.ex imperfecto. locum habeat filiis etiam inæqualiter inſtitutis.idem voluit Cuman.in conſ.xiij. verſ.pro parte verò affirmatiua.Riminal.in dicto §.ex imperfecto.ver. præterea cùm hodie. Alex.in conſ.cxlvj.verſ.prodeſt vel. volu.ij. Pariſ. conſ.xxxiiij.vol.ij.Grat.in conſ.xc.vol.ij.Berous quæſt.xxxvj.in fi.

Contrarium Ro.in conſ.clxxix. & in conſ.ccclxxxv. Deci.in l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.fac.poſſ.& in l.j.C.vnde libe.& in conſ.cv.in fi.Io.Ant.Alex.in conſ.vj.& conſ.vij. Pariſ.conſ.xxxv.vol.j. Maria.iunior in conſ.cxxvij.vol.j.& in cōſ.xcvj.vol.ij.& in conſ.cxlvij. & conſ. clxxix.vol.ij. Tiraq.de iure primoge.quæſt.iiij.nu.4.

2 Facit pro prima opin.nam quando ſunt duo teſtamenta inter liberos,illud præualet,quod æqualitatě continet, Pariſ.in conſ.xxiiij.vo.ij.

3 Primò Declara principalem cōcluſionem in parte negatiua,vt non habeat locum quoties eſt inſtituta filia vna cum maſculis, quæ eſt excluſa à ſtatuto,& ſibi fuit dos relicta,vt per Mantua.in conſ.xxv.

4 Secundò Declara,quando filius, qui poſſet impugnare teſtamentū, tanquàm ſibi fuiſſet minus relictum,ita contentaretur. Gratus conſilio clvj.nume.52.vol.j.

5 Limita primam opin.procedere, quando inæqualitas eſſet modica, Maria.iunior in conſ.cxlvij.vol.ij.Boe.deciſ.ccxl.nu.8.

## CONCLVSIO VII.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum ſecundum factum cum minori numero teſtium, in fauorem filiorum, an reuocet primum ſolenniter conditum, in quo etiam filii ſunt inſtituti.*

1 TESTAMENTVM inter liberos cum minori numero teſtium valet.l.hac conſultiſſima. §.ex imperfecto. C. de teſta.l.fi.C.fami.erciſ.

Sed dubitatur,an per ſecundum teſtamentum,in quo inſtituti ſunt liberi cum minori numero teſtium, reuocetur primū in quo ſimiliter liberi inſtituti ſunt cum maiori numero,id eſt,cum ſolennitate iuris cōmunis, Pau.de Caſt.in conſ.cccxxvij.incip.dubium facit.vo.j. tenet,ꝙ primum reuocetur: & iſtam opin.ſequitur Alex.in conſ.cxlvj. vol.ij. Roma.in conſ.ccclxxxv.& in §.ſi quis autem.in fi.in dicta l.hac conſultiſſima.C.de teſta. Ange.in auth.de teſta.imperf.in §.j.& Pau.de Ca.in d.auth.hoc inter liberos.C.de teſta.& Alex.in d.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.& in d.§.ſi quis autem. & in conſ.cxxxj. verſ.tertio præſuppono.vol.vij.Corne.in conſ.xxj.verſ.nec obſtat,quò minus ſolenne.vol.iiij.& in conſ.lxxxiiij.vol.ij.

2 Et facit pro iſta opi.quod notat Bal.in d.§.ſi quis autem.in j.oppoſ. vbi ſentit,ꝙ ſi in caſu d.§.fuiſſent inſtituti liberi in ſecundo teſtamento, etiam minus ſolenni, primum fuiſſet reuocatum,etiam ſi eſſet ſolenne; & fuit opi.glo.in l.filij.in glo.in verbo, ab inteſtato.C.fami.erciſ.

Contrarium,ꝙ imò primum ſolenne non reuocetur,tenuit Io.Andre.in addi.ad Spec.in tit.de inſtru.edi.in §.compendioſè.verſ.ſi primū. in fi.Oldra.in conſ.cxix.in fi.Corne.in auth.hoc inter liberos. C. de teſta.Fulgo.in d.l.hac conſultiſſima.in §.ſi quis autem.C.de teſta.Iaſ.poſt Albe.de Roſa.in l.hac conſultiſſima.in d.§.ſi quis autem.in iij.limi.Corne.in conſ.xxxj.in fi.vol.ij.Soci.in conſ.clxiij.Ioan.de Ana.in conſ.lvij. Iaſ.in conſ.lxviij.vol.j.& conſ.viij.vol.iij.

## CONCLVSIO VIII.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum factum tempore peſtis, an valeat cum minori numero teſtium.*

1 FVIT antiqua inter Doctores controuerſia, vtrum teſtamentum tempore peſtis factum, valeat cum minori numero teſtium, & ſic cum quinque teſtibus, iuxta diſpoſitionem l fi.C.de teſta.Et ꝙ teſtamentum valeat iſto caſu,tenuit Nicol.de Mattarel.& poſt eum Bal.in l.fi.C.de teſta. & Io.de Monte Sperel.in d.l.fi.Cuma.in l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codic.Floria.in l.milites.C.de teſta.mili.Iaſ.in d.l.fi.C.de teſta. Ange.Are.in tract.de teſta.§.per nuncupatiuum.Alex.in l.ſcriniarios.C.de teſta.mili. Deci. in conſ.cclxxxiiij.& Barba.in conſ.lxxxviij.volu.iiij. Capra.in conſ.xliij. Chriſtoph.Por.Inſti.de teſta.mil.in prin.Areti.in §.fi.Inſti.de teſta.Hippoly.in l.j.§.præterea.de quæſtio. Io.Ant.Alex.in conſ.clxv. Vincen.de Hercu.in l.ij.ff.de lega.j. Barba.in c.cùm eſſes. de teſta.Io.Fran.de Ripa in tract.de peſte. Hippoly.in l.ſi in rixa.ff.ad leg.Corne.de ſicar. & in l. Diuus.in prin.ff.de quæſt.Venaſ.in conſ.xxxix.

Caſſa.in conſuetu.multos allegat pro iſta parte,& aſſerit *communem.Pariſ.in conſ.xxxij.vol.ij.Mantua.in conſ.xxv.

Guald.in caut.ij.de teſta.ordi.tenet * communem opinionem eſſe, ꝙ valeat cùm quinque teſtibus.& idem Gualden. in ſecundo enuucia.

Bertran.in conſ.lxxj.vol.iij.tenet iſtam opinionem, licèt non ſe firmet,Maria.iunior conſ.cxxix.nu.14.vol.j.

Contrarium,ꝙ imò teſtamentum non valeat,tenuit Cy.& Ange.in d.l.conficiuntur.in §.codicilli.ff.de iure codic.Fulg.& Pau.de Caſt.in l. fi. C. de teſta.Roma.in auth.ſimiliter.in ij.ſpecia.piæ cauſæ inter vltimas voluntates.& idem tenet Alex.in d.l.fi.C.de teſta.& in conſ.clxxvij.vol.ij.& in conſ.lxx.vol.ij. & Io.Baptiſta de S.Seuerino in dicta l.fi. Barba.in conſ.lviij.nume.7.volu.j.

Corne.vbi dicit iſtam partem * communem,in conſ.lxviij.vol.j. & in conſ.clxx.vol.iij.Barba.in repe.rubri.de teſta.Soci.in conſ.cj.vol.iij.

Soci.in conſ.lxxxv.volu.iiij. vbi dicit iſtam partem * communem. Bertach.in tract.de gabel.in ij.par.quæſt.xxxiiij.Io.Anto.Alex.in conſ. clxv.Deciſ.Neapo.xxv.in antiquis.

Et iſtam ꝙ valeat teſtamentum,ſequitur & dicit * communem Bertran.in conſ.liij.volu.j.& in conſ.clxx.vol.j.& in conſ.ccxij.volu.j.& in conſ.clxxviij.vol.iij.& in conſ.ccxxxiij.vol.iij.

Vbi dicit iſtam partem * magis communem, & multos allegat pro iſta parte,licèt ipſe contrarium teneat, Pariſ.in conſ.xxxij.vol.ij.

Et iſtam magis * communem opinionem,& magis æquam,dicit Pariſ.conſ.xxxiij.vol.ij.Ruin.conſ.cxx.nu.9.vol.v.

2 Aliqui verò voluerūt diſtinguere inter peſtem ſatis ſæuam, & non ita ſæuam,vt in primo caſu:quia difficile,& ferè impoſſibile eſt habere plures teſtes,procedat prima opinio: ſed in ſecundo caſu procedat ſecunda opinio.ita declarat Io.Ant.Alex.in conſ.lxxij. & ponit Io.Fran. de S.Naza.in tract.de peſte.Bru.in tract.de form.in tit.de poten.& effe. for.in xxxiiij.limi.verſ.ſecundo caſu.Boer.deciſ.ccxxviij.nu.11.& ſeq.

Tenendo etiam primam opinionem, quòd valeat teſtamětum cum minori numero teſtium,

3 Primò Limita dummodò ſaltem quinque teſtes interuenerint,vt declarat Bertran.in dicto conſ.ccxxxiij.vol.iij.

4 Secundò Limita,quando teſtes ſunt idonei,prout in teſtamentis requiruntur,& quòd non ſint minus quinque. Pariſ.in conſ.xxxij.numero 36. & ſequen.

5 Tertiò Limita,quia tempore peſtis mulier in teſtamento non eſt teſtis idonea, Ruinus conſ.cxx.volu.v.

## CONCLVSIO IX.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum inter liberos an valeat, ſi poſtquàm teſtator illud ordinauit,voluit,vt Notarius rogaretur,& ante aduentum Notarij teſtator decedat.*

1 TESTAMENTVM imperfectum ratione voluntatis imperfectæ,inter liberos non valet.l.ſi is,qui.ff.de teſta. Gualden.in xj.caute.de teſta.or.Lofre.in conſ.xiiij.

2 Vbi quòd non valet, nec inter liberos, nec ad pias cauſas.Maria.iunior conſ.cxlvij.vol.ij.& Ruinus conſ.cciiij.vol.ij.

Sed dubitatur,ſi teſtator ordinauit ſuam voluntatem,prout volebat: ſed addidit,ꝙ volebat ꝙ Notarius de ea rogaretur,quem voluit vocari: & antequàm ſuperueniret deceſſerit teſtator, dicatur teſtamentum imperfectum ratione voluntatis imperfectæ,vel ſolennitatis.

3 In qua quæſtione Doctores diuerſa ſentiunt: Nam,ꝙ teſtamentum iſto caſu ſit imperfectum ratione voluntatis imperfectæ, tenuit Oldra. in conſ.cxix.incip.Titius. Io.Andre.in addi.Specu.in titu.de inſtru.edi. §.compendioſè.verſ.quid ſi prius.Alber.in l.hac conſultiſſima. §.ſi quis autem.C.de teſta.Pet.de Ancha.in cap.cùm eſſes.de teſta. Io.de Ana.in conſ.lvij.Corneus in conſ.cxviij.vol.iij.licèt non ſe firmet.

Areti.in l.ſi is, qui. vbi dicit iſtam partem * communem.ff.de teſta. Iaſ.in conſ.clv.volu.iiij. & in eodem caſu conſuluit Deci.in conſ.clix. Iaſ.in conſ.cxcvj.volu.iij.& in conſ.viij.vol.iij. Deci.in conſ.cccclxxxviij.Pau.de Caſtro in cónſ.lxxv.vol.j.Guido Papæ in conſ.lv. Calca.in conſ.xc.& in conſ.xcj.el ij.Deci.in c.j.de fide inſtru.qui declarat. Imola in dicta l.ſi is,qui.Nicel.in concor.ccx.Deci.conſ.clix.in fine.

Ruinus conſ.cxciiij.vol.ij.& conſ.vij.vol.iij.& conſ.xj.vol.iij.* vbi dicit communem,Gramma.deciſ.lxij.Boer.deciſ.cxl.nu.3.

4 Et pro iſta opi.facit ratio, nam ex quo teſtator voluit Notarium rogari,vt de eius voluntate faceret publicum inſtrumentum, non cenſetur ante habuiſſe diſpoſitionem pro perfecta, quàm illud fieret: nam ſi contrahentes ſint in omnibus concordes reſpectu conuentionis inter eos firmatæ,ſi tamen voluerunt,ꝙ inde conficiatur ſcriptura,non dicitur perfectus contractus,niſi poſtquàm facta eſt ſcriptura:vt notat Pau. de Caſtro in l.cùm res.C.de proba.in l.contractus.de fide inſtru. & in l. qui bis idem.ff.de verbo.obliga.Fulgo.conſi.cc.

5 Limita, quia in hoc caſu valet diſpoſitio ad pias cauſas, Calcaneus in conſilio xiij.

6 Contrarium ꝙ iſto caſu non valeat diſpoſitio ad pias cauſas,nec inter liberos,ponit Maria.iunior conſ.clxxxix.vol.ij. Ruin.conſ.j. vol.ij. & conſ.cxxxvij.vol.v.vbi dicit * communem.Pariſ.conſ.xxiiij. vol.iij.

7 Concorda,quia aut voluntas erat perfecta quo ad piam cauſam, licèt eſſet imperfecta quo ad alia,& tunc teſtamentum valet.

Aut erat imperfecta etiam quo ad piam cauſam, & tunc teſtamentum ſit nullum.iſtam concordiam ponit Nicel.in concor.Bar.ccx.

8 Contrariam opi.in caſu principali, ꝙ teſtamentum in hoc caſu non dicatur imperfectum ratione voluntatis imperfectæ,ſed tantummodò ratione ſolennitatis,tenuit Imola in ca.cùm eſſes.in viij.quæſt.de teſta. & in c.ij.eo.tit.& in l.ſi is,qui.ff.de teſta.Pau.de Ca.in conſ.ccccłj.vo.ij. Areti.in l.ſi teſtamentum.C.de inſti.& ſubſti. Franc.Curtius in conſ.xij. Alexan.in conſ.iiij.vol.vij.& in conſ.cv.eo.vol.Iaſ.in conſ.lxviij.in fin. volu.j.Alexan in l.hac conſultiſſima. §.ex imperfecto.C.de teſtamen.& in conſ.lxxiij.& in conſ.lxxiiij.vol.j.Guido Papæ quæſtio.cccccxxxviij. Bertran.conſ.cxcvj.vol.iij.

9 Et facit quod notat Bertran.in conſ.lxv.vol.j.in nouis. Ruin. conſ.j. nu.22.vol.ij.vbi ſi teſtator expreſſit voluntatem ſuam coram Notario, & teſtibus, licèt illa voluntas non fuerit ibi per Notarium lecta, & publicata,nihilominus valet.

10 Imò voluit Ruinus conſ.xv.vol.ij.ꝙ valeat diſpoſitio patris,dato ꝙ teſtator dixerit poſt diſpoſitionem factam, quòd volebat, quòd Notarius rediret craſtina die,quia volebat addere, vel detrahere, vt ibi per eum.Ruinus conſ.j.vol.iij.& in conſ.ſeq.Campegij tenet,ꝙ ſi ſit diſpoſitio imperfecta ratione voluntatis imperfectę inter liberos valeat,non inter extraneos.

11 Et facit pro iſta opi.quod notat Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta. vbi tenet, ꝙ ſi teſtator fecit ſcribi ſuam voluntatem à Notario, & antequàm Notarius illam legeret & publicaret, mortuus fuerit,quòd tale teſtamentum valet inter liberos, quia dicitur imperfectùm ratione omiſſæ ſolennitatis, non ratione imperfectæ voluntatis, Ruinus conſi.vij.vol.iij.

12 Et facit,nam ſatis eſt inter liberos,ꝙ voluntas ſit ſcripta manu teſtatoris,licèt non publicata per Notarium:vt notat Bar.in dicta l.ſi is,qui. ff.de teſta.& facit dictum Dy.in l.Lucius. ff. de mili.teſta. Io.de Anania in conſ.lvij.in fin. Roma.in auth.ſimiliter.in xiij.ſpecia.piæ cauſæ inter vltimas voluntates.C.ad leg.Falcid.Areti.in dicta l.ſi is,qui. ff. de teſta. Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.

Alexan.in conſ.cxiiij.vol.vij.vbi dicit iſtam * communem opinionem.Barba.in conſ.lviij.vol.iiij. Corn.in conſ.liij.vol.j.& in cõſ.cxviij. vol.iij.& in conſ.cccvij.vol.iij.Alexan.in conſ.iiij.vol.vij.& in conſ.cl. vol.vij.in dicto §.ex imperfecto.Iaſ.in conſ.cxcv.vol.ij.Io.Anto.Alex. conſ.xiiij.in fine,& in conſ.cvij.Maria.iunior conſ.cxciiij.vol.ij. Boer. deciſ.ccxl.nume.4.vbi dicit hanc veriorem, Ruinus in conſ.lxxj.nume.22.vol.iij.Calca.in conſ.xiij.

13 Contrarium tamen tenuit Salic.in dicto §.ex imperfecto.Bal.in l.fi. C.de fideicommiſ.& contrarium tenuit Bal.in l.fi.& in auth.quod ſine. C.de teſta.verſ.ex prædictis.& ibi Pau.de Caſt.in fine.

Volunt tamen præfati Doctores,videlicet Bald.& Pau.de Caſt.ſecus eſſe, vbi de voluntate teſtatoris appareret per ſcripturã confectam manu ipſius teſtatoris,Deci.in dicto conſ.clix.idem tenet Pau.de Caſt. in dicta l.ſi is,qui.Alexan.in dicto §.ex imperfecto. Deci.in conſ.cccclxxxviij.Hippoly.in rubri.de proba.Alex.in conſ.lxxvj.vol.iij.

14 Amplia,vt prima opinio procedat,etiam ſi illa ſcriptura non fuiſſet ab ipſo teſtatore ſubſcripta,Boer.deciſ.xiiij.nu.15.

15 Limita,& Declara,quia iſta ſcriptura priuata inter liberos, requirit non ſolùm tempus,vtputà annum,& diem,ſed etiam nomen Principis regnantis,ſecundũ Alex.in conſ.lxxvj.verſ.inſuper alia ratione.vol.iij.

16 Sed tenendo primam opinionem in concluſione principali ad dictum Bart.ꝙ ibi Doctores * communiter ſequuntur in dicta l.ſi is,qui. poteſt reſponderi, ꝙ ibi non apparebat, ꝙ teſtator voluiſſet ſuam voluntatem in ſcripturam publicam redigi per Notarium,ita declarat Decius in conſ.clix.& conſ.ccccxlviij. Corneus in authen.quod ſine. C.de teſta.Iaſ.in conſ.clv.volu.iiij.

## CONCLVSIO X.

### ARGVMENTVM.

*Teſtator ſi in vna parte teſtamenti de filiis maſculis dicat,cenſetur in alia etiam parte,in qua ſimpliciter filios nominauerit, etiam de maſculis tantum dixiſſe.*

1 SI TESTATOR in vna parte teſtamenti dicat de filiis maſculis,& in eodem teſtamento in alia parte ſimpliciter dicat de filiis,cenſetur de filiis maſculis etiam in alia parte dixiſſe,in qua ſimpliciter de filiis dixerit,ita declarat Abbas in conſ.xxxvj.vol.j.Cuma.in conſ.cxvij.in princ.Curtius ſenior in conſ.lij.Barba.inter conſi.Alex.iiij.vol.conſ.xlviij.Guido Papæ quæſt. cccclxxxv.& in conſ.lxxxvij.Iaſ.in conſ.iij.vol.j. Pariſ.conſ.xviij.vol. ij.& conſ.lxxj.volu.iiij. Deci.in conſ.xv.& in conſ.ccccxlv. & in conſ. cccclxxx.& in conſ.ccccxcv.& in conſ.dlxviij.Iaſ.in conſ.cxl.in octauo fundamento,vol.ij.& in conſ.lxix.vol.iij.& in conſ.cxxxvij.vol.iiij. Io.Anto.Alexan.in conſ.cl.& in conſ.cvj. Fran.Curtius in conſ.cxij. & in conſ.cxiij.& in conſ.cxiiij.& in conſ.cliij.Brunus in tracta.ꝙ ſtanti. maſcu.in v.articu.in xiij.quæſt. Marian.iunior in conſ.xc.nume.17.volu.j.Mantuanus in conſi.ccxxj.Gratus conſi.lxxxix.vol.ij.Marianus iunior in conſi.clx.volu.ij.Ruinus conſi.xxxvj.volu.j. idem dicit Ruinus conſi.cxviij.vol.j.

2 Et propterea, ſi in vna parte teſtamenti dictum ſit de filiis naturalibus, intelligitur de filiis naturalibus etiam in alia parte teſtamenti, in qua de filiis ſimpliciter dicitur. Ruinus conſi.lxxxiij.volum.ij.& conſi. cxxxiiij.vbi declarat,volu.ij.& conſi.cxl.volu.ij. iſtam dicit veritatem. Ruinus conſi.cxlvij.vol.ij.

3 Et ſi filios maſculos poſuit in conditione,dum poſteà in ſubſtitutione de filiis dixit,de maſculis intellexiſſe cenſetur, Ruinus conſi.cxciij. vol.ij.& conſi.cxxxix.vol.iij.& clxviij.vol.iij.

4 Primò Amplia iſtam primam opinionem, vt etiam ex verbo maſculis,in alio teſtamento adiecto,ſumatur declaratio, vt verbum filij in alio teſtamento ſimpliciter prolatum,intelligatur de filiis maſculis, ita declarat Corneus in conſi.cclxxv.volu.iiij.Iaſ.in iij.conſi.volu.j.Gratus conſi.v.vol.ij.& conſi.liij.eod.vol.& conſi.lv.eod.vol.

Contrarium Fran.Curtius in conſi.clxiij. Socinus in conſi.clxiij. volu.j.Ruinus conſi.tertio,vol.ij.& conſi.cxliij.vol.ij.& conſi.xxxv. vol. iij.& clix.eodem volu.

5 Secundo Amplia,ſiue verbum maſculis,ſit in principio ſiue in fine diſpoſitionis, Ruinus conſi.clxxviij.vol.ij.

6 Contrariam opinionem in caſu principali, quòd per verbum filiis maſculis,in teſtamento appoſitum,non ſumatur declaratio ad verbum filiis, ſimpliciter in eodem teſtamento appoſitum, vt intelligatur de maſculis tantùm,ponit Petrus de Ancha.in conſi.cxx.incip.pro clariori.in fin. Io.de Ana.in conſi.xxij.Curt.ſenior in conſi.lxiij.incip.nobiliſſima.Soci.in conſi.ccxxvij.Alexan.in conſi.xxxviij. vol.j. Deci.in conſi.dxiiij.& in conſi.dxcix.

Curtius ſenior in conſi.xl.Iaſ.in conſi.cxlij.& in conſi.xxxix. volu. iij.vbi

iij.vbi dicit iſtam eſſe magis * communem opinionem, Franc.Curtius in conſ.xxxiij.in fine,& in conſ.xlix.Corneus in conſ.ccxxx.vol.iij.Soci.in conſ.lxix.vol.iij.Fran.Cur.in conſ.clxiij.Alex.in conſ.xlix.vol.iiij.

Pariſ.in conſ.xviij.vol.ij.allegat plures pro iſta parte,& iſtam tenet in conſ.xxxviij.volu.ij.& conſ.xxxv.volu.iij.& conſ.lij.vol.iij.& conſ.lxviij.volu.iij.& conſi.lxxij.eodem volu.

Maria.iunior conſ.xxiij.& conſ.xxix.nu.12.& conſ.100.nu.20.*vbi dicit magis communem,vol.j.& conſ.cij.& conſ.iij.& conſ.cxxviij.in ij.ſubſcriptione,& in vij.ſubſcriptione,nu.233.volu.j. vbi dicit * iſtam communem, Gratus conſ.cix.vol.ij.& conſ.iij.eod.volu. Maria.iunior conſ.clviij.vol.ij.Ruinus conſ.xciij.vol.ij.& conſ.cxxxiiij.vbi declarat, vol.ij.& conſ.cxl.vol.ij.& conſ. cxliiij.vol.ij.& conſ.clij.vol.ij.& conſi.cliij.vol.ij.& conſi.lxxxvj.vo.v.

7 Pro diſtinctione,& concordia opinionum aliqui voluerunt dicere, quòd ſi verbum maſculus,eſt in eadem oratione poſitum,cenſeatur repetitum in omnibus partibus eiuſdem orationis:ſecus ſi in diuerſis orationibus, ita dicebat Curtius in conſ.lxiiij.Io.Anto. Alexand.in conſi.lxxj.Gozadinus in conſi.xlv.

8 Iſtud reprobat Fran.Curtius in conſ.cxij.dicens idem eſſe,vt cenſeatur repetitum verbum maſculus,etiam in diuerſis orationibus, & idem in conſilio cxiiij.

9 Alij voluerunt dicere,quòd aut ratio fauoris conſeruandæ agnationis fuit cauſa,vt diſpoſitio reſtringeretur ad maſculos, & tūc in eodem teſtamento propter eandem rationem illud verbum maſculos,cenſeatur repetitum,non autem ſi ob aliam cauſam,Deci.in conſ.cccclxxx.& in conſ.dxv. Io.Ant.Alexand.in conſ.lxxj. Maria.iunior conſ.cxxviij. in prima ſubſcriptione, Ruinus conſ.cxvij.vol.ij.& conſ.cxxxiiij.vol.ij.& conſ.cxl.vbi declarat,eodem vol.

Sed tamen idem Ruinus in conſ.cxj.vol.ij.& pluribus ſequentibus, videtur tenere contra illam declarationem,& conſ.cxlv. vol.ij.& conſilio cxlvij.eodem volu.

10 Quidam alij voluerunt dicere, quòd aut eſt dictum de filiis, & tunc verbum maſculis,præcedens,cenſetur repetitum in verbo filiis, ſubſequenti:ſi verò dictum eſt de liberis,& tunc verbum maſculis,non cenſeatur repetitum, ita declarat Deci.in conſi.dlxvij.Ioan.Anto.Alexan. in conſilio xxxj.

11 Nonnulli etiam dicebant,quòd aut verbum filiis, eſt ſimpliciter poſitum pluries in eodem teſtamento,& tunc non cenſeatur repetitū verbum maſculus:aut ſemel tantùm,& cenſeatur repetitum, Alex.in conſ.xlix.vol.iiij.Curt.in conſ.lxiiij.Deci.in conſ.dxcix.

12 Deci.verò in dicto conſ.dxcix.dicebat, quòd aut eſt dictum de filiis ſimpliciter,& cenſeatur repetitum verbum maſculis,ſecus ſi dictum ſit quibuſcunque filiis.

13 Sed Io.Anto.Alexan.in conſ.xxxj.& in conſ.lxxj.& in conſ.cxlj.diſtinguebat alio modo,nam aut verbum maſculis,eſt appoſitum cum illa adiectione liberis,aut filiis,certæ perſonæ, & tunc ſemper in eodem teſtamento,quòd teſtator loquitur de illis met filiis, vel liberis, ſemper cenſetur loqui de filiis,vel liberis maſculis: ſecus ſi teſtator loquatur de aliis filiis,vel aliis liberis, Fran.Curt.in conſ.cxij.& in conſ.cxiiij. Ruinus in conſ.cxxiiij.& conſ.clxviij.nume.13.volu.iij.

14 Franc.verò Curtius in conſ.cxv.aliter declarat, & dicit, quòd ſi dictum ſit de filiis maſculis, & poſtea teſtator dicat, ſupraſcriptos filios meos,quia ſupra locutus eſt de maſculis,& verbum ſupraſcriptos,refertur ad filios cum eadem qualitate, ideò etiam maſculi tantùm cenſentur vocati:aliàs ſecus.

15 Idem etiam Fran.Curtius in conſ.cxv.dicit, ꝙ vbi ſemel tantùm in eodem teſtamento dictum eſſet de filiis maſculis,& pluries de filiis ſimpliciter,tunc verbum maſculis, in vna oratione non refertur ad aliam eiuſdem teſtamenti,in qua dictum eſt de filiis ſimpliciter.

Et ideò in tanto opinionum conflictu Iaſ. in l. qui filiabus.in primo notab.ff.de lega.j. licèt referat vtranque opinionem,tamen nullam audet firmare.

16 Sed pro nunc tranſirē cum illa diſtinctione Deci.in conſ.cccclxxxvj. ſuperius relata, quæ etiam à pluribus tenetur, quòd ita demum illud verbum maſculi, in alia parte teſtamenti cenſetur repetitum, quā ratio conſeruandæ agnationis hoc ſuadeat,aliàs nunq̃ cenſeatur repetitum.

## CONCLVSIO XI.

### ARGVMENTVM.

*Teſtamentum conditum ad relationem alterius teſtamenti, validum eſt.*

1 PARIA ſunt,in teſtamento aliquid exprimere ſpecificè vel per relationem ad aliud, vt ſi teſtator mandat impleri per heredem contenta in cedula exiſtente penes Guardianum fratrum Minorum, l.ſi ita ſcripſero. & ibi Bart. notat ff.de condi.& demonſt.l.aſſe toto.ff.de hered.inſti.

Idem tenet Barto.in l.quem heredi.ff.de reb.dub.in l.fin. C.de fideicommiſſ.vbi Sailce.& Alexan.in l.ait Prætor.§.ſi iudex.vbi dicit opinionem Barto.* communiter approbari.ff. de re iudica. Alexand. in conſ.lxxvj.vol.iij.Iaſ.in l.ſtipulationum.§.illud.ff.de verb.obliga.& ibi Cuma.Areti.in l.heredes palàm.in prin.ff.de teſta.Nico.de Neapo.in l.his verbis.ff.de leg.iij.Imo.in l.illa inſtitutio.ff.de here.inſti. Bal.in l.captatorias.in v.q.C.de teſt.mili.Imola in d.l.ſi ita ſcripſero.ff.de cond.& demoſt.Imola in c.cùm tibi.de teſta.Alex.in conſ.cxiiij.vol.vij.Alex.in conſ.iij.vol.ij.Feli.in c.ſuper quæſtionum.de offi.delega. Feli.in c.inter cæteras.de re iud. Pariſ.in conſ.ix.vol.iij.Bru.in tract.de forma.

2 Ratio eſt,quia tunc videtur nominatim facta expreſſio, ſecundùm Pariſium conſi.cxxij.volu.j.& in conſ.xxvj.volu.ij.in conſi. ij. volu. iij. Ruinus conſ.clxix.volu.ij.

Contrarium, quòd per relationem non dicatur facta ſingularis expreſſio,dicit Ruinus in conſi.clxv.nu.8.vol.ij.

3 Amplia,nam idem eſt etiam in omni alia diſpoſitione, quia ſufficit quid eſſe certum per relationem ad aliud. l.ſtipulationum.iuncta l.vbi autem non apparet.§.qui vinum.& ibi notat Imola,& Pau. de Caſtro, ff.de verbo.obliga.

4 Amplia etiam quo ad inſtitutionē heredis, quia ſufficit illam exprimere per relationem ad aliud,vt per Pau.de Ca.in l.hac conſultiſſima. §.per nuncupationem. C.de teſta.& in l.vbi autem non apparet.§. qui vinum.ff.de ver.oblig.& ibi ſequitur Alex.& idem Pau.de Ca.in l.heredes palàm.in prin.ff.de teſta.Aret.in rub.de teſta.Ange.Bal.& Imol.in l.aſſe toto.ff.de here.inſti. Soci. in conſ.clxxiij. & in conſ.cxlij. Alex.in conſ.clxxvj.vol.v.Soci.in l.ſi ita ſcripſero.ff.de cond.& demon.

Io.Crottus in l.j.§.ſi quis ita.in ſecunda lectu.qui dicit iſtam eſſe cōmunem opi.ff.de ver.oblig.Ruinus in l.Gallus.in §.& quid ſi tantùm.ff. de libe.& poſthu.Io.Ant.Alexan.in conſ.xiiij.& iſtam dicit * commu. Pariſ.in conſi.xix.vol.iij.Ruinus conſ.cxciij.vol.ij.

5 Contrarium,quòd imò non ſufficiat exprimere nomen heredis per relationem ad aliud,tenuit Pau.de Caſt.in l.ſi ita ſcripſero. ff.de condi. & demonſtra.Areti.in l.heredes palàm.in prin.ff.de teſta.Iaſ.in l.ſtipulationum.§.illud.ff.de verbo.obligatio.& in l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.C.de teſta.

6 Et facit,quod dicit Philip.Fran.in c.conſuluit.el ij.de appella. ꝙ vbi quid eſt nominatim exprimendum,non ſufficit exprimere per relationem ad aliud.Ruinus conſ.clxv.nu.8.vol.ij.

7 Sed tenendo primam opinionem,quæ eſt * communis, Limita illam ex mente Bar.in dicta l.ſi ita ſcripſero.ff.de cond.& demonſt. dummodò conſtet illam eſſe ſcriptam manu teſtatoris.

Sed Pau.de Caſtro ibi tenet, ꝙ etiam ꝙ non ſit ſcripta manu teſtatoris,ſi tamen conſtet illam eſſe cedulam, ad quam teſtator ſe retulit, ſatis eſt: & hoc videtur eſſe de mente Iaſ.in l.quæſtionem. C. de fideicommiſſ.Soci.in conſ.cxlij. ſecus quando de hoc non plenè conſtaret, Ruinus conſi.x.vol.iij.

8 Et an ſufficiat probare per comparationem literarum, ꝙ cedula ſit ſubſcripta manu teſtatoris, Ruinus conſ.xj.nume.7. vol.iij.tenet ſufficere ſolam comparationem,quando teſtator expreſſit illam cedulam in teſtamento,& non aliâs.

9 Limita primam regulam, vt non procedat, quando expreſſio eſſet de forma,ſecundùm Abb.per illum tex.in c.pe.de iureiu.vbi non ſufficit relatio ad aliud in iuramento,quia requiritur ſpecifica iuratio.& videtur hoc velle Iaſ.in d.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.ff.de teſt.& in l.ſtipulationum.§.illud.ff.de ver.obli.Soci.in conſ.xxiiij.vo.j. Bal.in l.in minoribus.C.de his,quib.vt indig. Ange.& Alex.in d.l.vbi autem.§.fi.de verb.oblig.Feli.in c.cum dilecta.in verſ.pro iſtis etiam facit.de reſcri.Bru.in tract.de for.in tit.ex quib.conſi.for.vel ſolen.in x.limi.verſ.prædicta procedunt.Pariſ.in conſ.vij.vol.ij.& conſi.ij.vol.iij. & conſ.ix.eo.vol.Gratus conſ.xxviij.vol.j.Tiraq.de legi.connub.

10 Sed ego non puto iſtam limitationem veram,quia nomen heredis, pro forma exprimi debet.l.iubemus.C.de teſta.l.heredes palàm.in principff.de teſtamen.

Et tamen poteſt exprimi per relationem ad aliud, vt dictum eſt ex communi intentione,in amplia.ad regu.Iaſ.in l.certum. ff. ſi cer.pet.in prin.qui dicit * communem, Guido Papæ quæſt.ccccl viij. Bertran. in conſ.ccxiij.nume.6.vol.j.in nouis.

Et contra iſtam limitationem tenet Gratus in conſ.xlj.vol.j.

11 Et licèt Areti.in cap.quoniam contra.de pobationib. teneat, ꝙ vbi requiritur expreſſio pro forma,non ſufficit per relationem ad acta, ſed illud eſt verum in relatione generali: vtputà in relatione ad acta, quæ eſt nimis vaga,& generalis:ſecus ſi ad certam partem actorum: vtputà ad certam ſcripturam, vt per Bal.in l.in minoribus.C.de his, quibus vt indig. Philip.Francus in cap.conſuluit.el ſecundo.verſi.quod tamen limitat. de appella.qui volunt,quòd ſatisfiat diſpoſitioni clemen.appellanti.de appella.Si modò quis ex primat grauamina per relationem ad certam partem actorum.

Et iſtam opi.videtur tenere Purpur.in l.petens.C.de pact.Ang.Are

12 ti.in §.ſi minus.ver.ad vnum.Inſti.de actio.

Licèt contrarium in hoc teneat Decius in l.certum.nu.3. ff.ſi certum petatur.

13 Sed tamen in iſta diuerſitate opinionum circa principalem limita-

tionem teneas diſtinctionem Ruini in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nume.77.ff.de libe.& poſthu.vbi conſiderat tres ſpecies expreſſionum: & cum illa diſtinctione videtur reducere ad concordiam iſtas opiniones, ad quem me remitto.

## De heredibus inſtituendis.

### CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

*Inſtitutio facta de fratribus Minoribus, an valeat.*

1 DVBITANT Doctores, an valeat inſtitutio facta de fratribus Minoribus: & dicendum eſt, ꝙ non valet etiam quo ad æſtimationem, vel vt vendant, & pretium erogent in vtilitatem propriam, ſi talis inſtitutio ſit ſimpliciter facta, Bar.in tract.Minoric. verſicu.quidam in ſuo teſtamento.Bald.in authen.ſi qua mulier. C.de ſacroſan.eccle. verſic.ſed modò reſtat. qui extendit etiam ad alios mendicantes. Pet.de Anchar.in cle.exiui. verſ.reuertor ad primum.& ibi Cardi.in §.proinde.verſ.quo ad quæſitum.de verb.ſigni.& idem Cardi.in conſi.cij. verſ.ad ſecundum quod opponitur. Capra in conſ.xxxj.Sali.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.ec.Capra in conſ.cxlvij.

Contrarium, ꝙ etiam inſtitutio valeat facta fratribus Minoribus, vt vendant, & pretium erogent in eorum neceſſitates, voluit Imola in l. Lucius.l'vltima, verſ.& aduerte inquantum dixi. ff. de heredib.inſtitu. Guido Papæ in deciſ.cccxxvij.

Tenendo primam opinionem, quæ vidutur magis * communis,

2 Primò Amplia, etiam ſi inſtituatur eccleſia ipſorum fratrum Minorum, vt no.Bar.in l.j.C.de cond.& procu.lib.xj.Bal.in auth.ingreſſi.& Pet.de Anch.in clemen.exiui.verſ.ſed an idem ſit.Ange in auth.de eccle.titu.in §.ſi quis autem.& in auth.vt determinatus numerus.in prin. cum aliis cumulatis in tit.de lega.concluſ.j.nu.10.

Contrarium, ꝙ inſtitutio eccleſiæ valeat, tenuit Barto.in l.ciuitatibus.ff.de lega.j.

3 Secundò Amplia, etiam ſi eccleſia fratrum Minorum, vel ipſi fratres inſtituantur, hoc expreſſo, ꝙ accipiant & vendant, & pretium conuertant in eorum neceſſitates, Bal.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.ecc.verſ. iuxta hoc quæro.Areti.in l.apud Iulianum.§.conſtat.ff.de lega.j.

4 Cardi.in clemen.exiui.§.proinde.de verb.ſignifi. vbi ſubdit, ꝙ poteſt alius inſtitui, vt vendat, & pretium conſignet fratribus diſtribuendum in eorum neceſſitates, Pet.de Ancha.idem tenet in dicta cle.exiui. verſ.ſecundo caſu.de verbo.ſignifi.

Contrarium Barto.in tracta Minoric.

5 Tertiò Amplia, etiam ſi in teſtamento adſit clauſula codicillaris, vt not.Bal.in auth.ingreſſi.verſ.iuxta hoc quæro, ponamus.C.de ſacroſan. eccle.Pet.de Anch.in cle.exiui.verſ.& per iſta.

Contrarium Barto.in tracta.Minori.verſ.ex prædictis patet,

10 Secundò Infertur, nam ſtante ſtatuto, quòd extante patruo, excludatur mater, ſi concurrant patruus, & mater, & frater vtrinque coniunctus, admittetur mater beneficio fratris vtrinque coniuncti, qui non eſt per ſtatutum excluſus, cum quo mater concurrit in ſucceſſione, & ita conſuluit collegium Peruſinum prout refert, & ſequitur Pet.de Anch. in repeti.c.j.de conſtitu.in verſ.inter cõſilia, quæ habeo. & eſt conſiliũ Ange.ccx.inci.in nomine Domini, Statutum prædictũ.refert, & ſequitur Alex.in dicta l.illam.C.de colla.vbi etiam refert ita conſuluiſſe Io. de Imola in conſ.ſuo incip.in caſu præmiſſo diſcutiendum, quis ſuccedat Ludouico Aret.in conſ.clix.Alex.in conſ.cxlj.vo.vij.Deci.in conſ. dlxix.& in conſ.cccclj.& in conſ.dlxxxix.& in conſ.lxxj. Corne.in conſi.cclxxj.vol.iiij.Corneus in conſ.lxxxij.vol.iiij. Decius in conſ. dcxxv. Brunus in tract.ꝙ ſtanti.maſcu.Pariſ.in conſ.liiij.vo.ij. & in conſ.xlvij. vol.iij.Ruinus conſ.lxxxix.vol.ij.& conſ.xix.vol.iij. & conſ.xlij.vo.eo. vbi declarat, & conſ.cvij.vol.iij.& conſ.cx.vol.eod.

11 Tertiò Infertur, vt ſi ſtatuto caueatur, ꝙ ſtante patruo, non ſuccedat auus maternus, nam ſi extet patruus, auus maternus, & auia materna, beneficio auiæ maternæ, quæ non reperitur excluſa per ſtatutum, admittitur auus maternus, qui cum ipſa in ſucceſſione concurrit, ita declalat Bal.in l.quicunque.C.de ſer.fugi.refert, & ſequitur Alex.in l.illam.C.de colla.Areti.in conſ.clix.Alex.in dicto conſ.cxlj.vo.vij. Corne.in conſ. cclxxj.vol.iiij.Ruinus conſi.xix.volu.iij.& conſ.clxix.vol.eod. Deci.in conſ.dcxxv. Deci.in conſ.lxxj.& in conſ.cccclj.& in conſ.ccccclxix.& in conſi.ccccclxxxix.

12 Quartò Infertur, nam ſtante ſtatuto, ꝙ ſtante patruo, vel ſtantibus filiis patrui, excludatur auunculus, ſi concurrant fratres patrueles: & ſic filij patrui, auunculus, & matertera, auunculus non excluderetur, ſed admittetur beneficio materteræ, quæ non excluditur per ſtatutum per filios patrui, Corneus in conſi.cclxxj.vol.iiij.

13 Quintò Infertur, vt ſtate ſtatuto, ꝙ ſoror excludatur per fratrem cõſanguineũ. Item alio ſtatuto, ꝙ ſoror vtrinque coniuncta excludat matrem: nam ſi extat frater conſanguineus, mater, & ſoror vtrinque coniuncta, ſoror beneficio matris non excluditur, imò ipſæ ambæ, mater, ſcilicet, & ſoror excluſo fratre, qui cum eis non poteſt concurrere in ſucceſſione: quia non eſt vtrinque coniunctus, admittuntur ad ſucceſſionem, licèt mater alio ſtatuto per ſororem excludatur: ſed quia non excluditur in totum, ſed ſibi reſeruatur legitima: ideò mater admittitur cum ſorore, & ita conſuluit Corneus in conſ.cccxvij.vol.iiij.

14 Sextò Infertur, ſtante ſtatuto, quòd patruus excludat matrem, nam ſi concurrant patruus, mater, & ſoror vtrinque coniuncta, mater non excluditur beneficio ſororis, quæ non reperitur excluſa à ſtatuto per patruum, & concurrit ad ſucceſſionem cum matre, Corneus in conſi.xcviij.vol.ij.Soci.in conſi.ccvij.Deci.in conſi.lxxj.Maria.Soci.iunior conſi.iiij.vol.j.Gratus conſi.ciij.vol.ij.

15 Septimò Infertur, quòd ſtante ſtatuto vt patruus excludat filias dotatas, ſi concurrant patruus, filiæ dotatæ, & filiæ non dotatæ, beneficio filiarum non dotatarum, quæ non excluduntur per ſtatutum à patruo, admittuntur etiam filiæ dotatæ, Corneus in conſi.x.volu.ij.& in l.fi.C. ad Tertullia. Brunus in tracta.ꝙ ſtantib.maſcu.in ſexto articu. in tertia quæſt.in ij.caſu, verſi.per prædicta.

Contrarium voluit Ruinus in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe. & poſthu.& conſi.xxxix.vol.ij.

16 Limita omnes iſtos caſus præcedentes, vt per Gratum conſ.cxxxiiij. vol.j.quando iſtæ perſonæ non ita coniunctim concurrerent.

17 Contrarium verò in caſibus prædictis tenuit Pau.de Caſt.in l.illam. C.de collationib.dicens, quòd ſtantibus ſtatutis prædictis, vel ſimilibus, perſona excluſa per ſtatutum, nunquam admittitur, ſed tantùm perſona excludens, quæ admittitur ad portionem excluſæ, & alia perſona, quæ concurret cum excluſa admittitur ad portionem ſuam.

Ex quo Infert, quòd ſtante ſtatuto, quòd patruus excludat matrem, ſi extet patruus, mater, & frater vtrinque coniunctus, patruus admittitur ad portionem matris, excluſa matre, & frater cum ipſo concurret, reſpectu portionis ſibi debitæ, perinde ac ſi cum matre ſuccederet: & ſic illam deciſ.Pau.de, Caſt.ſequitur ibi Decius in conſi.cccccvij.Corneus in conſi.lxxv.vol.j.Caſſa.in conſue.Deci.conſi.dcxciij.

18 Et propterea dicebat Roſel.in arbore Conſanguinitatis, quòd ſtante ſtatuto, quòd agnatus excludat matrem, & etiam ſororem, ſi concurrant ſoror, & mater, vtraque excluditur, Brunus in tracta.quòd ſtantib. maſcu.in ſexto articu.in vij.quæſt.

19 Tertia fuit opinio Petri de Ancha.in conſi.cccxxiij.quòd in caſibus præmiſſis agnatus ſolus ad integram ſucceſſionem admittatur, omnibus aliis excluſis.

20 Quarta fuit opinio Bruni in tracta.quòd ſtantib.maſcu.in ſexto articu.in tertia quæſt.in tertio caſu, verſ.redeundo ad propoſitum.vbi dicit, ꝙ aut maſculus, cuius fauore fœmina dotata, vel alia perſona excluditur, eſt in pari gradu cum perſona excluſa, & tunc admittatur ad ſuam portionem, & ad portionem excluſæ.

Aut non eſt in pari gradu, & tunc non: ſed eſt remotior, & tunc non admittitur ad portionem excluſæ.

21 Quinta fuit opinio Ruini in conſ.xxxix.vol.iij. qui facit plures caſus, & diſtinguit, ad quem breuitatis cauſa me remitto.

22 Et dicit Ruinus conſ.clxxxviij.vol.ij. ꝙ ſtante ſtatuto, vt agnati præferantur matri, ſi extant agnatus remotior, & cognatus proximior, & mater, cognatus etiam proximior excluditur, de quo excludendo non eſt facta mentio in ſtatuto, Ruinus conſ.clxxxviij.vol.ij.

23 Secundò Limita caſus prædictos, quia ſi ille, qui vicit vincẽtem me, eſt talis, qui mecum non concurrit in ſucceſſione, ſed à me excluditur, tunc ego non excludor, ſed admittor, vtputâ, ſtat ſtatutum, quòd agnatus excludat ſororem vterinam, certè ſi concurrat ſoror vterina, agnatus, & amita, beneficio amitæ, ſoror vterina non excluditur per agnatum, ſed ſola admittitur, Bald.in l.fin.C.ad Tertul.Areti.in conſi.xxvij. & in conſ.clix.Cur.iunior in conſ.xlix.Alex.in conſi.lxxx.vol.j.Soci.in conſ.xxviij.vol.iiij.Bru.in tract.ꝙ ſtãti.maſcu.Pariſ.in conſ.liiij.vol.ij.

24 Primò Infertur ex hac concluſione, quòd ſtante ſtatuto, quòd excludatur mater, ſi concurrat auia paterna, vel ſi concurrat amita: tamen ſi concurrunt omnes iſtæ perſonæ, mater non excluditur, Alexan.in conſilio lxxx.volu.j.

25 Secundò Infertur, ſi ſtatutum excludit matrem propter agnatum, ſi concurrit mater, agnatus, & auia paterna, mater admittitur, Soci.in conſilio xxviij.volu.iiij.

26 Tertiò Infertur, ſi fiat ſtatutum, quòd frater conſanguineus tantùm excludat ſororem vtrinque coniunctam, & alio ſtatuto, quòd filia eiuſdem matrimonij excludat matrem ſi concurrat ſoror vtrinque coniuncta, mater, & frater conſanguineus, tantùm admittitur mater, & ſoror, excluſo fratre conſanguineo tantùm, Corneus in conſ.cccxvij.vol.iiij. Brunus in tract.ꝙ ſtanti.maſcu.in vj.artic.in iij.q.in iij.caſu.

27 Quartò Infertur, nam ſtante ſtatuto, ꝙ fratres patrueles excludant matrem: ſi tamen concurrant fratres patrueles, mater, & amita, beneficio amitæ, quæ non excluditur per fratres patrueles, mater admittitur, Bal.in l.fi.C.ad Tertul.Alex.in conſi.lxxx.vol.j.

28 Quintò Infertur, vt ſtante ſtatuto, quòd agnatus etiam remotioris gradus excludat cognatum, & agnatus proximior ſit impeditus, ita ꝙ aliquo reſpectu ſtatutum ei non proficit: tamen agnatus remotior non excludit cognatum proximiorem, ita quòd ſi concurrant agnatus proxi

proximior impeditus,& agnatus remotior non impeditus.

Item cognatus proximior aliàs excluſus per ſtatutum,tamen cognatus proximior non excludetur,vt per Corne.in conſ.lxj.vol.iij.

29 Et iſta concluſio maxime procedit,quando mater,vel alia perſona, quæ per ſtatutum debebat excludi, non omninò excludebatur, ſed aliqua portio ſibi reſeruabatur,vt per Soci.in dicto conſi.xxviij. volu.iiij. Bru.in tract.ꝙ ſtant.maſcu.in ſexto arti. in tertia quæſt. in tertio caſu.

30 Contrarium,in principali concluſione ꝙ imò agnatus,cuius fauore factum eſt ſtatutum,non excludatur,ſed excludat,& ipſe admittatur ad ſucceſſionem,tenuit Bar.in l.ij.§.videndum.ff.ad Tertul.Bald.in l.ſi defunctus.C.de ſuis,& leg.hered.& Pau.de Caſtro in illam.C.de collationib.Et ibi Ange.etiam tenet iſtam * opinionem.Ange.in conſilio clij. incip.ſtatuto Bononienſi. Petr.de Ancha.in conſ.cccxxxiiij.incip.ſi ab agnato.Soci.in conſi.ccij.Deci.in l.illam.C.de colla. Corneus in conſi. lxxv.volu.j.& in conſi.cclxxvj.volu.iiij. Ruinus in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.Caſſa.in conſuetu.Brunus in tracta.in loco præallegato,vbi allegat plura conſilia ad propoſitum.

31 Tertia fuit opinio diſtinguentium,quòd aut agnatus,cui prouidetur per ſtatutum excluderet matrem, ſi ipſe admitteretur, & tunc ipſe non admittitur,ne mater excludatur à luctuoſa filij ſucceſſione, Aret.in conſi.clix.Soci.in conſi.ccij.Corne.in l.fi.C.ad Tertul.

Contrarium in matre tenet Corne.in conſi.cclxxvj.vol.iiij.

32 Si autem perſona nominatim excluſa excludebat alium non nominatum,& illa perſona nominatim excluſa deceſſiſſet,tunc remotior nõ nominatus non excluditur per excludentem iam defunctum, ita Pau. de Caſtro in dicta l.illam.C.de colla.Brunus in tract.ꝙ ſtanti.maſcu.in ſexto articu.in iij.quæſt.iij.membri, verſ.aſſumendo igitur. & in ſexto articu.iij.quæſt.in iij.caſu.Pariſ.in conſi.xlvij.vol.iij.

33 Et propterea ſtante ſtatuto,ꝙ agnati excludant matrem, & auiam, non excludunt amitam,ſi non ſupereſt mater,nec auia, Brunus in tracta.ꝙ ſtantib.maſcu.in vj.articu.in iij.quæſt.in tertio caſu. verſicu.aſſumendo cogitur.

FINIS LIBRI QVARTI.

# ANTONII GABRIELII ROMANI, COLLEGII SACRÆ AVLÆ CONSISTORIALIS, ADVOCATORVM DECANI, AC FISCI APOSTOLICI ADVOCATI, CONCLVSIONVM SEV REGVLARVM,

# LIBER QVINTVS.

## In quo habentur Concluſiones ad materiam Poſſeſsionis pertinentes.

## De acquirenda,vel amittenda poſſeſsione.

### CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

*Inuadens rem apud alium exiſtentem,priuatur dominio, ſi eſt dominus,aliàs reſtituit poſſeſsionem cum fructibus,& condemnatur in rei æſtimationem.*

HABETVR IN L. SI QVIS
1 in tantam.C.vnde vi.ꝙ ille,qui violenter
inuadit rem apud alium exiſtentem, ſi ſit
dominus,veniat domino priuandus:ſi au
tem non ſit dominus, debeat reſtituere
poſſeſſionem, vnà cum fructibus inde
2 perceptis, & inſuper condemnari in rei
æſtimationem.

Primò Amplia, idem eſſe ſi Clericus, vel Prælatus inuadat rem violenter beneficij,vel eccleſiæ ſuæ,quia punitur iuxta diſpoſitionem dictæ l.ſi quis in tantam.licèt per hoc non fiat eccleſiæ præiudicium, cap. placuit.xvj. q.vj.& infrà dicetur.

3 Secundò Amplia,vt quis puniatur, etiam ſi putaret ſibi licere hoc facere,per tex.in §.pe.Inſt.de vi bo.rap.& per Bar.in d.l.ſi quis in tantam. verſ.ſciendum.& ibi etiam Bal.in vij.q.Corne.in conſ.clviij.vol.iij.

4 Tertiò Amplia,etiam ſi ſpoliatus,& eiectus eſſet prædo. Corn.in dicto conſ.clviij.vol.iij.& dicetur in conclu.j.de reſti.ſpolia.

5 Quartò Amplia,etiam in hermaphrodito habere locum diſpoſitionem l.ſi quis in tantam.vt notat ibi glo.magna,in prin. & Bar.in prima quæſt.& ibi Bal.in ij.quæſt.& Sali.in ij.quæſt.

6 Quintò Amplia,vt mulier etiam hac pœna puniatur, ita tenet glo. in dicta l.ſi quis in tantam.in glo.magna,in prin.& ibi Bar.in j.q.& Bal. in ij.q.Sali.in j.q.& idem tenet ibi Odofred.in j.q. Alex.in l.iuſtè poſſidet.nu.34.ff.de acq.poſſ.Deci.in l.ij.nu.89.ff.de regu.iur.* communem teſtatur Ripa in c.ſæpe.nu.88.& ſeq.de reſti.ſpolia.

7 Sed Bald.in diſpu.incip.accuſatus de vi turbatiua,dicit hoc limitandum,niſi ingrederetur poſſeſſionem ex decreto iudicis,licèt nullo.

Tamen etiam iſto caſu contra mulierem locum habere conſtitu.l.ſi quis in tantã.tenet Alex.qui hanc dicit * com.opi.in l.iuſtè.de acq. poſ.

8 Sextò Amplia, idem eſſe tam in milite,quàm in ruſtico,qui tenetur conſtitutione l.ſi quis in tantam.vt notat ibi glo.magna, in d.l.in prin.

9 Contrarium tenet Bar.in iij. q.dicens iſtam concluſ.locum habere, quando inuaderent alienam rem, quo caſu iſtud eſt contra naturalem rationem,ſecus ſi propriam ab alio poſſeſſam, Io.And.in addi.Spec.in tit.de reſti.ſpol.§.j.verſ.qui tamen.& iſtam etiam diſtinct.facit ibi Iaco, But.quam refert, & ſequitur Sali.ibi,in iij.q.& Ang.in l.ſi plagij.C.ad l. Fla.de plag.Alex.in conſ.ciij.vo.j.Soci.in conſ.cxxij.in fi.vol.iiij. tenet in hoc caſu ruſticum excuſari à pœna huius l.& dicit * commu.opin. & ꝙ opinio glo.eſt communiter reprobata,Ripa in c.ſæpe.nu.89.de reſti. ſpol.Deci.in l.ſi quis id,quod.nu.32.ff.de iuriſdict.om.iud.

Sed opi.glo.indiſtinctè tenet Bal.reprobata Bar.diſtinctè, in ij.q.& idẽ tenet indiſtinctè Odof.in ij.& ſeq.q.& And.Barb.in apoſtil.ad Bar. in d.l.ſi quis in tantam.& idem tenet Alex.in d.l.iuſtè.ff.de acq.poſſ.

10 Et eo magis opi.Bart.videtur habere locum quando feciſſent ruſticus,mulier,& miles omnem diligentiam in conſulẽdis peritioribus, & illi conſulti reſpondiſſent id dicere, vel quando illos conſulere non potuiſſent,vt dicit Ang.ad intellectum huius glo.in l.ſed & ſi lege.§.ſcire, ff.de pet.here.& Alex.in d.l.iuſtè.ff.de acq.poſ. Alex.in d.conſ.ciij.vo.j.

11 Septimò Amplia idẽ eſſe in pupillo, non proximo infantiæ,ſed proximo pubertati:ita dicit glo.ibi in verſ.tertiò de pupillo. & ibi Bart.in iiij.q.& Bal.licèt dicat opi.rigoroſam,& eam ſequitur Sali.q.iiij.& Odofre.Alex.qui dicit * commu.opi.in conſi.ciij.nu.12.vol.j.

Limita,quando minor inuaſit poſſeſſionem,quia credidit id ſibi licere,vt tenet Bar.in dicta l.ſi quis in tantam.nu.8.& Albe.& Sali.q.iiij. in fin.Alex.in conſi.ciij.nu.12.vol.j.

12 Octauò Amplia idem eſſe in adulto,vt per glo.ibi,& Bar.in iiij.q.& Bal.Sali.in iiij.q.Alex.in l.iuſtè.ff.de acq.poſ. & licèt glo.in d.c.j.de do. & contu.teneat contrariũ,tamen iſtam opi.ſequitur ibi Ab.poſt alios.

13 Amplia hanc Ampliationem vt minor contra l.ſi quis in tantã.non habeat beneficium reſtitutionis in integrum,vt tenet Bart.in d.l.ſi quis in tantam.Ab.in c.j.de do.& contu.Alex.in conſ.ciij.vol.j.

14 Quod tamen intellige,qñ minor eſſet in dolo vero:ſecus autem ſi in præſumpto,vt declarãt Bar.& Ab.in locis alleg.Alex.in conſ.ciij.vol.j.

15 Nonò Amplia,vt etiam filius patri,& libertus patrono conſtitutione l.ſi quis in tantam,condemnentur, vt dicit ibi glo.magna,& ibi Bar. verſ.quid econuerſo.& ibi Sali.in v.q.verſ.quærit glo.quid econtrà.Ripa in c.ſæpe.nu.83.de reſti.ſpolia.

16 Decimò Amplia,vt etiam pater pro filio de peculio,& dominus pro ſeruo noxaliter condemnentur,& in ſolidum in eo, quod ad eos peruenisset,vt no.glo.magna,in d.l.ſi quis in tantam. in verſ.quintò an dominus.& ibi no.Bar.verſ.quæro an dominus.& Sali.in vj.q.& Odof.ibid.

17 Tamen ex dictis Bart.ibi,& etiam ex dictis Ange.videtur inferri,de peculio aduentitio patrem non teneri, quia, alienatio in præiudicium patris videtur eſſe prohibita.

18 Et propterea in peculio,aduentitio non priuaretur filius proprietate,nec vſufructu,quia patri debetur,vt latè per Bart. in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damno infect.

19 XI. Amplia,etiam ſi inuaſio facta ſit ſine dolo, & ſic quando quis

proba

probat ſibi licere inuadere, vt notat glo.in verſic. nonò,&c. reprobata opinio.Placen,vt ibi per eam: & eandem opi.tenet ibi Ange.& Salice. q.xij.Azo.in ſumma,in titu.vnde vi.Corne.in conſi.ccvij.in fi.volu.ij. vbi hanc dicit*communem opinionem.

20 XII.Amplia,vt pœna l.ſi quis in tantam.locum habeat etiã ſi poſſeſſor non fuit admiſſus,vel ſuſpicans ſe poſſe repelli, non acceſſit ad poſſeſſionem,gl.in d.l.ſi quis in tantam.in x.q.& Bar.ibi.Maria.Iun.cõſi.xviij.nu.15.& 32.vol.ij.Ripa in c.ſæpè.nu.79.de reſt.ſpo.Corn.in conſi.ccvij.nu.18.vol.ij.Sal.in xiij.q.& ſeq.

21 Vbi intelligit verum hoc vltimum,quando eo animo accepit inuadens poſſeſſionem,vt ſi rediret primus poſſeſſor,eum non admitteret, ſed eiiceret,vel repelleret.

Contra hanc declarationem tenet Maria.iun.conſ.xviij.nu.15.vo.ij.

22 Et idem dicendum eſt in eo,qui clam ingreditur alterius poſſeſſionẽ vacantem,vt tenet Sal.in ij.q.& Odofre.gl.in iij.par.in ij.q.Bar.ibi.& Bal.Iaſ.in l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.poſ.Cor.in cõſi.ccvij.vol.ij.Pau.de Caſt.in conſi.cccxcix.vol.j.Soc.in conſi.cxxij.volum.iiij.

Contrarium ſentit Alex.in conſi.lxiiij.in fi.vol.iij.

23 XIII.Amplia vt procedat iſta l.quæ principaliter facta eſt ratione rerum mobilium,vt apparet ibi ex tex.& no.gl.in ſecunda ſui par.Bal. in iij.q.in fi.Sal.in j.q.ſecundæ partis.etiam in immobilibus,vt no.glo. in ſecunda ſui par.prin.Bar.in iij.oppoſ.Sal.in iij.oppoſ.in ij.q.Odofr. Azo in ſumma,tit.vnde vi.

24 XIIII Amplia,vt procedat etiam in iuribus incorporalibus,prout in iuribus prædiorum vrbanorum,vel ruſticorum,vt in hoc caſu locũ habeat etſi nõ directa, ſaltem vtilis conditio ex diſpoſitione d.l.ſi quis in tantam.vt per gl.in ij.par.& Bar.ibi.Ang.Sal.in ij.q.ſecundæ part. & Albe.ibid.

25 XV.Amplia,vt in iuribus præbendarum etiam procedat conſtitutio l.ſi quis in tantam.ſaltem ratione vtilis conditionis,vt no.gl.in d.l.in ij. par.Bal.ibid.

26 Quinimò Sal.in iij.q.tenet in iuribus præbendarum locum habere etiam directam conditionem d.l.facit gl.in c.j.de dolo,& contu.Caſſa. in conſue.Burg.

27 XVI.Amplia,etiam in ſeruitutibus perſonalibus, in quibus locum habet directè conſtitutio,& pœna d.l.ſi quis in tantam.vt not.gl.in d.l. in gl.mag.in ij.par.& Bar.ibi.Bal.Sal.ver.quæro.Odofr.vbi dicit etiam huius l.prouiſionem competere conductori ad longum tempus.& iſta procedunt in habentibus ſeruitutes perſonales,vel reales,vt dominus, vel alter inuadens condemnetur pœna d.l.ſi quis in tantam.

28 XVII.Amplia,vt etiam ipſi,qui habent tale ius ſeruitutis realis,vel perſonalis,teneantur,& condemnari poſſint pœna d.l.ſi quis in tantam,vt puniantur illa conſtitutione,ſi rem alienam inuadant,dato ꝙ

29 in ea ius habeant:& ideò ſuperficiarius,emphyteuta, & ſimiles pœna huius l.tenentur,licèt iſti puniantur in amiſſione illorum iurium, non in rei proprietatis æſtimatione,ſi inuadunt ratione iurium eis competentium,ſecus ſi etiam ratione proprietatis rei,vt no.gloſ.in d.l.ij.in ij. par.Bal.Sal.q.v.in ij.par.& Bal.& ponit Cor.in conſi.clviij.vol.iiij.

30 Et licèt ibi gl.in iiij.par.in gl.magn.teneat,illud ius,quod perdit eiiciens,acquiritur proprietario,

Tamen contrarium tenet Bar.in fi.quæſt.vbi etiam Ang.& Sal.

31 XVIII.Amplia,vt etiam in feudis feudatarius puniri poſſit conſtitutione l.ſi quis in tãtam.& etiam agere,& ita tenet gl.in d.l.ſi quis in tantam.in gl.mag.in ij.par.& Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dã. infect.Bal.in l.pen.C.ſi à non compe.iud.in prin.Sal.in d.l.ſi quis in tantam.in v.q.Alex.in d.§.ſi de vectigalibus.Cor.in d.conſi.clviij.vol.iiij. Gozad.in conſi.j.nume.23.Afflict. ſuper Conſt.in titu.de viuent.circa poſ.nu.21.

32 Declara,quia in hoc caſu commoditas feudi applicabitur eiecto vſque ad vitam vaſalli,& non domino,Cur.poſt alios in tract.feud.in v. par.q.vij.

33 XIX.Amplia,iſtud habere locum etiam domino inuadente rẽ propriam alteri commodatam,depoſitam, vel locatam poſt interuerſam poſſeſſionem per conductorem commodatarium,vel depoſitarium,vt no.gl.mag.ibi in d.l.ſi quis in tantam.in ij.par.Sal.in vj.q.& Bar.ibi.remittendo ſe in hoc ad gl.& Bal.in iij.q.in fi.

34 Limita,niſi incontinenti poſt interuerſam poſſeſſionem deiiciat,vt ibi per Sal.in vj.q.

35 XX.Amplia,vt expulſo ab extraneo commodatario,depoſitario,vel conductore domino acquiratur beneficium d.l.ſi quis in tantam.quia dominus poſſidet,vt notat gl.ibi.& Bar.ſuprà alleg.niſi deiiciantur ij poſt interuerſam per eos poſſeſſionem.vt per Bald.ibi in iij.q.ſecundæ par.in fi.

36 XXI.Amplia,vt hoc remedium habeat locum in recuperatione rei ſuæ facta à fure,vbi peruenit ad locum deſtinatum,glo.in d.l.ſi quis in tantam.in gl.mag.in ij.par.& Bar.ſequitur remittendo ſe ad gl.Bal.in iiij.quæſt.

37 Sal.autem ibi diſtinguit,nam aut incontinenti,& licitum ſit:aut ex interuallo,& non liceat,Soc.in reg.xxxiiij.in j.fal.Ripa in c.ſæpè.num. 80.de reſt.ſpol.Et iſta diſtinctio*communiter tenetur.

38 XXII.Amplia,vt concluſio locum habeat,vbi quis inuadit rem ſibi obligatam,vel ſibi debitam,vt no.gl.mag.ibi in ij.par.Bar.ibi.Bald.in vij.q.Sal.q.x.& iſtud colligitur ex gl.quam ibi Bar.ſequitur.in l.ſi penè. ff.de cond.indeb.& declarat Alex.ibi.& Chriſt.de Caſtig.Fulg.& Iaſ. Ripa in c.ſæpè.nu.85.de reſt.ſpo.

39 Sed bene verum eſt,ꝙ agi etiam poteſt cõſtitutione Diui Marci,vel condictione ſine cauſa,& ſi quis agendo vigore iſtarum legũ,rem eſſet conſecutus,non poſſet poſtmodum agere beneficio dictæ l.ſi quis in tantam.niſi in eo,quod excedit,vt ibi per glo.Bar.& Bal.in locis ſuprà alleg.

40 XXIII.Amplia,etiamſi inuadens,rei poſſeſ.accipiat,vt eam ſibi habeat in pignus,vel in ſolutum,vt no.gl.ibi in gl.mag.in ij.par.& Sal.in xj.q.Bar.in l.cum creditor.ff.de fur.

41 XXIIII.Amplia,vt procedat etiam econtra,quia ſi dominus rem ſuam apud creditorem exiſtentem,& pignori datam inuadat,punitur conſtitutione d.l.ſi quis in tantam,vt no.gl.mag.ibi in ij.par.in vl.q.ſecundæ par.& Bar.ibi.in vltima quæſt.ſecundæ partis.Bald.in vlt.q.ſecundæ par.Sal.in xiij.q.Ripa in c.ſæpè.nu.84.de reſt.ſpo.

42 XXV.Amplia,etiamſi inuaſio ſit ante litem,vel poſt,& etiam ante ſententiam,vel poſt,ſed ante tamen executionem,gl.mag.in d.l.ſi quis in tantam.in iij.par.in prin.Bar.in j.q.tertiæ partis.Bal.Sal.in j.q.Odof. Azo.in ſum.in tit.vnde vi.Ripa in c.ſæpè.nu.88.de reſt.ſpo.

43 An autem puniatur ingrediens poſſeſſionem virtute iudicialis decreti etiam inualidi,dic ꝙ non tenetur pœna iſtius l.ſed habebit locum tex.in l.meminerint.C.eo.tit.vt per gl.Bar.& Bal.in locis proximè alle. Soc.conſi.clviij.Maria.Iun.conſi.xviij.nu.11.vol.ij.

44 XXVI.Amplia,vt eiecto vſufructuario,vel proprietario vtrique competat beneficiũ d.l.ſi quis in tantam.quando inuaſor habebat animum vtrunque eiiciendi,gl.mag.ibi in iij.par.

Contrarium tenet ibi Bar.dicens,ꝙ ſoli expulſo quæritur actio,nõ alteri.& contra gl.tenet etiam Bal.ibi.& Ang.etiam in fi.d.l.& Odofr. & idem tenet ibi Azo.

45 Quod eſt verum in re immobili, ſecus in re mobili,in qua eiectio vnius alteri affert hoc beneficium l.ſi quis in tantam:declarando vt per Odofre.& Azo.in locis ſuprà alleg.

46 Sal.autem ſaluat gl.vbi eiiciens credebat eiectum ſolum poſſidere, & habebat animum eum in totum eiiciendi.

47 XXVII.Amplia,etiam ſi dominus rem pro parte ſuam,& pro parte communem inuadat,gl.in d.l.ſi quis in tantam.in gl.mag.in quarta ſui part.in iij.q.Bar.ſequitur in pe.q.Sal.Bal.Iaco.Bu.ibi.& Alex.in conſi.ciij.vol.j.Pau.Pic,in l.in quantam.ff.ad l.Fal.Iaſ.in l.clam poſſidere. §.qui ad nundinas.nu.23.ff.de acq.poſ.Ripa in c.ſæpè.nu.96.& in c.cũ eccleſia.nu.106.de cau.poſ.& propr.

48 XXVIII.Amplia,vt competat heredibus iſta conſtitutio,vt no.gl. magn.in iiij.parte.& contra heredes in eo,ꝙ ad eos peruenit,vt ibi per gl.communiter receptam,& alios.

49 XXIX.Amplia,etiam ſi reſtituant ante litẽ conteſtatam inuadentes,quia non per hoc euitant pœnam d.l.vt no.glo.ibi in iiij.par.& Sal. Ripa in c.ſæpè.nu.72.de reſt.ſpo.

50 XXX.Amplia,vt etiam alio inuadente de mandato meo,vel ratificatione ſecuta detur actio,& conditio ex diſpoſitione d.l.ſi quis in tantam,contra me.vt ibi per Odofre.

51 XXXI.Amplia,etiam in prodigo,vt dicetur in iij.limit.

52 XXXII.Amplia,vt competat conditio d.l.etiam ei,qui miſſus eſt in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.ex ij.decreto,Odofred.in d.l.ſi quis in tantam.

53 XXXIII.Amplia,idem in eo,qui miſſus eſt in poſſeſſionem ex Carboniano edicto,vt ibi per Odofre.

54 XXXIIII.Amplia,etiam in capiente equum paſcentẽ in paſcuis, quando per alium poſſidebatur,vt dicetur in xiij.limit.

55 XXXV.Amplia in legatario, qui poſt apprehenſam poſſeſſionem per heredem,rei legatæ poſſeſſionem inuadat.l.non dubium.C.de leg. & ibi*communiter per omnes,ſecus autem ſi ante apprehenſam poſſeſſionem,vt dicitur infrà in xxvj.limit.

56 XXXVI.Amplia,vt iſta pœna procedat etiam de iure canonico in rebus priuatorum.cap.j.& ibi Doct.de dolo, & contu.Soc.reg.ccxcij.

57 XXXVII.Amplia,etiam non interueniente dolo,ſed lata culpa, Alex.conſi.lxiiij.vol.iij.Maria.Iun.in conſi.xviij.vol.ij.

58 XXXVIII.Amplia,vt etiam per modũ replicationis opponi poſſit de pœna.l.ſi quis in tantam.per ſpoliatum violenter,vt quia petenti ſe reſtitui,obiiciatur defectus proprietatis notoriæ,nam ipſe ſpoliatus replicare poteſt,ꝙ ipſe inuadens cecidit ab omni commodo ſuæ proprietatis per inuaſionem,vt voluit ibi Ang.& fuit de mente Bal.in l.j. C.de appel.& ſequitur Claud.in §.nihil commune.ff.de acquir.poſſ.licèt Alex.ibi.contrarium velit.& iſtam opin.tenent domini de Rota in deciſ.cccxciij.

59 Imò ſi ſecunda poſſeſſio per primum ſpoliatum ſit recuperata violẽter,adhuc ſpoliatus recuperans poteſt agere ad pœnam huius l.vt primus occupator per vim dicatur amiſiſſe proprietatẽ,Abb.in cõ.cj.vo.j.

60 XXXIX.

60 XXXIX.Amplia,vt etiamſi dominus non poſſideat,tamen conſequatur beneficium.l.ſi quis in tantam,vt per Calca.in conſi.xx.vbi dicit hanc partem de iure veriorem.

61 XL.Amplia,quia etiam vniuerſitas tenetur pœna huius conſtitutionis quando communicato conſilio alterius poſſeſſionẽ inuaſit,ita Cy. in l.ſi quis in tantam.& ibi Albe.Pariſ.qui dicit*communem opi.in cõſi.xxj.nu.30.vol.iiij.Afflict.deciſ.ccclxxvj.nu.1.

62 Primò Limita,vt non procedat iſta pœna in pupillo proximo infantiæ rem alterius inuadente,vt notat gl.mag.ibi in prima part.ſequitur Bar.ibi.Bal.Sal.in iiij.q.Odofred.ibid.

63 Secundò Limita,vt non procedat in furioſo,vel mente capto inuadentibus,vt notat gl.magn.ibi in prima par.Bar.ibi.Bal.in vj.q.Sal.in vij.q.Odofre.quod tamen intellige,dummodò reſtituatur poſſeſſio deiecto,vt declarant ibi Cy.Albe.& Sal.in vij.q.

64 Tertiò Limita in prodigo,vt no.gl.mag.in d.l.in j.par.& idem ſentit Bar.in l.ſi curatorem habens.C.de reſt,in integ.minor.

Sed Bar.vbi Pau.de Ca.& Iaſ.& Rip.nu.53.in l.is cui bonis.ff.de ver.obl.tenent contrarium,ꝙ imò teneatur conſt.l.ſi quis in tantam.& Bal. ibi dicit Doct.reprobare.gl.idem tenet Sal.contra gl.in l.ſi quis in tantam.in viij.q.& Odofre.& ibi Bar.qui hanc dicit*communem opi.nu.14.& Albe.& Sal.ibid.

65 Quartò Limita,vt non teneatur pater filio,nec patronus liberto pœna l.ſi quis in tantam,ita gl.magn.in j.par.& Odofre.ſequitur.& idem Sal.in v.q.

66 Rip,qui dicit*cõmunem,in c.ſæpè.nu.81.de reſt.ſpo.Bar.autẽ tenet opi.gl.ſi diceretur dolo patrem inuaſiſſe,ex quo iſta actio infamat ſaltem de facto,ſecus ſi culpa,vt ibi per eum,nu.9.& idem dicit Ang.licèt hanc diſt.videatur impugnare Sal.ex mente.Cyni.

Contrarium tenet Bal.ibi,qui tenet indiſtinctè & patrem,& patronum teneri conſtitutione l.ſi quis in tantam,vt ibi per eum,ſed opi.gl. cum declaratione Bar.videtur verior,&*magis communis,

67 Quintò Limita,quia non tenetur pupillus,vel adultus propter inuaſionem factam per tutorem,vel curatorem,gl.mag.ibi in j.par.Bar.Sal. in ix.q.Abb.in c.j.de dolo,& contu.

68 Sextò Limita,quia eccleſia non punitur pœna l.ſi quis in tãtam.per inuaſionem prælati,vt no.gl.mag.in d.l.ſi quis in tantam.niſi id factum fuerit communicato conſ.totius capituli.& ita etiam tenet Bar.Bal.Sal. in x.q.Odofred.Fel.in c.nouit.de iudic.Imol.in c.j.de dolo,& contum. Soc.in reg.ccxcij.in j.fal.Ripa in c.ſæpè.nu.95.qui iſtam dicit*communem.de reſti.ſpo.idem dicit Ripa in l.fi.nu.174.C.de reuo.donatio,

69 Contrarium in hoc tenet Abb.in c.j.de dolo,& contum.vbi dicit,ꝙ etiam ſi communicato conſilio inuadat prælatus,non faciat eccleſiam incurrere pœnam l.ſi quis in tantam.& idem videtur velle gl.in c.placuit.xvj.q.vj.in verbo,detrimentum.

Tenendo primam opinionem tanquam magis* communem,

70 Amplia,nam idem eſſet ſi capitulum ratum habuiſſet prælati inuaſionem factam nomine eccleſiæ,vt per glo.in c.ij.de ord.cog.Bar.poſt gl.in l.iubemus.C.de ſacroſ.eccle.

71 Bene verum eſt,quia ſi res inuaſa eſſet de menſa tantum Prælati,ipſe prælatus puniretur fructibus dictæ rei eius vita durante,vt per Abb.in d.c.j.de dolo,& contu.Soc.in regu.ccxcij.fal.j.Rip.in c.ſæpè.nu.95.de reſti.ſpol.

72 Septimò Limita,niſi inuadens iuſta ex cauſa credat vel poſſeſſionẽ vacare,vel ſe poſſidere,gl.mag.in d.l.ſi quis in tãtam.& ibi Bar.& Bal. in vij.q.& ibi Ang.Sal.in xj.q.Soc.in conſi.cxxij.vol.iiij.Corn.in conſ. clviij.nu.6.vol.iiij.

73 Et propterea dicitur,quòd ratione præſumptionis excuſatur quis à pœna.l.ſi quis in tantam.Inn.in c.cum ex officij.de teſta.Bal.in auth.licentia.C.de epiſ.& cler.Cæpolla in conſi.iiij.in fi.Hipp.in ſingu.clxvij. Soc.in conſi.cxxxj.vol.j.

74 Secus autem ſi crederet rem eſſe ſuam,quia non propterea excuſaretur,Bar.in l.ſequitur.§.ſi fundum.de vſucap.

75 Octauò Limita,vt pœna huius l.non procedat in magiſtratu,vt tenet glo,ibi in prima par.Bar.in q.j.par.Azo.in ſumma,in titu.vnde vi. Ang.poſt gl.Sal.in xvj.q.primæ par.

76 Vbi declarat, hoc procedere in eo, quod fecit magiſtratus ratione officij,& tanquam officialis,ſecus ſi vt priuatus.

77 Nonò Limita,quia in iuribus incorporalibus non habet locum directa conditio.d.l.ſi quis in tantam.vt dictum eſt in xiiij.& xv.ampliat.

78 Decimò Limita,vt pœna huius l.non habeat locum in inuaſione rei ſuæ factæ per dominum alteri locatæ,commodatæ,vel depoſitæ,niſi à detinente interuerſa ſit poſſeſſio,vt no.gl.ibi in ij.par.in iij.q.Bart.Bal. Sal.in vj.q.Odofre.Io.And.in addi.Spe.in tit.de reſt.ſpo.§.j.ver.qui tamen,Soc.in conſi.cxxxj.vo.j.Sal.in l.ſi de fundo.C.loca.Rip.in c.ſæpè. nu.77.de reſt.ſpol,

79 Sed ibi Bal.tenet,ꝙ licèt in hoc caſu is non reſtituatur ad poſſeſſionem,tamen reſtituitur ad ſtatutũ,in quo erat,vt ibi per eum,ver.ſequitur alia glo.

80 XI.Limita,quia etiam expulſo commodatario,depoſitario,vel conductore per extraneum,ipſis ſic expulſis non competit beneficium d.l. ſi quis in tantam,vt notat ibi gl.& Bal.ſuprà alleg.in præcedenti limit. Soc.in conſi.cxxij.vol.iiij.

81 Et ratio eſt,quia ipſi non poſſident,ſed dominus poſſidet.cui in hoc caſu competit hoc beneficium,vt dictum eſt ſuprà in xx.ampliat.& idẽ tenet Odofred.vbi idem dicit eſſe in eo,qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruandæ,vel ex cauſa damni infecti,ſi non habet niſi primũ decretum,ſecus eſt ſi etiam haberet ſecundum,vt per eum.

Tamen poteſt ſublimitari iſta limitatio,vt dictum eſt in præcedenti limit.ex mente Bal.in l.ſi quis in tantam.

82 XII.Limita,vt iſta pœna non habeat locum in domino recuperante rem ſuam à fure,vt per gl.mag.in d.l.ſi quis in tantam.in ij.parte.& per Bar.Bal.in iiij.q.& Sal.in vij.q.Soc.in regula xxxiiij.in j.fal.Rip.in c.ſæpè.nu.80.de reſt.ſpo.quod tamen declara vt ſuprà in xxj.ampliat.

83 XIII.Limita,vt non habeat locum in capiente equum ſoliuagum in paſcuis,vt no.gl.ibi in ij.parte.Sal.in viij.q.& Odofr.Rip.in c.ſæpè. nu.70.de reſti.ſpol.

84 Sed intelligenda eſt iſta limitatio ſecundùm gloſ.quando credebat ſuum,vel ſi ſciebat alienum,poſſeſſio non erat apud dominum,vt per Bar.ibi & Bal.& Ang.ibi.& Ang.in l.iij.§.Nerua.ff.de acquir.poſſ.vbi etiam Imol.Alex.& Iaſ.aliàs tenetur pœna illius l.vt per Docto.alleg.

85 XIIII.Limita,vt talis conditio d.l.ſi quis in tantam,competat tantùm poſſidenti:vnde ſi eſſent tres,quorum alter haberet poſſeſſionem, alter detentionem,alter proprietatem,dicta pœna competeret tantum poſſidenti,& non daretur nec detinenti,nec proprietario,vt no.gl.magna.ibi in ij.par.Bar.Bal.in vj.q.Sal.in ix.q.in conſi.cxxij.vol.iiij.

86 XV.Limita,nam ſtante iudicis decreto, quis non incurrit pœnam d.l.ſi quis in tantam.gl.ibi in iij.parte.Bar.in j.q.tertiæ part.Bald.ibi.& hoc habet locum etiam ſi iudicis decretum eſſet nullum,vt ſuprà dictũ fuit in xxv.ampliat.

87 XVI.Limita,ſtante pacto,vt liceat propria authoritate rem capere, ita dicit gl.in d.l.in iij.parte.in vij.q.Ang.Sal.in j.oppo.Bar.in l.cũ creditor.ff.de fur.& eſt tex.in l.iij.C.de pig.& ibi no.Bart.Soc.in conſilio cxxxj.vol.j.& in reg.xxxiiij. in iij.limit.eſt bona gl.in l.extat.in gloſ.in verbo,ſine vllo.ff.quod metus cauſa.

88 XVII.Limita in Iudæo poſſidente Chriſtianum mancipium,gl.ibi in iiij.par.in ver.item ſi Iudæus.& ibi Bal.& Sal.ibid.

89 XVIII.Limita in ſpurio poſſidente hereditatem,cuius non eſt capax,Bal.in d.l.ſi quis in tantam.

90 XIX.Limita,in ſeruo per dominum poſſeſſo,qui ſe pro libero contendit,vt not.gl.ibi in gl.magna.Io.And.in addit.Spe.in tit.de reſt.ſpo. §.j.ver.qui tamen.Sal.Odofre.imò idem eſſet etiã ſi eſſet in quaſi poſſeſſione libertatis,vt dicit glo.ibi,& ſequitur Sal.licèt Iaco.contrarium tenuerit.

91 XX.Limita,quia inuadens non priuatur actione quæ competebat ad pœnam occaſione illius rei,per tex.in l.qui vas.in prin.ff.de furt.& no.Bar.in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi.pub.& Bar.in vlt.oppoſ.& Sal.in viij.oppoſ.

92 XXI.Limita in milite ruſtico,& muliere inuadẽtibus res ſuas,iuxtà diſtinctionem Bar.de qua diximus ſuprà in vj.ampliat.

93 XXII.Limita in creditore debitorem capiente,quando debitor cũ re debita aufugeret,vt ponit gl.mag.in ij.par.in fi.Sal. q.xij.Soc.in reg. xxxiiij.in j.limit.glo.in l.extat.in gl.in verbo,ſine vllo.ff.quod me.cau.

94 XXIII.Limita,vt non amittat dominium ipſo iure inuadens, ſed tantummodò per ſententiam,vt no.gl.magn.ibi in tertia par.& Barto. nu.28.Bal.Ang.Sal.in vj.oppoſ.in verſi.nunc ad tertiam partem accedo.Odofre.Azo.in ſum.tit.vnde vi.Rui.conſi.xlij.volu.iiij.

Et hanc dicit*communem opinionem Ripa in c.ſæpè.nu.99.de reſtitu.ſpol.

95 Et propterea inuadens violenter poteſt opponere exceptionem rei iudicatæ ſuper dominio etiam aduerſus petentem reſtitutionem,quia licèt ipſe veniat priuandus,tamen non fuit priuatus ipſo iure per inuaſionem,vt per Alex.contra Ang.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſ.Rui.conſi.xlij.vol.iiij.& conſi.xliij.vol.iiij.

Declara,hanc limitationem non habere locum in beneficialibus, in quibus inuaſor,& occupator ipſo iure priuatur.c.eum,qui.§.is, qui. de præb.in vj.& ibi no.Fran.in ij.no.Rip.in c.ſæpè.nu.100.de reſt.ſpol.

96 XXIIII.Limita,quia ceſſat diſpoſitio huius l.quando expulſus,incontinenti expulſorem ſuum eiiceret.l.iij.§.cum igitur.ff.de vi.& vi ar ma.in l.ſi quis ad ſe fundum.ad l.Iul.de vi pub.Alex.in apoſtil.ad Bart. in d.l.ſi quis in tantam.

97 XXV.Limita in nocturno depopulatore,quem & occidere,& perſequi licet.l.j.C.quando liceat vnic.Soc.in d.reg.xxxiiij.in ij.limit.

98 XXVI.Limita in legatario,qui rem legatam apprehendit propria authoritate ante aditam hereditatem,vel ſi poſt illam aditam,ante tamen apprehenſam poſſeſſionem per heredem,vt no.glo.in l.non dubium.C.de leg.& ſequuntur ibi alij,& per Soc.in reg.xxxiiij.in vlti ma limit.gl.in l.extat.in gl.in verbo,ſine vllo.ff.quod me.cau.Soc.in conſi.xxxiij.vol.j.Cor.ccvij.in fi.volu.ij.Ripa in c.ſæpè.nu.93.de reſt.ſpol.

99 XXVII.Limita in condemnato ad ſoluẽdum coacto ſoluere,quia talis ſolutio ſic violenter extorta non reuocatur,vt eſt tex.in l.ſi.§. it.q.

ff.quod met.cau.& ibi Oldr.ponit reprobata gl.quæ aliter tenet.& idē tenet Roma.in ſing.dxxx.& ſequitur Alexan.in apoſtil.ad Bar.in d.l.ſi quis in tantam.

100 XXVIII.Limita,quia ſi alium pro alterius debito violenter quis exegerit,pœna quadrupli punitur,& non pœna.l.ſi quis in tātam.tex. eſt in auth.& omnino.vbi gl.& Bal.C.ne vxor pro mar.& ponit Alex. in apoſtil.ad Bar.in d.l.ſi quis in tantam.

101 XXIX.Limita iuſta cauſa interueniente,vt quia non aderat iudicis copia,vel quia quis non poſſet alio modo rem ſuam conſequi,Inn. in c.olim.de reſtit.ſpol.Odofred.in d.l.ſi quis in tantam.Abb.in c.j.vbi etiam Io.Andr.ſentit.de dolo,& contu.Signor.Homod.in conſi.lxxv. nu.14.Alex.in apoſtil.ad Bart.in d.l.ſi quis in tantam.apoſtil.ad Abb. in c.qualiter,& quando,de accuſa.Ruin.conſi.xliij.vo.iiij.Fel.in c.ij.de ſponſal.

102 XXX.Limita,vt non procedat in filio apprehendente aliquā rem hereditariam etiā violenter pro ſua legitima,Pau.Pic.in repe.l.in quartam.ff.ad l.Falc.

103 XXXI.Limita,quando per inuaſionem violentam poſſidens non priuaretur poſſeſſione,vt per Pau.Pic.in dicta l.in quartam.ff.ad legem Falcidiam.

104 XXXII.Limita,vbi æquè probaretur poſſeſſio eiecti,& inuadentis,Pau.Pic.in loco ſuperius allegato.

105 XXXIII.Limita,quia ſi retinet quis ciuilem,poteſt expellere naturaliter poſſidentem,ſecundùm Soc.in conſi.cxxij.vol.iiij.

106 XXXIIII.Limita,vt hæc conſtitutio non procedat domino directè inuadente rem datam in feudum poſt mortem vaſalli,Zaſ.in conſi. xj.vol.j.& in conſi.xij.vol.j.

107 XXXV.Limita,nam iſta pœna non exigitur in foro conſcientiæ, Fel.in c.audiuimus.de ſimon.poſt Ant.de Butr.in c.j.de dolo,& contu.

108 XXXVI.Limita,quia iſta pœna non competit miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto,Afflict.ſuper Conſtitu.in tit.de pœna contu.in conſti.incip.contumacem.nu.4.poſt alios ibi per eum allegatos.

109 XXXVII.Limita,vt iſta pœna non habeat locum in Rege de facto ſpoliante vaſallum feudo ex iuſta cauſa,Afflict.qui latè ponit ſuper Conſt.regni.in tit.de violent.circa poſſ.nu.22.

110 XXXVIII.Limita,nam iſta conſtitutio non procedit cōtra eum, qui dum occupat,& adhuc perfectè non eſt poſſeſſionem ingreſſus,ab aduerſario ſpoliatur,Bar.Bal.& Sal.in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul. de vi publ.Bar.in l.qui poſſeſſionem.nu.2.ff.de vi arma.

111 Et propterea ſtatutum diſponens,vt turbans aliquem poſſeſſione puniatur tali pœna,& reſtituat poſſeſſionem,non habet locum niſi quando reſtitutio poſſeſſionis fieri poteſt,vt tradit Sal.poſt gl.in l.ſi mancipia.C.de ſer.fugi.Dec.in conſi.cccclxvj.nu.9.& conſi.ccj.nu.⁊.& conſ. dxj.nu.3.Hipp.in ſing.cccxxxix.Rui.in conſi.lx.nu.9.vol.ij.Curt.Iun. in conſi.clvj.nu.9.& conſi.lxxvj.nu.3.

Contra hanc limitationem tenet Rip.in c.ſæpè.nu.71.de reſti.ſpol.

112 Tenendo tamen primam opi.*communem,limita eam,ſi poſſeſſor ſpoliatus,ex interuallo recuperaret,quia nō per hoc inuaſor euitat pœnam huius conſtitutionis,Bar.in l.qui poſſeſſionem.nu.3.ff.de vi arm. & in l.ſi quis ad ſe fundum.nu.3.& ibi Sal.C.ad l.Iul.de vi pub.Rip.in c.ſæpè.nu.73.de reſti.ſpo.

113 XXXIX.Limita,quia diſpoſitio huius l.non competit contra heredem ſub conditione inſtitutum,qui ante conditionis euentū propria authoritate bona hereditaria occupauit,prout voluit Bal.in l.inter omnes.& ibi etiam Iaſ.nu.16.ff.qui ſatiſ.cog.

Contrarium tenet Corſet.in regula ſpoliatus.in xxiij.limitatione. & idem voluit Rip.in c.ſæpè.nu.97.de reſti.ſpo.

114 XL.Limita,vt hæc conſtitutio non comprehendat clericum apprehendentem poſſeſſionem beneficij vacantis abſque executorialibus.vt tenet Abb.in c.tranſmiſſa.de electio.Rip.in c.ſæpè.nu.49.de reſt.ſpol.

115 XLI.Limita,quia iſta diſpoſitio non comprehendit heredes ipſius delinquentis,vt no.gl.in d.l ſi quis in tantam.quam ſequuntur ibi Barto. Bal.& Sal.ver.vj.an detur.quod intellige,niſi quatenus ad eos peruenerit.

116 XLII.Limita,quia permiſſa eſt appellatio à ſententia lata in caſu l.ſi quis in tantam,vt ibi tenet gl.& idem voluit gl.in l.vnica.C.ſi de momentpoſ.Bal.in conſi.xiiij.vol.j.Ang.in l.incerti.C.de interdict.& idē ſentit Fede.de Sen.in conſi.lxxvj.Dec.in conſi.xxviij.nu.3.Soc.in regula xxiiij.in xx.limit.& hanc dicit*communem opi.Ripa in c.ſæpè.ver. ij.fuit opinio.de reſti.ſpo.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Poſſeſſor habens cauſam à Principe,non poteſt vltra quadriennium moleſtari.*

1 HABENS cauſam à principe ſuper certis bonis,amplius ſuper illis poſt quadriennium inquietari non poteſt.l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcrip.

2 Et hoc ſiue ſint res fiſci,ſiue ipſius Cæſaris,vt eſt tex.ibi in d.l.& ponit Barb.in conſi.xxvij.vol.iiij.Bertr.in conſ.xv.vol.j.Dec. in conſi.ccclvij.

3 Primò Amplia,vt procedat in Rege Romanorum nondum coronato,Rui.conſi.clxj.vol.ij.

4 Secundò Amplia,vt moleſtari nō poſſit habens cauſam à principe, nec in poſſeſſorio,nec in petitorio,Gram.conſi.clxix.

5 Tertiò Amplia,vt idem ſit in omni alio Rege non recognoſcente ſuperiorem,Gram.conſi.clxix.Afflict.in prælud.Conſti.q.xiij.& ſuper conſt.in tit.de retard.lit.conteſt nu.6.

Contrarium in rege Franciæ.tenet Abb.in conſi.iij.vol.ij.Dec.in cōſi.ccclvi .Cur.Iun.in conſi.cxlij.

6 Quartò Amplia,vt hoc procedat etiam in perpetuo vicario in terris eccleſiæ,Roma.in conſi.lix.in ſexto dubio.Corn.in conſi.ccxcix.volumine primo.

7 Primò .Limita,hoc procedere in principe ſupremo,non in aliis inferioribus,Bal.in c.fi.ad fi.de re iud.Iaſ.in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccle.Abb.in conſi.iij.in xvij.q.vol.ij.Ang.in repe.l.j.C.de fide inſtru.lib.x.Cur.Iun.in conſi.clxxiij.& in conſi.cxlij.& in conſi.fin.Soc. in conſi.xlvj.vol.iiij.Alex.in conſi.lij.vol.vij.Dec.in conſi.ccclvij.Iaſ. in conſi.clxvij.vol.ij.

8 Et propterea diſpoſitio l.bene à Zenone.non habet locum in legato, Alex.in conſi.lij.vol.vij.Bertr.in conſi.xv.num.19.volumine primo,in nouis.

9 Et idem eſt in ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem,in quibus diſpoſitio huius l.non extenditur,Iac.in tract.feud.in verbo,princeps.in xiiij.ſpeciali.Dec.conſi.ccclvij.Mart.de Laud.in tracta.de Prin. in xj.ſpeciali.Cur.Iun.in conſi.cxlij.vbi loquitur in Republica Florentina non recognoſcente ſuperiorem.

10 Contrarium,quòd imò diſpoſitio illius legis procedat in quocūque principe,qui vel ex priuilegio,vel ex conſuetudine non recognoſcit ſuperiorem,& habet iura principis ſupremi,tenet Bal.in conſi.ccclxiij.incip.quæritur an officiales.vol.j.vbi loquitur in Duce Mediolani.& in conſi.ccxcix.incip.quemadmodum.vol.iij.Roma.loquens in vicario perpetuo eccleſiæ.in conſi.lix.in vj.dubio.& in conſi.cccx.vbi loquitur de ciuitate Florentina.& Barb.qui loquitur in ciuitate Florentiæ.in conſi.xxvij.vol.iiij.Rui.conſi.xlviij.volu.iiij.Abb.in c.ij.de reb.eccle. non alie.Cor.in conſi.ccxcix.vol.j.Iaſ.qui loquitur in Duce Sabaudiæ, in conſi.ccxxvij.vol.ij.& iſtud voluit Soc.in regula cccxlij.in j.fal.Iac. de S.Georg.in verbo,principis.in tract.feud.Bal.in tract.præſcri.Mar. de Laud.in tract.de princ.in xj.ſpeciali.Cur.Iun.in l.heres abſens.ff.de iudic Brun.in conſi.iij.nu.7.

11 Et in ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem tenet Soc.in cōſi.cxxj.vol.iiij.

Tenendo vltimam opinionem tanquam magis*communem,

12 Amplia,vt procedat non modò ipſis principibus vendentibus, ſed etiam vendentibus eorum officialibus,Bal.in d.conſi.ccclxiij.inci.quæritur an ſi officiales.vol.j.& in conſi.ccclix.vol.iij.incip.quemadmodū Imperator.Corn.in d.conſi.ccxxix.vol.j.

13 Et idem vendente procuratore fiſci,vt in locis proximè allegatis.& ponit Soc.in conſi.xlvj.vol.iiij.

Tamen contrarium in hoc tenet Alexan.in conſi.lij.vol.vij.& voluit Bal.in l.j.C.de vend.re.fiſcali.lib.x.

14 Secundò Limita,ſi princeps alienans non eſſet in bona fide alienando,quia ſciret rem ad alium ſpectare.ita glo.in l.j.C.de vend.re.fiſcali. Ioan.Fab.& Ang.Aret.in §.fi.inſt.de vſucap.ad idem eſt glo.in l.ij.C.de commu.re.alie.vbi Bal.& Sal.Bal.in l.j.C.de hered.vel act.vend.Iaſ.in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccle.Cur.Iun.in conſi.cxlij.Abb.in c. ij.de rebus eccle.non alie.Soc.in regu.cccxlij.in ij.fallen.Abb.in conſi. iij.vol.ij.in xvij.q.Roma.in ſing.dcclx.Iac.in verbo,princeps.in tract. feud.Dec.in conſi.ccclxxxvij.Iaſ.in conſi.xxxiiij.vol.j.Fel.in ca.quæ in eccleſiarum.de conſti.Barb.in conſi.xxvij.vol.iiij.Balb.in tract.præſcr. Mart.de Laud.in tract.de Princ.in xj.ſpeciali.Afflict.ſuper Conſt.in ti. de non retar.lit.conteſt.nu.7.Maria.Iun.cōſi.lxix.nu.65.vol.j.Rui.conſi.xlvj.vol.j.& conſi.xxxj.vol.v.Gram.in deciſ.lxv.nu.33.& 48.vbi ampliat.Curt.Iun.in l.heres abſens.ff.de iudic.Afflict.in c.j.in ver.& bona committentium.nu.168.in tit.quæ ſint reg.vbi hanc dicit*communem opinionem.

Contrarium tenuit in l.ij.C.de commu.rer.alie.Iac.de Rauen.vt refert Cy.& Sal.quem Sal.ibi reprobat.

15 Tertiò Limita,hoc procedere,vbi princeps agit de plenitudine poteſtatis,non aliàs,Bald.in proœm.Decreta.Soc.in regu.cccxlij.in tertia fal.Alex.in conſi.lij.vol.vij.Curt.Iun.in conſi.clxxiij.& in conſi.vltimo,Iaſ.in conſi.clxvij.vol.ij.Dec.in conſi.ccclvij.Maria.Iun.conſ.lxix. vol.j.Gram.deciſ.lxv.nu.79.

16 Sed de iſta limitatione dubitat Fel.in c.quæ in eccleſiarum.de conſt. Balb.in tract.præſcrip.Mart.de Laud.in tract.de Princip.in xj.ſpeciali. Afflict.ſuper Conſt.de non retar.lit.conteſt.numer.⁊.& bene iudicio meo,quia ſi vt dictum eſt in ij.limit.vt habeat locum iſta lex,requiritur quòd Princeps alienet bona fide,& ſic tradat rem tanquam ſuam,ad quid igitur eſt neceſſe vt diſponēs de re ſua teneatur appponere clauſulam,de pleni

plenitudine poteſtatis?prout illam apponeret forſitan quando rē alie nam ſciens eſſe alienam alienaret,non quādo propriam,vt propriam.

17 Quartò Limita,vt regula procedat quando res venditur per Principem,vt ſua,ſecus ſi iure creditoris tanquam creditor,quia tunc non habet locum diſpoſitio l.bene à Zenone.Ita tenet Bal.in procem.Decre.in ver.Rex Pacificus.& ipſemet Bal.in l.fi.C.ſi aduer.fiſ.& in conſi.cxxvij.incip.à principio tit.in ver.ſequitur ſubſequenter.volu.iij.& in l.j.C.de hered.vel act.vend.& in l.ij.C.de commu.re.alie.in l.ſi hypothecas.C.de remiſ.pig.Soc.in regula cccxlij.Iac.in tract.feud.in verbo,Princeps.Dec.in d.conſi.ccclvij.Bal.in tract.præſ.Mart.de Laud.in tract.de prin.in xj.ſpeciali.Alex.in conſi.lij.vol.vij.

18 Quintò Limita,quia non procedit diſpoſitio l.bene à Zenone,in rebus eccleſiarum à principe alienatis.gl.in c.quicunque militum.in glo.in ver.conſenſu.xij.q.ij.Arch.in c.cōuenior.xxiiij.q.viij.Abb.& Imol.in c.ij.de rebus eccle.non alie.Soc.in reg.cccxlij.in v.fal.Iaſ.in authen.quas actiones.C.de ſacroſ.eccle.Abb.in conſi.iij.in xvij.q.vol.ij.Sal.in d.l.bene à Zenone,Alex.in conſi.lij.volu.vij.Iaco.in tract.feud.in verbo,princeps.Dec.Neap.ccclxj.in fi.in antiq.Fel.in cap.quæ in eccleſiarum.de conſti.Balb.in tract.præſcrip.Mart.de Laud.in tracta.de prin.in x.ſpeciali.Afflict.in prælud.Conſtitu.q.xiiij.Pariſ.in conſi.xxvij.nu.88.vol.j.

19 Amplia,vt nec contra Clericum procedat diſpoſitio huius.l.Soc.in conſi.xlvj.vol.iiij.

20 Sextò Limita,quia non habet locum diſpoſitio huius l.in rebus alienis à principe donatis eccleſiæ,quia eccleſia non admittit lucrum cum tanta iniquitate,gl.in c.quicunque.in gl.in verbo,conſenſu.xij.q.ij.per tex.& ibi gl.ij.in c.placuit.el j.xvj.q.iij.Imol.in c.ij.de reb.eccl.nō alie.Iaſ.in authen.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.Alex.in conſi.lij.volu.vij.Fel.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.Rom.in ſin.dcxxxj.Balb.in tract.præſ.Mart.de Laud.in tract.de prin.in xj.ſpeciali.Pariſ.conſi.xxvij.vo.j.Afflict.deciſ.ccclxj.nu.42.Gul.Bened.in c.Raynutius.in ver.& vxorem nomine Adelaſiam.nu.384.de teſtam.

Contrarium tenet Lancel.Dec.in l.ſi heres abſens.ff.de iudic.vbi reſpondet rationi allegatæ in contrarium.& Barba.in conſi.xxvij.volum.iiij.

21 Sublimita,tenendo primam opinionem*communem ex mēte Barba,in loco præallegato,quando eccleſia venit ex iure ſuo,ſecus ſi venit ex iure priuato,quia tunc poteſt vti beneficio d.l.bene à Zenone.

22 Et propter iſtam,& præcedentem limitationem voluerunt aliqui vt diſpoſitio l.bene à Zenone.non habeat locum de iure canonico,prout videtur voluiſſe gl.in c.ij.de rebus ec.non alie.& in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.ec.Io.Fab.in fi.inſti.de vſucap.Maria.Iun.conſi.lxix.volu.j.qui extendit etiam quo ad laicos.tamen intelligitur,vt ſuprà dictum eſt.Abb.in d.cap.ij.de rebus eccle.non alien.Iaſon in dicta auth.quas actiones.Balb.in tracta.præſcr.Afflict.in prælud.Conſtitu.regni.quæſtio.xiiij.

23 Septimò Limita,vt locum habeat diſpoſitio huius l.in principe vendente cum debitis ſolennitatibus,puta præcedente ſubhaſtatione,ita tenet Bal.in l.j.C.de hered.vel act.vend.Bal.in conſi.ccclxiij.vol.j.Soc.in conſi.xlvj.vol.iiij.Cur.Iun.conſi.cxxxiiij.& in conſi.cxlij.& in conſi.vltimo.Mart.de Laud.in tract.de Prin.in xj.ſpeciali.Gram.deciſ.lxv.nu.34.& ſeq.& nu.78.Afflict.in c.j.in ver.bona committentium.num.168.in tit.quæ ſint regal.

Contrarium tenet Iac.in tract.feud.in verbo,Princeps.& idem ſentit Bal.in tract.præſcrip.

24 Octauò Limita,quia non habet locum talis diſpoſitio contra minorem,quominus ſaltem minor non habeat beneficium reſtitutionis in integrum,per tex.in l.j.C.ſi aduerſ.fiſ.& ponit Ang.in repet.l.j.C.de fide inſtru,lib.x.Soc.in reg.cccxlij.in vij.fal.Balb.in tracta.præſ.Mart.de Laud,in tract.de Prin.in xj.ſpeciali.Gram.deciſ.lxv.Cur.Iun.in l.heres abſens.nu.18.de iud.

25 Nonò Limita,ſi modò interuenerit traditio,quia non interueniente traditione non haberet locum diſpoſitio huius l.ſecundum Bald.in c.j.§.fi.de no.for.fidel.Soc.in reg.cccxlij.in viij.fall.Dec.in conſi.ccccxlv.Iaco.de S.Georg.in tract.feud.in verbo,princeps.Io.Crot.in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.j.Balb.in tracta.præſ.Mart.de Laud.in tract.Prin.in xj.ſpeciali.

26 Decimò Limita,nam concluſio procedit in principe rem vendente vt ſuam ſimpliciter,ſecus ſi in alienatione faciat mentionem ꝙ alienat rem tanquam ſuam ex tali cauſa,quia ſi ex illa cauſa res non eſſet principis,non haberet locum diſpoſitio l.bene à Zenone,Bal.& Sal.in l.j.C.de hered.vel act.vend.Bal.in l.ſi hypothecas.C.de remiſ.pig.Soc.in conſi.cxxj.volum.iiij.Alex.in conſi.lij.volum.iiij.Soc.in conſi.xlvj.volum.iiij.Dec.in conſi.ccclvij.Bertran.in conſi.cxxx.volu.ij.Gram.deci.lxv.nu.79.

27 XI.Limita,quia ad hoc vt habeat locum diſpoſitio l.à Zenone.eſt neceſſe vt princeps alienans poſſideat,aliàs non procedit illa diſpoſitio,Bal.in l.j.C.de hered.vel act.vend.dum loquitur,ꝙ eſt neceſſarium,vt fiſcus res bona fide poſſideat.& in l.ij.C.commu.re alie.ſentit Bar.in l.fi.C.ſi contra ius,vel vti.pub.Abb.in c.pe.de re iud.Iaſo.in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.ec.Alex.conſi.lij.volu.vij.Dec.in conſi.ccccxlv.Iac.de ſancto Geor.in tract.feud.in verbo,princeps.Fel.in c.quæ in eccleſiarum.de conſt.Balb.in tract.præſ.Mart.de Laud.in tracta.de Prin.in xj.ſpeciali.Bertr.in conſi.cxxx.vol.ij.Rui.conſi.xxxj.vol.v.Bertr.in conſi.j.vol.j.in antiq.Soc.in conſi.cxxj.nu.25.vol.iiij.

28 XII.Limita,ſi princeps haberet aliquod ius in illa re,dato quòd eſſet aliena,nam tunc non haberet locum diſpoſitio l.bene à Zenone.C.de quadri.præſ.quia tunc tradendo cenſeretur ius tantum ſuū voluiſſe transferre.Io.Fab.& Ang.Aret.in §.fi.inſt.de vſucap.Bal.in conſi.cclij.incip.illuſtris dominus.vol.j.Soc.in conſi.xlvj.vol.iiij.& in conſi.cxxj.volu.iiij.

4 Sed tenendo primam opin.magis communem,ex illa ſumitur prima ampliatio ad principalem concluſionem,vt illa procedat etiam quando relictus eſſet vſusfructus vxori omnium bonorũ,vel etiam vſusfructus in ſolidum,Io.And.in addi.ad Spec.§.ſequitur.ver.pone Accurſius ponit in verbo,durat.Aret.in conſi.xl.ver.in contrarium facit.Bar.in l.ſi ita ſcriptum fuerit.ff.de manumiſ.teſta.Iaſ.in conſi.xc.verſi.& ita expreſsè.vol.j.Maria.Iun.conſi.xcvij.ver.& adeò verum eſt.vol.j.& conſ.xcix.ver.& adeò vera ſunt.vol.j.Caſſa.in conſuetu.Burg.ver.adde Docto.Pic.in d.l.Titia.§.Titia cum nuberet.nu.37.ver.vj.limita.ff.de le.ij.Bertr.conſi.x.vol.j.in antiquis.

5 Sumitur etiam ſecunda ampliatio,vt procedat etiamſi vxor ſolũ ſit relicta vſufructuaria,nedum quando relicta eſt domina,& vſufructuaria,Aret.in d.conſi.xl.Bar.in l.Titia.§.Titia.verſi.eodem modo puto.ff.de leg.ij.Io.And.in addi.ad Spec.in tit.de pig.in §.ſequitur. ver.ponit Accur.in verbo,durat.in ver.& huius veritas.Bertr.in conſi.xcj.vol.iij.Iaſ.in l.cùm hi.§.ſi in annos.ff.de tranſac.Maria.Iun. conſi.xcvij. vol.j.Practic.Papien.in libello,quo mulier agit ad dotem.in §.donec vitam duxerit.nume.5.verſi.etiam eodem modo.Pau.de Ca.in conſi.cccclx.verſic.j.caſu.vol.ij.Pic.in d.l.Titia.§.Titia.nume.37.ver.ſextò limita.ff.de leg.ij.

6 Tertiò Amplia idem eſſe econtra,ſi maritus ſit relictus vſufructuarius ab vxore ſua ſtantibus filiis.Bal.in authen.hoc locum.in fi.C.ſi mulier ſecundò nup.ver.quid ſi vxor.Iaſ.in conſi.cxij.ver.certè licèt.vol.j.Cur.Sen.conſi.xj.ver.iij.facit.Iaſ.in l.fi.ver.ſextò facit.C.de indic.vid.tol.Roch.in c.fi.ver.hanc limitationem comprobo.de conſuetu.Aimo de antiquitate tempo.in iiij.parte.nume.35.ver.x.limitatur.Cuma.in d.l.Titia.§.Titia cùm nuberet.in fi.ver.tangit etiam Bal.ff.de leg.ij.Boer.deci.lxj.nume.2.& deci.ciiij.nume.5.Bald.in d.§.Titia.ver.& hæc credo vera.Pic.in d.§.Titia.nu.41.gl.conſue.Turo.Rui.conſi.clxxiiij.ver.ij.principaliter.vol.j.Ioan.Nicolai in l.generaliter.nu.31.C.de ſecund.nuptiis.

Contrarium Cur.Iun.conſi.vj.ver.non obſtat aliud.Aimo conſilio xxxij.in fi.dum ſequitur Cur.Iun.in prȩalleg.conſi.vj.

7 Quartò Amplia,vt iſta conſuetudo locum habeat etiam in teſtamẽto principis relinquentis vxori vſumfructum ſtantibus liberis, Aimo in conſi.xxxij.in fi.per no.per Bal.in conſi.ccxciiij.ver.tamen communis vſus.vol.v.Pic.in §.Titia nu.60.ver.xviij.quæro.& nu.167.verſicu.lxxxvj.quæro.ff.de leg.ij.

8 Quintò Amplia, vt adeò iſto caſu debeantur alimenta, vt filij nec offerendo integrum vſumfructum poſſint ſe ab onere alimentorum liberare.Bertrand.conſi.clix.volumine primo.in nou.Sal.in d.authen.

hoc

hoc locum.ver.quæro tunc.C.ſi ij.nupſ.mul.Pic.in d.§.Titia.n.29. ver. iij.limita hanc concluſionem.ff.de leg.ij.

9 Sextò Amplia,nam talis conſuetudo tanquam fauorabilis extenditur ex identitate rationis ad alium caſum, in quo eadem ratio viget, Bal.in authen.hoc locum.verſ.quid ſi vxor.C.ſi ij.nupſ.mulier.Imol.in l.Titia.cùm teſtamento.§.Titia.verſ.de quo plene hic per Bart. Angel. Aret.in tract.de teſtam.gl.in verbo,item reliquit.d.b.eius vxorem.verſ. quærit Bar.Petr.de Anch.in conſ.ccxxxvij.in fi.ver.non obſtat.Iaſo. in con.xc.ver.quæ ratio fauoris.vol.j.

Contrarium Rom.con.dxvj.verſ.iij.quia quamuis.Imol.in dict. §. Titia,in fi.verſ.quærit etiam Bart.Ruin.con.xxxv.verſ.præterea illa opinio.volu.ij.& conſi.50.verſ.iij.facit.vol.ij.Curt.ſen.conſ.xv.verſi. quod per illa verba.

10 Septimò Amplia etiam ſi vxor,cui relictus eſt vſusfructus,ſit inſtituta vnà cum filiis inſtitutis in plena proprietate,Goz.conſi.lxxx.

11 Octauò Amplia idem eſſe,ſi teſtator relinquat vſumfructum concubinæ ſuæ ſtantibus filiis,Bal.in d.l.Titia.§.Titia.verſ.idem credo.de leg. ij.& idem Bald.in d. l.fi.verſ.idem dico.C.de indict.vid. tollen. Cuma. in l.Titia.§.Titia.verſ.quid autem ſi matrem.Ang.in d. auth. hoc locũ. verſ.& addit.

12 Nonò Amplia,nam licèt vxor non ſit relicta vſufructuaria, ſed domina,tamen non habet niſi alimenta,ſtantibus filiis.Corn.conſi. cxij. verſ.ſed his non obſtantibus.vol.ij.ſentit Bal.in l.voluntatis. verſ.item pono.C.de fideicom.Cuma.in l.Titia.in §.Titia.verſ. ideo aduertendũ puto.de leg.ij.Ruin.con.xxxv.vol.ij.verſ.ſed prædictis non obſtantib. vol.ij.Deciſ.Tholoſ.ccccixij.Corn.conſ.v.vol.j.Rom.conſi.cxviij.Marian.iun.con.xcvij.verſ.& adeo quidem.vol.j.Maria.iun.con.lxxxviij. nu.1.vol.j.Bald.in c.fi.nu.29.verſ.conſuetudo.de conſuetud.

13 Limita,niſi dictum ſit,quòd ſit domina durante vita ſua in omnibus bonis mobilibus,& immobilibus,præſentibus,& futuris, Dec.conſilio cccclxxvj.

Contrarium Ruin.conſil.xvij.ver.ſed prædictis non obſtantibus. volumine ij.

14 Secundò Limita,niſi dictum ſit domina omnium bonorum. Ruin. conſi.50.verſ.eſt igitur videndum.volum.ij.qui tenet, quòd non cenſeantur etiam alimenta relicta vxori,ſed tantummodo habeat per iſta verba adminiſtrationem bonorum.

15 Decimò Amplia, etiamſi vna cum filiis inſtituti ſint extranei, quia pro parte filiorum legatum vxori factum reſtringitur ad alimenta. pro parte verò extraneorum legatum intelligitur de pleno vſufructu, vt infrà in iiij.ampliat.ſequentis concluſionis.

16 XI.Amplia,etiamſi dictum ſit dominam,& maſſariam, quia ſtantibus filiis alimenta tantum vxor conſequitur. Deciſ. Tholoſ.ccccixij. Marian.iun.cõſi.xcvij.verſ.& adeo quidem vol.j.& in conſil. lxxxviij. num.2.verſ.& tenet.vol.j.Bert.conſi.ix.Abb.in conſ.iiij.verſ. etſi quæratur.vol.ij.Bar.in c.fi.nu.29.verſ.conſuetudo.de conſuet.

17 XII.Amplia,etiamſi dictum ſit gubernatrix,& adminiſtratrix,quia ſtantibus filiis intelligitur de ſolis alimentis,Maria.iun.in conſi. xcvij. verſ.ad prædicta facit.volum.j.Pariſ.conſ.xxj.nu.18.verſi.quando autem.vol.ij.

Contrarium,Aim.conſi.xxxij.

18 Limita ampliationem præcedentem,niſi dictum eſſet per teſtatorem vt tanquam domina gubernet,& adminiſtret durante vita ſua omnia bona ſua,Maria.iun.conſi. lxxxviij.nu.3.ver.vt in caſu noſtro.vol.j.

19 XIII.Amplia,etiãſi dictum ſit,domina,&adminiſtratrix,nam ſtantibus filiis alimenta tantum percipiet,Bald.conſ.cclxxxiiij. vol.v.refert, & ſequitur Pariſ.conſ.xxj.nu.26.vol.ij.

20 XIIII.Amplia, etiãſi dictum ſit domina,& dominatrix,Abb.con. iiij.verſ.etſi quæratur.vol.ij.

21 XV.Amplia,etiamſi ſtantibus aliis filiis in legitima ętate conſtitutis, qui regimen,& adminiſtrationem domus habebant, pater reliquerit vſumfructum,Pic.in d.§.Titia.nu.42.verſ.ſed iuxta hoc moueo.

22 XVI.Amplia,ſiue extent filij primi gradus,ſiue alij liberi, vel deſcẽdentes teſtatoris,Picus in d.§.Titia.nu.47.verſ.ix.quæro.

23 XVII.Amplia,etiam ſtantibus filiis adoptiuis, vel arrogatis.Pic.in d.§.Titia.nu.48.verſ.x,quero.

24 XVIII.Amplia,idem in filio legitimato,Pic.in d.§.Titia.num. 51. verſ.xj.quæro.

25 XIX.Amplia,idem eſſe in filiis naturalibus,declarando tamen, vt per Pic.in d.§.Titia.num.53.verſ.xij.quæro.

26 XX.Amplia,etiamſi is,cui legatus ſit vſusfructus,ſit clericus, ſi modo is,qui facit teſtamentum,ſit laicus,Pic.in d.§.Titia.nu.58.verſiculo, xvj.quæro.

27 XXI.Amplia,etiam in Iudæo teſtante,& vxorem ſuam relinquente vſufructuariam ſtantibus filiis.Pic.in d.§.Titia.nu.62.verſ. xx. quæro.

28 XXII.Amplia etiamſi filius ſit inſtitutus poſt mortem vxoris relictæ vſufructuariæ,Pic.in §.Titia.nu.77.ver.ſed iuxta hoc moueo.

29 XXIII.Amplia,etiam eo caſu,quo extraneus eſſet relictus vſufructuarius,& filij eſſent inſtituti,Pic.in §.Titia.numer.83.ver.xvij.quæro. vbi declarat.

30 Primò Limita,quando teſtator vxori ſuæ alicuius fundi, vel alterius rei particularis vſumfructũ reliquiſſet, quia in tali caſu etiam ſtantibus filiis plenum vſumfructum mulier conſequitur,nec locum habet conſuetudo Bulgari,Bart.in dicta lege Titia.§.Titia.ff.de legatis ſecundo, verſiculo eodem modo puto.Odofred.in d.authen.hoc locum.verſicu. ſi autem reliquit.& ibi Alber.verſ.ſi autem maritus.& ibi Bald. in fine. Bald. in l.legem.verſiculo quod ergo dixi.C.de indi.vidui.tollen.Aret. in tract.de teſtam. in glo.in verbo, item reliquit dictam eius vxorem. verſiculo prædicta procedunt.Corne.conſilio lxiiij.verſiculo,item adducebatur.volumine quarto.Ruin. conſi. xlj.verſiculo,non obſtat etiã. vol.iij.Ange.conſilio cxliiij.& in l.j.ff.rer.amot.ver.ſi modo iſta verba, Pic.in d.§.Titia.n.30.ver.quarto limitat Bar.hic.

31 Amplia,nam idem eſt,ſi relictus ſit vxori vſusfructus dimidiæ hereditatis,Bert.conſ.lvij.ver.ad ſecundum dico.vol.j.

32 Quod tamen non procederet,ſi vſusfructus vxori relictus eſſet omnium bonorum mobilium,& immoblium: tunc enim reſtringeretur tale relictum ad alimenta tantùm,ſecundum Bert.in conſi.xcj.verſi.ſecundum quod videtur obſtare.& verſ.præterea poſſent eſſe. volum.iij. Ruin.con.xlj.vol.iij.verſ.non obſtat etiam.

Contrarium in hoc vltimo tenuit Soc.conſi.ccx.verſi. ſed in contrarium me mouet.

33 Secundò Limita, quando vxori legatus eſſet vſusfructus ad certum tempus,Lancell.Dec.in l.vxori.ff.de vſufructu leg.verſ.putabam poſſe reſponderi.

34 Tertiò Limita,nam importat plenum ius legatum vſusfructus factũ vxori,etiam ſtantibus filiis,quando aliàs legatum deficeret,Alex.in cõ. 50.verſ.non obſtant notata.vol.vij.

35 Quartò Limita,quando filius eſſet ſub conditione inſtitutus,& vxori vſusfructus omnium bonorum legatus eſſet,tum enim dempta legitima,totius alterius patrimonij vſumfructum vxor haberet,Pau.de Caſtro conſ.cccclx.verſ.j.caſu.vol.ij.& conſ.ſeq.

36 Quintò Limita,quando vſusfructus relinquitur vxori alterius,Ruin. conſ.xxxv.ver.præterea illa opinio.vol.ij.

Contrarium Bal.in auth.hoc locum.verſ.aduerte,iſta ratio.C.ſi ſecundò nupſ.mulier.

37 Sextò Limita, quãdo ex aliis verbis in teſtamento adiectis appareret etiam tacitè, quòd teſtator voluerit legatum integri vſusfructus omnium bonorum deberi,Dec.conſ.dcxx.num. 4. verſ.& ideò conſiderandum eſt.Pic.in d.§.Titia.n.28.ver.limita primò.

38 Et ideò infertur ex hac limitatione, vt ſi teſtator remittat ſatiſdationem de vtundo,& fruendo,videtur vſumfructum relinquere voluiſſe, quia talis ſatiſdatio alimentis relictis non conuenit,Goz.conſ.xlvij.nu. 10.Aimo con.xxxij.nu.2.Dec.conſ. cccclxxxv.nu.12.& conſi.ccccxviij.num.2.

Contrarium Aret.in conſ.xl.verſ.in propoſito autem noſtro.iuncto ver.in contrarium facit.vſque ad verſ.circa ſecundum.Goza.conſi. xcix.verſ.iiij.ipſa teſtatrix.

39 Amplia primam opi.communem quando vxor eſt liberata ab inuentario conficiendo,aut ratione reddenda, Maria.iun. conſ.xcix. verſ. & ex his infertur.vol.j.& idem voluit Goz.in conſilio proxime allegato. & Corn.con.iij.n.11.vol.ij.verſ.quantum autem ad relicta.Pariſ.conſi. xxj.verſ.prout etiam.vol.ij.Aim.con.xxxij.

40 Secundò Infertur idem eſſe ſi teſtator vxori nubenti certæ poſſeſſionis vſumfructum,non nubenti omnium bonorum vſumfructum reliquerit,nam ſi ſtantibus filiis ad alimenta reſtringeretur relictum, pinguius legatum conſequeretur mulier nubens quàm continens ſe in viduitate,quod non eſt dicendum ſecundũ veriſimilem mẽtem defuncti, Dec.conſ.dcxx.verſ.ij.principaliter, & conſilio dcxlvj.verſ.in ſecundo dubio.

41 Tertiò infertur idem eſſe,ſi teſtator primò certæ partis, poſtea omnium bonorum vſumfructum reliquit,quia ex hoc apparet, quòd intellexit teſtator de vſu fructu omnium bonorum, & non de alimentis, Dec.in con.dxxvj.ver.non obſtat,quòd in iſto caſu.

42 Quartò Infertur idem eſſe ſi relictis vxori alimentis eidem relinqueret vſumfrum omnium bonorum etiam in alia,diſpoſitione,Alex.con. lvj.ver.tamen hoc non obſtante.vo.iij.Cor.in conſi.v.ver.quod & clare demonſtratum eſt.n.5.vol.j.Alex.con.ccxiiij.n.13.vol.vj.Pic.in §.Titia.nu.28.ver.ij.& magiſtraliter.& nu.ſeq.vbi ampliat.

43 Et maximè ſi relictis alimentis relinqueret vſumfructum vxori in aliis bonis.Cor.in d.con.v.ver.idem etiam demonſtratur.vol.j.

44 Quintò Infertur idẽ eſſe, ſi teſtator reliquerit vxori vſumfructum vnà cùm filiis inſtitutis per illa verba,æquis portionibus. Cor. conſi.v. ver.oſtenditur etiam,vol.j.

45 Sextò Infertur,idem eſſe ſi teſtator poſt relictum vxori vſumfructũ diſponeret,vt ipſa vxor ſuſtineret onera hereditaria,quia propterea videretur ex hoc ſenſiſſe de integro vſufructu,Bertr.con.xxxvj.vol.j.& conſi.lvij.eo.vol.

46 Septimò Infertur idem eſſe,quando teſtator vxori reliquit totum, plenum,& liberum vſumfructum,Goz.con.xlvij.ver.v.conſidero.nu. 6.7.8.& 9.Dec.con.ccccxviij.num.1.& ſeq.

47 Octauò Infertur idem eſſe, quando in relicto vſusfructus facto vxori dictum eſſet per teſtatorem, vt poſſet ipſa vxor plenè diſponere, Cor. con.iij.num.11.verſ.quantum autem ad relictum.vol.ij.Soc.in conſil.j. verſ.& quod fortius eſt.vol.iiij.& verſ.vnde eſt aduertendum & in conſi. ij.verſ.quantum ad ſecundum.vol.iiij.Gozad.conſ.xlvij.verſiculo nonò facit.

48 Nonò Infertur idem eſſe quando teſtator iuſſit vxorem ſuam non moleſtari in vſufructu, Socin.conſi.iij. verſi. verum quia conſuetudo. volumine iij.Goz.conſi.xlvij.verſ.xj.ipſe teſtator.Pariſ. con. xciiij.n. 37.& ſeq.vol.ij.

49 Decimò Infertur idem eſſe quando dictum eſt per teſtatorem, vt nō cogeretur ad reddendam rationem fructuum per eam, vel eius nomine perceptorum, vel percipiendorum, & caſu quo inquietaretur, id totum ſibi legauit, Goz.conſi.xlvij.verſ.& in fortioribus.

50 X I. Infertur idem eſſe, quando teſtator diceret, quod relinquebat vxori ſuæ vſum & vſumfructum omnium & ſingulorum bonorum ſuorum, et per Soc.con.j.ver.ij.conſidera.vol.iiij.

51 X I I. Infertur idem eſſe, ſi teſtator reliquiſſet vxorem vſufructuariā detractis legatis, Ruin.con.xxxix.verſi.& in caſu iſto.vol.ij.

52 X I I I. Infertur idem eſſe, ſi teſtator legaſſet alimenta vxori, deinde legaret eidem vſumfructum reuocando legatum alimentorum, Paul. de Caſtro in cō. ccxviij.volum.j. Aimo.con.xxxij.Cor.in con.v.volu.j.

53 Septimò Principaliter limita, hoc procedere ſtantibus filiis eiuſdem matrimonij, ſecus vero quando extarent filij alterius matrimonij, Bald. in d.authen.hoc locum.verſ.j.glo.approbat.C.ſi mul.ſec. nupſ.& Cremenſ.ſing.viij.Dec.conſi.dxxvj.ver.non obſtat, quòd ſuperſint. Ang. Aret.in trac.de teſta.in verbo d.b.eius vxorem.

Contrarium Capra, in con.lxxij.ver.quod procedit.poſt Ioan. de mon.Sperello.Bert.con.xcj.verſ.primum quidem eſt.vol. iij.Rui.con. xlj.ver.item non obſtat dum dicitur.vol.iij.& fuit de mente Bal.in cōſ. ccxxxix.in j.vol.ver.porrò ſi ex primo, Pic.in d.§.Titia.n.46. ver. quæro viij.& nu.165.ver.lxxxiiij.quæro.

54 Octauò Limita, ſecus eſſe inſtitutis tranſuerſalibus, quia eorum cauſa non reſtringitur legatum vſusfructus factum vxori ad alimenta tantum, nec locum habet conſuetudo Bulgari, ita Bart.in d.§.Titia. in finalibus verbis.verſ.vel quid ſi ſint inſtituti. Alex.in con.lvij.verſ.ſed circa hoc eſt viden.vol.iij.& con.xxviij.ver.& licèt eſſent fratres. volum. iiij.Iaſ.in con.xliij.verſ.circa aliud dubium.vol.j.Ruin.con.xxxiij.ver. & quamuis Bart.vol.ij.Corn.con.cclvij.nu.12.& ſeq.vol.j.Ange.Aret. in tract.de teſt.in glo.in verbo.item reliquit dictam b. eius vxorem. verſ.quærit etiam ſecundum Bart.Pic.in d.§.Titia.num.44.verſ.vij.& vltimò quærit Bart.

Contrarium Cuma.in d.§.Titia.in fi.verſ.tangit etiam Bar.Capra. con.clviij.verſ.quæ conſuetudo.

55 Nonò Limita ſecus eſſe inſtitutis aſcendentibus, & vxore relicta vſufructuaria, quia aſcendentium fauore non reſtringitur vſusfructus relictus vxori ad alimenta, Bar.in d.§.Titia.in fi.ver.quid ſi ſint inſtituti. ff.de leg.ij.& ibi Imol.ver.quanuis etiam Bart.Ang.Aret.in tract.de teſtam.in glo.in verbo, item reliquit dictam.b.eius vxorem. verſ. quæritur etiam ſecundum Bart.Alex.con.lvij.verſ.ſed circa hoc eſt videndū. vol.iij.Corn.con.v.ver.tamen adduco.vol.j.Pic.in d.§.Titia.num.44. ver.vij.& vlt.quærit.

Contrarium Anch.in con.ccxxxvij.ver.reſtat dubium.

56 Decimò Limita, nam licèt legatum vſusfructus factum vxori ſtantibus filiis reſtringatur ad alimenta, tamen eſt pinguius legatum, quàm ſimplex legatum alimentorum. & propterea capi poteſt propria authoritate, & non per manum heredis, quod ſecus eſt in ſimplici legato alimentorum, Ioann.And.in addit.ad Spec.in tit.qui fil.ſint legi. verſ.quod ſi quis ita dixit.Ange. in l. rerum amotarum. ff. rer.amotar. Alber.de Roſ.in auth.hoc locum.ver.ſi autem relinquit.& Bar.ibi.ver. ſi autem relinquit.Bal.in c.ſi.n.29.verſ.conſuetudo.de conſuet. Ale.in l.nemo poteſt.nu.16.ver.idem ſi dixiſſet.ff.de leg.j.& ibi Iaſo.verſ.iiij. adde.Aret.conſi.xl.verſ.fatendum tamen.Bertr.con.ccxxxv.in fi.verſi. ſuper iſto tamen.volum.iij.Pic.in §.Titia.nu.115.verſ. xlv. quæro.licèt non plenè firmet.

Contrarium Claud.in d.l.nemo poteſt.verſ.ſucceſſiue in alia q.ff. de leg.j.

57 X I. Limita ſecus eſſe inſtituto filio ſpirituali, Pic.in d.§.Titia.num.35. verſ.xiij.quæro.

58 X I I. Limita talem conſuetudinem non recipi in teſtamento clerici, Pic.in d.§.Titia.nu.57.verſ.xvj.quæro.

59 X I I I. Limita, quando ſi reſtringeretur ad alimēta legatū annuū vxori factum pro vno anno eſſet legatum alimentorū, pro alio anno eſſet legatū integri vſusfructus, Rui. conſil.xxxix.ver.& confirmatur.vo.ij.

60 X I I I I. Limita, quia non importat legatum alimentorum, quando in alia parte diſpoſitionis teſtator reliquiſſet vxori alimenta, Aim.cōſ. xxxij.vbi etiam ampliat, quando non integra alimenta, ſed pars illorū ſit legata.& idem tenet ibid.

61 X V. Limita quando ſequeretur præiudicium filiorum, ſi hoc legatū importaret alimenta, Aim.con.xxxij.num.2. verſ.iiij.illa conſuetudo.

62 X V I. Limita ſi filij moriantur, quia tunc verè eſſet vſufructuaria, omnium bonorum, Gozad.poſt alios, qui hanc dicit* communem opi.in conſi.xcix nu.9.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

*Vſusfructus relictus vxori inſtituto extraneo non reſtringitur ad alimenta.*

1 SVBSEQVITVR alia concluſio in hac materia, vt extraneo herede inſtituto, ſi vxori relictus ſit vſusfructus omnium bonorum, dictum legatum non reſtringatur ad alimenta, ſed intelligatur de plano, & integro vſufructu, glo. in l.j.in fi.in verbo, derogari.ver.ſed an idem de extraneis.C.ſi ſecundò nupſ.mul.Bar.in l.Titia.§.Titia.ver.ſed dic in extraneo.& in l.ſi ita ſcriptum fuerit.ff.de manum.teſta.ver.habetis hic videre.Bart.conſi. clxx. ver.& hoc eſt verum.& ver.nec obſtat conſuetudo.Bal.in auth.hoc locum.ver.prima verò gl.C.ſi ſecundò mul.nupſ.& in l.fi.ver.item poſſet hic quæri.C.de indict.vid.tol.& conſi.cxx.ver.& habita pro vera.volu. iij.& conſi.ccix.eod.vol.Bal.conſi.cccclix. vol.j.Ang.Aret.in l.j.ff.rer. amot.ver.ſi verò non habet filios.Imol.in c.ſi.nu.30.verſic.dic tamen, quod de conſuetudine, de pigno.Capra conſi.cxxxix.in primis verbis. & conſi.cliij.ver.& circa hoc dicendum.Corn.conſi.cclvij.nu.12.ver. circa ſecundum.vol.j.Iaſ.conſi.xc.ver.nam ratio conſuetudinis.vbi dicit q in hoc nullus diſcrepat.vol.j.Pau.de Caſt.conſi.cccclx.ver.modo ad quæſitum reſpondeo.vol.ij.& ver.ſed hæc ſuperioribus.Dec. Tholoſ.cccclxij.& ibi apoſtil.Bald.in addit.ad Specu.in titu.qui fil.ſint legi. in verbo, ſi maritus.Curt.Senior, conſilio xv.ver.quod per illa verba.

Contrarium Sal.in auth.hoc locum.verſic.ſed in propoſito.C.ſi ij. nupſ.mul.Cuma.in d.§.Titia.ver.ſi autem dixiſſet.Pract. Pap.in libell. quando mulier agit ad dotem.in verbo, donec vitam.verſic. poſtremò quæritur.vbi dicit, q ita communiter practicatur.

2 Primò Amplia primam opin.magis communem vt, quo ad hunc effectum extraneorum appellatione veniant aſcendentes, ita ſupra in ix.limitatione præced.concluſionis.

3 Secundò Amplia, idem eſſe inſtitutis tranſuerſalibus, vt dictum eſt ſupra in viij.limitatione præcedentis concluſionis.

4 Tertiò Amplia, nam econtra ſi vxor extraneo herede inſtituto relinquat maritum vſufructuarium, maritus integrum fructum conſequitur, Ange.in dicta authentic.hoc locum.verſi.vnde ex hoc concludo.

5 Quartò Amplia, nā etiamſi ſint inſtituti filius, & extraneus, & vxori ſit relictus vſusfructus pro parte extranei, mulier conſequitur plenū vſumfructum, licèt pro parte filij reſtringatur ad alimenta, Bar.in d.§. Titia.ver.quæro pone.& in cōſi.clxx.ver.ſed ego dico.Ang.in d.auth. hoc locum.ver.ex hoc concludo.Bal.in l.Titia.§.Titia cū nuberet.verſ. & ex hoc ſequuntur.Pe.de Anc.in c.ſi.in v.q.ver.& illa conſuetudo.de pign.& ibi Imo.nu.31.ver.iuxta prædicta poteſt eſſe dubium.ſentit Roma.in conſi.dxvj.ver.vj.quia videmus.Cor.conſi.v.ver.& ſi ſunt inſtituti.volu.j.Ang.Are.in tract.de teſta.in gl.in verbo, item reliquit.d.b. eius vxorem.ver.quid ſi teſtator.Soc.in l.heredes mei.§.cùm ita.ver.ij. difficultas.ff.ad Treb.& in l.cùm auus.ver.confirmo hoc.ff.de cond.& demonſt.Rui.conſi.xxvj.ver.& q ſit idem.vol.v.Pic.in d.§.Titia.num. 31.ver.iiij.quæſiuit Bar.

Contrarium Sal.in auth.hoc locum.ver.quæro iuxta prædictum thema.Pract.Pap.in libel.quando mulier agit ad dotem.in verbo, donec vitam.verſic.ſed quid dices.Ruin.conſi. lxxvij.ver.non obſtat.vol.iiij.

6 Quid autem in rebus prælegatis heredibus extraneis inſtitutis vna cum filiis, ſi vxor relicta ſit vſufructuaria? Pic.in d.l.Titia.§.Titia cū nuberet.nu.168.ver.lxxxvij.quæro.de leg.ij.tenet q in dimidia, quam heredes habent iure hereditario habeat vſumfructum in totum, in alia autem dimidia habeat vſumfructum pro parte, licèt contrarium teneat Pau.de Ca.vt ibi per eum.

7 Quintò Amplia, vt mortuis filiis, & extraneis ſuccedentibus poſt mortem filiorum, vxor conſequatur integrum vſumfructum, Bart.in l. ſi ita ſcriptum fuerit.ff.de manum.teſta.ver.habetis hic.Bal.in l.legem ver.item ſi filij extant.C.de indict.vid.tol.& conſi.50.ver.quid iuris.vo. v.Bar.in l.ſi cui in annos.in prin.ff.quib.mo.vſusfr.amit.Cæpol.in trac. de ſer.vrba.præd.c.iiij.ver.item quid ſi maritus.Dec.in conſi.cccclxxvj. ver.ſecundò reſpondetur.& conſi.dxxvj.ver. tertio reſpondetur.Bart. in conſi.lvj.ver.& idem importat.Alex.ib conſi.xlij.in fi.ver.non q videantur.vol.ij.Bal.in l.& ſi contra tabulas.ver.& eſt hoc notandum.ff. de vul.& pu.Ang.conſ.cix.ver.mortuis ergo filiis.& cōſi.xcvij.ver.ſed an mortuis filiis.Dec.cōſi.dcxx.ver.ij.reſpondetur q dato.Goza.conſ. xcix.ver.v.& ſi dicatur.Maria.Iun.conſi.lxxxvj.nu.5.& ſeq.vol.j.Anc. conſi.clxxxv.in primis verbis.Bal.in l.iij.§.quid ergo.ff.de vſu.& hab.

8 Et idem eſt publicatis bonis ipſius filij, & propterea fiſco ſuccedente in eius bonis vxor relicta vſufructuaria integrum vſumfructum conſe

conſequitur, Curt.ſeni.conſi.xiiij. Ruin.conſi.xxvj. verſ. ſed iſtis non obſtantibus.vol.v.Pic.in d.l. Titia.§.Titia.nu.36.verſ. ex quibus omnibus.& n.72.in 23.q.

9 Et idem ſi filius dederit ſe in adoptionem,vel ingreſſus fuerit monaſterium.Pic.in §.Titia.n.72.verſ.xxiij.quæro.

10 Hinc eſt vt ſuccedente ſubſtituto vulgari poſt mortem filij inſtituti vxor conſequatur integrum vſumfructum,Bart.in d.§.Titia verſ.quæro pone.Bart.in l.ſi ita ſcriptum fuerit.ff.de manumiſſ.teſta.Dec.conſi.cccclxxvj.verſ.ſecundò reſpondetur.Bal.in l.etſi contra tabulas.verſic.& eſt hoc notan.ff.de vulga.& pup.Maria.iun.conſi.lxxxvj.nume.5.& ſeq.vol.j.Rom.conſi.dxvj.verſ.vera autem eorum concluſio. Anch.in c.fi.num.14.de pignor.verſ.ſi loquimur in ſubſtituti .ne vulgari. & ibi Imol.num.32.verſ.quid autem ſi teſtator.Pract. Pap. in libell. quando mul.agit ad dotem,in verbo,donec vitam. num. 8. verſ.deinde quæritur.Caſſa.in conſuet.Burg.verſ.adde doct.Pic.nu.33.in §.Titia. verſi.& Breuiter reducendo.

Contrarium Saly.in d.auth.hoc locum.verſ.quæro tertio.

11 Et ſimiliter ſuccedente ſubſtituto pupillari , quando vxori relictus eſt vſuſfructus donec caſtè vixerit,& vitam vidualem ſeruauerit,dictę vxori debetur plenus vſuſfructus poſt mortem filij impuberis, Bart.in d.§.Titia.verſi.quæro pone,quòd filius.Bart.in l.ſi cui in annos.ff.quẽadmodum vſuſfruct.amitt.& in con.lvj.ver.ſecundum dubium eſt, & conſi.clxxj.in princ.& in l.& ſi contra tabulas.verſ.tamen tenendo. ff. de vulg.& pup.& Imo.verſ.hoc tenendo,& ibi Aret. ver. & poteſt argui ſic.Alex.in verſi.& iſtam dicit hic Bart.& ibi Iaſ. verſ. tenendo tamen intellectum glo.Bal.con.50.vol.v.in fi.ver.quæritur etiam.& cõſ. cxx.ver.nunc facit dubium.volum.iij.Ang.in authen.quod locum.ver.& ex hoc conclude.C.ſi ij.nupſ.mul.& conſ.xcvij. verſ.reſtat igitur. & con.cix.verſ.ſed an eis non viuentibus.Anchar.in c.fi.nu.14.de pigno.& ibi Imola.numero.32.Curt.ſen.con.xiiij.num. 8. verſ. idem voluit Bart.Alex.con.xxviij.ver.ſed ſi teſtator adiecit.volum.iiij. Pract. Pap. in libello,quando mul.agit ad dotem,in verbo donec,vitam.in fi.verſ. niſi fortaſſe.Dec.con.cccclxxvj.ver.& idem in ſubſtituto.

Maria.iun.con.lxxxv.num.21.ver.vel ſecundo & aliter. & conſi. lxxxvj.num.5.& ſeq.verſ.ij.reſpondetur.vbi hanc dicit* communem opin.vol.j.Boer.deciſ.xliiij.in fi.verſ.ſecus verò ſi teſtator.Cur.ſen.cõſ. xv.ver.& illa verba.Pic.in d.l.Titia.§.Titia,nu.37.ver.circa tertium.

Contrarium Saly.in auth.hoc locũ.ver.ſed ipſe ſubiungit.& Bald. in l.voluntatis.ver.item pone exemplum.C.de fideicom.

12 Amplia idem eſſe in conditione adiecta legato vſuſfructus facto vxori,donec voluerit manere cum filiis , quia illis 'deficientibus libere vſumfructum conſequitur, Abb.in con.lxxviij.ver.ad ſecundum. vo. ſecundo.

Contrarium tenet Ruin.in con.xlij.per totum.vol.ij.

13 Secundò Amplia,etiamſi ſtante conditione,donec honeſtè , & caſtè vixerit,& vitam vidualem ſeruauerit,pro parte hereditas deueniat ad extraneum heredem,Ruin.con.xxvj.ver.ſed iſtis non obſtantibus, volumine iij.

14 Primò limita,ſi legatum ſpecialiter iniunctum eſſet ipſi filio,ita limitat Alex.in l.etſi contra tabulas.ff.de vulg.& pup.ver.mihi placet multum.Pic.in d.l.Titia.nu.36.verſ.circa iij.

15 Secundò Limita,ſuccedente ſubſtituto pupillari quando non eſt factum relictum vxori per verba ſuſpenſiua,Bart.in d.§.Titia.ver.quæro pone,de leg.ij.vbi Bal.in ver.ſecunda concluſio.& con.50.in fi.ver. quæritur etiam.volu.v.Bart.in con.ccxliij.in fin.ver.ſi vero loquimur. Anch.in c.fi.num.14.de pignor.& ibi Imol.nu.32.Pract. Pap. in libel. quando mulier agit ad dotem.in verbo,donec vitam. in fi.ver.ij.caſu. Iaſ.in l.etſi contra tabulas.verſ.ego pro vtroque membro.ff.de vulg.& pup.Boer.deciſ.xliiij.in fin.num.39.Curt.ſen.con.xv.verſi.licèt per ea verba.Pic.in l.Titia.§.Titia,num.35.verſ.ſecundam concluſionem.vbi ſublimitat.

16 Contrarium Bal.in d.l.etſi contra tabulas.ver. & eſt hoc notandum Gomeſ.in §.fuerat.n.34.ver.& ex hoc redditur dubia.inſt.de act.

17 Sextò Amplia , etiamſi pia cauſa ſuccedat poſt mortem filij , nam etiam in præiudicium piæ cauſæ ſuccedentis vxor conſequitur integrũ vſumfructum,& legatum non reſtringitur ad alimenta tantùm.Barto. conſi.clxx.ver.ſed ego dico.Bald.in l.etſi contra tabulas,verſ.& eſt hoc notandum.& ibi Imol.ver.& hoc tenendo.ff.de vulg.& pup.Dec.con. cccclxxvj.ver.& iſta concluſio.Maria.iun.con.lxxxv.23.verſi.veruntamen prædictis.vol.j.& conſi.lxxxvj.nu.6.verſ.& iſta concluſio. eod. vol.Pic.in d.§.Titia.num.56.verſ.xiiij.quæro,licèt dicat articulum eſſe maximè dubium.

Contrarium Corn.con.cxij.n.16.ver.item concurrit.vol.ij.

18 Septimò Amplia,nam ſtantibus extraneis heredibus cenſetur vſuſfuctus plenus vxori relictus, etiamſi adiecta ſint illa verba, dominam & vſufructuariam,non autem cenſetur relicta plena proprietas.Socin. con.ccx.vbi dicit ita*communiter tenere Doct.Corn.con.cxij. verſic. item eſt aduerten.vol.ij.Cor.conſi.cclxxiij.ver.his tamen non obſtantibus.vol.iij.

19 Et idem ecõtra,quando vxor relinqueret maritum dominum,& vſufructuarium extraneis heredibus inſtitutis , quia tunc integrum vſumfructum maritus conſequitur, Ang.in auth.hoc locum.ver.vnde ex hoc concludo. C.ſi ij.nupſ.mul.

20 Sed ꝙ ſola alimenta etiam iſto caſu cenſeantur relicta, prout quando filij ſunt inſtituti,tenet Saly.in d.auth.locum,ver.& attende.

21 Contrarium,vt imò plena proprietas ad ſuam electionem cenſeatur relicta voluit Cor.con.cclvij.ver.circa ſecundum.vol.j.qui hoc intelligit maximè verum eſſe quando filiis teſtatoris ſit relictus vſuſfructus vnà cum herede inſtituto,vt voluit Bal.in auth.hoc locum.verſ.ſed pone.C.ſi ij.nupſ.mul.

22 Primò Limita primam opin. magis communem , quando perſonæ quæ relinquũtur à teſtatore dominæ & vſufructuariæ nõ habitarent in domo teſtatoris,nec præeminentia vtebantur,ita Ang.in auth. hoc locum,ver.ſed ſi talem.C.ſi ij.nupſ.mul.

Contrarium in hoc vltimo tenet Bal.ibi.ver.aduerte,iſta ratio.

23 Secundò Limita,quando ex aliis in teſtamento diſpoſitis colligeretur,ꝙ teſtator voluit illa verba,dominam,& vſufructuariam , reſtringi ad alimẽta tantũ,prout tacitè colligit hoc eſſe de mente teſtatoris.Cor. con.cccviij.ver.item limita,vltra prędicta.vol.iiij.

24 Octauò Amplia,etiamſi dictum ſit dominam , & maſſariam , quia ſtantibus extraneis heredib.habet plenum vſumfructum,vt Deciſ.Tholoſ.cccclxij.

25 Contrarium,ꝙ imò iſto caſu alimenta tantum , & præeminentiam conſequatur vxor,ſenſit Spec.poſt Odofr.in tit.qui fil.ſint legitimi.§.j. ver.quid ſi quis ita dixit.Bal.in.l.legẽ.ver.idem ſi dixit.C.de indict.vid. toll.Maria.iun.con.xciiij.vol.j.Pariſ.con.xxj.nu.18.vol.ij.

26 Nonò Amplia idem eſſe , ſi dictum ſit dominam ſimpliciter. Dec. Tholoſ.cccclxij.Ange.Aret.in tract.de teſta.verſ.item reliquit,in prin. ibi,& idem quando teſtator.Dec.con.cclxxviij.ver.vnde poſtremò.

Contrarium ſumitur ex verbis Bald.in addit.ad.Spec. in tit. qui fil. ſint leg.ver.ſi maritus.&Bar.in §.Titia.ver.& eodem modo.Maria.iun. in con.xciiij.vol.j.Abb.con.iiij.ver.& ſi quæratur.vol.ij.Pariſ.con.xxj. nu.18.vol.ij.Pic.in §.Titia.nu.19.ver.j.eſt.& nu.24.vbi amplia etiam ſi dictum eſſet,dominam bonorum.& num.73.in xxiiij.q.vbi ſublimitat.

27 Tenendo primam opi.Limita,niſi teſtator , qui vxorem dominam reliquit,eam pariter tutricem teſtamentariam , & legitimam adminiſtratricem conſtituiſſet,& etiam abſoluiſſet à reddenda ratione adminiſtrationis,& fructuum perceptorum,quia ex his apparet ſibi tãtummodo fuiſſe alimenta relicta,Rui.con.xvij.n.12.ver.ſed prædictis non obſtantibus.vol.ij.

28 Tenendo ſecundam limit.nullo alio herede inſtituto,Pic.in §.Titia. nu.21.in fi.ver.tenendo tamen.

29 Secundò Limita,niſi heres fuiſſet inſtitutus in certa tantum parte hereditatis,Pic.in §.Titia.nu.24.

30 Decimò Amplia,etiamſi dictum ſit dominam , & vſufructuariam, Pic.in §.Titia.nu.26.ver.iſtam concluſionem limitat.

31 XI.Amplia,etiamſi teſtator relinquat vxorem vſufructuariam,additis his verbis,vt habeat,& percipiat alimenta,prout faciebat in vita teſtatoris,Pic.in d.§.Titia.nu.38.ver.quid autem ſi teſtator.

32 Primò Limita,quando ex coniecturis conſtare poſſet , vt teſtator etiam extraneo inſtituto voluerit reſtringere legatum vſuſfructus factũ vxori ad alimẽta tantùm,Soc.con.cclxxix.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus.Ruin.con.xxxv.nu.3.vol.ij.

33 Vt quia poſt legatum vſumfructum relinqueret eidẽ vxori victum, & veſtitum , quia ex hoc appareret voluiſſe ſub legato vſuſfructus includi tantum alimenta , nam ſi de integro vſufructu omnium bonorum ſenſiſſet,fruſtra factum fuiſſet legatum victus,& veſtitus, Socin.in con.cclxxix.ver.ſed præmiſſis non obſtantibus.

34 Idem ſi teſtator,poſt legatum vſumfructum vxori,diſponeret,vt ſi moleſtaretur ab herede,haberet victum extra domum, per hoc enim legatum pœnale declaratur præcedens legatum non pœnale,vt non intelligatur de integro vſufructu , ſed vt habeat tantummodo alimenta, Ruin con.xxxv.num.8.ver.iij.prædicta confirmantur.vol.ij.

35 Et idem quando poſt legatum vſumfructum voluit teſtator, vt vxor poſſit manere in domo habitationis teſtatoris,Rui.con.xxxv.n.8.vo.ij.

36 Secundò Limita, nam ſi teſtator dixit,relinquo vxorem meam maſſariam,cenſetur alimenta tantum relinquere,Bal.in l.legem.ver. quid ſi teſtator dixit.C.de indict.vidu.tollen.Saly.in d.auth. hoc locum.verſ. & fortius ſi adiiciat. Pariſ.con.xxj.nu.18.& ſeq.ver.quando autem.vol. ij.Pic.in §.Titia.nu.28.& nu.73.in xxiiij.q.ff.de leg.ij.

37 Amplia,idem eſſe ſi eam relinquat dominam,& maſſariam,Cor.cõ. cxij.vol.j.Maria.Iun.in cõ.xciiij.volumine j.Abb.con.iiij.ver.& ſi quæritur.vol.ij.Pariſ.con.xxj.nu.18.& ſeq.ver.quando autem.vol.ij.Pic.in §.Titia.nu.28.

38 Limita,vt hoc non procedat nullo alio herede inſtituto , quia tunc verbum domina,importaret inſtitutionem,Pic.in §.Titia.numero,22. & num.73.

39 Tertiò Limita,ſi dictum ſit gubernatrix,& adminiſtratrix,Pariſ.cõſ. xxj.nu.18.vol.ij.

40 Quartò Limita , nã dato herede vniuerſali licèt mulier cõſequatur

vſum

vſumfructum,non tamen integrum,ſed pro parte cum herede,Bald.in l.fi.ver.ſi autem teſtator.C.de indict.viduit.tol.Ruin.conſi. xl.verſ.ex his ergo apparet.vol.ij.

Contrarium Pariſ.con.xciiij.ver.ad idem etiam facit.vol.ij. verſic. quo caſu.& con.xcvij.nume.16.verſ.quo fit,volu.ij.& verſ.nec obſtat. vbi hanc dicit*communem opi.Pic.in §.Titia.num.25.

Tenendo hanc vlt.opi.tanquam magis*communem,

41 Limita,quo ad legata particularia facta certis perſonis, quia in illis vxor concurrit in vſufructu cum legatariis,Pic.in §.Titia.num.26.vbi hanc dicit communem de qua vide eundem.nu.68.& 69.

42 Quintò Limita, niſi inſtituiſſet heredes extraneos cum illis verbis, pleno iure vel plenario,quia concurreret vxor tunc in vſufructu cum extraneis heredibus,Pic.in d.§.Titia.nu.63.ver.quæro ergo xxj. & nu. 70.ver.limita dupliciter.

43 Sextò Limita,ſi teſtator extraneos heredes in teſtamento inſtituiſſet,& poſtea in codicillis vxori vſumfructum legaſſet,nam tunc concurreret vxor cum heredibus in vſufructu.Pic.in d.§.Titia.nu.64.verſ. videtur poſſe dubitari.

44 Septimò Limita,niſi dictum ſit per teſtatorem, vt vxor ſit vſufructuaria omnium bonorum,& quòd habeat victum,& veſtitum,& alimenta abſque ratione reddenda in ſatiſdatione præſtanda,Pic.in §.Titia.nu.113.verſ.xliij.pone.

45 Quid autẽ ſi vſuſfructus relictus ſit aliis perſonis,quam vxori ? an idẽ dicendũ ſit?& quidẽ quando mater teſtatoris relicta,eſt vſufructuaria,ſtantibus liberis legatum non reſtringitur ad alimenta,ſed integrũ vſufructum comprehendit,vt tenet Corn.in conſ.ccx.in princ.vol.iij. Pic.in d.§.Titia.nu.40.verſ.vj.quærit Bart.

46 Et generaliter in omni alia perſona,quæ non haberet præeminentiam,ſeu dominationem in domo teſtatoris, legatum huiuſmodi non eſſe reſtringendum ad alimenta, voluit Ang.in d.auth.hoc locum.ver. ſed ſi tales perſonæ,refert,& ſequitur Alexand.conſi.50.verſ.præterea Bart.vol.vij.

Contrarium Ang.in conſ.cix.verſ.reſtat igitur videre. Imol. in d. §.Titia.ver.ſed extraneis inſtitutis.Cuma.ibi in finalib. verbis. verſicu. tangit etiam Bart.Ang.Aret.in tract.de teſtam.in verbo.d.b.eius vxorem.ver.quærit Bart.in d.§.Bald.in d.§.Titia.ver.idem credo, Ange.in auth.hoc locum.ver.ſed dubitatur.Bertr.con.xxxvj.ver.ad quod reſpõdeo.vol.j.Aim.de antiq.tem.in iiij.part.numero 35.ver.plane hæc decima limit.Pic.in d.§.Titia nu. 40.ver.vj.quærit Bar.

47 Et idem in nouerca,quòd huiuſmodi legatum non reſtringatur ad alimenta ſed comprehendat integrum vſumfructum,tenet Imol.in d. §.Titia.ver.ſed extraneis.Ang.Aret.in tract.de teſta,in verbo,item reliquit dictam b.eius vxorem.in ver.quærit Bar.in d.§.Pic.in d.§.Titia. in num. 40.ver.vj.quærit Bar.

48 Et idem in patre tenet Cuma,in d.§.Titia.in finalib.verbis,verſ.tangit etiam Bart.

49 Et idem in fratre tenet Cuma.in d. §. Titia.in finalibus verb. verſ. tangit etiam Bar.Ang.Aret.in tract.de teſta.in glo.in verbo,item reliquit dictam b.eius vxorem.verſ.quærit Bart.in d.§.Pic.in d.§.Titia.nu. 40.ver.vj.quærit Bart.

50 Et idem in ſorore tenet Bal.in d.§.Titia ver.præterea idẽ credo. Pic. in d.§.Titia.nu.40.ver.ſextò quærit Bart.

51 Et idem in concubina tenet Bal.in d.§.Titia.ver.idem credo.Ang.in auth.hoc locum.verſ.ſed dubitatur.Pic.in d.§.Titia.nu.40.ver.vj.quærit Bart.

52 Et idem in auia,dicit Ang.in d.auth.hoc locum .verſ.ſed dubitatur.

53 Et idem in cognata teſtatoris,id eſt,in vxore fratris.tenet Iaſ.in conſ. xliiij.ver.ad aliud dubium.vol.j.Aim.de antiq.tempo.in iiij.part.num. 35.verſ.plane hæc.x.fall.

## De acquirendo rerum dominio.

### CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

*Poſſeſſor bonæ fidei compenſat fructus perceptos cum ſumptibus factis.*

1 OMNES admittunt illam iuris concluſionem , vt bonæ fidei poſſeſſor compenſet fructus perceptos cum ſumptibus factis in re,l.ſumptus.ff.de rei vendic.l.in inſulã.§.fructus.ff.ſol.mat.Bar.in l.in fundo,eo.tit.& ibi Ang.Odofred.& Bar.in d.l. ſumptus , vbi etiam Alber.Bal.& Ange.Curt.iun.in conſi.clv.Fel. in ca. cum cauſa.de re iudic.Bald.in l.ſuper empti.C.de euict. Maria, iun. in con.ccl.n.32.vo.j.& cõ.clxxxij.Rui.cõſ.xcvij.vo. ij. Tira. de retrac. cõuētio.§.vij.in gl.j.numero quarto , & ſeq. ponit duodecim declarationes in hac materia,ad quem pro nunc me remitto.

2 Primò Amplia, vt etiam ſumptus litis compenſentur cum fructibus perceptis ratione legitimæ adminiſtrationis, ita ꝙ repeti nõ poſſunt à legitimo adminiſtratore,qui facit fructus ſuos.l.j.C.de bon.mater.vbi Cyn.in vlti.quæſt.ponit iſtam ampliationem.& idem ſequitur ibi Alberic.

3 Secundò Amplia,in marito faciente impenſam in re paraphernali vxoris ſuæ,ex qua fructus percepit,Bero.q.xxij.

4 Primò Limita,vt hoc locum habeat quando fructus percipiuntur ex re aliena per alium poſſeſſa,ſecus ſi ex re ſua alteri tamen reſtituenda, quia tunc ſumptus factos in re quis non compenſat cum fructibus , ita gl.in l.emptor.ff.de rei vẽ.in verbo,ſuperfluum.in fi.& ponit Bal.Ang. Imol.& Alex.in l.in inſulam.§.fructus.ff.ſol.mat.Idem tenet Bart.Bal. & Ang.in d.l.emptor.vbi Ang.limitat.Idem tenet Bal.Ang. Imo.Paul. de Ca.& Alex.in l.domos.ff.de leg.j.& ibi Iaſ.Idem voluit Bal.in c.grauis.de reſt.ſpol.Alex.in conſi.cxxiij.vo.j.Cur.in conſi.vj.in fi.Cremen. in ſing.cv.Trig.in ſing.xij.Hiſpa.in rubrica,de dona.inter vir.& vxor. Ruin.conſilio xiiij.vol.j.& conſi.xxxviij.eodem volu.& conſi.lxxxiiij. volum.j.& conſilio cxxxj.& conſilio cxxxij.volum.j.& conſilio cxvij. vol.iij.& conſi.cxxxv.vol.iij.& conſi.clxv.vol.iiij.& conſi.xcvij.volu. v.Bero.q.xxij.Boer.deci.xliiij.in j.parte,nume.15.cum pluribus ſeq.& maximè nu.20.

5 Et hoc procedit,ſiue res ſit ſua ratione veri dominij,ſiue vtilis,vt tenet Bal.in d.l.emptor.ff.de rei vendi.Fel.in c.cùm cauſa.de re iud.

6 Secundò Limita,quando quis habet rem ex cauſa lucratiua,ſecus ſi ex cauſa oneroſa.nam tex.in d.l.ſumptus,loquitur in eo,qui receperat rem ex cauſa donationis,Ita Soc.in regula ccxcviij.

Tamen iſta limitatio non eſt vera,& contra iſtam eſt tex.in l.in inſulam,in §.fructus.ff.ſol.mat.in l.diuortio.§.impendia.eo.tit.in l.emptor. ff.de rei vend.in l.ſuper emp.C.de euict.

7 Tertiò Limita in bonę fidei poſſeſſore,qui exponit in re credens eſſe ſuam,non habens animum aliquem ſibi obligandi faciendo dictas impenſas;ſecus quando aliquis faceret in re aliena impenſam neceſſariam,vel vtilem animo repetendi.nam ex quo ſciebat ſe facere impenſam in re aliena non vtitur hac compenſatione:vt declarat Cor.in conſi.lxxxvj.vol.iiij.

8 Quartò Limita,quando fructus lucrari deberet exponens alia ratione,quàm æquitatis,vt puta propter legitimam ſuam adminiſtrationẽ: vt conſiderat Bert.in conſi.xv.vol.j.& hoc videtur ſentire Pau.de Caſt. in l.diuortio.§.impendia.ff.ſol.mat.

9 Tamen iſta limitatio videtur contra caſum in l.j.C.de bo.mater.vbi pater qui litigat pro rebus filij tenetur facere ſumptus de fructibus,ſed illud eſt ſpeciale in expenſis litis:vt declarat Bald.in authen.excipitur, in pen.q.C.de bo.quæ libe.& in patre qui habet eos ex cauſa lucratiua, ſecus in habente ex cauſa oneroſa:vt declarat Areti.in d.§.impendia. ver.alius eſt.

10 Et tenendo limitationem ipſam,Sublimita ſecus eſſe in prælato faciente ſumptum in re eccleſię:vt per Bal.in auth.excipitur.in pe.q.C.de bo.quæ libe.& per Aret.in d.§.impendia.ff.ſol.mat.

11 Quintò Limita,quando haberet cauſam à domino,quia tunc non teneretur fructus compenſare:ita Bal.in d.l.ſumptus.Cor.in conſi.lxxxvj.vol.iiij.Bal.in l.diuortio.in §.impendia.in fi.ff.ſol.ma.& ibi Imol.& Aret.Pau.de Caſt.in conſi.cclxx.incip.viſo puncto ſuprà ſcripto.volu. ſecundo.

12 Vel ſi haberet à non domino,haberet à tali,cui fructus eſſent debiti, quia tunc fructus perceptos non tenetur cum expenſis compenſare. Alex.in conſi.ccliiij.vol.vj.

13 Declara etiam,quia æſtimatio fructuum,& melioramẽtorum in hac materia non eſt facienda ſecundum valorem illius temporis,in quo eſt facienda compenſatio,ſed habita ratione ad tempus in quo melioramenta facta fuerunt:vt declarat Fel.in conſi.xlij.nu.9.

### CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

*Poſſeſſor bonæ fidei tenetur de conſumptis,quatenus eſt factus locupletior.*

1 BONÆ fidei poſſeſſor tenetur de fructibus conſumptis, quatenus effectus eſt locupletior : ſecundum vnam opin. quam poſuit Inno.in c.in literis.de reſt.ſpo.Spe.in titu.de fruct.& intereſſe.§.j.ver.in induſtrialibus verò.ibi, niſi fortè ad pretium.Bar.in l.ex diuerſo,ff.de rei vend.& Ange.Bar.in l.fructus.ff.ſol.ma.Cy.in l.certum.C.de rei vend.Ang.in l.item veniunt.in §.fructus,ff.de peti.here.Pau.de Ca.in l.Neſennius.§.j.ff.de re iud.& in l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſucap.& in l.ſi inſulam.§.j.ff.ſol.ma.Abb.in c.grauis.de reſt.ſpo.Albe.de Roſ.in l.fructus.ff.de rei ven.Pau.de Caſt. in conſi.cxlvij.vol.j.Ang.in conſi.clx.in fi.& in conſi.cxxxiij.Soc.in cõſi.cclj.& iſtam tenet Alex.& dicit eſſe communem hodie in d.l.ſi inſulam.§.j.ff.ſol.ma.& in conſi.xx.vol.iiij.& in conſi.xc.vol.iiij.Dec.in l. ſi me,& Titium,ff.ſi cer.pe.Guido Papæ q.ccccl xviij.Caſſa.in conſ.xxj. Maria.Soc.Iun.iſtam tenet.& dicit*communem in conſi.cl.nu.21.vo. j.Rui,qui dicit iſtam cõmunem,cõſi.xxiiij.in fi.vol.j.& cõſi.cciiij.vol.j.

Contrariam verò partem, vt de conſumptis quis nō teneatur, etiam quatenus ſit effectus locupletior: tenuit Bald.in dicta l.ex diuerſo.& in l.j.C.de vſur.& fruct.lega.Alexan.in l.Neſennius.§.j.in fi.vbi dicit iſtam partem communem.ff.de nego.geſt.

Et iſtam tenuit, & dicit * communem Anto.de But.in ca.grauis. de reſtitu.ſpoliato.& ibi Imola.

Et iſtam dicit communem, licèt ſequatur primam tanquam æquiorem Abbas in d.c.grauis.de reſti.ſpol. & idem dicit, & tenet Alex.in l.iij.C.de his,quæ vi,metúſve cau.Io.Fab.in §.ſi quis à non domino.Inſti.de rer.diuiſ.Curt.ſenior in conſi.lxxij.vbi dicit iſtam communem opin. Nico.de Neapo.in §.ſi quis à non domino.& ibi Iacob.de Plar. Inſti.de rer.diuiſ.& iſtam communem, & tenendam dicit Cæpol.in conſi.ciuili xxv.& Ruinus qui dicit iſtam communem.nu.91.vol.v.

Tenendo hanc vltimam opinionem, vt de conſumptis non teneatur etiam quatenus ſit effectus locupletior bonæ fidei poſſeſſor,

2 Primò Limita hoc procedere in iudicio particulari, ſecus in vniuerſali, in quo regulariter bonæ fidei poſſeſſor tenētur de conſumptis, etiā quatenus effectus eſt locupletior, Bar.in repe.l.quod Nerua.verſ.tertiò fallit.ff.depoſi.Bal.in l.ex diuerſo.ff.de rei vendic. & in l.j. C.de vſur.& fruct.leg.Anto.de But.in c.grauis.de reſti.ſpol.

3 Secundò Limita, in fructibus naturalibus, nam licèt ſecundùm opinionem negatiuam bonę fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos induſtriales, quatenus eſt effectus locupletior quominus illos teneatur reſtituere: tamen ſecus eſt in fructibus naturalibus, quia illos reſtituit omninò quatenus locupletior efficiatur: glo.in §.ſi quis à non domino.Inſtit.de rer. diuiſ.in verbo, fructus.Azo in ſumma, de rei vend.Ang.in l.ex diuerſo. ff.de rei vend.Bal.in l.j.C.de vſur.& fru.lega. Imola poſt Ang.& Alex. ibi in l.Neſennius.§.j.ff.de rei vend.Ang.in l.ſi apes.§.j.ff.de furt.

4 Tertiò Limita in iudicio, vbi æquitas attenditur: quia de æquitate prima opinio procedit, cùm nemo debeat locupletari cum alterius iactura: & ita dicit Abbas in c.grauis. de reſti.ſpol. Socinus in conſi.cclj. Curtius in conſi.lxxij.

5 Quartò Limita, quando ageretur condictione indebiti, quia tunc etiam in induſtrialibus tenetur bonę fidei poſſeſſor quantus effectus eſt locupletior, Ange.& Imola in l.ſequitur. §.fructus.ff.de vſucap.& in l. Neſennius.§.j.Ang.in l.ſi me, & Titiū ff.ſi cer.pet. Roma.in conſ.cxlix.

6 Quintò Limita, ſi bonæ fidei poſſeſſor non haberet titulum, vt dicit Nico.de Neapo.in §.ſi quis à non domino.Inſtitu.de rer.diuiſ.Anto.de But.in ca.grauis.de reſti.ſpol.

7 Sextò Limita, quando bonæ fidei poſſeſſor poſſediſſet triēnio: quia per tantum tempus excluditur omninò ille qui intēdit repetere fructus à bonæ fidei poſſeſſore, glo.in verbo, non fuerint.& ibi Bar.in l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſucap.& idem Bart.in l.iij. C.de his, quæ vi, metúſve cauſa.Bal.in l.j.C.de vſur.& fru.lega.& in l.ancillæ. & ibi Cy.C.de furt. Anto.de But.in c.grauis.de reſtitu.ſpo.Alex.in l.iij.C.de his, quæ vi, metúſve cau.Bal.in c.vigilanti.de præſcri.Abbas in c.de quarta.de pręſcri. & in c.grauis.de reſti.ſpo.Ange.Imola, & Pau.in dicta l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſucap.Curt.ſenior in conſi.lxxij.Soci.in conſi.cclj. Balbus in tract.præſcri.Iaſ.in conſi.lxxxiij.vol.j.

8 Eſt verum, ꝙ Soci.in conſi.lxxxij.volu.iiij. & Deci.in l.ſi me, & Titium.ff.ſi cert.pet. intelligunt iſtud procedere tantùm quando agitur de fructibus extantibus, non de conſumptis pro quibus datur actio perſonalis, cui non præſcribitur, niſi ſpatio xxx.annorum.

9 Tamen etiam in fructibus conſumptis idem eſſe, quatenus effectus ſit locupletior, tenuit Bar.in l.iij.C.de his, quæ vi, metúſve cau.Bald.in l. ancillæ.C.de fur.Pau.ne Caſt.in l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſucap. Curt. in conſi.lxxij.Soci.in conſi.ccl..Balb.in tract.præſcrip.

## CONCLVSIO III.

### ARGVMENTVM.

***Imperator an ſit dominus totius orbis.***

EX Textu in l.deprecatio.ff.ad le.Rho.de iact.colligitur illa conclusio, quòd Imperator eſt dominus totius orbis. ad idē eſt tex.in l.j.C.de rap.virg.ibi, noſtri orbis regiones, &c.

1

2 Primò Amplia hanc concluſionem, vt etiam omnes Reges dicantur eſſe ſub Imperatore, Iaſon in conſi.lxx.vol.iij. Fran.in rubri.de appel.Pariſ.in conſi.j.vol.ij.

3 Limita hanc ampliationem in Rege Francorum, Bar.in l.hoſtes.ff. de capti.& poſtli.reuer. Spec.in tit.de appel.§.nunc tractemus.in princ. Iaſon, qui hanc dicit * communem opinionem in l.cunctos populos. nume.10.C.de ſumma Trini.

4 Et idem eſt in Rege Hiſpaniarum, Nico.de Vbal.in tract.ſucceſſ.ab inteſta.in j.par.nu.82. Iaſ.in d.l.cunctos populos. nu.11. & ibi Caccialu. C.de ſumma Tri.Gramma.conſi.ciui.clxix.nu.10.& ſeq.

5 Declara tamen, quia omnes principes ſeculares de iure tenentur recognoſcere Imperatorem in dominum: vt habetur in c.Adrianus. el ij. lxiij.diſt.licèt de facto Reges Franciæ, Hiſpaniæ, & Angliæ neminem recognoſcant, Ab.poſt Hoſt.in c.per venerabilem.nu.37.qui fi.ſint leg.

6 Secundò Amplia, quia concluſio procedit etiā ſi Imperator fuerit tantummodò electus, & nondūm coronatus, Cy.in l.fin.& ibi Iaco.But.& Ange.C.de quadri.præſcri. Bart.in extrauag.ad reprimendum, in verbo, Reges. Card.in clem.j.in ij.quæſt.& ibi Imola in iij.quæſt.de iureiu. vbi dicit communem opinionem, Archid.in c.legimus.xciij.diſt. Bald. in procœ.Digeſt.in verbo, Rex pacificus. Calde.in conſi.vij.de priuileg. Abbas in ca.venerabilem.de elect. vbi hanc dicit de conſuetudine ſeruari, Homod.in conſi.cxxix.Corne.in conſi.j.vol.iij.& in conſi.clxxvij. vol.j.Deci.qui hanc dicit * communem opi.in conſi.cxciiij. & in conſi. cccccIxxxviij. nu.7.vbi dicit communem, & de conſuetudine ſeruari.

Contrarium tenet glo.in l.fi.in verbo, inſulas. C.de quadri.præſcri. & ibi etiam Sali.Spec.in tit.de reſcri.præſentat. §.fi. verſ.item quod obtentum eſt.& iſtam etiam tenet Oldra.in conſi.clxxx.

7 Tertiò Amplia, quia Imperator nedū res ſibi immediatè ſubiectas, ſed etiam mediatè ſubiectas infeudare poteſt: prout latè hanc opi.comprobat Curtius iunior in conſi.clvij.nu.10.

8 Primò Limita, quia Imperator intelligitur dominus orbis vniuerſalis, non autem rerum particularium: vt declarat Bartol.in extrauag.ad reprimendum, in verbo, Reges.Alber.in procœ.Digeſto.nu.9.refert, & ſequitur Curt.iunior in conſi.clvij.Bar.in l.j.§.per hanc.ff.de rei vendi. Ange.in l.deprecatio.ff.ad le.Rho.de iact.& in l.ſi heredis ſeruus. ff.de lega.j.Bal.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcri. & in c.j.in princ.de pace iura.fir. ad idem eſt glo.in c.conuenior.xxiij.q.viij. Luc.de Pen.in l.fi.nu.82.C.de loca.præd.ciuil.lib.ij. Iaſon in l.cunctos populos. nu.6. & ibi Caccialu.C.de ſumma Tri.Feli.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti. Hippoly.in l.j.nu.96.C.de rap.virg.Rui.in conſi.xxvj.vol.j.

9 Secundò Limita, quia quo ad iuriſdictionem, & protectionem tantummodò dicitur Imperator vniuerſi orbis dominus: ita gloſſ.in procœ. Digeſto.& ibi Barto.

Et quo ad protectionem tantùm hanc concluſionem procedere dicit Alber.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcri. & idem tenet gloſſ. penul.in l.Barbarius.ff.de offic.præto.& in l.bene à Zenone.in verbo, omnia.C.de quadri.præſcri.Afflict.in prælud.conſti.Reg.in xvij.quæſt. poſt And.de Iſernia ibi: qui hanc dicit * communem opi. Feli.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.Lofre.conſi.iiij.Bal.in conſi.cccxxvij.volu.j. Spec.in tit.de feud.§.quoniam.verſ.xiiij.quæritur.Abbas in c.quæ in eccleſiarum.nu.11.de conſtitu.

10 Contrarium vt etiam ſit dominus quo ad proprietatem, tenuit Hoſti.in ſumma de præſcri.rer.immobi.§.quę exigantur.verſ.ſed nunquid maius peccatum eſt.Albe.de Roſa.in procœ.Digeſt.nu.9.

11 Tertiò Limita, in terris in quibus hodie nullam habet iuriſdictionē, prout ſunt ea loca de quibus dictum eſt ſuprà in prima ampliatione, vt vltrà illa ſunt loca dominij Venetorum.Bald.in rubri.ff.de rerum diuiſ Barto.in l.apud hoſtes.ff.de capti.& poſtli.reuerſ.Iaſon in l.cunctos populos.nume.11.C.de ſumma Trini.Nico.de Vbal.in tract.ſucceſſ.ab inteſta.in prima parte, nu.82.

12 Et propterea Imperator in dominio Venetorum non poteſt legitimare: prout latè firmat Maria.iunior in conſi.100.vol.ij.

13 Idem etiam erit dicendum de Repub.Florentina, quæ tempore Honorij Papæ iiij.ſoluto Rodulpho Imperatori pretio ſex millium ducatorum vindicauit ſe in libertatem, confirmante Honorio libertatē prædictam. Quod quidem vltrà Platinam, & alios hiſtoriarum ſcriptores, teſtatur Feli.in c.cùm non liceat.verſ.quartò quidem. de præſcri. Corſet.in tract.de poteſta.reg.quæſt.cj.nu.68.

14 Quam quidem dationem libertatis potuit Imperator conferre maximè Papæ auctoritate interueniente. Feli.in c.ad audientiam. verſ. & iſta faciunt ad illam quæſt.de præſcrip.Soci.in conſ.cclvij. verſi.confirmantur prædicta.vol.ij.

15 Non immeritò igitur ciuitas Florentina cum ab illo tempore citra fuerit in iſta quaſi poſſeſſione libertatis, ius libertatis quæſiuit.

25 Octauò Amplia,vt hoc habeat locum etiam in ſtatutis,in quibus maſculinum concipit fœmininum,quando diſpoſitio eſt fauorabilis,ſecus ſi ſit odioſa,ita declarat Arch.poſt Hoſt.in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.Pe.de Anch.in conſi.cxij.Dom.in c.generali.de elect.in vj.Hoſt.in ca.Raynaldus.de teſtam.Cuma.in conſi.lxxxiiij.Card.in cle.j.de ſepultu.Bal.Nouel.inter conſi.Cor.xv.vol.j.Alex.conſi.lxxxiiij.vol.iiij.Dec.in l.fœminæ.ff.de regu.iur.Ruin.conſi.xv.volum.iij.& in conſi.xciiij.volum.tertio.

26 Cōtrarium,ꝙ in ſtatutis maſculinum cōtineat fœmininum etiam in materia odioſa, virtute paſſiuæ interpretationis dummodò ſtatutum non contineat odium irrationabile.tenet Imol.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.ij.Aret.in §.inſt.qui teſta.tut.dar.poſ.Cy.in l.quicunque.C.de ſerui.fugi.& in l.j.q.antepen.C.quæ ſit long.conſue.Bar.in l.iure.in fi.ff.de legib.& in l.j.in fi.ff.de pecu.& eſt gl.in cle.j.de ſepultu.Pau.de Ca.& Iaſ.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud.glo.fin.in l.cùm proponas.C.de tranſact.Ang.in conſi.cclxxxix.Sal.in l.ij.C.de noxal.act.Card.in cle.j.de electio.Fulgo.conſi.cciij.in fi.Iaſ.in l.Gallus.in ij.lect.& in j.lectu.ff.de libe.& poſthu.Bal.in l.in multis.ff.de ſtatu homi.& in l.ſed & Iulianus.§.hoc ſenatus.ff.ad Macedo.Roma.in conſi.xcviij.in fi.Bal.Imola,Pau.de Ca.Roma.& Alex.in l.ſi conſtante.§.fi.ff.ſol.ma.Hippo.in ſin.xxxix.Bolog.in conſi.lx.Cur.conſi.ix.Goz.conſi.xliij.Maria.Iun.conſi.iij.vol.ij.

27 Et hinc eſt,ꝙ ſtatuta excludentia fœminas propter maſculos fauore agnationis, ex quo odium eſt rationabile,concipiunt etiam fœmininum.Ruin.conſi.lxv.vol.iij.Tiraq.de retract.ligna.§.j.in gl.ix.nu.230.& ſequent.

28 Ex quibus infertur, vt in ſtatutis fratris appellatione veniat ſoror.Bal.in conſi.xlvij.vol.iij.Alex.conſi.lxxxiiij.vol.iiij.Bolog.in conſi.lx.Cur.in conſi.ix.

29 Quod eſt intelligendum quando adeſſet eadem ratio,ſecus ſi diuerſa,prout declarat Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.

30 Contra hanc octauam ampliationem,ꝙ in ſtatutis maſculinum non concipiat fœmininum,tenet Card.in cle.j.de ſepul.Hoſt.in c.Raynaldus.de teſtam.Anch.in repe.c.canonum ſtatuta.in xiiij.q.de conſt.Cuma.in conſi.cclxvj.Barba.conſi.50.vol.iiij.Signoro.Homod.conſ.ccxx.nu.4.Corne.conſi.ccxxiiij.vol.ij.& conſi.xiij.eod.vol.Soc.in reg.cclv.in iij.fal.Capra in conſi.lxij.Alex.conſi.ccxxxiiij.vol.vj.& cōſi.cxxxv.vol.j.& conſi.xxiiij.vol.ij.& conſi.lxxxiiij.vol.iiij.& conſi.xxix. vol.iij.Cæpol.conſi.xxvj.

31 Et propterea dicebat Pau.de Ca.in conſi.cxix.vol.j.ꝙ in ſtatutis appellatione fratris non venit ſoror.& idem tenet Cor.conſi.xciiij.volu.ij.Capra in conſi.lxij.Georg.Natta in c.quamuis.de pact.in vj.

32 Tenendo iſtam partem,Limita eam non procedere in ſtatutis eccleſiaſticis,in quibus indiſtinctè maſculinum concipit fœmininum.Arch.in c.ſi quis ſuadente:xvij.q.iiij.Card.in cle.j.de ſepul.Hoſt.in c.Raynaldus.de teſta.Dom.in c.generali,de elect.in vj.

33 Secundò Limita,vt iſta opi.procedat,ꝙ appellatione fratris non continetur ſoror,quando ipſemet frater vel filius maſculus fratris cum ea concurreret,ſecus ſi concurrat neptis.Dec.Neap.xxj.nu.10.in nouis.

34 Sed circa hanc Ampliationem,teneas primam opin.vt in ſtatutis nō continentibus odium irrationabile maſculinum concipiat fœmininū,quæ opin.eſt magis communis,vt appareat ex ſuprà allegatis.

35 Quam opin.Amplia,etiamſi in loco adſunt ſtatuta ad literam intelligenda,vt ponit Tiraq.de retract.lignag.§.j.in gl.ix.nu.203.

36 Nonò Amplia,etiamſi maſculinum eſſet prolatum per verbū,ſi quis,vt tradunt Doct.& maximè Iaſ.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud.Rebuff.in tract.nomin.in viij.q.ver.v.quæro.

37 Decimò Amplia,vt iſtud procedat etiam in tutelis,vt dicit Mar.Iun.conſi.clxviij.vol.ij.

38 XI.Amplia,vt cōcluſio habeat locum etiam in charitatiuo ſubſidio,vt tradit Fulg.conſi.cxxj.in j.dubio.

39 Primò Limita hanc concluſionem, quia maſculinum non concipit fœmininum ex propria ſignificatione, ſed per extenſionem, & interpretationem,aut propter rationis identitatem,vt eſt tex.in l.pronunciatio.in verbo,porrigitur.ff.de ver.ſig.& eſt tex.in l.pe.in fi.C.de prępoſ.ſacr.cubic.lib.xij.& in l.cū in adoptiuis.ver.quæ in filio.C.de adop.not.glo.Dy.& Bar.in l.j.ff.de ver.ſign.Iaco.Bu.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.vbi etiam Bar.Spe.in tit.de diſpu.& alleg.§.poſt hoc autem,verſi vel vbi maſculinum.Bar.in l.liberorum. ver.ij.principaliter.ff.de ver ſig.Cy.Ang.& Sal.in l.quicunque.C.de ſerui.fug.Bal.in l.fi.C.de here inſti.& in l.j.ff.de pecu.Imo.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.ij.Ang.Aret.in §.fi.inſt.qui teſta.tut.dar.poſ.Arch.in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. Car.in cle.j.de elect.& in c.Quintauallis.de iureiur.Abb.conſi.xxxvj.vol.j.Fulg.conſi.xviij.& conſi.lxiij.& conſi.xxxiiij.Cum.in conſi.clxvj.Cor.in conſi.xiiij.vol.ij.& conſi.ccxxij.vol.ij.& conſi.ccxxiiij.vol.ij.& conſi.ccij.vol.iij.& conſi.cccxxxv.vol.j.& conſi.xcvj.vo.iij.& conſ.cclxxj.vol.j.& conſi.cxxxviij.vol.ij.& conſi.cclxxv.vol.iiij.Alex.in conſi.xlv.vol.vij.& conſi.lxj.vol.j.& conſi.xxix.vol.iij.& conſi.ccxxxiiij.vol.vj.Soc.in conſi.xc.vol.j.& conſi.lxxiij.vol.iiij.Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.& conſi.cccclij.Grat.conſi.liiij.vol.ij.& conſi.lxiiij.vol.ij. & conſi.lxviij.vol.ij.Rui.conſi.xv.vol.iij.Maria.Iun.conſi.clxviij.vol.ij.& conſi.clxx.eodem volu.

Tiraq.de retract.ligna.§.j.in glo.ix.num.178.Cur.Iun.in conſi.clxiij.nu.13.vbi dicit communem opin.

40 Contrarium,ꝙ iſtud proueniat ex virtute comprehenſiua non extenſiua,tenet Pe.de Anch.conſi.cxij.Bal.in l.fi.in xiiij.q. C.de here.inſti.Ang.conſi.cclxxxix.Georg.Natta in c.quamuis.de pact.in vj.Tiraq.de retract.lignag.§.j.in gl.ix.nu.223.

41 Et ꝙ iſtud ſit ex proprio ſignificatu,tenet Alex.conſi.xlviij.volu.iiij.& conſi.xlix.vol.iiij.& conſi.lxxxiiij.vol.iiij.& conſi.cxxv.volu.v.Maria.Iun.in conſ.xxx.nu.44.vol.j.& conſi.ciiij.vol.ij.& conſi.clviij.nu.34.eodem vol.

42 Sublimita primam opinio.magis communem habere locum quando verba ſonāt ſub nomine maſculino,vt mulus,equus,filius, & idem ſi dicatur,ſi quis filius,ſi quis ſeruus,prout declarat Card.cle.j.de elect.& Alex,conſi.cxxxv.vol.j.

43 Secus ſi verba cantarent ſub nomine communi,vt homo:& idem ſi dicatur ſi quis homo:quia tunc maſculinum ex propria ſignificatione fœmininum comprehenderet.Bar.in d.l.j.ff.de verb.ſig.& in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Ancha.in c.generali.de elect.in vj.Dec.in d.l.fœminæ.ff.de reg.iur.

Contrarium in hoc voluit Imol.in l.ſi ita.ff.de leg.ij.Aret.in §.fi.inſti.qui teſta.tut.dar.poſ.

44 Declara primam opin.nam quādo in diſpoſitione dictum ſit,ſi quis,ad hoc vt ex proprietate ſermonis comprehendatur etiam fœmininū,debet adiungi verbum,quod ex ſui natura tam maſculum,quàm fœminam comprehendat:vt tradit Bar.in d.l.j.ff.de verb.ſig.& in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& in l.j.ff.de pecu.Pe.de Anch.in c.generali.de elect.in vj.& ibi Dom.Bal.in l.Gallus.in prin.ff.de libe.& poſth.Sal.in l.quicunque.C.de ſer.fug.Card.in cle.j.in iij.q.de elec.Cor.in conſi.xiij.vo.ij.Alex.in conſi.ccxxxiiij.vol.vj.

45 Et tenendo iſtam opin.quam dicit communem Dec.in l.fœminę.ff.de reg.iur.illam declara,& intellige habere locum,quando adeſſet eadem ratio inter maſculum,& fœminam.gl.prag.ſanct.

46 Sed ſtante rationis diuerſitate etiam ſub ſigno,vel verbo,ſi quis,fœmina non comprehenderetur,non quia verbū non ſit ſui natura aptū continere,ſed quia in diſpoſitione l.indefinita non æquipollet vniuerſali:ita declarat Bar.in l.j.in fi.ff.de pecul.& Aret.conſ.xxxix.Dec.in d.l.fœminæ.ff.de reg.iur.

47 Sed contra primum dictum,ꝙ verbum,ſi quis ſtans,ſimpliciter comprehēdat fœminam ex proprietate ſermonis:tenuit Ful.in d.l.quicunque.C.de ſer.fug.& hanc opinionem tenuerunt conſulendo Io.de lig.& Card.& Sal.& Io.de Fantu.vt refert,& ſequitur Cor.in conſ.cclxxv.vol.iiij.& conſi.ccxxij.vol.iij.Imol.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.ij.Are.in § fin.inſtit.qui teſtamen.tuto.dar.poſſunt.Dec.in l.fœminæ.ff.de regu.iuris.

48 Sublimita,niſi teſtator voluerit conſeruare agnationem, quia tunc maſculinum non concipit fœmininum:vt not.Soc.in conſ.lxxiij.volu.iiij.Tiraq.de retract.lignag.§.j.in gl.ix.nu.194.& dicetur inferius.

49 Secundò Limita principaliter,quando diuerſa ratio militaret in maſculo,& diuerſa in fœmina,quia tunc maſculinum non comprehendit fœmininum,ita declarat Bar.in l.j.ff.de verb.ſig.& in l.ſi quis in tātam.C.vnde vi.& in l.j.ff.de pecu.Bal.in l.ſeruus.C.com.de ſucceſ.& in l.in multis.ff.de ſtatu hom.& conſ.ccij.vo.j.Sal.in l.quicunque.C.de ſer.fu.Ang.conſ.lxvij.Imo.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de le.ij.Aret.in §.fi.inſt.qui teſta.tut.dar.poſ.Arch.in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.Car.in cle.j.de elec.Pau.de Eleaz.Ancha.& Domi.in c.generali.de elec.in vj.Iaſ.in l.ſi quis id quod.in j.limit.ff.de iuriſ.om.iu.Ful.conſ.cxxj.Cor.in conſ.ccxxiiij.vol.ij.& conſ.lxxiiij.in fi.vol.j.& conſi.xiij.vol.ij.& conſ.ccij.vol.iij.& conſ.cxcix.vo.ij.in conſi.j.vol.ij.& conſi.xiiij.vol.ij.& conſi.lxxxiij.vo.j.& conſ.clxxij.vol.iiij.& conſ.cxxxviij.vo.ij.& conſ.xciiij.vol.ij.& cōſi.clvj.eodem vol.& conſ.xlix.vol.iiij.& conſ.xxj.vo.j.& conſ.cij.volu.iiij.Alex.conſi.cxxxv.vo.j.& conſ.lxxx.vo.j.& conſ.xxiiij.vo.ij.& conſi.ccxxxiiij.vo.vj.& cōſ.xlv.vo.vij.Barb.conſ.50.vo.iiij.Signo.Homo.conſi.clxxij.Capra conſ.lxij.in fi.Aret.conſ.50.Soc.in reg.cclv.in vj.fal.& conſ.lxiiij.vo.iij.Calca.conſ.xlviij.Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.& conſ.cccclij.Cur.conſ.xl.& conſ.ix.Brun.in tract.quod ſtant.maſc.in xiij.q,ver.mouetur ex doctrina Bar.Hipp.in ſing.xx. Goz.conſ.lxxxix.Maria.Iun.conſ.xxj.nu.89.& ſeq.vo.j.& conſi.xxv.vo.j.& conſ.clxviij.vol.ij.Tiraq.de retract.lignag.§.j.in gl.ix.nu.195.& ſeq.

50 Et propterea infertur, vt ſi ſtatutum in contractibus mulierum, vel minorum exigat conſenſum proximiorũ, non poterit interuenire conſenſus fœminarum, cum fœminæ ſint imbecillioris conſilij, & ſic cum diuerſa ſit ratio, in hoc caſu maſculinum non concipit fœmininum, ita Bal.in l.j.C.de eden.& in l.fi.vbi etiam Ang.C.de verb.ſig.Bal.in conſi. ccj.vol.j.Ang.conſi.cxcj.Cor.conſ.ccxxiiij.vol.ij.& conſ.lxxiiij.vol.j.& conſi.clvj.vol.ij.& conſ.clj.vol.iiij.& conſi.cccxvj.vo.j.Maria.Iun.conſi.j.nu.104.vol.j.

51 Limita, quia hoc non habet locum, quando ſtatutum requireret præſentiam proximiorum, quia tunc venirent etiam fœminæ.Marian.Iun. conſi.xlj.nu.14.vol.j.

52 Secundò Infertur, vt in feudo recepto pro ſe, & filiis non veniant fœminæ, ex quo fœminæ ad feuda non admittuntur, c.j.§.filia.de ſucceſſ. feud.& ita declarat Pau.de Ca.& Alex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius voc.Iaſ.in l.ſi quis id quod.in j.limit.ff.de iuriſd.om.iud.Maria.Iun. conſi.j.qui loquitur in emphyteuſi.nu.117.vol.j.Rui.conſ.xlv.num.16. vol.j.Maria.Iun.conſi.clxviij.nu.80.vol.ij.

53 Limita, quia hoc non procedit in feudo ligio, in quo etiam fœminæ de conſuetudine admittuntur.Marian.Iun.conſi.lxxvij.numero 22. volum.j.

54 Tertiò Infertur, ꝙ quando teſtator voluit conſulere conſeruationi familiæ, appellatione filiorum non veniunt fœminæ. Soc.conſi.lxxiij. vol.iiij.Pariſ.conſ.lvij.vol.ij.Maria.Iun.in conſ.j.nu.118.vol.j.& conſi. cxix.volum.j.& conſi.clxviij.nume.84.vol.ij.Grat.conſi.liij.volum.ij. Ruin.conſi.cxlvj.volum.ij.Tiraquel.de retract.lignag.§.j.in gl.ix.numero 134.

55 Quartò Infertur, vt in officiis, in quibus requiritur maturitas iudicij, quæ in fœminis non reperitur, maſculinum non contineat fœmininum.Spe.in tit.de diſpu.& alle.§.poſt hoc, ver.vel ibi maſculinũ. Arch. in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.Pe.de Anch.in c.generali.de elect.in vj. Bal.in c.ad audientiam.el j.de reſcrip.Sal.in l.quicunque.C.de ſer.fug. Iaſo.in l.tres fratres.in viij.limitatione.ff.de pact.& in dicta l.ſi quis id quod.in iiij.limitatione.Dec.in l.fœminæ.ff.de regu.iur. Tiraq.de leg. connub.

56 Quintò Generaliter infertur, vt quando ex communi conſuetudine qualitas rei magis conuenit maſculo, quàm fœminæ, tunc maſculinũ, non concipit fœmininum, vt no.Guido Papæ in ſing.dxxij.

57 Tertiò Limita principalem concluſionem, ſi lex, vel alia diſpoſitio, quæ aliàs continere poſſet fœmininum ſub maſculino, loquatur diſcretiuè, id eſt de per ſe in maſculo, & de per ſe in fœmina, tunc enim maſculinum non concipit fœmininum, ex quo expreſſum facit ceſſare tacitum, l.ſi ita.ff.de libe.& poſth.l.clemens patronus.ff.de here.inſti.Bal. in l.in multis.ff.de ſtatu hom.Iaſ.in l.ſi quis id quod.in iij.limitatione. ff.de iuriſd.om.iud.& in l.tres fratres.in vij.limit.ff.de pact.Soc.in regula cclv.in vij.limit.& conſ.lxiij.vol.iij.Dec.in c.ſignificatum.de præb. Gomes in §.pœnales.inſt.de act.Maria.Iun.conſ.j.nu.37.vol.j.& conſi. iij.vbi declarat.& conſ.cxiiij.nu.19.& conſ.cxxviij.nu.50.vo.j.Rui.cõſi.xxij.vol.iij.

58 Declara, nam quando in eadem diſpoſitione apparet, ꝙ vbi diſponens voluit comprehendere fœminas, illas ſpecificè expreſſit: ſi tamen poſtea in alia oratione eiuſdem diſpoſitionis ponat verbum maſculini generis, tunc ſub maſculino non comprehenditur fœmininum, etiamſi aliàs comprehenderetur.Cor.conſ.xlix.in prin.volu.iiij.& conſ.cclxxj. & conſi.cccvij.volu.iiij.Alexand.conſi.xlv.volu.vij.& conſi.ccxxxiiij. volu.vj.

59 Quartò Limita, nam quando lex diſponit in materia odioſa, odio irrationabili, tunc maſculinum non concipit fœmininum, vt eſt tex.in l. quiſquis.§.filiarum.C.ad l.Iul.maieſt.ponit Bar.in l.j.ff.de verb.ſig.& in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Bal.in l.quicunque.& ibi Ang.in prin.& Sal.C.de ſer.fug.Pe.de Anch.in c.generali.de elec.in vj.& ibi Dom.Iaſ. in d.l.ſi quis id quod.in vj.limit.& in l.Gallus.in ij.lect.ff.de li.& poſth. Cor.in conſ.xiij.vol.ij.& conſ.ccxxiiij.eodem vo.& conſ.cccxxxv.vo. j.& conſ.cclxxj.vol.iiij.& conſ.xcvj.vo.iij.& conſ.xcv.vo.ij.& conſ.xc. vol.iij.& conſ.lxxxij.vo.iiij.Alex.in conſ.xlv.volu.vij.& conſ.lxxxiiij. vo iiij.& conſ.lxxx.vo.j.& conſ.ccxxxiiij.vo.vj.Barba.conſ.50.vo.iiij. Signoro.Homod.in conſ.clxxiij.Calca.conſ.xlviij.Hip.in ſin.cccxvij. Dec.in l.fœminæ.& conſi.lxiiij.Maria.Iun.conſ.j.nu.108.volu.j.& conſi.x.& conſ.xxiij.nume.41.vol.j.Rui.conſ.ciij.nu.15.vo.iij.& conſ.xxij. nu.14.vol.ij.etiam.eodem vo.Tiraq.de retract.lignag.§.j.in glo.ix.nu. 186.& pluribus ſeq.

60 Ex qua limitatione infertur, vt ſtante ſtatuto, ꝙ agnati excludant cognatos, ſub iſto capite agnatorum non comprehenduntur fœminæ agnatæ.Cor.conſ.xiij.vo.ij.& conſ.ccxxiiij.eodem vol.& con.cccxxxv. vol.j.Io.de Ana.in conſ.iiij.in ij.dubio.Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſc.in v. artic.in xiij.q.Pariſ.conſ.xlvij.vo.iij.Maria.Iun.in conſ.j.nu.115.vol.j. & conſ.xxx.vol.j.& conſ.ix.& conſi.x.vol.ij.

61 Secundò Infertur, vt ſtante ſtatuto ꝙ frater excludat matrem, tamen mater non excludetur per ſororẽ.Alex.conſ.xlv.vol.vij.& conſ.lxxxij. volum.iiij.

62 Et idem eſt, quia excluſa matre per patruum à ſtatuto non erit excluſa propter amitam.Cor.conſ.xij.vo.j.Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſc.in loco ſuprà citato.Maria.Iun.in conſ.j.nu.104.vol.j.Tiraq.de retract.lign. §.j.in gl.ix.nu.188.

63 Tertiò Infertur, vt ſtante ſtatuto, ꝙ patruus excludat auunculum, non cenſetur virtute ſtatuti excluſa matertera.Cor.conſi.cclxxj.vol.iiij.Tiraq.in loco ſuprà citato.nu.188.

64 Quartò Infertur, vt excluſo auo materno nõ dicatur excluſa auia.Bal. in l.quicunque.C.de ſer.fug.Cor.conſ.lxxxij.vol.iiij.& conſ.cclxxj.eo. vol.Alex.conſ.xlv.vol.vij.Grat.conſ.xxvj.vo.j.& conſ.xxxviij.eo.vol. Tiraq.in loco ſuprà citato.nu.187.

65 Et idem ſi ſtatutum excludat à ſucceſſione aui paterni, non tamẽ excludet à ſucceſſione auiæ.Pariſ.conſ.xlix.vo.iij.Grat.in conſ.xxvj.nu. 60.vol.j.Maria.Iun.conſ.xxiij.vol.j.

66 Et propterea quando ſtatutum dicit, vt coniuncti & proximiores excludant fœminas, tunc ſub verbo, coniunctorum vel proximiorum, nõ veniunt fœminæ.Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſc.in v.artic.in xiij.q.

67 Quintò Infertur, vt ſtatutum loquens de ſucceſſione paſſiua maſculorum non habeat locum in ſucceſſione paſſiua fœminarum. Cor.conſi. cclxxj.vol.iiij.

68 Et propterea ſi ſtatutum, excludit à ſucceſſione fratris nõ videtur excludere à ſucceſſione ſororis.Capra conſ.lxij.in iiij.dubio.Tiraq.de retract.lignag.§.j.in gl.ix.nu.188.

69 Contrarium in hoc voluit Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſc.in v.articu.in xiij.q.vbi dicit non eſſe recedendum ab opinione Lauren.qui contrarium tenebat in §.cæterum.inſt.de leg.agnat.ſucceſ.qui tenet, vt ſtatutum excludẽs dotatam à fratre, excludat etiam dotatam à ſorore.& idẽ tenet And.de Iſer.in c.j.de nat.ſucceſ.feud.

70 Tenendo primam opin.videmus etiam, ꝙ ſtatutum, vt coniuncti ex latere patris excludant matrem, non operatur, vt fœminę coniunctę ex latere patris excludant matrem.Maria.Iun.conſ.xxiij.volum.j.& conſi. ix.vol.ij.

Contrarium idem Maria.Iun.conſ.x.vol.ij.

71 Sicuti etiam dicimus, ꝙ ſtatutum excludens matrem à ſucceſſione filij non cenſetur eam excludere à ſucceſſione filiæ.Arch.in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.& clarius Dom.in c.generali.de elect.in vj.Alex.conſ. ccxxxiiij.vol.vj.& conſi.xlv.vol.vij.Curt.Sen.conſi.ix.Brun.in tracta. ꝙ ſtant.maſc.in v.art.xiij.q.Tiraq.de retract.lignag.§.j.in gl.ix.nu.189.

72 Prout etiam facit, quia ſtatutum excludens fœminas propter agnatos, non excludit eas propter agnatas.Ang.conſ.cclxxxj.Brun.in tract. ꝙ ſtant.maſc.in xij.artic.in ix.q.Pariſ.conſ.xlvij.vol.iij.Maria.Iun.conſi.xxiij.vol.j.

73 Et ſtatutum præferens primogenitum ſecundogenito non præfert filiam primogenitam filiæ ſecundogenitæ.Bal.in l.omnes populi.ver. iij.quæro.ff.de iuſt.& iur.Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſc.in v.articu.in xiij. q.& de his omnibus plenius dicetur infrà in titu.de ſtat.in vij concluſ.

74 Sed tamen dubitatur pro declaratione iſtius quartæ limitationis, quando dicatur ſtatutum continere excluſionem odioſam odio irrationabili, & certum eſt, ꝙ quando fœminę, quibus legitima debetur, prout filia, mater, & aliæ perſonæ aſcendentes vel deſcendentes excluduntur propter maſculos, tunc illa diſpoſitio ſit odioſa odio irrationabili: ſed quando tranſuerſales, quibus non eſt debita ſucceſſio excluduntur, tũc illa diſpoſitio non dicitur odioſa odio irrationabili, ita declarat Corn. conſi.xcvj.vo.iij.& conſi.xiij.vol.ij.& conſi.xcv.vol.ij.& conſi.ccxxiiij. eodem volu.

Contrarium ſentit idem Corn.conſi.xcvij.volum.iij.& conſi.xciiij. volum.ij.

75 Limita primam opi.quæ eſt magis communis, vt procedat tantummodò in capite excluſiuo, non autem in capite incluſiuo. Corn.conſi. xcv.vol.ij.& conſi.cxxxiij.eod.vol.Maria.Iun.conſi.x.nume.18.volu.j. & conſi.j.nu.107.& cõſi.xxiij.nu.11.vbi hanc dicit commu.opi.eo.vo.

76 Quintò Principaliter Limita, ſi legis diſpoſitio eſſet pœnalis, & correctoria, quia tunc in ea maſculinum fœmininum non comprehendit, ita declarat Iaſ.in l.ſi quis id quod.in vij.limitatione.ff.de iuriſ.om.iud.

77 Quinimò iſtud procedit etiam ſi diſpoſitio eſſet tantummodò correctoria, ſecundùm Pariſ.conſ.xciiij.vo.iij.vide circa hanc limitationem ſuprà in vj.Ampliatione.

78 Sextò Limita, nam ſtante ſtatuto, ꝙ ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tunc diſpoſitio loquens in genere maſculino in materia ſucceſſionis non continet fœmininũ: ita Alex.in conſi.cxxvij.vo.j.aliàs in conſi.xiiij.vol.iiij.& in l.Gallus.§.j.in fi.ff.de libe.& poſth.& in l.heredes mei.§.cũ ita.ff.ad Treb.Pau.de Ca.conſi.ccccx.vo.ij.Soc.in regula ccxxv.in ij.limit.& conſ.lj.vol.iiij.& conſi.lxxiij.eod.vo.Barb.in repe. rubricæ C.qui admit.& in c.Raynaldus.de teſta.& in repe.l.cùm acutiſſimi.C.de fideic.Iaſ.in l.tres fratres.in vj.limit.ff.de pac.& in l.ſi quis id quod.in viij.limit.ff.de iuriſd.om.iud.Georg.Natta in c.quamuis.de pact.in vj.Cor.conſ.cxcvij.vol.j.Dec.conſ.dxlv.Cur.conſ.lij.& conſi. cxvj.Hipp.ſing.cccxvij.Fel.in c.ius generale.j.diſt.Brun.in tract.ꝙ ſtan. maſc.in v.arti.in xij.q.Goz.conſi.xlv.& conſi.lix.& conſi.lxxxix.Pariſ. conſi.xlviij.vol.ij.& conſt.lvij.eodem vol.Maria.Iun.conſi.j.nu.113.& conſi.ciiij.vol.j.& conſi.clxviij.vol.ij.Grat.conſi.liij.volum.ij.& conſi.

liiij.

liiij.& con.lvj.eo.vol.Rui.conſi.clxviij.vol.ij.& con.xxxvj.vol.iij.

79 Limita,quando etiam ſtante ſtatuto prædicto fœmina non excluderetur,vt puta ſi maſculus eſſet incapax ad ſucceſſionẽ,quia eſſet deportatus.Rui.con.cliiij.nu.5.vol.ij.

80 Septimò Limita,quando ex coniecturis apparet de contraria voluntate diſponentis.l.Lucius.§.quæſitum.ff.de leg.iij.notat Bar.in l.fi. ff.ad Treb.& videtur ſentire idem Bar.in l.j.ff.de verb.ſigni.dum allegat tex. in d.§.quæſitum.Saly.& Ange.in l.quicunque.C.de ſeru.fugit. Cuma. con.c xvij.Signorol.Homod.conſi.clxxij. Iaſ.in l.ſi quis id quod.in ix.limit.& in l.tres fratres.in ij.limitatione.& in ix.limitatione.& conſi.cxl. vol.ij.Alexand.conſi.xiiij.vo.iiij.Guid.Pap.q. cccccvj.Hippol. in ſing. cccxvij.Calcan.con.xlviij.Curt.con.xl.Dec.in l.fœminæ.ff.de regu.iur. Pariſ.con.lvij.vol.ij.& con.xlj.vol.iij.& conſi.xlix.eo.volu.Maria.Iun. con.cxiiij.nu.18.vol.j.

81 Amplia,quia idẽ eſt in diſpoſitione ſtatuti,quando ſumi poteſt contraria coniectura voluntati ſtatuentium.Maria.Iun.con.j.nu.101.volu. primo.

Et facit,quod dictum eſt ſuprà in quarto lib.in tit.de ſubſt.in ſecũda concluſione.

82 Octauò Limita,quando teſtator in prima parte teſtamenti dixiſſet de filiis maſculis,quia,ſi poſtea in alia parte loquatur ſimpliciter de filiis,intelligitur tantummodo de maſculis,prout latè diximus ſuprà in iiij.lib. in tit.de teſtam.in x.conclu.

83 Nonò Limita,ſi maſculinum exprimatur qualificatè,vt puta quia diſpoſitio loquatur de religioſo,vel de monacho:nam tunc non comprehenditur monialis, & ſic maſculinũ nõ concepit fœmininũ.Dom.c.generali.de elec.in vj.Car.in cle.j.de elect.& in cle.eos.in fi. de cõſang. & affi.Bal.in l.quicunqꝫ.C.de ſer.fug.Ale.cõ.cxxxv.vol.j.Cæpol.cõ. xxvj. Soc.in reg.cclv.in v.limit. apoſtil.ad Bar.in l.Lucius.§.quęſitũ. ff.de leg. iiij.qui loquuntur in materia odioſa,& pœnali.

84 Et idem etiam in materia non odioſa,ſed fauorabili,ꝙ non comprehendatur fœmininum,tenuit Bald.in l.tres fratres. ff. de pact.in prima lect.vbi Alber.in fi.& Iaſ.Anch.in repe.canonum ſtatuta.in ver.ſed hic quæritur.de conſt.Alex.con.xiiij.vol.iiij.Barbat.con.50.volu.iiij.gloſſ. prag.ſanct.

85 Et dicit Fel.in ca.veniens.de ſimon.ꝙ ſtatutum loquens de fratribus minoribus,non comprehendit moniales tertij ordinis.

86 Cõtra hanc limi.tenet Fulgo.conſi. cxxj. & Rayner. de Forlu.in d.l. tres fratres.Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.Abb.in ca. de monialibus. & ibi.Fel.de ſent excom.qui tenent ꝙ appellatione monachorum veniũt moniales.

87 Decimò Limita in contractibus, in quibus maſculinum non continet fœmininum.Archi.in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.Bald.in l.Gallus. ff.de libe.& poſth.in prin.Imol.in l.ſi ita.ff.de leg.ij.Aret.in.§.fi.inſt.qui teſta.tut.dar.poſſ.Rom.in con.xxxv.Cuma.in con.clxvj.Imol.in c.potuit.de locat.& in cõ.xxxviij.Rom.in l.ij.ff.de verb.oblig.in l.ſed ſi hac, §.qui manumittitur.ff.de in ius voc.Alex.in con.lxj.in j.vo. & in conſi. cciiij.vbi dicit iſtam eſſe communem opin.vol.ij.& conſi.cxiij.vo.ij.& conſilio cxxv.volumine v.& cõſi.xj.vol.iij.& cõſi.j. vol.v. & in l.ij.§. liberos.ff.de in ius vocan. in l. ſi extraneus. ff. de condict.cau. dat. in l. quod dicitur.ff.de verborum oblig.Baldus nouel.inter con.Cor.conſi. xj.volu.j.Iaſ.in l.ſi quis id quod.ff.de iur.omn.iud. vbi dicit iſtam partem communem.& in l.Gallus.in ij.lect.ff.de lib.& poſth.in conſi.cxv. vol.j.Soc.in reg.cclv.in j.limit.Fel.in c. quoniam.de ſimo.Hip.in ſing. cxcj.Cor.in con.lxxiiij.in fi.vol.j.& in con.ccxxxiij.vo. iiij. & con.cxcix.vol.ij.& in con.ccxxxiij.vol.iiij.& cõ j.vol.ij.& cõſ.ccxj.vo.iij.Soc. in cõſ.xlij.vol.iij.Goza.in conſi.xx.Grat.con.liiij.vol.ij.& in con. lxiiij. volumine ij.Rui.conſi.xxxvj.vol.j.gl.conſue.Turon. Bertr.in conſilio xlvj.in fi. volumine j.in antiq.latè Tira.de retrac.lignag.§.j.in gl.xi.nu. 181.

Contrarium ſentit Bart.in l.j.ff.de verb.ſigni.vbi nullam facit differentiã inter contractus, & vltimas volũtates,& idem clarè voluit Bal. in l.ij.C.de iur.emphy.

88 Quòd in conceſſione emphyteuſis facta à priuato ſub maſculino fœmininum comprehenditur.Idem tenet Saly.in d l.ij.in xvij.q.C.de iur. emphy.imol.in l.quod dicitur.ff.de verb.obl. Et propterea Domin. in d.c.generali.de elec.in vj.nõ facit. differentiam inter contractus, & vltimas voluntates.& hoc ꝙ in contractibus maſculinum cõcipiat fœmininum,tenuit Ang.in cõ.ſuo cxviij.incip. Auia pro nepte.Et propterea iſtã limit.reprobat Alc.in cõ.j.vol.v.& dec.in d.l.fœminæ.ff. de reg.iur.

89 Tenendo primam opin.tanquam magis communem,ex ea infertur, ꝙ in emphyteuſi recepta pro filiis appellatione filiorum non veniunt filiæ.Marian.Iun.conſi.clxviij.n.79.vbi idẽ dicit in feudis.& tradit Fel. in c. cum M.Ferrarienſis.ver.& hinc eſt etiam.de conſt.

90 Limita,nam ita demum in emphyteuſi recepta pro ſe,& filiis non venit fœmina quando maſculi præferuntur fœminis in ſucceſſione vigore ſtatuti, nam quando fœminæ pariter admittuntur ad ſucceſſionem vnà cum maſculis,tunc etiam fœminæ pariter videntur vocatæ.Bart.in l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope.liber.Imo.in ca.potuit.in fi.de locat.

91 Secundò Limita,quando emphyteuſis eſt recepta ab eo, qui non habet niſi vnicam filiam,& eſt in tali ætate conſtitutus,in qua non poteſt alios filios ſuſcipere,quo caſu emphyteuſi recepta pro ſe,& filiis extenditur etiam ad illam fœminam:Hippol.in l.j.§.ſi ſeruus.numero 5. ff. de quæſtio.

92 Limita illam concluſionem,quòd in feudo recepto non venit fœmina pluribus modis congeſtis per Curt.in tract.feud.in iij.par.in prin.ad quem breuitatis cauſa me remitto.

Tenendo igitur primam opin.tanquam magis communem in hac principali limitatione,

93 Sublimita,vt illa locum habeat,quando dictum eſſet de filius,ſecus ſi dictum ſit de liberis:nam tunc etiam in contractibus verbum,liberis,filias comprehenderet,Anch.cõ.cxxxv.ſentit Bal.& clarè ſequitur Alc. in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius vo.Alex.cõſ.lxxx.vol.j.Iaſ.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iud.Goz.conſi.xx.Ruin.conſ.clxxxviij.vol.ij. & conſ.cxiiij.vol.iij.Grat.conſi.lxiiij.vol.ij.

Contrarium ſentit Alex.in conſ.lxj. vol.j. & expreſsè contrarium tenet Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.

94 Secundò Sublimita,quando ſequeretur abſurdũ,ſi in contractu maſculinum fœmininum non contineret:Alex.in l.ſed ſi hac. §. liberos.ff. de in ius voc.& con.lxj.vol.j.Dec.in d.l.fœminæ.Ruin.in conſi. cxiiij. vol.iij.

95 Tertiò ſublimita,niſi in contractu dictum eſſet de filiis, & heredibus, nam tunc veniunt fœminę,vt declarat Alex.in d.§.liberos.& Iaſ.in d.l. ſi quis id quod.& con.cxv.vol.j.Dec.con.xxxij.Goz.con.xx.Rui.conſil. clxxviij.vol.ij.& con.xliij.vol.iij.& con.lj.eo.vol.

96 Quartò ſublimita,niſi eſſemus in contractibus bonæ fidei, qui non ita ſtrictè interpretantur,prout contractus ſtricti iuris, ita colligitur ex notatis per Cuma.in con.clxvj.

Contrarium tenet Iaſ.in d.l.ſi quis.id quod.& iſta videtur verior.

97 Quintò Sublimita in contractu donationis,in qua cùm fiat lata interpretatio,maſculinum cõcipit fœmininum,ita Iaſ.in d.l.ſi quis id quod. Corn.con.clxxvij.vol.iiij.Dec.in l.fœminæ.& con.xxxij.Pariſ.in conſi. xx.vol.j.gloſſ.conſuetud.Turon.

Contrarium ſentit idem Cor.con.ſi cxcix.verſi.circa alienationes. vol.ij.

98 Sextò Sublimita,quando verba maſculini generis in cõtractibus proferrẽtur à muliere,quia tũc veniret fœmina, ex quo non eſt credendũ, quòd ipſa proprium ſexum odio habuerit,Gozad.cõſi.lxxj.& con.lxxix.in fine.

99 Septimò Sublimita,quia limitatio habet locum, quando iſta interpretatio, vt maſculinum non concipiat fœmininum tendit in odium illius,cui imputatur,quare legem apertius nõ dixit,iuxta tex.in l. veteribus.ff.de pact.ſecus.ſi tenderet in eius fauorem, quia tunc ad eius in commodũ & damnum etiam in contractibus maſculinum conciperet fœmininum.Cor.in cõſilio clxxj.volum.iij.& conſilio clxxvij.volumine quarto.

100 Octauò Sublimita,niſi dato ꝙ eſſemus in contractibus,tamen materia eſſet fauorabilis,quia tũc etiam in contractibus maſculinum contineret fœmininum, vt per Iaſ.in con.cxv.vo.j.

101 Nonò Sublimita,niſi eſſet conſuetudo loci in contractu illo fœminas admittere,Imol.in c.potuit.de locat.Iaſ.in l.vt liberis.C.de collat.in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.pet.

102 XI.Limita principaliter,ſi iſta interpretatio redundaret contra eccleſiã,tunc enim maſculinũ fęmininũ nõ cõtinet in præiudiciũ eccleſię, ita declarat Iaſ.in d.l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iud.dicens ſe ita cõſuluiſſe.Addo quod iſtam opi.ſenſit expreſsè Bald.in l.ij. C. de iur. emph. & Alex.ſequitur in conſi.lxj.vo.j

103 Vbi dicit Bal.quòd in emphyteuſi eccleſiaſtica maſculinum nõ concipit fœmininum,ne ſequatur odium,ſcilicet excluſio eccleſiæ, cõtra quam nõ fit interpretatio,vt maſculinum concipiat fœmininum.

104 Nec obicatur,ꝙ Bald.loquitur in cõtractibus, in quibus ſecundum communem concluſionem maſculinum non concipit fœmininum: quia reſpondetur,quòd Baldus tenuit contrarium, ꝙ in contractibus, & maximè in emphyteuſi priuati maſculinum cõtineat fœmininum, vt ibi ponit in d.l.ij.in loco paulò inferiori,& põderat Alex. in d.conſ. lxj.vol.j.ꝙ Bal. ita tenuerit in d.l.ij.& in conſi.j.vol.v.vnde Bal.qui loquitur in eccleſia voluit ſub maſculino non concipi fœmininum in cõtractibus,ne ſequatur odioſa excluſio eccleſiæ.ſecus in contractibus cũ priuatis factis, in quibus maſculinum conciperet fœmininum. & ſic Bald.propriè probat iſtã limit.prout etiam ratio,in qua fundatur Baldi intentio probat iſtam limit.expreſsè.

Contrarium tamẽ tenuit Dec.in d.l.fœminæ.ff.de reg.iur.Rui cõſ. clxxxij.vol.ij.

105 Declara primam opin.maximè locum habere,ſi ſub eadem diſpoſitione in qua fit ſubſtitutio,ſi quis ſine filiis decedat, fœmina fuerit expreſsè excluſa.Grat.in con.lvj.n.7.vo.ij.

106 XII.Limita,niſi l.vel ſtatutum loqueretur per verbum vir, nam tunc nunquam maſculinũ contineret fœmininũ ſecundũ Bal.in c.licèt vniuerſis,de teſt.facit tex.& ibi notat Albe.Bar.Cy.& Ang.in l.j.in ver. virorum. ff.de ll. & facit text.& ibi notat Baldus in lege ſcripturas,

in verbo virorum.C.qui pot.in pig.hab.Ponit Iaſ.in d.l.ſi quis id,quod.ff.de iur.om.iud.glo.pragm.ſanct.

107 Et idem dictum ſit de filiis maſculis,quia tunc fœminæ nõ veniunt, Abb.in con.xxxvj.vol.j.

108 Et propterea dicunt Hoſt.& Io.And.in c.Rainaldus,de teſta.ꝙ ſi facta ſit ſubſtitutio,ſi quis deceſſerit ſine filiis maſculis,fœmina non facit deficere conditionem.& idem,quod appellatione liberorũ maſculorũ non veniant nepotes ex filia dicit Spec. in tit.de locat.§.nũc aliqua.ver. cxlvj.Bal.in aut.ſi quas ruinas.C.de ſacroſ.eccl.tenet Ang.& Alexand. in d.l.ſed ſi hac.in §.liberos.ff.de in ius vocand.& Alex.& Iaſ.in l. Gallus.in §.nunc de l.& ibi Iaſ.ff.de lib.& poſth.& iſtam limit.ad regulam, ꝙ quando dictum eſt de filiis maſculis nõ veniant fœminæ , ponit Ant. de But.in conſi.xlvj.incip.rectè deciſum eſt.& ponit Iaſ.in d.l.ſi quis id, quod.ff.de iur.om.iud.Ioan.de Ana.in conſ.xxij.Dec.in d.l.fœminæ.de reg.iur.

109 XIII.Limita,in dictis teſtium,in quibus ſub maſculino nõ continetur fœmininum,vt per Ale.in con.clxxxj.vo.j.latè Tiraq.de retract. lignag.§.j.in gl.ix.num.145.

110 XIIII. Limita,quando maſculinum,& fœmininum ſunt eiuſdem nominis,vt filius,filia,ſecus ſi diuerſi nominis,vt frater , ſoror , ita dicit Capr.in con.lxij.in fi. Cor.in con.cclxxj.vol.iiij.

111 Sed contra iſtam limitationem videtur caſus formalis in l.tres fratres,ff.de pact.& ideo nonnulli voluerunt dicere,ꝙ iſta limitatio procedit,vbi verbũ frater,profertur in ſingulari,ſecus ſi in plurali,& ita procedit tex.in d.l.tres fratres.Et iſtã reſponſionẽ ponit in d.l. tres fratres. Pau.de Caſt.Ale.in con.lxxxiiij. vol.iiij.Sed nec iſta reſpõſio eſt bona, quia eſt contra tex.in l.Lucius.§.quæſitum.ff.de leg.iij.& in l. Lucius.§. Mæuia.ff.ad Treb.& ponit Iaſ.in d.l.tres fratres.ff.de pact. & contra eã tenet Imol.in l.ſi ita.ff.de leg.ij.

112 XV.Limita quando præmiſſum eſſet de filiis maſculis,& poſtea diſpoſitio diceret infra ſcriptos,vel dictos,quia intelligitur infraſcriptos, id eſt,filios maſculos,vt per Franc.Curt.in con.cxvj.& Corn.in conſil. cj.vol.iiij.

113 Idem ſi diceret,vt ſuprà,& ſuprà dictum eſſet de maſculis , Alex.in con.xlviij.vol.iiij.

114 XVI.Limita,vbi ſecundum communem vſum loquendi diuerſo nomine maſculus,& diuerſo fœmina nuncuparetur,quia tunc ſub maſculino fœmininum non continetur,ita declarat Fulgo.in con.xxxiiij. Alex.in con.lxxxiiij.vol.iiij.Abb.in conſi.xxxvj.in fi.vol.j.Geor.Natt. in c.quanuis.de pact.in vj.

115 XVII.Limita,quando ſi maſculinum conciperet fœmininum,ſequeretur abſurdum,vt declarat Pet.de Anch.in rep.c.canonum ſtatuta.in xiiij.q.prin.de conſt.refert,& ſequitur Alex.in con.xlv.vol.vij. Brun.in trac.ꝙ ſtant.maſc.in v.art.in xiij.quæſt.

116 XVIII.Limita,quando ſi maſculinum conciperet fœmininum,ſequerentur plures improbationes , quia tunc maſculinum non continet fœmininum,ita tenet Abb.in con.xxxvj.in fi.volu. j. verſi.iij.facit. Cor.in con.cclxxj.vol.iiij.ver.item pro vna correctione.& in conſi.ccxxij.vol.iij.

117 XIX.Limita,quando maſculus profertur ſub nomine proprio,quia tunc maſculinum non concipit fœmininum,Bart.in l.j. ff. de verb.ſig. Dom.in c.generali.de elect.in vj.Card.in cle.j.de elect.Ang.in l.quicũque.C.de ſer.fug.Socin.in reg.cclv.in viij.limit.Dec.in l.fœminæ. ff. de reg.iur.

118 Idem ſi nominatis filiis nomine proprio diceret teſtator,ſi dicti filij, vt per Mari.iun.in con.cx.vol.j.

119 Limita,niſi maſculinum ſub nomine proprio poneretur in l.decidẽte ius generale,vt not.Dyn.in c.ꝙ alicui.de reg.iur.in vj. per Pet.de Anch.in d.c.generali.de elect.in vj.Sal.in l.quicunque.C.de ſerui.fugit.

120 XX.Limita,quia econtra fœmininum non concipit maſcu. vt per Dec.in c.cum in cunctis,in prin.de electio.

121 XXI.Limita quãdo de fœmineo ſexu facta eſſet ſpecialis prouiſio, quia tunc non venit ſub maſculino , gl.pragm.ſanctio.Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſc.in v.artic.in xiij.q.vide ſuprà in iij.Limitatione.

122 XXII.Limita quando adeſt ſtatutũ,vt ſtatuta intelligantur, prout iacent,& ad litteram,Mari.Soc.iun.in cõ.j.n.102.vo.j.& cõ.xxiij. vol.j.

123 XXIII.Limita , quando ageretur de excludenda matre à luctoſa filij ſucceſſione,Maria.iun.in con.xxiij.nu.45.vol.j.

124 XXIIII.Limita,nam ratione contrarietatis euitandæ maſculinũ non concipit fœmininum,Rui.con.ciij.vol.iij.

## CONCLVSIO VII.

### ARGVMENTVM.

*Iura & actiones an veniant appellat.mobilium,vel immobilium, vel dicantur tertia ſpecies.*

1 ALIQVI voluerunt , prout videtur eſſe magis communis opin.vt iura,& actiones dicantur tertia ſpecies,& non veniant appellatione bonorũ mobilium vel immobilium per text.in lege,à diuo pio.§.in vẽditione. ff. de re iud. in l. quã Tuberonis.§.fi.ff.de pecul.in l.vnica.§.exactio.iũcta gl.in verbo in corporalibus.C.de rei vxor.act.in l.bene à Zenone.in §.& nemo audeat.C.de quadr.præſ.Guid.de Suza in iiij.q.per eum diſputata,inci.pone,quæſt.de facto ſtatutum dicit.Spec.in tit.de fruc.& intereſſe.§.j.ver. ij.quæritur.& ibi Io.And.Bar.in l.poteſt.ff.de auth. tut.in l.mouentium. ff.de verbo.ſig.in repe.l.ſi arrogator.ff.de adop.& in conſi.50.& conſi. ccxxxiiij.& in l.Centurio.ff.de vulga.& pup.in d.l.quam Tuberonis.§. fi.ff.de pecul.Idẽ tenet Gul.de Cu.in l.j.ff.de ſtat.hom.Bal.in l.ſi cõſtante.§.ſi bona.& ibi Ang.Imo.& Alex.ff.ſol.mat.Abb.in c.nulli.de rebus eccle.non alie.& ibi Imol.& Barba.Alex.in l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.vbi dicit iſtam*communem opin.& Alex.in apoſtil.ad Bar.in l.poteſt.ff.de auth.tuto.& in l.mouentium.ff.de verbo.ſig.Bald. in rubrica C.de iure fiſ.in fi.lib.x.Rapha.Fulgo.in l.j.C.ſi aduerſ.tranſ. & in l.quàm Tuberonis.§.fi.ff.de pecul.& ibi etiam Bal.Alex.in conſil. cix.vol.iiij.Guido Papæ q.ccxcj.cccxlj.& ccccxcix.Deci. Tholoſ.& ibi apoſt.deci.cccxv.Guido Papæ in q.lij.& ccxv.Gual.cau.ix.de leg.Bert. in conſi.cxc.vol.j.& in conſi.cclxxij.vol.iij.& conſi.xxxiiij.vol.ij.Pariſ. in conſi.lxvij.vbi ampliat,& limitat.& in conſi.xcvj.vol.ij. Maria.Iun. conſi.cxv.vol.j.Mant.in conſi.cclxj.Maria.Iun.conſi.lj.vol.ij. Rui.conſi.cxxvj.vol.j.Maria.Iun.conſi.lxxix.vol.ij.Rui.conſi.cxxviij. volu.j.& conſi.cxv.vol.iij.& conſi.cxxxix.vol.v.Ang.in auth.de non alie.§.j.in ij.lect.Bal.in c.j.in fi.prin.de pac.tenen.Iaſ.qui dicit conſulendo ita tenuiſſe in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obl.Purp.in l.ex cõuentione.C.de pact.Albe.in tract.ſtat.in iij.par.q.xiij.Oldra.in conſil. ccxix.incip.factum tale eſt,dominus Rex.Card.in conſi.lxvj.& in conſi.lxxij.& in cle.j.in x.q.vbi etiam Pau.de Eleaz.de reb.eccl.non alien. Roma.in conſi.dix.Imol.& Dom.in c.ij.de reb.eccl.non alie.in vj.Maria.in tracta.oblat.Alexand.conſi.xxxj.& conſi.xlv.volu.j.& in conſi. cxxv.eod.vol.j.& in conſi.lxviij.vol.vj.& in conſi.ccxliiij. vol.vj.& in conſi.liij.vol.iij.Soc.in conſi.cj.& in conſi.clxxv.Cor.conſi.ciiij.vol.ij. & conſi.clxxiij.vol.iij.& in conſi.ccxxxvj.vo.iiij.& in conſi.vj. vol.iiij. Lap.alleg.xcij.Dec.in conſi.ccxxxvij.Guido Papæ q.ccccl xxxix.& cccxlj.Aluaro.in c.j.§.j.de feud.cognit.Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſcu.in xij. q.Iaſ.in conſi.v.vol.iij.vbi teſtatur hanc eſſe communem opin.

2 Amplia,etiamſi dictum ſit mobilium,& immobilium quorumcunque,Pariſ.in conſi.xxv.vol.ij.

3 Secunda Fuit opinio,nam aliqui voluerunt,ꝙ aut actio,& ius competebat ad aliquid mobile,& cenſeatur actio,& ius quid mobile:ſi autem competebat ad aliquid immobile,cenſeatur ius,& actio quid immobile,Ita glo.in l.j.C.ſi aduerſ.tranſact.in gl.fi.& gloſ.in auth.de non alie.in glo.in verbo,numeranda.Bar.in l.ſi ſic.§.fi.ff.de lega.j.& ibi Ange.Dy,in l.poteſt.ff.de autho.tut.Caſſa.in conſue.Burg.Brun.in tracta. quod ſtant.maſc.in xxvj.q.Bal.in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ. eccle.Soc.in conſi.cj.& in conſi.clxxv.Alex.in conſi.cix.vol.iiij.Maria. Iun.in conſi.xcvij.vol.ij.

Contrarium tenet Dy.in conſi.viij.Pariſ.in conſi.xciiij.vol.ij.

4 Iſta tamen prima opinio ſaluari poteſt,quãdo neceſſe eſſet,ꝙ actio connumeraretur inter vnam,vel alteram ſpeciem,& ſic inter res mobiles,vel immobiles,quia tunc actio ſi competit ad immobile, iudicatur immobilis:ſi datur ad mobile,iudicatur mobilis:ita declarat Bart.in l. mouentium.ff.de verbo.ſig.in l.poteſt.ff.de autho.tut.in l.j.C.ſi aduerſ. tranſact.Bar.in conſi.50.& hoc eſt,quod voluit dicere Bal.in c.j.in fin. prin.de pac.tenen.& in c.j.§.j.de feud.cog.Roma.in conſi.dix.Card.in conſi.lxxij.Imol.& Dom.in c.ij.de reb.eccl.non alie.in vj.Maria.in tracta.obla.Soc.in conſi.cj.volu.j.Alex.in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudic.& conſi.xxxj.vol.j.& conſi.cxxv.vol.j.Ang.in l.ſi conſtante. §.ſi bona.ff.ſol.matr.Abb.& Imol.in c.nulli.de reb.eccle.non alien.Io. Crot.in l.ſtipulatio hocmodo concepta.ff.de verb.obl. Card. Alex.in c.j.§.j.de feud.cognit.apoſtil.ad deci.Tholo.deci.cccxv.Guido Papæ in q.lij.Bertr.in conſi.cxc.vol.j.

5 Limitat iſtam concluſ.Bal.in c.j.§.j.de feud. cognit.procedere tantummodò in diſpoſitione l.quia in hominis diſpoſitione nunquam appellatione mobilium vel immobilium venit actio.

6 Limitat etiam.ij.Roman.in conſi.dix.ex mente Lap.alleg.xcj.in fin. quando actio daretur ad pecuniam in genere,quia cùm genus non ſit quid mobile,actio competens ad pecuniam in genere non dicitur quid mobile,nec poteſt prout quid mobile conſiderari.

7 Tertia Fuit opinio,ꝙ actio,& ius connumerentur inter immobilia, & iſtam opi.ponit gl.in l.mouentium.ff.de ver.ſig.& in l.fi.in gl.pe.C. in quib.cau.in integ.reſt.non eſt neceſ.Iac.de Bel.in auth.de non alien.

8 Quæ opinio poteſt procedere in iuribus ſeruitutum,quæ cohærent, rebus immobilibus,Imol.in c.nulli.de reb.eccl.non alie.Maria.in trac. obla.aliàs nec etiam ex communi vſu loquendi actio poteſt inter mobilia connumerari,vt no.Fel.in proœm.Decret.ex mente Ioan.And.in addit.ad Spe.in titu.de fruct.& intereſſe.in §.j.

9 Et an actio connumeretur inter mobilia,vel immobilia,vide ad longum per Tiraq.de retract.lignag.in §.j.in gl.vij.in prin.vſque ad numerum 36,vbi pluribus modis declarat,ad quem me remitto.

10 Et nota,ꝙ iura & actiones non circumſcribuntur loco,vt dicit Rui. conſi.clv.volu.iij.Tiraq.de retract.lignag.§.xxxvj.in gl.iij.num.14.& ſeq.vbi plura cumulat.

CON

## CONCLVSIO VIII.

### ARGVMENTVM.

*Annui redditus veniunt appellatione immobilium.*

1 ANNVI autē redditus iuxta communē concluſionem connumerātur inter immobilia,cle.exiui.§. cumque annui redditus.de verb.ſignifi.l.iubemus.la ſecunda.& ibi Bald.not. in princ.C.de ſacroſ.eccleſ.& in §.j. in auth. de non alien. ibi,ciules annonas.& ibi gl.& Ang.& in l.hac edictali.§.is illud.ibi annorum quoque ciuilium.& ibi gl.Cyn.& Bal.C.de ſec.nupt. Bal. in ca. j.in fi.prin.de pac.tenēd.Bal.in l.j. C.de ſuffrag. Fede.de Sen.cō.xij.Ro. con.clxxxvij.Imol.in c.nulli.de reb.eccl.non alien.in c.ij.eo.tit.in vj.in cle.j.eo.ti.Gem.in con.xl.Dec.in c.in præſentia.nu.70.de prob. vbi dicit quod ideo annui redditus per fratres minores acquiri non poſſunt. Caſſa.in conſue.Burg.Guido Pap.in ſing.ccxcvj.Bert.in conſ.clxxij.vo. ij.& in con.cclxxvj.vol.iij.Brun.in tracta.ꝗ ſtant.maſc.in xxvj. q.Tira. qui declarat de retrac.lignag.§.j.in gl.vj.nu.3.& ſeq.

2 Quam concluſionem limitat Bar.in l.ſciendum.in prin.num.10.ff. qui ſatiſda.cog.& Bal.in c.j.de controuerſ.inter vaſall.& epiſ. quando annuus redditus debetur de re immobili,ſecus ſi de re mobili.

Contrarium autem tenet Card.Ale.in c.j.§.j.de feud.cog.& Claud. in tract.feud.in rubr.quæ res in feud.dar.poſſ.

3 Secundò Limitat Feder.de Sen. in con.xij.ſi modo annui redditus deberentur in perpetuum ſeu ad longum tempus.ſequitur Bald.in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccl.& in c.j.de controuerſ.inter vaſal.& epiſcopū. in l.etiam.C.de execut.rei iudic.Dom.in c.ij.de reb.ecc.non alien.in vj. Ang.& Alex.in l.ſi conſtante.§.ſi bona.ff. ſol. mat. Alex.in apoſtil.ad l.mouentium.ff.de verb.ſign. Pariſ.in con.lvj.num.15.vo.iij.Rui.conſ. lxxxij.vol.ij.Mari.in tract.obla.vbi ſublimitat niſi eſſet eadē ratio prohibitionis,etiam in annuo redditu breui duraturo.

4 Tertiò Limitat Bal.in d.c.j.§.j.de cog.feud.in l.etiam C.de exec.rei iudic.vt iſtud procedat,quando debetur actione reali,ſeu mixta,ſecus ſi perſonali.& idem dicit Aret.con.x.Barb.in l.ſed ſi ex ſtipulatu. verſ.ad de etiam.ff.de verb.obl.Rui.con.lxxxij.vol.ij.

Contrarium Maria.in tract.oblat.

5 Alia fuit opinio Abb.in c.nulli.de reb.eccle.nō alien. vt in annuis redditibus fiat eadem diſtinctio,prout in iuribus,& actionibus , quia ſi per ſe conſiderentur cenſentur tertia ſpecies, ratione autem adiuncti reputantur,prout,id ad quod competunt.& iſtam diſtinctionem ſequitur Mari.in tract.obla.Alexand.in apoſtill.ad Barto.in d.l.mouentium. ff.de verb.ſignifi.

6 Et nota,quia licèt incorporalia reputentur inter immobilia, Ripa. in iij.reſpo.lib.ij.

7 Tamen credita montium non reputantur inter immobilia,vt tradit Rui.in cō.lxxxij.vo.ij.& hęc erit quarta limitatio huius cōcluſionis.

## CONCLVSIO IX.

### ARGVMENTVM.

*Perſona loquentis non venit in generali ſermone.*

1 REGVLARITER in generali ſermone non venit perſona loquentis.l.Paulus.§.fi.& ibi gl.& Bart.ff.de pignor.l.inquiſitio.C.de ſolut.vbi Bal.& Sal.C.de ſolut.Alber.poſt alios in l.frater à fratre.ff.de condit.indeb.n.16.Imo.in cle.j. de iureiur.Rui.con.lxxxix.vo.j.Rui.con.xlij.vo.iiij.& con.xliij.eo.vo. Gram.con.iij.poſt.deciſ.nu.13.& ſeq.

2 Amplia,quia ſi quis promiſit aliquem defendere contra omnes homines,non ſolū nō tenetur illum defendere cōtra ſe ipſum,ſed etiam nō tenetur illum defendere cōtra proprios filios, vel proprios parentes,& & ſimiliter ſtante etiam eadem promiſſione non tenetur quis accommodare arcē contra filios,vel parentes:Alberic.in l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.nu.16.ſentit Abb.in c.petitio.ff.de iureiur.Hip.in l.j.§.ſi ſeruus.el ij.ff.de quęſt.Rui.in con.xlij.nu.15.& cō.xliij.nu.18.volu.iiij.Bal. in l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.Imol.poſt alios in cle.j.de iureiur.

3 Limita in vaſallo , qui ſi iurauit dominum defendere contra omnem perſonam,tenetur illum defendere contra quaſcunque perſonas, Bal.in c.imperialem.de prohib.feud.alien.per Feder.Alberi.in d.l.frater à fratre.nu.16.ff.de cond.indeb.

4 Primò Limita,vt concluſio principalis locum habeat quando gratuito procedit diſpoſitio,ſecus,quando ex contractu præambulo.Ita Cyn.Alber.& Saly.in d.l.inquiſitio.Bar.in l.j.in fin.ff.de ſenat.

5 Secundò Limita,nam in generali ſermone venit perſona,ad quam ſermo dirigitur,gl.Iac.But.in d.l.inquiſitio.& ibi Saly.C.de ſolutio.

Contrarium Arch.in c.deinde.xxvj.diſt.Dec.in l.iij.§. ſi procurator.nu.20.ff.quod quiſq.iur.

6 Tertiò Limita,ſi aliàs diſpoſitio non poſſet operari. Hip.in l.j.§. ſi ſeruus,el ij.ff.de quæſt.poſt Bart.in l.ſi quis legauerit.el j. ff.de leg.j.Iaſ. in l.admonendi. in j.lect.numero 40. ff. de iureiur. Fabia.de Mont.in tract.emp.&.vend.in vj.q.nu.10.

7 Quartò Limita,quando identitas rationis ſuaderet , vt etiam perſona loquentis contineri deberet,vt not.Sal.in d.l.inquiſitio. Abb.in c. petitio.de iureiur.

## CONCLVSIO X.

### ARGVMENTVM.

*Pertinentiarum appellatione quid contineatur.*

1 DOCTORES communiter concludunt , vt pertinentiæ appellentur,quæ vel ex ſtatuto,vel ex conſuetudine accedunt rei,de cuius pertinentiis agitur,Inno.in ca.ad ſedem. ver.& dic ꝗ pertinentiarum nomine.& ibi Ioā.And.verſi. pertinentiarum autem nomine.Anto.de But.verſi.oppono ꝗ non procedat.& Abb.ver.ſed nunc quero.& Card.Ancha.& Imol.ver.item aduerte.& Collectar.nu.9.de reſt.ſpol.Bald.con.cccclxviij.ver.iſtis ergo. vo.iij.& con.ccccxx.verſ.iſtis ergo.volu.j.& con.ccccxlv.verſ.iſtis ergo.vol.v.Oldra.conſi.x.in prin.Spec.in tit.de relig.dom.verſi. qualiter autem.& ibi Io.And.in addi.Abb.conſ.lxij.ver.ij. principaliter. vol.ij. Pract.Pap.in libel.actio.real.in verbo,cum pertinentiis ſuis. Socin. in reg.ccxcv.in prin.& con.xlvij.ver.ſed iterum.Dec.con.dxvj.verſ. & ſicut domina.Maria.iun.conſi.clx.n.33.vo.ij.

2 Amplia,quia ſub nomine pertinentiarum veniunt omnia, quæ pleno iure pertinent,vt dicit Card.con.xlvij.ver.ad aliud reſponde.

3 Et propterea ſub nomine pertinentiarum eccleſiæ venit cura populi,vt dicit Cald.in con.vj.de verb.ſignifi.

4 Secundò Amplia,etiamſi accedant rei nedum iure communi , ſed etiam iure ſpeciali,Hoſt.in cap.cum ad ſedem.verſicu.verum tamen ſi eccleſia.& ibi Card.& Imol.ver.item aduerte.de reſt.ſpol.Barbat.conſ. lvij.verſ.& ideo cum Innocentius.vol.iiij.

Contrarium tenuit Inno.in d.c.cum ad ſedem.verſ.nomine pertinentiarum.

5 Sed dic pro concordia, quòd in hoc caſu attendenda eſt tam qualitas perſonarum,quàm etiam qualitas petitionis in libello factæ,vt poſt Io.And.in d.c.cum ad ſedem:declarat Abb.ibi,verſic.ſed tunc verò.& Ant.de But.ver.ſed dubium eſt.

6 Prout etiam ex ſubſecuta poſſeſſione declaratur quid veniat ſub nomine pertinentiarum,Pariſ.con.iij.nu.10.& ſeq.vol.iiij.

7 Primò Limita,quia concluſio procedit in petitorio , nam in poſſeſſorio nomine pertinentiarum veniunt etiam quæ nec de conſuetudine, nec etiam ex ſtatuto ſunt deputata ad illum effectum, cum in poſſeſſorio veniant etiam damna,& iniuriæ,Inno.in c.cum ad ſedem.verſ.hæc habent locum.& Hoſt.ver.& habent hæc locum.& Io.And.verſ.& habent hæc locum.& Card.verſ.item procedunt.Abb.ver.& habent hæc locum.& Collect.nu.9.de reſt.ſpol.

8 Ex quibus infertur ad illam q.an dominus Caſtri,qui habebat in dicto Caſtro nedum iuridictionem,ſed etiam certa bona particularia,tradendo & concedendo Caſtrum,cum pertinentiis cenſeatur conceſſiſſe,& tradidiſſe etiā bona particularia.in qua q.Imol.in l.iij.& ibi Alex. ver.circa iſtam quæſtionem.ff.de acquir. poſſeſſ.tenent bona particularia non venire in conceſſione.& idem tenet Alex.con.ccxxij.in fi.vo. iij.& con.xiiij.vol.vij.Aret.con.xv.Affl.in vſib,feud.in tit.de Capit. qui cur.vend.n.8.Iaſ.in l.fi.ver.vide etiam.ff.de cōſt.Prin.Rui.con.xlv.vo.j. Mari.iun.cōſ.clx,nu.32.vol.j.

9 Et iſta opinio abſque difficultate videtur procedere,quando Dominus Caſtri,illa bona particularia,nō eodem iure cum caſtro poſſidebat,ſed diuerſo,Aret.in l.iij.verſi.adde etiam.ff.de acq.poſſ.Maria.iun. cōſ.clx.nu.32.vol.ij.

10 Vel quādo diſponēs de Caſtro nō erat ipſe dominus terrarum,ac poſſeſſionum particularium,vt conſidorat Aret.cōſ.xv.

11 Contra principalem cōcluſionem,ꝗ etiam bona particularia videātur cōceſſa,tenuit Bal.in c.j.ver.modo hic quæritur.de capit.qui cur.vendid.Cor.con.cccxxj.ver.pro deciſione.vol.iiij.Aret.in l.iij.ff.de acquir. poſſeſſ.Afflict.in d.c.j.num.52.& ibi Aluar.verſ.aut conceſſit Caſtrum. & Præpoſ.Ale.verſiculo quæro ab extra,in tit.de capit.qui cur. vendid. Iaſ.in l.quo minus.numero 20.ff.de flu.Barbat.con.lvij.ver. & ideo cū Innocentius.vol.iiij.Dec.conſ.dxvj.verſ.& ſicut domina & conſ.dxvij. verſ.& dato ꝗ eſſet.Mari.iun.in con.cvj.nu.3.vol.ij.

12 Pro concordia ſequi poteſt diſtinctio Aret.in l.iij. de acq. poſſ.quam ſequitur Maria.iun.con.clx.nu.32.vol.ij.vt quando bona eodē iure dominus poſſideret,tunc cenſeatur conceſſa:ſecus quando diuerſo iure ea acquiſiuiſſet.

13 Limita primam opinionem quando ex conſuetudine terræ,& poſſeſſiones particulares accederent ipſi Caſtro,quia tūc venirent ſi ad ipſum diſponentem ſpectarent.Inno.in cap. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. Bald.conſi.cccclxviij.vol.iij.& conſilio ccccxlv.volum.v.Socin. conſ. xlvij.vol.j.

14 Secundò Limita,niſi dictum eſſet vltra pertinentiaſe etiam iura ad Caſtrũpertinentia, Ale.in apoſtil.ad Bar.in l.quominus.ff.de flum.Are. conſi.xv.ver.iij.præmitto.

15 Tertiò Limita,niſi ex coniecturis aliud appareret,puta ſi ex qualitate pretij argui poſſet,vt etiam Molendina,vel aliæ res particulares viderentur comprehenſæ ſub ceſſione Caſtri cum pertinentis,Imo.in l.iij. in fi.& ibi Aret.ff.de acq.poſſ.Alex.con.ccxxij.in fi.vol. vj. & con.xiiij. vol.vij.Affl.in tit.de cap.qui cur.vend.nu.8.in vſib.feud.

Sed tenendo aliam opi.vt res particulares veniant ſub nomine pertinentiarum,

16 Primò Limita,niſi ex qualitate pretij aliud colligi poſſet,prout proximè dictum eſt in præcedenti limitatione contrariæ concluſionis.

17 Secundò Limita,niſi poſt ſpecificatas res particulares adiiceretur verbum pertinentiarum. Quo caſu aliæ res particulares non expreſſæ in conceſſione non venirent, vt dicit Soc.con.xlvij.ver.ſed pro ſolutione eſt.vol.j.

## De legibus,& conſtitutionibus.

### CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

*Lex generalis an comprehendat caſum priuilegiatum.*

1 ALIA Limitatio tradi poteſt ad tex.in c.tanta.qui fil. ſint legit. prout aliqui voluerunt, quòd non poſſit eſſe vera legitimatio filij illegitimi, niſi inter patrem, & matrem potuiſſet cõſiſtere matrimonium,vel ſit legitimatus ab eo, qui poteſt ſuper radice matrimonij diſpenſare,prout eſt Papa,qui ſuper matrimonio diſpenſat.Paul.de Caſt.con.xxxiiij.nu.6.vol.ij.Curt.Sen.con.lxxiiij. verſi.veniamus ad quartam.Dec.conſi.cclxxxviij.nu.6.& conſi.cccxxxviij.nu,3.& conſi.dlxxix.nu.1.Curt.Sen.con.xvj.nu.48.Hoſt.in c.per venerabilem.verſi.ſi ergo Papa.qui fil.ſint legit.Bened. de Plũbi. in diſput. ſua incip.ſtatuto Piſano.Soc.conſi.lxv.nu.8.vol.iij.Pariſ.conſi.ij. nu.22. vol.ij.Alex.conſi.lxxxvij.verſi.oſtenditur hoc etiam.vol.ij.Io.And. in c. per venerabilem.verſi.Imperator autem.qui fil.ſint legit.Soc.in rubr.de lib.& poſth.verſi.primum quòd legitimatio.Dec. conſi. cclxiij. nu.3.& conſi.cccvij.nu.10.Gozad. conſi.xxxv.nu.6.& conſi.xcij. nu.7.

2 Tenendo iſtam opin.tanquam de iure veriorem intellige, quando matrimonium diuina lege reſiſtente eſſet impeditum, ſecus verò,ſi impedimento accidẽtali,vt quia pater haberet aliam vxorem.Iaſ.con.xl.verſic. ſtat ergo ex prædictis.

3 Secundò Intellige,de legitimatione reſtitutoria legitimatis, ſecus verò in nouiter collatiua legitimitatis:ita declarat Ant.de But in c.per venerabilem.verſi.aduerte.Io.And.qui fil.ſint legit.

4 Tertiò Intellige,quando legitimatio eſt ſimplex, ſecus ſi legitimatio ſit plena,ſecundum Gozad.conſi.vj.nu.66.

5 Contrarium voluit in principali concluſione Aret.in l.ex facto. verſi. Imperator aũt.ff.de vulg.& pup.Alex.in l.ſed ſi hac.in §.patronum. el ij. nu.6.ff.de in ius voc.Dec.in l.pactum,quod dotali.nu.15.C. de collat. & in l.ſolet.nu.7.ff.de iuriſd.om.iud.& conſi.lij.Rui.conſi.lxvij.nu.4.verſi. vel ij.vol.iij.& conſi.lxxv.nu.14.eod.vol.& con.lxxvj.nu.14.verſi.non obſtat.vol.iij.& conſi.lxxix.nu.3.vol.iij.& conſi.xciiij.nu.10. verſicu.& quamuis.Hoſt.volu.iij.Soc.in l.Gallus.§.ſi eius.verſi.ſed aduerte.ff.de lib. & poſth.& Abb.in c.per venerabilem.nu.26.& prępo.in §.quod autem. qui fil.ſint legit.& verſi.hæc opinio.& ibi Ant.de But.verſic.ex hoc infert.Bald.conſi.xxxvj.vol.ij.Nicol.de Vbal.in tract.ſucceſſ.ab inteſt.nu. 76.Goza.conſi.vj.nu.61.& ſeq.& conſi.xxix.num.31. in fi.& ſeq.Ant.de Roſel.in tract.legiti.ſub rub.de cauſa efficiẽte.nu.1.& ſeq.& in eo.tract. in ij.lib.nu.29.& ſeq. aliàs ſub rub.de cauſa efficienti legitimatio. Principum.& in rubr.de legit.effect.nu.6.& plurib.ſeq.

## CONCLVSIO IIII.

### ARGVMENTVM.

*Filij ob bonam fidem parentum iudicantur legitimi.*

1 PRopter bonam fidem parentum filij iudicantur legitimi.c. ij.vbi Abb.in j.notab.qui fil.ſint legit.& in ca.cum inhibitio. in ij.not.de cland.deſponſ.& voluit Hoſt.in d.ca. ij. in j. par. text.& ibi Ant.de Butr.Pet.de Anch.in vij.not.Præpoſ.Alex. in iiij.not.Bal.in c.j.§.naturales.in fi.ſi de feu.fuer. controuer.verb.pone quòd non tenet matrimonium.Bar.in l.auũculo.ff.de condit. ſine cauſa. & in l.eum,qui.ff.de ſtat.ho.Dyn.in conſi.vj.in fi.Curt.Iun.conſi.lij. Pariſ.conſi.xv.volu.ij.Rui.conſi.xiiij. vbi declarat.volum.iij. Gram.conſi. ciui.lvj.

2 Primò Amplia,etiam data ignorantia vnius ex coniugibus tantũ: Ita probat tex.in c.ex tenore,qui fil.ſint legit.& ibi gl.fin. & voluit Abb.in d.c.ij.in primo not.qui fil.ſint legit.Hoſt.in d.c.cum inhibitio.verſicu. & quando etiam in facie eccleſiæ.& ibi Ant.de Butr.verſi.quandoque primum. & verſic.quæro cum glo.Petr.de Anch.verſi. tertio principaliter quæro.Præpoſ.Alex.verſi.venio modò.& fuit opinio gl.ibi in verſi.ambo.Idem voluit Inn.in c.ex tenore.in fin.verbis.& ibi Hoſt. & Io. Andr. ſuper verb.legitima.Ant.de But.in vj.not.& in verſi. aut matrimonium non eſt clandeſtinum.Petr.de Anchar.in ij.quæſt.Præpoſ.Alex.in v.notab.Abb.ibi in ij.not.Henric.Boic.Bald.in l.qui contra.in iij.q. C.de inceſt.nupt.glo.in c.j.de eo,qui duxit quam polluit per adult. ſentit Barto. in l.eum,qui.ff.de ſtatu.hom.Bertr.in conſi.ccx.volum.j. Rui. conſi.xiiij. vbi declarat.vol.iij.Gram.conſi.ciu.lvj.

3 Contrarium, vt non ſufficiat tantummodo ignorantia vnius: voluit gl.in l.qui contra. C.de inceſt.nupt.in verb.acerrimo.glo.in l.miles.§.penult.in verb.ſecund.nupt.ff.de adult.Ang.in l.auũculo.ff. de condit. ſine cauſa.vbi tenet,vt non ſufficiat etiam bona fides, niſi concurrat etiam longi temporis ſpatium in figura matrimonij.

4 Tenendo primam opin.quæ videtur communis,Amplia,vt ex ignorãtia vnius tantum proueniat legitimitas filiorũ,non modo quo ad ignorantem,ſed etiam quo ad ſcientem:vt voluit gloſſ.in verb.ambo.in cap. cum inhibitio.de clandeſt. deſponſ. vbi Innocen. in finalibus verbis, & Ant.de But.ibi,quia eſſet monſtrum,vt quo ad vnum tantum eſſet filius legitimus,& non quo ad alium:vbi etiam Præpoſ.Alex.& Henric.Idem voluit gl.in cap.cum in captiuitate.in gloſ.j.xxxiiij. q.j. Petr. de Anchar. in c.cum inhibitio.in iij.q.de clandeſt. deſponſ.Spec.in tit.de ſucceſſ. ab inteſt.verſic.ſed pone,T.contraxit.Alber. Galeot. in Margarita ſua, in titu.de filiis naturalib. in verſiculo, ſed pone,quæſt. de facto. Alberic. in dicta l.qui contra.qui tenet etiam quo ad ſucceſſiones in terris imperij. Gõfred.in ſumma,in tit.qui filij ſint legitimi.Iaſ.in conſi.clvj. volu.iiij.& conſi.clxviij.vol.iiij.Capr.in conſi.cxvij.

5 Contrarium.ſ.vt quo ad ſcientem non ſint legitimi:tenet gl.in d.l.qui qui contra,in fin.in verbo,acerrimo. Hug. & Laur. in capitulo, cum in captiuitate.xxxiiij.q.j.Petr. de Anchar. in conſi.ccccj. & iſta opinio ſeruanda eſt,quo ad ſucceſſiones in terris Imperij:vt per Cyn.in l. qui contra.C.de inceſt.nupt.in iij.q.& ſentit Iaſ.in l.auunculo. in fi.ff.de condit. ſine cauſa.idem voluit Odofred.in d.l.qui contra.

6 Declara iſtam ampliationem,vt procedat ſine controuerſia, quando ignorantia eſt circa factum:vt dicit Abb.in c.ex tenore. in fin. qui fil. ſint legit.

7 Et tanto magis,ſi concurreret ignorantia iuris,cum qualitate facti, vt puta cum longinquitate temporis.gl.in miles.§.pen.ff.de adul.Abb.in c. referente.qui fil. ſint legit.Iaſo.in l.auũculo.ff.de cond. ſine cauſa.Ruin. conſi.lj.nu.3.vol.v.

8 Sed quando ignorantia eſt circa iuris diſpoſitionem.gl.in d.l. qui contra.tenet,idem eſſe.ſ.filios eſſe legitimos.& idem ſentit glo.in ca. perlatum,qui fil.ſint legit. Barto. in l. auunculo. ff.de condit. ſine cauſ.Ruin. conſi.lj.nu.16.vol.v.

9 Sed Odofr.in d.l.auunculo.tenet,ꝙ nõ ſunt legitimi,quando vterque ignorat ius,ſed ſi maſculus ſcit ius,& fœmina ignorat,ſunt legitimi quo ad fœminam.

10 Pro concordia iſtarum opinionum dici poteſt,ꝙ ita demum in hoc caſu error iuris excuſat,vbi error eſt probabilis,& non aliàs.Abb. in c. per venerabilem.qui fil.ſint legit.Idem tenet in c.per latum.eo.tit.Rui. in conſ.lj.nu.16.vol.v.

11 Secundò Amplia principalem concluſ.vt ſufficiat bonam fidem adeſſe tempore conceptionis, licet forſan non adſit tempore natiuitatis: gl.in d.c.ex tenore.& ibi Abb. in iij.not.etiam ſi lite pendente ſit conceptus,dummodò ante ſententiam.Hoſt.in d.c.ex tenore.verſ.quid ergo ſi pendente lite.& ibi Ant.de Butr.verſ.& dicit gl.Io.And.in c.ij.ſuper glo.pen.qui fil.ſint legiti.Anto.de But.in iij.oppoſ.Capra in conſilio cxvij.

Contrarium Marian.Iun.conſ.xxxj.vo.ij.

12 Tertiò Amplia,vt non obſtante iudicis monitione ante ſententiam dicantur eſſe coniuges in bona fide,Anto.de But.in d.c.ij.qui fil.ſint legit.& ibi Præpoſit.Alex.in vlt.nota.

13 Primò Limita,quia non ſufficit ignorantia,niſi matrimonium ſit contractum publice in faciem eccleſiæ.Ita Anto.de But.in c.ij.in v.not.qui fil.ſint legit.Gofred.in ſumma,in tit.qui fil.ſint legit.Petr. de Ancha. in con.ccccj.Capra in con.cxvij.Curt.Iun.conſi.lxiiij.idem voluit Hoſt.in d.c.ex tenore.vbi etiam hoc tenet Io.And.& Ant.de But.in fi.& Pet. de Anch.in ij.q.Abb.in vltima quæſt.& Card.in ij.oppoſ.etiam ſentit hãc opi.dum dicit ꝙ c.cum inhibitio,procedit in quocunque impedimẽto.& ibi Præpoſ.in ij.quæſt.Henric.Boic.& ibi Collectat.verſic.& quid ſi ambo,& idem voluit Inno.in c.cum inhibitio.& ibi Collect.verſ.nunquid idem.Maria.Iun.con.xxxj.& con.lxxxvj.vol.ij.

14 Contrarium,ꝙ text. in c.cum inhibitio,non habeat loc niſi in impedimento conſanguinitatis,tenuit Gofre.in d.ſumma.qui fil.ſint legi. in fi.& Vincent.in d.c.ex tenore.& Archid.in c.cum in captiuitate.xxxiiij.q.j.& Gem.in con.lxvj.

15 Tenendo primam opi.quæ videtur commuis,Sublimita,quia ſi matrimonium contrahatur in mortis articulo non requiritur ſolennitas, de qua in d.c.cum inhibitio:vt per Gem.in d.conſ.lxvj.

16 Secundò Limita principalem concluſi. in impedimento ſeruitutis, quia ſi libera contrahat matrimonium cum ſeruo ignorãter, liberi non ſunt legitimi:ita gl.in d.c.ex tenore.in glo.fi.in fi.

17 Sed ibi Io.And.in fi.tenet,vt legitima ſit ſoboles ſuſcepta ex matre libera,& patre ſeruo,quando mater eſt ignorans.ſed ſi mater ſit ſerua,& pater liber,& ignorantes contrahant, eſt etiam legitima ſoboles, ſed non eſt libera:& idem ſequitur ibi Ant.de Butr.ver.quærit glo. & Pet. de Anch.in iij.quæſt.& ibi Henric.Boic.in fi.& Præpoſ.Alex.in fi.

18 Contrarium in hoc tenet Abb.in d.c.ex tenore, vbi dicit,quòd non eſt,neque libera neque legitima ſoboles,ſi mater eſt ancilla:& idẽ ſentit Gofred.in ſumma.in titu.qui fil.ſint legit.in fi.

19 Tertiò Limita, quando filij naſcuntur poſt contractum putatiuum matrimonium ex coitu improbato:ita Marian.Iun.con.xxxj.vo.ij.

20 Quartò Limita, quia non ſufficit ſolus iuris error ad legitimationẽ prolis:vt per Rui.cõſ.xiiij.nu.5.vo.iij.vbi hanc dicit magis comm.opi.

21 Quintò Limita,quia non præſumitur ignorantia ad effectum legitimationis prolis in muliere , quæ contraxit matrimonium cum altero, qui prius habebat vxorem,ſi matrimonium primum erat publicè, & non occultè contractum,vel erat notorium in loco : & ita communiter dicebatur,quòd alter ex coniugibus prius matrimoniũ cõtraxerat.Rui. con.lj.nu.2.vol.v.

22 Declara,quia ignorantia parentũ ſuper impedimẽto ex eo ſolo dicitur probata,ſi matrimonium publicè,& in faciem eccleſiæ fuerit contractum:Ruin.con.lj.nu.16.vol.v.

## CONCLVSIO V.

### ARGVMENTVM.

*Infans an legitimari poßit per Comitem Palatinum.*

1 SI dubitatur,an infans poſſit legitimari, dicendum eſt, ꝙ aut quæris an poſſit legitimari à Principe, & hoc non eſt dubium,vt tenuit Bart.Bald.& Salyc.in l.iubemus. C. de emancip.lib.qui loquuntur per Principis reſcriptum,prout etiam loquitur tex.in dicta l.iubemus.& Bart.in l.fi.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.Pet.de Anch.in conſi.cxlj.vbi dicit, quòd ſi non fuiſſet ſubreptitia ſupplicatio,quia narrantur merita,quæ in infante non poſſunt conſiderari,legitimatio valuiſſet.& ita conſiderat Deci.in con.dlxxvj.Curt.Senior in con.lxv.Barbat.in conſ.xxxiiij.volum.ij.Iaſ.in cõ. cxxv.vol.iiij.Fel. in capit.quod ſuper his.de fide inſtrumen. Caſſan.in conſuetud.Burg.Tiraq.de nobil.capitulo vj.nume. 28. Roſell.in tract. legitima.in ſecunda parte,ſub rubr.de cauſ.mater.legitim. num. 4. vbi dicit omnes Doctores communiter ita tenere. Et licet Roman.in conſ.cxciiij.velit contrariũ,tamen eius opin.damnatur, vt per Cur. Sen.in d.conſi.lxv.& Barb.in d.con.xxxiiij.vol.ij.

2 Si autem quæritur an poſſit legitimari per Comitem Palatinum habentem poteſtatem legitimandi filios illegitimos quacũque labe infectos,& dicendum videtur,quòd non , niſi ſpecialiter ſit expreſſum in legitimatione, vt etiam infantes poſſet legitimare : ita tenet Angelus in dicta lege finali,per illũ textum.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.& ibi Fulg.idem tenet Ange.in diſput.incip.nobilis genere. vbi tenet, ꝙ in generali facultate Comes Palatinus non cenſetur habere facultatem legitimandi infantes,& alios, qui poſſunt expreſsè conſentire,niſi ſpecialiter ſit expreſſum.idem tenet Roſel.in tract.legit.in ij.part.in rub.de cauſ.mater.legit. numero 6. Mart. Laud. in diſput.ſua incip. Augerius Seio.in verſ.quæro an baſtardus infans poſſit legitimari.Præpoſ. Alex. in capitulo per venerabilem. §. quod autem.verſiculo non inconuenienter quæritur.qui fil.ſint legit.Curt.Sen.in conſilio lvj.qui dicit iſtã communem opinionem Socin.in conſilio.cxcv.Iaſ.in l. eam quam. C. de fideicom.Franc.Curt.conſ.xxxij.Pariſ.in conſi.xv. volum. ij. Ruin. conſ.lxxij.vol.iij.& con.100.vol.iij.& conſ.xc.vbi ampliat,vol.j.& iſta videtur magis communis opi.

3 Pro qua opinione facit , nam per Comitem Palatinum non poteſt inuitus legitimari,ſecundum Bal.in authen.præterea.C.de nat.lib.

4 Contrariam partem, quòd imo infans legitimari poſſit per Comitem Palatinum etiam ꝙ ſpecialiter non ſit expreſſum de infante:tenet Bald.in con.cciiij.incip.ſuper primo.vo.j.& con.cv.incip.primo eſt videndum.vol.v.& conſi.cxviij.incip.quidam vxoratus.vol.v.Paul.de Caſt.in con.xlj.incip.viſo teſtamento.vol.ij.Flor.de S.Petro , in ſua diſput.incip.Baro.in iij.dub.in fi.Barbat. in conſ.xxxiiij.vo.ij.Cor.in cõ. clxxvij.vol.j.Dec.in con.lv.& con.dlxvij.Fulg.con.lxxiij.& con.xvj. Iaſ.con.cxxv.vol.iiij.Iaſ.con.clvj.vol.iiij.Marian.Iun.in con.xcvij.vo. ij.& con.cliiij.vol.ij.

5 Tenendo primam opi.tanquam magis communem,Limita, quando facultas legitimandi eſſet conceſſa Comiti Palatino,vt poſſit legitimare tam præſentes,quàm abſentes,quia tunc in tali legitimatione etiã infantes comprehenderentur,vt tradit Iaſ.in cõſi.cxxv.ver.iij.facit.vol. quarto.

6 Secundò Limita,ſi dictum ſit,vt poſſit legitimare quouſcũque ſpurios,vt per Soc.in con.iij.vol.iij.Pariſ.in cõſi.xv.nu.53.vo.ij.vbi atteſtatur hanc eſſe communem.Rui.con.cxlix.vol.ij.& con.lxxij.volu.iij. & conſi.100.vol.iij.Iaſ.in con.clvj.vol.quarto.Dec.in cõſi.lv.verſ. primò ergo non obſtat.& in con.cccxvj.vbi hanc dicit communem. Goz.in con.vj.nu.45.Maria.Iun.conſ.xcvij.nu.22.vol.ij.

7 Tertiò Limita,ſi habet facultatem legitimandi ſpurios ex quocunque illicito coitu procreatos.Rui.con.100.nu.7.verſ.iij.iſtud.vo.iij.

8 Quartò Limita,niſi infans maior factus ratam habuerit legitimationem.Dec.conſi.lv.num.6.verſ.tertiò reſpondetur. Maria.Iun.conſi. xcvij.vol.ij.& in con.cliij.nu.8.vbi dicit iſtam communẽ opin.abſque aliquo contradictore.Ruin.con.lxxij.vol.ij.Dec.con.lv.verſ.iij.reſpõdetur.& conſ.cccxvj.nu.6.& con.ccclxvij.nu.3.Pariſ.conſ.xv.nume.53. vol.ij.Ludou.de Sard.in tract.de nat.lib. ſub rub.de legitimatis per reſcriptum.nu.4.verſ.iij.quæritur.Ruin.qui declarat in con.xc.volumine ſecundo.

9 Quintò Limita,quia Comes Palatinus non poteſt infantes legitimare vt eos reſtituat in patriam poteſtatem , ſed bene poteſt hoc facere quo ad abſterſionem maculæ. Soc. in l.Gallus.§.forſitan.nu.6.ff.de lib. & poſth.Iaſ.in con.cxxv.verſ.ſed præmiſſis.volu.iiij.& in conſ.clvj.nu. 3.ver.item infans.vol.quarto & fuit dictum Bal.in con.cxlvj.vo.j.Deci. in conſ.lv.verſ.vnde ſecundò aliter reſpondetur. & idem dicit in conſ. clxvij.verſ.ſecundò allegatur. & in conſ.cccxvj. verſ. ſecundo non obſtat.Marian.Iunior in con.xcvij.nu.25.vo.ij.& in con.cliiij. nu.8.vol.ij.

10 Sextò Limita,quando Comes Palatinus haberet plenam, liberam, & omnimodam facultatem legitimandi, quia tunc etiam in iſto caſu poſſet legitimare,vt voluit Rui.in con.100.nu.6.ver. tertiò adhuc confirmatur.vol.iij.& ſentit Iaſ.in conſ.clvj.vol.iiij.

11 Tenendo ſecundam opinionem,declara,vt illa non poſſit procedere niſi ſecuta ratificatione ipſius legitimati.Dec.in con.lv.ver.iij. reſpondetur:& vltra alios ſuprà citatos allegat Tiraquel.in tract.de nobilit.c. vj.num.29.ad quem pro nunc me remitto.

12 Et nota quia etiam inuitus legitimari poteſt , vt tradit Tiraquel. de nobilit.c.vj.nu.31.Quod tamen intellige dummodo legitimatio fiat à principe,vt ſuprà dictum eſt.

## CONCLVSIO VI.

### ARGVMENTVM.

*Legitimatio filiorum illegitimorum fieri non poteſt extantibus legitimis,& naturalibus.*

FIR

1 FIRMANT communiter Doct. quòd non poteſt fieri legitimatio filiorum illegitimorum, ſi extant filij legitimi, & naturales: text. eſt in §. ſi quis ergo. & in §. ſequen. qui incipit, ſi igitur. vbi Bart. & Ange. notant in auth. quibus mod. natur. effic. ſui. glo. in verbo, quibus, in §. & generaliter. eod. titu. vbi etiam Bar. & in §. ſit igitur licentia, quib. mod. natur. effic. legit. Iacob. de Beluiſ. in authen. quib. mod. nat. effic ſui. in princip. verſi. quæritur & an legitimati à Principe. Barto. in auth. item ſi quis. C. de natur. liber. Bald. in l. ij. quæſt. xix. C. de ſeruit. & aqu. & in l. cum filius. ff. de teſtam. milit. Bald. in authent. præterea. C. de natur. lib. Petr. de Anchar. conſi. ccxlj. verſic. ſecundo requiritur. Paul. de Caſtro conſi. xxij. volum. ij. Corn. in conſi. xciij. vol. ij. Aret. in §. & quid ſi tantum. in l. Gallus. verſ. circa tertium. ff. de liber. & poſthu. Curt. Sen. conſi. xiij. & in conſilio xxxv. Alexand. in con. clxxcvij. volum. v. Pau. de Caſt. in conſi. clxxx. verſi. poſito autem. vol. j. Ruin. conſi. lxvij. vol. iij. in conſi. lxviij. vol. iij. Rom. in con. cxciiij. verſ. vltimo accedat. Soc. in §. & quid ſi tantum. num. 12. Alexan. in conſil. lxvij. verſ. ad prædicta. volum. j. Dec. conſi. cccxcij. nu. 4. & in con. cccclxxix. in fin. & in conſ. cccvij. num. 2. Soc. conſ. ccxij. volum. ij. Boer. deci. ccxl. nu. 18.

2 Primò Amplia, vt nec Imperator poſſit legitimare filium illegitimum ſtantibus filiis legitimis, & naturalibus. And. de Iſer. in c. j. § naturales. ſi de feud. fuer. controuerſ. Alex. in con. clxxxvij. vol. v. & conſ. clxxxviij. vo. v. Cæpol. in conſ. ciuili lxvj.

3 Contrarium Alexand. in l. ex facto. verſ. & licet Bart. ff. de vulga. & pupil. & ſentit gl. in dict. §. naturales. dum dicit ita legitimari poſſe per Principem illegitimum, vt ſuccedat in feudo vel ſolus, vel cum alliis, & ſic iuxta text. qui loquitur, videtur gloſſ. ſentire, quòd quis legitimari poſſit à principe, vt ſuccedat in feudo etiam cum filiis legitimis, & naturalibus. Iacob. de Beluiſ. in authen. quib. mod. natu. effic. ſui. in princip. ver. præterea hic videtur caſus. Saly. in auth. item ſi quis. in princ. C. de nat. lib. Ant. de But. in c. per venerabilem: verſ. ſi verò fiat, qui fil. ſint legit. Iac. Aluaro. in d. §. naturales. ver. quæro cum glo.

4 Sed pro concordia dici poteſt, quòd prima opinio procedat, quádo ſimpliciter Imperator procedit ad legitimationem; ſecunda verò opin. procedat, quando Imperator procedit de plenitudine poteſtatis, & cum clauſula, non obſtant. Ita colligitur ex notatis per Alexand. in dicto conſ. clxxxviij. ver. non obſtat, vbi dicit Doctores ita communiter tenere. vo. v. & conſ. clxxxvij. verſ. non obſtat etiam, volum. v. vbi idē dicit Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. verſ. ſecundò pro limitatione. ff. de libe. & poſthum. vbi dicit iſtam eſſe communem opi. Iaſ. conſi. lxviij. vbi idem dicit. vo. iij. Pau. de Caſt. con. clxxx. ver. & poſito. vol. j. Rui. con. lxxxij. vo. iij.

5 Primò Limita principalem concluſ. procedere, quando filiuſmet petit, & obtinet legitimationem. ſecus verò, quando illam petit, & obtinet pater pro filio ſuo naturali, quia tunc poteſt filius illegitimus legitimari etiam ſtantibus filiis legitimis, & naturalibus. Ang. in §. cum igitur. in authen. quib. mod. natur. effic. ſui, ver. vltimò habetis. Are. in §. & quid ſi tantum. verſ. aduerte tamen. & ibi Io. Crot. nu. 61. Alex. in l. ex facto. ff. de vulgari & pupil. verſ. pro Ang. Iaſ. in con. lxviij. vo. iij.

6 Et idem dicit Rui. con. ciiij. nu. 8. vo. iij. quando legitimatio peteretur à filio ex ordinatione patris in teſtamento.

7 Contrarium etiam in patre legitimante ſentit Petr. de Anchar. in conſi. cclj. Corn. clarè in con. ſuo xciij. vol. ij. Cæpol. in conſi. ciui. lxvj. Pau. de Caſt. in dicta l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & illud dictum Ange. non audet firmare Alexan. in conſi. ſuo. clxxxvij. & con. clxxxviij. vo. v.

8 Secundò Limita, quia etiam Comes Palatinus poteſt legitimare ſtátibus filiis legitimis, & naturalibus, quando hoc habet in facultate ſibi conceſſa à ſupremo Principe. Bal. in l. cum filiusfamilias. ff. de milit. teſtamen. Alex. conſ. clxxxvij. verſ. & omnes fatentur. & conſi. clxxxviij. verſ. quoniam in caſu noſtro. vo. v. Pau. de Caſtr. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in finalibus verbis. Alex. conſi. lx. verſ. poteſtas conceſſa. vo. ij.

9 Curt. Sen. cō. xiij. nu. 32. Cæpol. cō. ciu. lxvj. nu. 19. & nu. 23. Bal. in l. ij. in xviij. q. ver. itē nota ꝙ ſi Papa. C. de ſeruit. & aqu. Alex. con. xciiij. ver. & ideo dicit Bal. vo. j. Rui. con. lxvij. vo. iij. in con. lxviij. vo. iij. Soc. con. xcv. num. 19. & ſeq. vo. iiij. vbi declarat, vt non poſſit Comes Palatinus legitimare illegitimos ad ſucceſſionem vnà cum filiis legitimis, & naturalibus, dato quòd in facultate ſua dicatur, vt poſſit legitimare filios ſpurios & illegitimos, etiamſi pater eorum haberet deſcendentes ex ſe de legitimo matrimonio.

10 Secundò Declara, quia nō cenſetur data talis facultas quando dictū ſit, quòd legitimare poſſit ſine præiudicio prolis legitimæ. Pau. de Caſt. con. clxxx. verſ. non propterea. vo. j. Soc. cōn. ccxij. & in §. & quid ſi tantum. verſ. ij. limita.

11 Imò per dictam clauſulam facultas dicitur adempta ipſi Comiti Palatino legitimandi, ſtantibus filiis legitimis, & naturalibus. Rui. con. ciiij. vo. iij. & conſi. lxxxviij. vo. iij.

Contrarium Ruin. con. lxxv. nu. 16. vo. iij.

12 Tertiò Declara, quia non cenſetur data iſta facultas, quando dictum ſit, quòd ſtantibus maſculis legitimatus non ſuccedat. Ruin. conſilio lxxxviij. vol. iij.

13 Sed cenſetur bene data facultas, quando dictum eſt, quòd habeat plenam, & liberam ligitimandi facultatem. Ruinus conſilio ciiij. volu. iij.

14 Secundò cenſetur data facultas, quando adiecta eſt clauſula vt poſſit legitimare abſque tamen præiudicio illorum, qui neceſſario ſucceſſiſſent, ſi ab inteſtato deceſſiſſent: vt declarat Rui. conſi. 100. vol. ij.

15 Tertiò intelligitur data facultas, quando in priuilegio eſt clauſula, non obſtantibus legib. quibus cauetur, vt ſpurij legitimari non poſſint ſine conſenſu parentum, filiorum, & legitimorum heredum. Ruin. conſi. cxxiiij. nu. 9. vol. iiij. & conſi. 100. vol. iij.

16 Tertiò Principaliter limita, quando filij legitimi, & naturales extantes eſſent aliàs ſucceſſuri: vt declarat Pau. de Caſt. conſi. xxvij. vol. ij.

17 Quartò Limita, ſi filij legitimi, & naturales conſentirent. Alexan. in conſilio xciiij. verſiculo, & propterea dicit. volum. j. Ruin. conſi. lxxxv. volum. iij.

## CONCLVSIO VII.

### ARGVMENTVM.

***Legitimatio illegitimi requirit mentionem filiorum legitimorum, & naturalium.***

1 COMMVNIS eſt concluſio, vt in legitimatione filiorum illegitimorum debeat fieri mentio, ꝙ extant filij legitimi, & naturales. Anto. de Bu. in c. per venerabilem. ver. ſi verò fiat ad inſtantiam filij. qui fil. ſint legit. Iaco. de Bel. in auth. quibus mod. natur. effic. ſui, in prin. verſi. præterea hic videtur caſus. Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. in addit. incip. Gofre. verſ. item ſcias. Pau. de Caſt. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ver. ſed aduerte. de lib. & poſth. & ibi Areti. ver. quòd ſi pater. Pet. de Ancha. conſi. ccxlj. verſicu. & iſte eſt ſanus intellectus. Anto. de But. conſi. ij. in princip. Roma. conſi. cxciiij. ver. ij. dubitatur. Abb. in d. c. per venerabilem. verſ. per hoc etiam dico. Pau. de Ca. conſi. xxij. vol. ij. Alex. conſi. xxv. ver. fortificantur etiam prædicta. vol. j. & conſi. lxviij. ver. ad idem adduco. volu. j. Areti. conſi. clxiiij. ver. circa filios legitimatos. Corn. conſi. xciij. vol. ij. Cur. Sen. in conſi. xiij. ver. vel ſaltem. in conſi. xxxv. & conſi. xix. Anto. de Roſel. in tract. legit. in rub. de cauſa formali, incip. modo videamus. in princ. in ver. ſecundo requiritur. Dec. in conſi. cclxxxviij. verſi. ij. non obſtat. Pariſ. conſi. iij. nu. 16. vol. ij. Cæpol. in conſi. ciui. lxvj. ver. circa ſeptimum. Præpoſ. in c. per venerabilem. in §. quod autem. verſic. & licèt non requiratur. qui fil. ſint legit. Ioan. Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 63. ff. de libe. & poſth. & ibi Ruin. nu. 123. Iaſ. ibi, in ij. lect. verſi. iij. limita. Alex. conſi. lx. verſi. tertia ratio. vol. ij. Rui. conſi. xxviij. nu. 10. vol. v. & conſi. lxxj. nu. 28. vol. iij. & conſi. cxxiiij. nu. 3. volu. iiij. & conſi. lxxiiij. volumine iij. & in conſi. xciiij. volumine tertio. & in conſi. xciij. volumine iij. in conſi. xcj. vol. iij. & in conſi. lxxxij. volu. iij. conſi. lxxxj. volum. iij.

Contrarium Feder. de Sen. conſi. lvij. in princ. Bald. conſi. lvj. volu. ij. Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt. ver. iiij. limita. & conſi. lxviij. vol. iij. & conſi. cx. vol. iiij. Pau. de Ca. conſi. clxxx. ver. attamen vt dixi. vol. j.

2 Sed in veritate nec Fede. de Sen. nec Bal. in conſi. ſuo loquuntur quádo extabant filij, ſed tantum quando extabant nepotes, & ita ipſi expreſsè loquuntur. & Bal. videtur facere differentiam, dicens, ꝙ text. authenticorum loquitur in filio, & non in nepote, & propterea ſubdit nulla l. caueri, quòd de nepotibus ſit facienda mentio.

3 Declara hanc concluſionem procedere nō ex defectu poteſtatis, ſed ex defectu intentionis, vt per Ruin. conſi. xxviij. vol. v.

4 Primò Amplia, etiamſi legitimatio ſit conceſſa motu proprio. Ant. de But. in d. c. per venerabilem. ver. & hoc credo etiam. ſentit Cor. conſi. xciij. volu. ij. Soc. in conſi. cxx. ver. non obſtat. volum. iij. vbi quòd talis clauſula in legitimatione non operatur, quando eſt defectus intentionis.

5 Secundò Amplia, etiamſi filius, cui fit præiudicium, eſſet filius legitimatus. Soc. in conſilio lxv. verſicu. ſecundò probatur ſubreptio. volumine tertio.

6 Tertiò Amplia, etiamſi dictum ſit in legitimatione, vt filius legitimatus intelligatur legitimatus ſine præiudicio legitimorū, quia non propterea ſaluatur legitimatio à ſubreptione, ſi non eſt facta expreſſa mentio, ꝙ extabat filius legitimus, & naturalis. Alex. conſi. lx. ver. tertia ratio. vol. ij.

7 Imò clauſula ſine præiudicio prolis legitimæ videtur prohibere, ne fiat legitimatio ſtantibus filiis legitimis, & naturalibus. Ruin. conſilio lxxxj. in prin. vol. iij.

Contra hanc ampliationem tenuit Rui. conſi. lxxv. nu. 16. vol. iij.

8 Quartò Amplia, vt nec pater poſſit ratificare legitimationem filij naturalis: in qua non eſt facta mentio filiorum legitimorum, & naturalium. Soc. inter conſilia Rui. lxxj. in ſubſcriptione. vol. iij.

9 Quin

9 Quintò Amplia etiam quando in legitimatione dictũ eſſet, vt legitimatus comprehendatur ſub ſtatuto, vel conſuetudine, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: Ruin.conſi.lxxxij.vol.iij.

10 Sextò Amplia, etiamſi dictum ſit, quòd cum filiis maſculis legitimis, & naturalibus ſuccedat legitimatus: Ruin.conſ.lxxxij.vol.iij.& conſil. cxxiiij.volum.iiij.& ante eum voluit Alex.in con.lx.verſiculo, tertia ra i o.vol.ij.

11 Primò Limita, nam pater faciens legitimare filium ſuum non debet facere mentionem in priuilegio legitimationis: quòd extant agnati, qui lædi poſſint ex ipſo actu legitimationis. Pau.de Caſtro in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.verſ.ſed aduerte.ff.de liber.& poſthum. Socin. in dicto §.& quid ſi tantum.verſi.quarta concluſio.vbi dicit iſtud communiter teneri per Doctor.Federic.de Sen.in conſi.lvij.Bald.conſi.lvj. volu.ij. & conſi.cv.volum.v.Præpoſ.in cap.per venerabilem.§. quòd autem. verſ.ſed, cum legitimatio, qui fil.ſint legitimi. Iaſ.con.lxviij.volum.iij. & conſ.cx.vol.iiij.Galiaul.in §.& quid ſi tantum.Nic.de Vbal.in j.part. tract.ſucceſſ.ab inteſt.Soc.conſ.xcv.vol.iiij.& con.xlvij.eod.vol.Deci. con.cccxciij.Caſſa.in conſuet.Burg.Pariſ.conſ.xiij.vo.ij.Maria.Iun.cõ. cxlij.in fi.& ſeq.Boer.deciſ.cxxlj.

Contrarium, ꝙ ſit facienda mentio agnatorum etiam in patris legitimatione, hoc tenet Anto.de But.in c.per venerabilem, qui fi.ſint legit.Paul.de Caſt.in con.clxxx.incip.ſuper eo quod primo loco quæritur.vol.iij.Soc.in con.cclj.ver.corroborantur præmiſſa. Alex.in conſi. xxv.& con.lxvij.vol.j.Pet.de Anch.ſentit in con.cccxx.Curt.Sen.in cõſ. xxxv.& con.xix.verſ.capio tertium quæſitum.Ioan.Crot.in §.& quid ſi tantum. ver.iij.limita. Caſſan. in conſuetud.Burgund. Marian. Iunior con.cxlij.Roſell.in tract.legitim.in tit.de cauſa forma.legitim.§.modò videamus.in princip.

12 Pro concordia diſtingui poſſet, nam aut quęritur an ſi non ſit facta mentio agnatorum valeat legitimatio, vt etiam patri ſuccedatur: & dicendum eſt, quòd ſic, & ita procedat prima opinio, aut an legitimatus poſſit ſuccedere agnatis, vel cognatis, & tunc ſi non eſt facta mentio agnatorum, vel cognatorum, nec ipſi agnati, vel cognati legitimato, nec legitimatus ipſis ſuccedere poterit. Iſta declaratio ſumitur ex notat. per Iacob.de Beluiſ.in §.ij.in authen.quib.mod.natur.effic.ſui. Alexan. con.lxvij.vol.j.Soc.in §.& quid ſi tantum.verſ.quarta & vltima.& cõſ. xcv.volum.iiij.Dec.conſilio cccxciij. & conſilio cccvij.in fi.& conſilio ccclxvij.

13 Secundò Limita, quia ſtante clauſula non obſtantibus, non eſt neceſſaria mentio filiorum.Iaſ.in dicto con.lxviij.vol.ij.& con. cx. vol. iiij.& con.clxxxiiij.vol.ij.verſ.ij.reſpondetur.

14 Sed iſta limitatio non eſt vera, quia clauſulæ ſimiles nõ operantur in ignoratis, vel in his quæ ſunt facti, quæ Papa ſeu princeps præſumitur ignorare: vt dicetur infrà in conclu.noſtra prima, in tit.de Clauſul.co.li. & in terminis noſttis ponit Cæpo.con.ciu.lxvj.verſ.nec obſtat, ſi dicatur.

15 Et in clauſula non obſtante: ponit Bald.in l.eam quam.C.de fideicõ. verſ.ſed pone.

16 Ratio eſt, nam ſimiles derogationes generales non operantur, niſi in ſpecificatis.Rui.con.lxvj.vo.ij.

17 Et idem ſtante, clauſula ex certa ſcientia voluit Socin.inter conſilia Ruin.lxxj.in ſubſcriptione.vol.iij.Bert.conſilio cx.vol.iij.in nou.

Contrarium in clauſula ex certa ſcientia, tenet Barba.con. xlix.nu. 5.vol.iiij.cum multis aliis pro vtraque parte per nos cumulatis infrà in tit.de clauſ.in ij.limitat.

18 Tertiò Limitatur, quando legitimans exprimeret, ꝙ legitimatus ſuccedat etiamſi patri ipſius legitimati naſcerentur poſt legitimationem alij filij legitimi, & naturales: ita Iaſ.in d.conſ.clxxxiiij.ver.expreſſio ergo aliorum.vol.ij.

19 Quartò Limitatur, quando extaret filia, quæ ſtante ſtatuto, vel aliàs eſſet excluſa à ſucceſſione.Iaſ.in con.lxviij.ver.vj.principaliter.& ver. iiij.notabiliter.vol.iij.

20 Quam limitationem crederem veram eſſe, quando filia etiam non ſubſecuta legitimatione filij illegitimi, vt puta propter exiſtentiam cognatorum, vel aliàs fuiſſet excluſa, quaſi tunc nõ interſit ipſius filiæ, fieri legitimationem, vel ne.Paul.de Caſt.in con.xxvij.vo.ij.incip.dicen-
21 dum eſt dictam hereditatem. vel quia fœminæ eſſent omninò inhabiles ad ſuccedendum, vt in feudo: & ita loquitur Ruin.con.xxxvj. nu.4. vol.j.

22 Sed quando ipſa omninò ſucceſſiſſet, ſi non eſſet facta legitimatio filij illegitimi, tunc cum ratio præiudicij ipſius filiæ, propter quam de ea fieri debeat mentio locum habeat, & ideo etiam diſpoſitio eadem locum habere debet.

23 Et propterea filiam legitimam, & naturalem citandam in legitimatione filij illegitimi, quando ex legitimatione filij illegitimi per ſtatutũ excluditur ipſa filia vel in totum à ſucceſſione, vel legitima ei diminuitur: dicit Soc.in l.Gallus. §. & quid ſi tantum.verſ.iij.& vltima concluſio.de lib.& poſth.Dec.conſilio cccxciij.numero 7. Cur. Sen. conſilio xviij.

24 Imò fieri debet mentio de ſtatuto excludente fœminas, ſi pater ab inteſtato decedit, vt per Ruin.cõ.lxxv.vo.iij. Et ſic in caſu ſuo opinio Iaſ.in d.con.lxviij.vol.iiij.non puto veram.

25 Quintò Limita, nam licèt non fuerit facta mentio legitimorum, & naturalium in legitimatione, tamen valet ipſa legitimatio in ſubſtãtia, ſed ipſis legitimis, & naturalibus non præiudicat.Ruin.conſ.ciij.verſic. quibus etiam non obſtantibus.vo.iij.& con.lxxxvij.num.6.volu.iij. & con.lxxxj.num.8.vo.iij.& con.lxxx.num.16.vol.iij.& con.lxviij.vo.iij. & con.xciij.vbi declarat.vol.iij.& con.lxxxiiij.vo.iij.& con.lxxxj.vol. iij.& con.xxviij. vol.v.

26 Sextò limita, dummodo filij legitimi, & naturales, in quorum præiudicium cedit legitimatio, declarauerint, quòd volebant legitimationẽ eſſe nullam.Ruin.con.xciij.num.8.vol.iij.quia aliàs non eſſet nulla: vt ibi per eum.

27 Septimò Limita, quando legitimatio facta eſſet cum clauſula, omni meliori modo, etiam in præiudicium quorumcunque legitimorum, ſecundum Ruin.con.lxviij.vol.iij.

28 Octauò Limita quando per ſtatutum fœmina eſſet excluſa ſtantibus filiis maſculis: & legitimans qui de ſtatuto cenſetur habere notitiam, expreſſe legitimaret cum facultate, vt comprehenderetur legitimatus ſub quolibet ſtatuto faciente mentionem de filio legitimo, & naturali: ita Ruin.con.lxviij.vol.iij.

29 Nonò Limita, quando ſpecialiter eſt derogatum legibus prohibẽtibus legitimationes fieri ſtantibus filiis maſculis, & naturalibus.Ruin. conſ.lxviij.vol.iij.

30 Decimò Limita, quando legitimans, qui poteſt legitimare in præiudicium filiorum diceret ſe legitimare in præiudicium quorumcunque. Ruin.con.lxxxij.vol.iij.

31 XI. Limita, quando notorium eſſet patrem habere filios legitimos, & naturales in loco factæ legitimationis.Ruin.con.cxxiiij.vo.iiij.

32 XII. Limita in legitimatione facta per ſubſequens matrimonium. Boer.deciſ.clx.

## CONCLVSIO VIII.

### ARGVMENTVM.

*Legitimatio non dicitur, ſed diſpenſatio, quando filius particulariter habilitatur.*

1 MAGIS communiter tenent Doctores, vt non ſit legitimatio, ſed diſpenſatio ſi filius illegitimus non habitatur vniuerſaliter, ſed particulariter quo ad quædam.ita Paul.de Caſtr. in l.ſed ſi hac.in §.patronum.el ſecũdo.ff.de in ius voc.verſ. & prædicta allegaui.& in l.j.C.de iur.anul.aur.ver.vltimò dubitari vidi, & in l.ſi ab eo.C.de legit.hered.ver.breuiter dic.& in l.pactum quod dotali.C.de coll.in fi.& in l.ſolet.ff.de iuriſd.omn.iud. Aret.in l.ex facto.ff.de vulg.& pup.verſ.pro declaratione iſtius articuli. ibi, ſed ipſe. Soci.in rubrica.ff.de liber.& poſthu.ver.primum ꝙ Præpoſ. Alexand. in c.per venerabilem.§.quod autẽ.ver.requiritur, & vj.qui fil.ſint legi. Anch.in con.ccxlj.in princip.& verſ.item vt dixi.Alex.con.xxix.volu. iiij.& con.clxxiiij.vol.vij.& con.clxxxix.vo.v.& con.xxv.ver.& facit. vo.j.& idẽ Alex.in d.l.pactum quod dotali.ver.facit etiã tex.C.de coll. Iaſ.in l.ſed ſi hac.§.patronum.ff.de in ius vocan.Cor.con.xxxiiij.verſi. item licet Papa.vo.j.Ant.de But.in c.per venerabilẽ. verſ. differt etiam in alio.qui fil.ſint legit.Pau.de Caſt.con.xxxiiij.vo.ij.Curt.Sen.in con. lxxiiij.nu.22.Cæpo.in con.ciui.lxvj.ver.non obſtat ſi dicatur.& caut.c. xiiij.Dec.con.cclxxiiij.nu.5.Goz.con.xcij nu.7.Rui.con.lxxix.num. 10. vol.iij.Caſſan.in conſuet.Burg.Corn.con.ix.num.5.vol.iiij qui dicit, ꝙ de ſtyllo Curiæ Romanæ non fiunt legitimationes, ſed tantum diſpenſationes, quia apponitur clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato.Ant.de Roſel.in tract.legitimationis.ſub rubri.de legitimationis effectu.nu.16.Soc.in l.Gallus.in §.ſi eius.verſi. ſicut in ſimili dicimus.ff. de lib.& poſth.

Contrarium tenet Alex.in l.ſed ſi hac.§.patronum.el ſecũdo.nu.6. ff.de in ius voc.Socin.in conſilio ccxlvj.verſiculo, ſecundo prima legitimatio.Curt.Sen.conſi.xviij.verſ, ſecundo prima legitimatio. Ludo.de Sard.in tract.de nat.li.§.de legitimationis per reſcriptum effectu.verſ. j.quæritur.in rubri.de legitimatione per reſcriptum.verſ. tertio videndũ.Gozad.con.vj.nu.11.& ſeq.& con.xx.nu.31.ver.præterea, & ij.Rui. con.lxxxiiij.vol.iij.& con.lxxxvj.verſ.ſed tamen præmiſſis non obſtãtibus.& con.xciij.nu.10.vo.iij.

2 Tenendo primam opinionem, quæ videtur magis communis, intellige, quando habilitatio illegitimi reſtringitur per habentem facultatem legitimandi in ampliori forma, qui noluit prout poterat generaliter legitimare, ſecus verò quãdo habitatio eſt reſtricta, quia legitimãs nõ habebat maiorem facultatem: vt dicit Dec.in l.pactum quod dotali. nu.15.C.de coll.& in l.ſolet.nu.5.ff.de iuriſ.om.iud.& con.lij.verſi.non obſtat quòd Alex.

3 Secundò intellige, quando eſt reſtrictè habilitatus, ſecus verò quãdo generaliter perſona eſt habilitata, licèt ſit reſtricta ſucceſſio.Curt. Senior conſilio lxxiiij. verſiculo, reſpondemus. Deci.in lege, ſolet.

ff.de

ff.de iuriſdict.omnium iudic.& in l.pactum quod dotali.nume.15.C.de coll.& con.cclviij.ver.vltimò non obſtat.Pariſ.con.vij.nu. 17. volum. ij.& in addit.ad conſi.prædictum in princip.Gozad.con.vj.& nu.61.& ſeq.& con.xxix.nu.31.ver.præterea & ſecundo dico.Soci.conſi.ccxlvj. verſ.ij.prima legitimatio.Ruin.con.lxxv.nu.11.vol.iij.& conſi. lxxxvj. nu.4.&5.vol.iij.Goz.con.xxix.nume.31.ver.præterea & ſecundo dico. Ruin.con.cxlv.vol.iij.

# De alimentis.

## CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Spurius an de æquitate canonica ſit alimentandus in terris Imperij.*

1 DE iure ciuili filius ſpurius non eſt alimentandus.tex. eſt in auth.ex complexu.C.de inceſt. nupt.ex æquitate tamen canonica debentur alimenta etiam ſpuriis, ex diſpoſitione text.in c.cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium,quam poll.per adult.

Sed non modica eſt dubitatio, an dicta æquitas ſit ſeruanda in terris Imperij.

2 Et ꝙ talis æquitas in terris Imperij,non ſit ſeruanda, voluit Imol.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.verſ.item prædicta quando. ff.ad Treb.in l. Lucius.in §.j.in fi.ver.& quod dixit.ff.de leg.ij.& Are.cóſ.xlviij.ver. ſed dubitatio remanet.Alex.con.lxxiiij.verſ.ſed ita eſt.ver.non obſtat,etiã. vol.iij.& in l.j.ver.hoc quod dico.ff.ſolut.matr.Fel.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.verſ.primus eſt.de conſt.Calca.conſi.lx.ver.& j.Barb. in c.cùm tibi.ver.& procedit hoc.de teſtam.

Contrarium tenuit Abb.in d.cap.cùm haberet.ver. vlt.tenebis. de eo qui dux.in matr.quam poll.per adult, & ita conſuluerunt Marian. Soc.& Tho. de Tor.vt refert Caccia. licèt ipſe nihil firmet in l. ſi qua illuſtris.verſ.erat etiam mihi animus.C.ad, Orfici, & in l.frater à fratre. num.98.& ſeq.in xix.q.ff.de condit.indebit.Afflict.ſuper conſt.verſic. ſexta dubitatio eſt.Bald.nouel.in tract.dot.in vj.parte, in xvj.priuileg. verſ.imò videtur ipſe.Nicol.de Vbal.in tract.ſucceſſio.ab inteſt.nu. 46. verſ.ſed æquitas.Claud.in l.j.ff.ſolut.matr.ver.& glo.in verbo,ſemper. Bertr.conſ.lxvij.in iij.vol.in nouis.Ruin.conſi.cxxiiij.verſ.non obſtat. volum.j.& iſtam ſequitur, & dicit magis communem Dec.in c.clerici. ver.& ibi inter alia ex hoc inferunt.de iudic.& conſi.cccxj.ver.ſimiliter non obſtat.Ange,Aret.in tract.de teſta.in glo.ſuper verbo,item reliquit filio ſpurio.verſ.quæro an diſpoſitio.& Dec.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.num,30.verſi.ſecundus caſus.de conſt.Syl.nup,in iij.libro, nu. 25.verſi.tenetur etiã.Corſet.in ſing.in verbo, ſpurius.& in repertorio ſuo in verbo,alimenta.verſic.alimenta,vt dictum eſt.ibi,fallit iiij.Caſſan.conſi.xl,ver.quòd ſtuprator, Dec.in conſi.dcxj.Caſſan. in conſuet. Burg,verſi. ecce nunc.Bertran.con. ccx.verſi. tenebatur etiam. volu.j. Deciſ.Neapol.clxiiij.in ij.dubio.in nouis.Hiſp.in c.per veſtras.verſi.tenetur pater.de donat.inter virum & vxor,Ruin.in conſi.cij,ver.& quãuis.vol.iij.& iſtam dicit*communem Ruin.conſi.xcviij. vol.iij.verſic. quartò dico.Dec.in c.in præſentia.num.39.ver. tertia concluſio deprobat.Rip.qui hanc dicit cõmunem in l.ſi vnquã nu.68. C.de reuoc.dona. & in rubr.ff.de verb.obl.nu.58.

Tenendo hanc vltimam opi.quæ videtur magis communis.

3 Primò amplia etiamſi filius ſpurius tempore mortis patris non indigeret quia habebat vnde viueret,ſed poſtea cœpit indigere & ſuperuenit ſibi neceſſitas,talis enim filius eſſet alendus ex æquitate.d.ca.cùm haberet,ita Caccial.in l,ſi qua illuſtris. verſ. & addit præfatus Doctor. C.ad Orfici.& ſic refert,& ſequitur Hiſpa.in c.per veſtras. verſi.& ſubdit fortius.de donat.inter vir.& vxo.

4 Secundò amplia,etiam in matre,vt etiam mater filium ſpurium de æquitate canonica alere teneatur.Bald.conſi.cclviij.verſ. alimenta tamen. volu.j.Abb.in d.c. cùm haberet.num.9.verſ.& aduerte.de eo qui duxit in matrim.quam polluit per adulter.vbi ampliat ꝙ quo ad filium ſpurium alendum non magis tenetur pater ad alimenta quàm mater. & Anch.ibi in iiij.oppoſi.& Præpoſi.verſ.tamen dicit hic Panorm. refert,& ſequitur Caccial.in l.ſi qua illuſtris.verſi.& quòd tale opus.C.ad Orficia.Bertr.con.ccx.verſ.quamuis & ipſe.vol.j.in nouis.Hoſt.in cap. cùm haberet.verſic.& in defectu matris, de eo qui dux.in matri. quam polluit per adult.vbi Ant.de But.verſ.nota quo ad miniſtranda,Præpo. verſ.nota ex text.

5 Tertiò amplia hoc procedere nedũ in filiis ſpuriis,ſed in omnibus filiis nefariis,&inceſtuoſis.Imo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.el j.nu.7.ff. ad Trebel.Nicol.de Vbald.in tract.ſucceſſ.ab inteſt.num.32.verſ.regulariter autem.Dec,in con.dcxj.verſi.& idem ſequitur.Hiſp.in capitulo, per veſtras.verſiculo,iſtud communiter tenetur, de donati. inter vir. & vxo.ponit Soc.cõſi,clxj,ver.quinimò quod eſt fortius,& voluit Caſſan.in conſue.Burg.ver.& intellige.Dec.in c,in præſentia.nu,39.verſi. iij.concluſ.de prob,apoſtil.ad Bal.in auth.ex complexu.in verbo,ſacerdos.C.de inceſt.nup.

Contrarium tenet Bald.in auth.ex complexu.in primis verbis.C.de inceſt.nup.Ludoui.de Sard.in tracta.de natur.lib.verſicu.iiij. quæritur. ibi,quinimò cum ſolùm loquatur.Dec.Neap.clxiiij.in ſecundo dubio. in nouis.

6 Quartò Amplia,vt nedum filios ſpurios quis alere teneatur,ſed etiã deſcendentes ſpurios filij legitimi & naturalis.Nico.de Vbald.in tract. ſucceſſ.ab inteſt.numero 32.verſicu.& quemadmodum. Socin.conſi. clxj.verſicu.iiij.& vltimò.Caſſan.in conſuetud.Burgund.verſi. amplia idem.

7 Quintò Amplia,ꝙ nedum pater viuens ſpurios tenetur alere,ſed poteſt eis donare,vel legare in teſtamento pro alimentis.Bart.in auth.ex complexu.ver.ex quo dixi.C.de inceſt.nup.Bar.in l.fi.ver.quis erit ergo modus.ff.de his quib.vt indig.Barb.in c.cùm tibi.ver.& vide Bar.de teſta.Dec.Neapo.clxxxj.in nouis.Caccial.in l.ſi qua illuſtris.ver.erat etiã mihi animus.C.ad Orfic.Ang.Aret.in §.nouiſſimè.ver.quo autem.inſt. ad Orfic.Nico.de Vbald.in tract.ſucceſ.ab inteſt.nu.33.ver.ſi tamen pater.Abb.in conſi.cxv.ver.ſed profecto.volu.ij.Bald.in l.j.ver.iuxta hoc quæro an.C.de ſacroſ.eccl.Hiſpa.in c.per veſtras.ver.& propterea dicebat.de dona.inter vir.& vxo.Anch.in c.cùm haberet.nu.6.ver.& ex hoc dico,de eo qui duxit in matrim.quam pol.per adult.& ibi Præpoſ. ver.not,ex tex.

8 Contrarium vt pater filio ſpurio alimenta,aut dotem filiæ ſpuriæ in vltima voluntate relinquere non poſſit,tenuit Sal.in auth.ex complexu.ver.ex hoc dicit Bar.C.de inceſt.nup.Caccia.in l.ſi qua illuſtris.ver. item Sal.C.ad Orfic.

9 Sed tenendo primam opin.magis communem,Eam intellige quo ad modicam quantitatem conuenientem alimentis,& non aliàs,ita Bart. in d.auth.ex complexu.ver.ex quo dixi.C.de inceſt.nup.& in l.fi.verſi. quis erit ergo modus.ff.de his quib.vt indig.Barb.in c.cùm tibi.verſ.& vide Bar.de teſt.deci.Neapo.clxxxj.in nouis.Caccialup.in l.ſi qua illuſtris.ver.erat etiam mihi animus.C.ad Orfic.Bal.in l.eam quam.ver.pone dicit decretum.C.de fideicom.Ang.Aret. in §.nouiſſimè.ver.quo autem ad ſucceſſiones.inſt.ad Orfic.Nico.de Vbalb.in tract.ſucceſ.ab inteſt.nu,32.ver.ſi tamen pater.Abb.in conſi.cxv.vol.ij.ver.ſed profecto. Bal.in l.j.ver.iuxta hoc quæro.C.de ſacroſ.eccl.& ponit Hiſpa.in c.per veſtras.ver.& proptereà dicebat.de dona.inter virum,& vxorem.verſ. imò plus,Bal.conſi.cxvj.volum.ij.Calcan.conſi.lx.verſicu.iiij.tunc licitum eſt.

10 Sextò Amplia, nam ad iſta alimenta ſpuriorum tenetur nedum pater viuens,ſed poſt eius mortem tenentur ipſius heredes.Bald.in conſi. cclviij.ver.alimenta autem.Soc.in l.Marcellus.§.Res quæ.ver.iij.conſidera.ff.ad Treb.Bertr.conſi.ccx.ver.quamuis.& ipſe.volu.j.in nouis. Abb.in conſi.cxv.verſi.ſed his non obſtantibus.volu.ij.& Deci.Neap. clxiiij.in ij.dubio.in nouis.Præpoſ.in c.cùm haberet.verſic.tamen dicit hic Panormitanus.de eo qui duxit in matrimo.quam pol.per adul.Calcan.conſi.lxij.numero 17. Caſſan.in conſuetu.Burgun.Matheſ.ſingu. cxlviij.

11 Septimò Amplia,vt etiam legatum factum à patre filio ſpurio pro alimẽtis valeat,etiam ſi res legetur filio ſpurio quo ad plenam proprietatem quando non excederet quantitatem alimentorum, faciendo cõputationem habita ratione ad tempus quo filius viuere poſſet ſecũdum computationem.l.hereditatum.ff.ad l.Fal.Bal.in conſi.ccccxlviij.verſi. iiij.quæritur.volu.j.Hiſpa.in c.per veſtras.verſi.ſi autem detur.verſicu. etiam alio caſu.de donat.inter virum,& vxor.& ſentit Afflict.in Conſtitu.Reg.verſi.ſed an diſpoſitio.Præpoſ.in c.cùm haberet.verſi.not.ex tex.de eo qui duxit in matri.quàm pol.per adul.

12 Octauò Amplia,etiamſi pater inſtituerit aliquem heredem fide accõmodata,vt reſtitueret hereditatem filio ſpurio,nam dato ꝙ fiſcus auferat ab inſtituto,tamen filius ſpurius alimẽta à fiſco conſequi debet.Hiſpan.in cap.per veſtras.verſicu.ex quo aliàs.de donatio.inter virum,& vxorem.

13 Nonò Amplia,nam pater naturalis nedum filium ſpurium alere tenetur,ſed etiam filiæ ſpuriæ dotem debet conſtituere.Bar.in auth.ex complexu.ver.ex quo dixi.C.de inceſt,nup.& in l.fi.§.ſi à ſocero.verſi nota tex.ff.quæ in fraud.credit.& in l.Mæuius.§.duobus.ver.& iſtud eſt vtile ſcire.ff.de leg.ij.& ibi Imol.ver.extrà glo.adde.Abb.in c.cùm haberet. ver.vltimò tenebis.de eo qui dux.in matri.quam pol.per adul.Matheſ. in ſing.cxlvij.Abb.conſi.cxv.vol.ij.verſi.ſed his non obſtantibus.Dec. in conſ.dcxj.ver.quibus tamen non obſtãtibus.Abb.conſ.59.vo.ij.verſ. ſed his non obſtãtibus.Bertr.conſi.ccx.ver.quamuis.& ipſe.vol.j in nouis.Nicel.in concord.ad Barto.ccxliiij.Præpoſ.in capitu.cùm haberet. verſiculo,nota.ex tex,de eo qui duxit in matrim.quam pol.per adulter. Corſet.in ſingu.in verbo,ſpurius.Iaſo.in authentic.res quæ.verſicu.ſecundo conſidera.C.communia de leg.Campeg.in tracta.do.in prima parte,in xlviij.quæſtio.Caſſan.conſilio xl.verſiculo,& quòd ſtuprator. Cardin.Alex.in cap.j.§.ſimiliter.verſicu.& etiam dixit Dominus Martinus

tinus,de.Cap.Corrard.Mart.de Laud.in cap.j.circa ver.& tunc conſului,an apud iudic.Iacob. in tract. feud. in verbo, qui quidem inueſtiti. verſ.ſed reſtat vna pulchra.& Caſſan.in conſuetud.Burg.verſ.& aduerte gl.prag.ſanctio.verſ.& vide Bald.Nouel.in l.j.num.105.verſ.ècontra autem.ff.ſolut.matrim.Bulg.ibi numer.19.verſ.ſed hic ſecundo.Lud.de Sard.in tract.de natu.lib.verſ.iiij.quæritur.Deci.Neap.clxiiij.in nouis. in ſecundo dubio.

Contrarium in dote voluit Bald.in con.cclviij. ver. alimenta autẽ, vol.j.

Tenendo primam opin.magis communem,eam

14 Primò intellige,dummodò dos conſtituta quantitatem alimentorum non excedat.Barto.in authen.ex complexu.verſ.ex quo dixi.C.de inceſt.nupt.Abb.in conſ.cxv.vo.ij.ver.ſed his non obſtantibus.Cãpeg. in tract.dot.in j.part.quæſt.xlviij.Bald.in l.neque mater.verſ.ego infero ex hoc.C.de iure dot.Iacob.in tracta.feud.in verbo,qui quidem inueſtiti.verſ.ſed reſtat vna pulchra.Caſſa.in conſuetud.Burg.verſ.& aduerte.Bulg in l.j.num.20.ver.ſed hoc ſecundo loco.ff.ſolut.mat.Hiſpan.in c.per veſtras.verſ.ex quo ſequitur.& verſi.imò plus.de donat.inter vir. & vxor.Deciſ.Neapol.clxxxj.in nouis.

15 Secundò intellige,ſi modo filia ſpuria nõ habeat vnde aliunde ſe dotet.Bald.in l.neque mater.C.de iure dot.Mart.de Laud. in cap.j. ver.& tunc conſului,an apud iudic.Cardin.Alexand.in c.j.§.ſimiliter. verſi.& etiam dicit dominus Martinus.de Capit.Corrad.Iacob.in tracta.feud. in verbo qui quidem inueſtiti,verſi.ſed reſtat vna.Bal.Nouel.in l.j.nu. 106.ff.ſolut.matrim.Hiſpan.in c. per veſtras.ver.iſta tamen. de donat. inter virum & vxorem.

16 Decimò amplia, etiamſi legatum factum filio ſpurio pro alimentis excedat conuenientem quantitatem alimentorum, quia vſque ad quantitatem legitimam alimentorum valebit legatum, licèt reliquũ debeat remanere penes heredes patris.Bald.in l.eam quam.verſi.pone dicit decretum.C.de fideicomm.Nicol.de Vbald.in tracta.ſucceſſ.ab inteſt.nu. 32.verſ.ſi tamen pater.

Contrarium ſentit Bart.in l.fi.verſ.quis erit modus,dum dixit,ꝙ ex ampliori legato præſumitur fraus,& propterea legatum totum applicatur perſonis expreſſis in text.l.j.C.de natur.lib.

17 XI.Amplia,nam mater infra triennium poteſt inuito patre filium penes ſe retinere.& alimenta à patre petere. Grammat.conſil. ciui. trigeſimotertio.

18 XII.Amplia,vt pater pro anima filij ſpurij præmortui poſſit in vita ſua donare,vel in morte relinquere.Io.Fab.in §.pœnales.num.8.inſtit. de perpet.& temp.actio.ſequitur Guliel.Bened.in c. Raynutius.in ver. & vxorem nomine Adelaſiam.nu.125.de teſt.

19 XIII.Amplia,vt non ſolum concluſio procedat in filio, ſed etiam in nepote,ac pronepote.Nico.de Vbal. in tract. ſucceſſ. ab inteſt.in j. part.num.47.Soc.in conſ.clxj.verſ.iiij.& vltimò.vol.ij.

20 XIIII.Amplia,vt etiam filius ſpiritualis poſsit in ſubſidium cõpellere patrem ſpiritualẽ ad præſtandum ei alimenta,prout voluit Bald.in auth.niſi rogati.C.ad Trebell.

Primò limita principalem concluſionem,vt diſpoſitio dicti capit. cùm haberet.non procedat in terris Imperij, vel vbi ſeruatur ius ciuile ſecundùm vnam opin. de qua in princip. huius concluſionis in prima parte.

21 Secundò limita, quando filius ſpurius haberet vnde aliunde viuere poſſet,vel ex aliis bonis,vel ex própria induſtria.Bald.conſi.cxvj.vol. ij.Caccialup.in l.ſi qua illuſtris.verſicul.item quod ſi dictus filius. C.ad Orfic.Alex.in con.lxxiiij.num.4.volum.ij.Nicol.de Vbald.in tract.ſucceſſ.ab inteſt.in prima part.nu.49.Calcan.conſi.lviij.verſic. nec poteſt pater.& conſi.lix.verſ.quoniam illud verum.& con.lx.ver.iij. præſuppoſito.Dec.in con.dlxxvj.verſ.his tamen non obſtantib. Bertr. conſil. clxxvij.vo.ij.in nouis.ver.prætereà in caſu noſtro.Cur. Iun.in con.cxlviij.in princip.vbi dicit communem*opin.Hiſp.in c.per veſtras. verſ. iſta tamen.de donat.inter virum,& vxorem.Bal.Nouel.in l.j.num.106. ff.ſolut.matr.& in xvj.ſpeciali ſextæ partis.in tract.de dot.ver.prætereà dato.Tiraq.de iure primog.quæſt.lxxv.

Contrarium quando filius ſpurius viuere poteſt ſuo exercitio,voluit Aimo cõſ.cxcix.

Tenendo primam opi.quæ videtur magis communis,

22 Amplia idem eſſe quando filius viuere poſſet,ex redditibus beneficiorum. Deci. conſilio dlxxvj. verſiculo, quibus tamen non obſtantibus.

23 Secundò amplia,etiamſi à principio tempore mortis patris filius ſpurius eſſet inops,nam ſi poſt ipſius mortem efficiatur diues,ceſſat petitio alimentorum.Caccialup.in l. ſi qua illuſtris.ver. & addit præfatus Doctor.C.ad Orfic.Hiſpan.in c.per veſtras.verſi.& ſubdit fortius. de don. inter.vir.& vxo.

45 Tertiò Limita, quando filius deceſſiſſet poſt pubertatem, ita Odofre. in d. l. ſciant. Bal. in l. matres, per illum tex. dum eum ſummat. & ibi Bal. in princ. qui aſſignat rationem. & Saly. ibi in prin. & Corn. in prin. idem tenet Barto. in l. ij. §. ſi mater. ff. ad Tertul. & in l. ij. verſ. iiij. ſic. ff. qui pet. tut. Io. Fab. in §. fi. inſti. ad Tertul. & ibi Nicol. de Neapol. Cur. Iun. in l. precibus. nu. 67. C. de impub. Cor. con. ccxxxiiij. verſ. ſi autem deceſſerint puberes. vol. iiij. Pau. de Caſt. in cõ. ccclxx. in fi. vo. j. Nicol. de Vbal. in ſuo tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in ij. par. in iij. limit.

46 Quartò Limita, ſi filius ante annum decedat. Bal. in d. l. matres. verſi. eſt & alius caſus. & ibi Pau. de Caſt. in prin. & ang. in d. l. ſciant. in prin. Bald. in con. lxxxiij. verſ. nec obſtat prædictis. vo. v. in con. cccxcij. ſuper iij. puncto. volum. iiij. & conſi. ccclxxix. vo. iij. Ang. in con. clxvj. Bald. in conſ. cccxcviij. vo. quarto. Pau. de Caſt. in con. xxix. vol. ij. in conſil. cxix. volum. j. Rui. in conſi. viij. vol. iij. qui ampliat idem eſſe in tempore præfixo à ſtatuto.

47 Sublimita, quando parum de anno reſtabat. Fulg. in con. cxxxviij. in fi. Alex. in con. clxxxv. vol. vj. Paul. de Caſt. in conſi. cxlvij. volum. j. Bertrand. in con. xviij. vol. j. & idem voluit Pau. de Caſt. in cõ. xxix. vol. ij. & idem voluit in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſ. cog. & Alex. in l. cum ſtipulatus. ff. de verb. obl.

Contrarium Pau. in d. l. cum ſtipulatus. & Alex. in d. l. ſi deceſſerit.

48 Quintò Limita, ſi is, qui debebat petere, excuſetur propter probabilem ignorantiam. Bart. in l. ij. verſi. item intellige. ff. qui pet. tut. Corn. in conſilio lxxxvij. volum. iiij. Socin. in conſi. cliij. Fulgo. in conſilio cxxxviij.

49 Sextò limita, quando is, qui petere debet, eſſet minor, quia tunc excuſaretur, ſi non petiit tutorem, ita Odofred. in d. l. matres. & ibi Bald. in prin. & in l. precibus. verſi. videamus ergo. & Saly. in d. l. matres. & idẽ voluit Alber. de Roſat. in l. omnem. C. ad Tertul. Bal. & Saly. in d. l. ſciãt. Bal. in conſi. ccccxj. volum. iij. Ange. in conſi. cxviij. in fi. Fulgo. in cõſil. cxxvj. in prin. & conſi. lij. Pau. de Caſt. in conſi. xxix. vo. ij. Corn. in con. ccxxiiij. vol. iiij. Soc. in conſi. cliij. verſ. vj. mater minor. Capra. in conſ. xiiij. Apoſtil. ad Abb. in c. ex parte M. de appel. Pet. de Anch. conſ. ccccxl. Iaſ. in addit. ad Chriſtophor. Porc. in §. fi. inſt. ad Tertul. Corn. in cõ. xl. volum. iij. Dec. in d. c. ex parte M. de appel. Bertrand. conſ. xviij. volu. j. Nicol. de Vbald. in ſuo tract. ſucceſ. abb. inteſta. in ij. parte. in tertia limit.

50 Marian. Soc. Iun. cõ. viij. vo. j. qui etiã ſi poſtea fiat maior, & poſt maiorẽ ætatẽ filius decedat. & conſi. cxix. vo. j. Mant. conſi. cccxxxv. Maria. Iun. in con. cxix. nu. 13. vo. j.

51 Et hoc procedit etiamſi tranſacto anno efficiatur maior, & poſtquã maior fuerit non petierit tutorem per annum, ita Salyc. in d. l. ſciant. & in l. fi. C. ſi aduerſ. delict. Spec. in titu. de in integ. reſtit. §. j. ver. ſed quid ſi ipſa. Alber. de Roſat. in l. omnem. C. ad Tertul. Bald. in authen. ſi captiui. C. de epiſcopis, & cleric. & in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. & in l. fi. C. ſi aduerſus delict. Bal. in l. precibus. ver. quid ergo. vbi dicit iſtam communem opinionem. C. de impub. Rom. in conſi. cciij. incip. vt habes, & con. cclxxix. Pet. de Anch. in con. ccccxl. Iaſ. in addit. ad Chriſtoph. Por. in §. fi. inſt. ad Tertul. in fi. Iaſ. in d. l. minoribus. & iſtam dicit communẽ Cor. con. xl. vol. iij. Iaſ. in l. ſciendum. §. fi. ver. ad idem facit. ff. qui ſatid. cog. Soc. con. xxxix. verſ. & prædicta procedunt. volum. j. Fulg. in conſi. lij. Ang. Aret. in §. fi. inſt. ad Tertul. Grat. con. lxxxiij. vol. ij. per totum. Tiraq. in reg. ceſſante cauſa. in iiij. limitatio. nu. 7.

Contrarium tenuit Oldra. & Ang. in l. minoribus. C. de his, quib. vt indig.

52 Declarat Pau. de Caſt. vt prima opinio procedat, quando ante maiorem ætatem totus annus eſſet tranſactus, aliàs ſecus, & hoc dicit tam in d. l. minoribus, quàm in l. ſciendum. §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & idem tenet Alex. in l. ſi cum dotem. §. maritus. ff. ſolut. matr.

Contrarium etiam iſto caſu, & ſic ꝙ opinio prima ſit indiſtinctè vera, tenuit Alex. in d. l. minoribus. de his, quib. vt indig.

53 Primò Sublimita, niſi minor iam deueniſſet ad illam ætatem, in qua ex forma ſtatutui haberetur pro maiore xxv. annorũ, ita declarat Dec. in c. ex parte M. de appel.

54 Secundò Sublimita in maſculo, quia propter ætatem non excuſaretur ipſo iure ſed remedio reſtitutionis in integrum poſſet ſibi ſuccurri, ita declarat Saly. in d. l. ſciant. in prin. C. de legit. hered.

55 Contrarium, ꝙ non ſit differentia inter maſculum, & fœminam minorem in hoc ſentit Spec. in tit. de in integr. reſt. §. j. verſ. ſed & ſi mater. Fulg. expreſſe in con. lij.

56 Septimò Limita, quando fauore pupilli ceſſatum eſſet à petendo tutore, ita Bal. & Saly. in d. l. matres. in prin. in ij. caſu Bar. in l. j. ver. pro hoc facit. C. de neg. geſt. Pet. de Anch. cõ. ccccxl. ver. hoc ergo præſuppoſito, Ale. in apoſt. ad Bar. in d. l. ſciant, & in apoſtil. ad l. ſecundã. §. ſi mater. ff. ad Tertul. & apoſtil. ad Iac. But. in d. l. ſciant. Hippol. in ſing. cccij. & dicit glo. in conſuet. Biturig. §. ix. ꝙ excuſatur mater, quę ægenis tutorem non petiit.

Contrarium Petr. de Anch. in conſi. ciiij. verſi. præterea licèt tenuere.

57 Et

Et iſtam partã puto veram quia licèt ſubſtantia pupilli non exigat tutorem,perſona quæ ali,& gubernari debet, cui perſonæ principaliter tutor datur, ſemper exigit tutelam,argu.text.in §.primo,inſt.de tutel.cũ vulgar.

58 Octauò Limita,ſi mater aliquo caſu fuiſſet impedita petere tutorem, vt ſentit Signorol.Homod.in d.conſ.cxciij.Guido.Pap.in conſi.clxxix. ibi primo caſu.Ange.Aret.inſt.ad Tertul.§.fi.in iiij.no.Grat.in conſi.lxxxiij.vol.ij.

59 Et ideo tenet Paul.de Caſt.in conſi.cxlvij.vo.j. quod excuſatur propter peſtem etiam ſi iura in ciuitate redderentur,quia non erat facile inuenire homines,quos procuratores ad petendum tutorem conſtituere poſſet. refert, & ſequitur Hippo.in lege prima §. præterea. ff.de quæſtio.

60 Et quando ob turbationem ciuitatis non facile potuiſſet iudicem habere,ponit Fulgo.in con.cxxxviij.in fi.

61 Et ſimiliter excuſatur,ſi propter peſtem mater adminiſtrauit non cõfecto inuentario.Io.Anto.Alex.in con.clxj.

62 Nonò Limita,ſi is,qui petere debet,tanquam proximior in gradu,& ad quem ſpectat ſucceſſio,eſſet legitimus tutor,nam non tenetur alium petere,nec priuatur,ſi nõ adminiſtrauit,ita Ang.in conſi.xxxvij. & iſta fuit opinio Dyni.contra quam tenet Bart.in l.j.ver. contrarium credo. ff.qui pet.tut.Bal.in conſi.cccxvij.vol.v.Corn.conſi.cxiij.vol.iiij.qui dicit ita etiam conſuluiſſe Dionyſium de Barigianis.Paul.de Caſt. conſi. ccclxx.in fi.vol.j.

63 Decimò Limita,quando pupillus habet pupillarem ſubſtitutum,nã tunc non excluditur mater,ſi tutorem non petat infrà annum,ita Bar. in l.ij.ff.qui pet.tut.Bal.cõ.cccxvij.vol.v.Cor.in d.l.ſciant.in fi. qui tripliciter limitat ex mente Bar.in d.l.ij.ff.qui pet.tut.Ang.in cõ. cxviij. in fi.Pet.de Anch.conſ.ccl.

Contrarium Bald.in conſ.ccccx.vo.iij.vbi tenet,ꝙ excluditur auia per lapſum anni,& non ſubſtitutus pupillaris.

64 XI.Limta,ſi is qui poterat excludere negligentem ob tutorem non petitum tacuit,quia heres eius illum excludere non poterit,ita Petr.de Anch.in con.ccccxl.ver.præterea non abſurdè.

65 XII.Limita,quando is,qui gradu proximus eſt tutelam ſuſcipiat ſeruatis ſeruandis , licèt malè , & inutiliter adminiſtret , vt dicit Fulgo. in conſilio lij.

66 XIII.Limita,nam non priuatur mater , vel alius ad quem ſpectat onus petendi tutorem,quando pupillus habet tutorem legitimum, ita in matre ponit glo.& Saly.in l.matres.C.ad Tertu.Fulg.in con.lij.&cõ. cxxxviij.Alex.in conſi.clxxxv.vo.vj.Maria.Iun.conſilio xvj.volumine ſecundo.

Contrarium in matre tenet Bart.in d.l.matres.& ibi Bal.& Paul.de Caſt.Alber.de Roſ.in l.omnem.C.ad Tertu.Bald.con.xlj.volumine iij. Guid.Pap.in conſilio clxxix.Mant.in conſilio trecenteſimotrigeſimoquinto.

Soc.autem diſtinguit,aut legitimus præcedit matrem in tutela , & procedat prima opinio:ſi autem non præcedit eum, tunc ſecunda opinio locum habet,ita declarat in conſi.cliij.& ita procedit quod notat Bald.in l.matres.ver.quæro vlterius dictat ſtatũ.& fuit de mente Bald. in d.l.in prin.dum ſaluat glo.in d.l.matres,in patre,qui filium emancipauerat.

67 Aliter videtur declarare Bal.in l.precibus:ver.ſolutio,ſi legitimi , nã aut tutor legitimus ſolenniter cum decreto iudicis adminiſtrat, & tunc mater excuſatur:aut adminiſtrat de facto,& tunc ipſa priuatur ſucceſſione,niſi infra annum apud acta renunciauerit tutelæ.

68 Item declara primam opinionem, quando tutor legitimus eſt talis, qui compelli poſſit inuitus ad tutelam,non aliàs,ita Calca.in cõſi.cccxxxv.

Contrarium Maria.Iun.in conſi.xvj.vol.ij.

69 Et propterea,ſi mater infra annum nubat,quia ſuccedit in eius locũ legitimus tutor ipſius pupilli,mater non priuabitur,ita Ange. in l.matres.C.ad Tertul.

70 Prout etiam mater,& alius quilibet excuſatur,quãdo filius habet tutorem teſtamentarium.Bal.in con.ccccij.vol.iiij.Ang.in con.clxvj.in fine,verſiculo , primo quia.Ruinus in conſilio octauo, volumine tertio.

71 XIIII.Limita in matre prodiga,cui bonis eſſet interdictum , quia non priuatur ſucceſſione ex eo,quia tutorem non petiit. Ita Ange. in l.fulcinius.§.adeo.in fi.ff.ex quib.cauſ.in poſſ. eat. & in l.is , cui bonis. ver.tu limita hoc. ff. de verborum obl.ponit apoſtil.ad Abba.in ca.ex parte M.de appel.Sylu.nup.in j.par.in viij.fall.

72 XV.Limita,ſi ante annum ingrediatur Monaſterium,ita Bald.in d. ca.ex parte.vbi tenet etiamſi efficiatur de tertio ordine.& Præpoſ. ibi. Sylua nup.in.j.part.in vj.ampliatio.Bal.in l.omnem.ver.ſed quid ſi mater.C.ad Tertul.

73 XVI.Limita,ſi etiam tacitè à marito habuerit licentiam tranſeundi ad ij.vota,Grat.in con.lxxxiij.volum.ij.

74 XVII.Limita,nam mater nedum habet annum , ſed etiam nouem dies vltra annum,glo.conſue.Turon.

## De iure immunitatis.

### CONCLVSIO I.

#### ARGVMENTVM.

*Immunis ſi deſcribatur in libro debentium ſoluere,& non appellet.ſibi præiudicat.*

1 QVI eſt immunis à ſolutione collectarum,ſi deſcribatur in libro debentium ſoluere,& non appellet infrà decem dies,vel ſecundum alios infrà annum,videtur priuilegio renunciare,& ſibi præiudicare, Ang.in l. j.§.ſi quis tutor.ff.quando appel.ſit.verſ.hic eſt caſus in terminis.Alex.conſi.cxxxvj.ver.præterea etiã poſito.vol.ij.& conſi.cj.ver.iij.principaliter.vol.j.And.de Barulo.in l.j.C. de his,qui ſpont.mun.ſubc.Fel.in c.cùm acceſſiſſent.verſ.ad idem.not. de conſti.Iaſ.in l.prætor.§.fi.ff.de ope.noui nũ.ver.aliquando officiũ. poſt Ro.ibi,ver.adde duos.Balb.in tract.præſcri.in iiij.par.quartæ par. princi.in xxx.q.nu.106.ver.& pro hoc dicto.Claud.in l.fi.verſi.item ad vnum aduerte.ff.de conſti.Prin.Bertr.conſi.clxxxj.ver.præterea ex diſcurſu.vol.iij.in nou.Gozad.conſi.xxiij.ver.non obſtant contraria.Pariſ.conſi.xxv.nu.114.vol.j.

Contrarium videtur tenere Iaſ.in l.falſo.ver.item in materia.C.de diuerſ.reſ.& clarius in l.fi.ver.no.poſtremò.ff.de conſti.Prin.

2 Tenendo primam opin.communem,Limita,quia regula locum habet quando deſcriberetur pro oneribus,à quibus eſt immunis per priuilegium,ſecus verò,ſi ſit immunis ex diſpoſitione iuris communis, Rui. conſi.cvij.ver.non obſtat etiam.vol.v.

3 Secundò Limita,nam concluſio habet locum quando quis in totum immunis deſcriberetur tanquam non immunis,ſecus verò quando nõ immunis diceret ſe exceſſiuè grauatum,quia tunc ſemper poteſt conqueri de ſuo grauamine,Balb.in tract.præſcri.in iiij. par.quartæ partis prin.q.xxx.nu.106.& ſeq.Bertr.conſi.clxxxj.nu.16.ver.pręterea ex diſcurſu.vol.iij.in nouis.

4 Et propterea infertur,ex principali concluſione vt immunis ſoluẽs collectas ſine proteſtatione,amittat priuilegium immunitatis,vt declarat Bar.in l.j.C.de his,qui ſponte mun.ſubc.ver.not.finem legis primę. Io.And.in c.ij.ver.maximè ſi talis priuilegiatus,de immunit.eccl.Alex. conſi.cxxxvj.ver.rurſus dico.vol.ij.Abb.in c.cùm acceſſiſſent.de conſt. ver.& vide omninò.& ibi Fel.ver.iij.regula eſt.ſentit Rom.conſ.cclij. in fi.ver.quo ad vltimum.Rui.conſi.cxcvj.ver.quo verò ad ſecundum. vol.j.Pe.de Anch.in conſ.cclx.in fi.ver.poſtremò non ſolùm.Barb.conſi.xlj.ver.facit l.ij.vol.j.

5 Amplia idem eſſe,quando promiſit ſoluere.Io.And.in d.c.ij.ver.maximè ſi talis.de immuni.eccle.Pe.de Anch.conſi.cclx.in fin.ver.poſtremò non ſolùm.

6 Contrarium in ſoluente tenet Cy.in l.voluntarie.C.de excuſ.tut.Iaſ. cõſi.xxvj.ver.nec obſtat.vo.iij.Alex.cõſi.cxcij.ver.poſtremò circa quartum.vol.ij.Guido Papæ q.ccclxxxvij.Caſſa.conſi.lxv.ver.quo ad probationem verò.Alex.conſi.xxxv.ver.ſed ea mihi.volu.v.& conſi.cviij. ver.non obſtat ſextum.vol.iij.Iaſ.conſi.xxv.ver.non obſtat illud.volu. iij.ſentit Ripa,licèt non clare in xxj.reſpon. ver.accedat ad corroborationem.vol.j.Dec.in c.cùm acceſſiſſent.ver.v.Abb.de conſti.& ver.retenta tamen.

7 Tenendo primam opin.Limita,quando non ſoluiſſet,ſed tantũ immunitas eſſet reuocata,quia ſi fuiſſet reuocata nulliter,nõ eſt opus appellare infrà decem dies,aut infrà annum,ſed ſemper opponi poſſet de nullitate vſque ad xxx.annos,Rui.conſi.cxcvj.verſi.non obſtat etiam. volum.j.

8 Secundò Limita,ſi coactè ſoluiſſet,Rui.in d.conſi.cxcvj.ver. poſtremò non obſtat.vol.j.

9 Tertiò Limita,vt faciat ſibi præiudicium,quo ad ea onera tantũ,pro quibus repetitur deſcriptus,non quo ad alia,Guido Papę q.ccclxxxvij. Rui.conſi.ccxix.ver.non obſtat etiam.vol.j.

### CONCLVSIO II.

#### ARGVMENTVM.

*Forenſes ſunt immunes à collectis.*

1 COLLECTA non poteſt imponi forenſibus etiam reſpectu poſſeſſionum quas forenſes habent in territorio collectantis,ita voluit Bar.in l.j.ver.ſed quæro cui.C.de mul.& in quo loc.lib.xj.in l.munerum.§.patrimoniorũ.ff.de mune.& hono.in l.reſcripto.§.fi.eo.tit.Bar.in l.libertus.§.ſola.ff.ad municip.in l.cùm neque.C.de incol.lib.x.Fede.de Sen.in conſilio clj.Imo. in conſi.xlviij.Guido Papæ q.cccxcvj.& conſilio lxj.Alexand.conſilio lxxviij.ver.ſi vult ſe fundare.& ver.minus etiam.vol.vj.& conſi.lxviij.

vol.ij.& con.lij.in princ.vol.v.Dec.conſ.cclxxxv.verſi.ij.principaliter. Curt.iun.con.lx.& con.lxj.vbi dicit iſtam communem opin.Idem voluit Alex.con.cj.vol.j.Parpal.in l.placet,ver.ij.dicatis.C.de ſacroſ. eccl. Aret.con.cxxxij.Pariſ.con.xxv.vol.j.Aim.con.cxcv.Grat. con.lxj.vol.j. Rui.con.cxj.vol.v.

2 Contrarium, ꝙ etiam forenſibus poſſidentibus bona in territorio poſſint imponi collectæ,voluit,licet non clarè Io.de Iſern.in c.j.in titu. quæ ſint regal.in verbo cõdemnationum.dum dicit collectam eſſe munus patrimoniale.& clarius ibi hoc voluit Bald.ver.itẽ collectæ.& fuit de mente glo.in l.ij.C.de mun.patri.lib.x. Deci.conſi.dcxciiij.Curt.iun. con.lx.Alex.con.lij.vol.v.& in apoſtil.ad Bar.in l.reſcripto. §. fin.ff. ad municip.licèt loquatur de collectis ſportulariis.& ſentit Pau.de Caſtr. in l.inter debitorem.ff.de pact.

3 Tenendo primam opinionem, quæ videtur magis cõmunis, Primò Amplia,etiamſi collecta habeat certam,& determinatam præſtationẽ, Aret.in con.cxxxij.

4 Primò Limita,in vſurario, cui ex diſpoſitione iuris communis etiã ſi forenſis ſit,poteſt imponi collecta,Bar.in l.prima.C.de mul.& in quo loc.lib.xj.in l.cum neque.C.de incol.lib.x.in l. munerũ.§. patrimoniorum.ff.de mun.& honor.Bal.in l.etiam.C.de execut.rei iudic. Parpal.in l.placet.in iij.fall.C.de ſacroſanc.eccle.

5 Secundò Limita,in ciuitatibus,vel locis,quæ habent hoc priuilegiũ collectandi forenſes,poſſidentes,ita Bar.in d.l.j.C.de mul.& in quo loc. lib.xj.& in l.cum neque.C.de incol.in l.munerum.§.patrimoniorum.ff. de mun.& hon.in l.libertus.§.ſola.ff.ad municip.Curt.iun.con.lx.verſ. ſuccedit igitur aliud.& con.lxj.ver.ſed multo clarius.Parpal.in d.l.placet,in j.limit.Are.con.cxxxij.

6 Tertiò Limita, quando de conſuetudine collecta imponeretur forenſibus, ita Bart.in d.l.j.C.de mul.& in quo loc.lib. xj. & in l.cum neque.C.de incol.Alex.con.cj.vo.j.& con.lij.vo.v.& con.lxxviij.volum. vj.& con.lxviij.vo.ij.Are.con.cxxxij.Guid.Papæ.q.cccxcvij.Dec.conſi. dcxciiij.Curt.con.lx.& con.lxj.Alex.in apoſtil.ad Bar.in l.reſcripto.§.fi. ff.de mun.& honor.Bal.in conſi.ccccxxxiij.vo.j.& cõ.ccxxvij.vo.j.Gui. Papæ.q.lxxxvij.& voluit Bar.in ſimili,& in caſu fortiori in l.j.C.de auro coron.lib.x.

7 Et talem conſuetudinem vigere per Italiam cõmuniter dicit Bart. in d.l.j.C.de mul.& in quo loc.& in l.libertus.§.ſolam.ff.ad munic.Bal. in l.etiam.in fi.C.de execut.rei iud.Alex.conſi.cj.vo.iij.& con.lij.vo. v. Dec.cõ. dcxciiij.Brun.in tract.ꝙ ſtant.maſc.in vj.art.prin.ver.& ita dicit Pariſ.con.xxv.nume.55.& ſeq.& nume.76.vbi etiam dicit communem.

8 Sed ad vnum eſt animaduertendum, quia Bar.in d.l.cũ neque.C.de incol.exigit conſuetudinem temporis immemorabilis.& idem Are.cõ. cxxxij.& Alex.conſi.lij.vol.v.& con.lxviij.vo.ij.Rui.conſi.cxvj.vo.iiij. & con.cxxvj.eo.vol.

9 Contrarium verò,quòd non requiratur tempus immemorabile, ſentit Alex.in d.con.lxviij.vo.ij.dum tenet in alia opinione vt ſufficiat tẽpus xl.annorum.& tenet ſufficere tempus xxx. annorum.idem tenuit Cur.con.lx.Iaſ.verò.in d.l.de quibus.ff.de ll.tenet ſufficere tẽpus decem annorũ.idem tenet Balb.in trac.præſcriptio.in iij.parte quintæ par.principalis,in vj.q.apoſtil.ad Bar.in l.j.C.de mul.& in quo loc. Parpal. in l. placet.in iij.fall.C.de ſacroſ.eccl.Pariſ.con.xxv.vo.j.

10 Concorda,quia prima opinio procedit in iuribus realibus habentibus cauſam diſcontinuam,in quibus requiritur tempus antiquiſſimũ: ſecunda vero opi.procedit in perſonalibus,vt per Aimo. de antiq. tẽp. in quarta part.nu.178.

11 Quartò Limita, ſi prædia effecta ſint tributaria,vt not.Bar.in l.libertus.§.ſola.ff.ad munic.in l.reſcr.§.fi.ff.de mun.& hono.in d.l.cũ neque. C.de incol.in d.l.j.C.de mul.& in quo loc.Bal.in l.ij.ver.& ad hoc.C.ſine cenſu,vel reliq.fund.Bald.in conſi.ccxxvij.Parpa.in d.l.placet. in ij. fall.C.de ſacroſ.eccl.

12 Quintò Limita,ſi collecta impoſita fuerit à ſupremo Principe,cui nõ modo locus in quo collecta ſolui debet,ſed etiam perſona, quæ vt forẽſis recuſat ſolutionem,ſubiacet,vt declarat Bart.in d.l.j.ver.aut.imponitur.C.de mul.& in quo loc.Pau.de Caſt.in conſ.ccclxxxvj.vo.j. Venaf. in conſi.xxxij.Soc.in con.cxxix.ver.ſed prædictis.vo.j.Ruin.conſi. cxj. vol.v

13 Sextò Limita,ſi non ſolueret forenſis collectas,pro poſſeſſionibus alibi ſitis,vt puta in loco ſui domicilij,ita Guid.Pap. q.lxxxvij. Venaf.in con.xxij.

14 Septimò Limita,nam per ſtatutum etiam forenſes poſſidentes poſſunt aſtringi ad collectas,vt ſi ſtatutũ dicter, vt quicunque habeat poſſeſſiones in territorio, contribuat in collectis.& iſtud voluit Bald. in l. vnica. ver.& gloſſ.ibi dicit.C.de ſent.quæ pro eo, quod intereſt. Alex. in con.cj.vo.j.in con.lxviij.vo.ij.& in con.lij.vo.v.& cõ.cxlviij.in prin. vol.vj.Pau.de Caſt.in con.cccxxix.vol.j.Curt.in con.lx.& con.lxj.Dec. in con.dcxciiij.Balb.in tract.præſc.in ij.par.quintæ part.prin.in vj.q.& per Alexand.in l.reſcripto.§.fi.ff.de mun.& hono.& ibi in apoſtill. ad Bar.Pariſ.in con.xxv.nu.79.& ſeq.vol.j.

15 Amplia hanc limitationem quia collecta impoſita vigore ſtatuti ſolui debet etiam ſi ſtatutum non reperiatur.Bart.in l.admonendi. verſ.& iſtud facit ad q.& ibi Iaſ.ff.de iureiur.Fel.in c.quoniam Abbas.de offic. deleg.Pariſ.in con.xxv.nu.81.vol.j.

## Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine,&c.

### CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Vniuerſitas,& ſinguli homines ipſius an idem ſit.*

1 EX glo.in l.ſicut.in §.ſi quid.ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.in glo.vnica in fi.colliguntur duæ cõcluſiones.

Prima eſt, ꝙ vniuerſitas,& ſinguli homines idem ſunt,quia vniuerſitas ipſa nihil aliud eſt,quàm ipſi homines ipſius vniuerſitatis. & idem ponit ibi Bal. Mãt. in conſi.ij.nu.75. & ſeq.

Contrarium Pau.de Caſt.in d.l.ſicut.in §.ſi quid, in princ. ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nom.Bar.in l.aut facta.§.fin.ff.de pœn.verſ.vlterius quæro.Are.in l.j.§.fi.ff.de acq.poſſeſ.Fel.in c.eam te.de reſcript.qui infert ad multa,& multos Doct. allegat, quos prætermitto,referendo me ad illum.& ibi Rip.nu. 43.Cor.con.lxiij.vol.iiij.nu. 4. & idem Fel. in c.dilectus.el ij.de ſimo.Pariſ.in con.xxvij.nu.102.vo.j.& con.cxj.nu. 61.vo.j.Cor.con.cxlviij.nu.25.vo.j.Bertr.cõ.xlij.nu. 7. vo.j.Oldẽd.in libel.iur.& æqui.Dec.con.lxj.& in c.eã te.nu.7.de reſc.Rui.cõ.ccij.vol.ij.

2 Et ideo quando vniuerſitas nihil habet, & ſolutio debet fieri per ſingulos,tunc ſinguli non ſoluunt vt ſinguli, ſed tanquam vniuerſitas, vt puta ſi diſſoluto monaſterio monachus petit partem, nam eam petit non tanquam monachus,ſed quaſi pars conuentus,gl.in c.cum dilecta. in verbo reſtitutis,de reſcr.vbi ponit vtrunque dictum.

3 Pro concordia aliqui dixerunt,nam aut omnes de vniuerſitate nemine excepto aliquid fecerunt,& tunc procedat prima opi. vt dicatur factum ab vniuerſitate,aut aliqui de vniuerſitate deficiunt,& tunc non dicitur factum ab vniuerſitate,Cor.in con.ccxcix.vo.j.

4 Alij verò dixerunt ꝙ homines de vniuerſitate dicuntur ipſa vniuerſitas ſi collectiuè capiantur,non ſi diſtributiuè.Fel.in ca. ſignificaſti. de for.compe.Cor.con.ccxj.nu 4.vo.iiij.

5 Alij autem dixerunt,ꝙ vniuerſitas nihil aliud eſt quàm homines vniuerſitatis ſecundum ipſam veritatem,ſed ſecundum fictionem,& diſpoſitionẽ iuris aliud eſt vniuerſitas,aliud homines vniuerſitatis,prout refert Fel.in c.eam te.de reſcr.

Tenendo vltimam partem ex ea inferuntur plura, quæ congerit Fel.in d.c.eã te.de reſ.& in c.dilectus. el ij.de ſimo. ad quæ me remitto.

6 Et vltra ibi dicta infertur,ꝙ debitum vniuerſitatis non eſt debitũ ſingulorum,nec econtra,tex.eſt in d.l.ſicut.in §.ſi quid.ff.ꝙ cuiuſque vniuerſitatis nom.& ibi Ang.in prin.& Pau.de Caſt.in j.& ij.not. Bertr. in cõ.ccxlij.vo.iij.Milleus in practica.Afflict.ſuper.Con.in rubr.de animal.in paſc. affidæ.nu.12.

7 Secundò Infertur, vt procurator conſtitutus ab vniuerſitate nõ ſit idoneus in cauſis ſingulorum hominum de vniuerſitate.l.ij. ff.quod cuiuſ.vniuer.nomine.Dec.con.lxj.num.3.& in c.eam te.ver.& ad hoc facit.de reſ.

8 Primò Limita,nam procurator capituli poteſt appellare à declaratione excommunicationis latæ ob contumaticam capituli contra nõnullos de capitulo,vt per Rot.in deciſ.j.in tit.de dol.& contuma.in deciſ.Biſig.verſ.ſed propter hoc.

9 Secundò Limita,quando appareret procuratorem cõſtitutum fuiſſe ab vniuerſitate,& ab hominibus per dictionem copulatiuam, vt declarat Rui.in con.cxxix.num.12.vol.iiij.

10 Tertiò Infertur,nam liberatio facta ipſi vniuerſitati non liberat ſingulos homines vniuerſitatis.Dec.in con.lxj.Rip.in c.eã te nu.43.de reſ.

11 Quintò Infertur ſimiliter,vt res vniuerſitatis non dicantur res ſingulorum.l.ſed ſi has.§.qui manumittuntur. ff. de in ius voc.c. qui manumittitur.xij.q.ij.glo.& ibi Bar.in l.in tantum.§.vniuerſitatis.de rer.diui. Alber.in l.ſicut.§.ſi quid.in fi.ff.quod cuiuſ.vniuerſitatis nom.Aret.in l. j.§.fi.ff.de acq.poſſ.Cor.con.ccxciij.nu.12.vol.iij.& conſ.clxxxviij.nu. 9.vol.iiij.& conſ.ccxj.nu.2.vo.iiij.Abb.in c.eam te.nu.12.de reſ.

12 Et ſimiliter lis vniuerſitatis non dicitur lis ſingulorum, nec econtra, Cor.con.ccxciij.nu.11.vo.iij.

13 Et compromiſſum vniuerſitatis non eſt compromiſſum ſingulariũ perſonarum,Soc.in conſ.xcv.vol.iij.

14 Primò Limita,quia quantum ad præſcriptionem mala fides ſingurarium perſonarum nocet ipſi vniuerſitati,quia per hoc ipſa vniuerſitas dicitur eſſe in mala fide,donec illi qui primò habuerunt malã fidem

deceſ

deceſſerint,& alij ſucceſſerint,qui bonam fidem habere dicantur,Inno, in c.cura.de iur.patro. & ibi Hoſt.& Ant.de But. & Abb.ver.tertia ſolutio,& Card.ver.quid ergo dicemus.& Collect.verſ.vel dic & probabiliter.Bar,in l.poteſt.in ſin.& ibi Cuma.ff.de vſuca.Soc,conſ.clxxxvij. verſi.præterea vltra famam. Balb.in tract.præſcript.in xvij.q. in tertia par.tract.num.85.deciſ.Neap.iiij.in v.dub.in nou. Cor.conſ.xliij.in fin. vol.ij. Pariſ.conſi.xxvj. nu.106.& ſeq.vol.j,& conſi.cj. nu.100.eod.vol. & conſi.ciiij.num.153.vol.j.

15 Immo etiam mortuis primis habentibus malam fidem impediri pręſcriptionem in vniuerſitate tenuit Bal.in l. imperium. ff.de iur.om.iud. quem refert,& ſequitur Cor.conſ.xxij. nu.12,volu,j. Pariſ.conſil.xxvij. nu,106.& ſeq.vol.j.& conſi.ciiij.nu.133.volu.j.

16 Secandò Limita, in mandato facto capitulo, quod contineret nudum factum, vt puta quod reciperet canonicum iam creatum à Papa, nam etiam ſingulis videtur hoc mandatũ, qui etiam poſſunt illud implere,Inno.in c.eam te.de reſc.verſ.hoc non placet. & ibi Io.And.verſ. hoc non placet,& ibi Ant. de But. verſ. quandoque mandatur aliquid. Card.in quarta oppoſ. Abb.ibi verſ. tu potes concordare. Imo.ibi verſ. in eadẽ gl. & ibi Felyn. verſ.actus conſiſtens. Inno. in c.bonæ,el ſecundo.in verbo,temere.de poſtul.prælat. Archid.in c.nullus.in fi.lxiij.diſt. Feder.de Sen.conſ.ccxc. verſ.alio modo. Imol.in cap.cum omnes.verſ. item aduerte.de conſti.Domi.in c.eum qui.in final.verb.de dol.& contuma.in vj. Petr.de Anch. in c.cum aliquibus. verſ.dicit etiam Inno. de reſcr.in vj. Abb.in ſermone Concilij.verſ.quinta ratio. Ant.de Butr.in d.c.bonæ.verſ. Innocentius ponit hic.Flor. in l.ciuitas.ff.ſi cert.pet. Pauin.in tract.de poteſt.cap.ſede vacante,in quinto præludio.nu.15.Ioan. And. in c.ſic. de conceſſ.præb. in vj. verſ.ſecus ſi receptio. & Domi. ibi verſ.quæro per quos. Soci.in conſi.xcv. nu.14.vol.iij.& in l.j.§.fi.in fin. verſ.quod tamen limitari poſſet. ff.de acq.poſſ. Fely. in c.dilectus. el ſecundo. verſ.facit quod notat Inn.de ſimo. Domi. in c.Romana. §.vniuerſitatem. verſ.& iſtud idem. de ſent.excom. in vj. Rip.in d.ca.eam te. verſi.ſunt qui.de reſcript.

17 Tertiò Limita, quia appellatio interpoſita ante excommunicationem per vniuerſitatem prodeſt ſingularibus, vt excommunicari non poſſint, & ſi feratur poteſt dici excommunicatio nulla etiam per ipſum capitulum, ſi ſua intereſt, Inn. in d. c. Romana. verſ. ſed quæritur. de ſent.excom.& ibi Domi.verſ.ſed pone.& ibi Philip.Franc.

18 Quartò Limita,quia ſcientia ſingulorum collegialiter congregatorũ dicitur ſciẽtia vniuerſitatis.Rui.conſi.cxxix.nu.11.verſ.& ideo.vo.v.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Poſſeßio acquiritur vniuerſitati per homines de vniuerſitate.*

1 ALIA concluſio ponitur per gl.in d.l.ſicut.§.ſi quid.in fin. ff. quod cuiuſ. vniuerſ. nom. vt per homines vniuerſitatis acquiratur poſſeſſio ipſi vniuerſitati, ſequitur ibi Bal. in fi.& ibi Alber.de Roſ.& Paul.de Caſtro,in fi.

Contrarium Cuma.conſ.clviij.Cor.conſ.ccxcix.vol.j.& conſi.xlvj. vol.iij. & conſi.lxiij.vol.iiij. & conſilio cxlviij.vol.j. Cæpoll.in tract. de ſeruit.ruſti.præd. in rubr.de ſeruit.iur.paſcen.verſ. ſed dubium eſt qualiter.Deci.conſi.ccxxj.Ripa in c.eam te.de reſcrip. Bertrand.conſi. xlij. nu.6.& ſeq.vo.ij.Pariſi.conſi.xvij.nu.102.vo.j.& conſi.ciiij.nu.132.vo.j.

2 Pro concordia dicebatur, quia ſi ſinguli poſſederunt nomine vniuerſitatis, & ſcientibus officialibus ipſius vniuerſitatis, dicitur quæſita poſſeſſio vniuerſitati,& non aliàs. Cuma.in conſi.clviij. Curtius ſenior conſi.lxxvij.Cæpolla in tracta.de ſeruitu.ruſti.præd.ſub rubri.de ſeruit. iur.paſcen.Areti.in l.j.§.fi.in fi.ff.de acqui.poſſeſſ. & ibi Soci.in finalib. verbis.Deci.conſi.ccxxj.Cor.conſi.cxcix.verſ.& magis in propriis terminis.vo.j. Pariſi.conſi.cxj.vo.j. Rui.conſi.cxxix.vo.iiij. Bertran.conſi. xxiiij.vo.j.in antiquis.

3 Et ratio eſt, quia poſſeſſio vniuerſitatis retinetur per vſum particularium. Pau. de Caſtro in dicto §.ſi quid. ff.quod cuiuſq.vniuer.nomi. Corne.conſi.ccxcix.verſ.ita etiam dicendum.vo.j.& conſi.xlvj. vol.iij. Bertr.conſilio xlij.vol.ij.Soc.in l.j.§.fin.in fi.ff.de acq.poſſ.

# De Maioritate,& obedientia.

## CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Licentiatus ſi poſt longum tempus ad gradum ſit promotus,an præferatur aliis,qui medio tempore ad gradum ſunt aſſumpti.*

1 MAXIME diſſentiunt inter ſe ſcribentes in illa q. an qui primò fuit licentiatus,ſi poſt longum tempus ad gradum promoueatur, præferatur omnibus illis, qui medio tempore ad gradum ſunt aſſumpti. Nam quod præferatur,tenet Ang.Aret. in §.quædam.ver. facit tex.ſingularis.inſt.de actio.ſequitur Fel.in rub. de maio.& obed.& in c.clerici.de iudi. Alex.in apoſti.ad Bar.in l.j.ff.de obſeq.patro.præſt. Staphil.de liter.grat.& iuſt. Hiſpa.in repet.rubr. de dona. inter vir.& vxor.§.xxxviij.num.11.& ſeq.vbi dicit iſtud communiter teneri.qui allegat pro iſta par.Ioan.Calder.in c.capitulum S.Crucis.de reſcri.relatum per Maria.in c.quanto.in fi.de magiſtr.Dec.in l.cũ quid.ff.ſi cert.pet.Soc.in conſi.lxx.vol.iiij.gl.in reg.cancel.in pe.regu.in iij.par, Petr.Leuand. in tract. de dot. in iij.q. in fi. Boer. de auctor.mag. conſi. nu.98.& hanc partem teneas,quæ videtur magis communis.

Contrariam ſententiam tenuit Fely. in proœ.Decre. in verbo,Gregorius. verſ.vtrum appellatione prælati. Iaſ.in l.cum quid. verſ.adde etiam ad prædicta.ff.ſi cert.pet. & in l.filiæ licet. verſ.adde & notabilem tex.C.de colla. & conſi.cxcij.verſ.per hoc etiam apparet.vol.ij. Grat.in conſi.cxvj.vol.ij. Rui.in conſi.xix. Alciat.in tracta.præſumptio.in prima regu.in xlv.præſumptio.

# De Præbendis.

## CONCLVSIO I.

### ARGVMENTVM.

*Gratia etiam re integra morte concedentis non expirat.*

1 QVÆRVNT Doctores, an morte concedentis re integra gratia expiret,& communis eſt concluſio, vt gratia morte concedentis etiã re integra non expiret.c.ſi ſuper gratia.de off.deleg.in vj.ca.ſi cui nulla.de pręb.in vj.gl.pragm.ſanct.in gl.in verbo mandatum. Rot.in nouis deciſ.cclxxxv,Fran.in c. ſi gratioſè.de reſcript.in ſexto.in primo not.Dom.in c.ij.verſ.poſſet concludi.de præb.in vj. Milis in verbo,gratia facta licet nondum executa. Felyn. in c licet vndique.verſ. & in iſta materia. de offic.deleg. Caſſan. in conſue.Burg.ver.item quęro. Rebuf.in concord.in rub.de manda.apoſtol.in §.j.ſuper gl.in verbo,ſui Pontificatus.

2 Primò Amplia,etiam ſi,ſolo verbo facta ſit gratia, & deſuper nulla ſit facta ſcriptura,Bal.in l.humanum.in fi.verſ.breuiter veritas eſt.C.de ll.Arch.in proœm.ſexti.verſi.in hac altercatione.& ibi Io.And.verſ.hic erat.Archi.Bal.in l.falſus.verſ.priuilegia etiã.C.de furt. Caſſan.in conſuet.verſicu.imo etiam. Dec.in c.relatum.verſ.ſubſequenter Abb.dicit. & in rubrica de conſtit.verſic.& ideo ſi poſt. de conſtit.in antiqu.deciſ. dccclxxxiij.Rebuff.in concor.ſuper rubri.de manda.Apoſto. §.j.in verbo,literas.verſ.ideò ſi moriatur.

3 Secundò Amplia, idem eſſe in executore dato per Papam ad gratiã per eum factam exequendam, cuius executoris officium morte ipſius Papæ,etiam re integra non expirat,dicto ca.ſi ſuper gratia,de offic.deleg.in vj. Io.Andr.in addi.ad Spec.in tit.de iudi.deleg.§.rectè. verſ.item mortuo mandatore,in verbo,licèt. Guido Papæ quæſt.ccccxcj.Bal.in l. fi.verſ.ſed pone ꝙ princeps.ff.de conſtitu.prin. Milis in verbo,gratia facta,licèt nondum executa.

4 Amplia hanc Ampliationem,nam idem eſt in executore dato per legatum ſuper gratia per eum facta, Lap.alleg.xvij.Fran.in c,ſi ſuper gratia,in prin.& in vlti.q.de of.dele.in vj.& ibi Domi.q.j.

5 Limita hanc ampliationẽ non procedere in executore dato ad gratiam faciendam,per tex.in c.ſi cui nulla,de præb.in vj.& ibi glo.Io.Andre.in addi.ad Spec.in tit.de iudi.dele.§.reſtat, verſ.item mortuo,ſuper verbo,licèt.Bal.in l.mandatũ.in iiij.oppoſ.C.manda.Ægid.deciſ.dxliij. Staphil.de lite.gra.& iuſti.Gomeſ.in tract.mand.de prouid.verſ.ſequitur,& alius effectus. Rebuf.in concord.in rub.de for.mand.apoſt.§.j.ſuper verbo,ſui pontificatus.Fran.in c.ſuper gratia, verſ. & intellige primò.& ibi Anch.in j.nota.de offi.dele.in vj.vbi dicit,ꝙ gratia facta non expirat morte concedentis,ſed gratia facienda ſic.

6 Et ideò facultas diſpenſandi cum certis perſonis fauore illorum,qui veniebant diſpenſandi,expirat morte concedentis re integra, ita procedit quod not.Spec.in §.dicendum,verſ.quid ſi is,de diſpen.& quod not. Feli.in c.licèt.in prin.verſ.amplia hoc habere locum,de offi.dele.& ita declarat not.Io.Andr.in addi.ad Spec.in dicto §.dicendum. verſi.quid ſi is,de diſpenſationib.

7 Et hoc eſt quod dicitur, vt quando literæ executoris gratiæ emanãt per viam commiſſionis ipſius iuriſdictio expirat morte concedentis, vt dicit Bal.in l.fi.verſ.ſed pone.ff.de conſtitu.princip.& idem dixit Deci. in c.relatum.verſ.& iſta concluſio intelligitur,de offi.dele.& in rub. de conſtitu.in j.lectu.verſ.& iſta concluſio.

8 Secus verò, quando facultas executoris eſſet data in gratiam ipſius executoris,vt ſi data ſibi ſit facultas diſpenſandi cum perſonis incertis, talis enim facultas morte concedentis non expirat, quia dicitur gratia facta,& non gratia facienda, per tex.in dicto c.ſi cui nulla,de præben. in vj.Fede.de Senis in conſi.lxxviij.Deciſ.Neapoli.cxxj.nume.10.& nume.11.in nouis.

9 Imò ſi moriatur Epiſcopus habens poteſtatem à Papa prouidendi, quibus ſibi videretur in eccleſia ſua de beneficiis vacaturis,& ipſe Epi-

ſcopus contulerit vni canonicatum, reſeruata ſibi præbenda proxima vacatura,& antequàm præbenda vacet,moriatur Epiſcopus,gratia tamen facta non expirat, Rota in no.deciſ.cclxxxv. Fran.in c.quoddam. ver.& per hunc tex.videtur.de pręb.in vj.vbi tamen aliquantulum dubitat Æne.de Falco.in tract.reſerua.verſ.ſed huic dicto obſtat firmiter.

20 Sublimita limitationem datam ad ampliationem, niſi executor datus ad gratiam faciẽdam in vim illius proceſſiſſet ad collationem, quia non expiraret gratia etiam reuocata,vel ceſſante legatione. Lap.in allega.xvij.Anch.in c.præſenti.in fi.ver.vltimò aduertendum.de of.leg.Domi.in c.ſi ſuper.ver.ſed pone ꝙ datur.de of.dele.in vj.Staphi.de lite.gra.& iuſti.quamuis contrarium in reſeruatione facta per legatum,etiamſi deuentum ſit ad collationem,tenuit Domi.in d.c.præſenti.ver.ſed quid ſi tempora.& ibi Fran.ver.quid autem ſi legatus.vbi tenent expirare reſeruationem ipſam. & idem tenet Villadieg.in tract.de leg.in ix.q.primæ par.verſ.an ſi conferat. Æneas de Falco.in tract.reſerua.ver.quartò quæro. idem voluit Io.Andre.in c.ſi cui nulla. verſ. ſed in delegatis legatorum.de præben.in vj.

21 Et in reſeruatione Papæ idem eſt, ſi non ſit proceſſum ad collationem,ſiue prouiſionem,vel ſi beneficium ante mortem Papæ non vacauerit, tunc enim etiam ipſa Papæ reſeruatio expiraret morte Papæ reſeruantis,quo ad illum in cuius fauorem facta eſt reſeruatio: ſecus verò quando Papa poſt reſeruationem contuliſſet, aut deceſſiſſet poſt vacationem beneficij, ita declarat not. Æneas de Falco.in tract.reſeruatio. verſi.ſeptimò quæro.

22 Quòd autem in tali caſu expiret officiũ executoris, hoc omnes admittunt, tam illi qui tenent expirare reſeruationem, prout tenuerunt Domi.Fran.& Æneas,quàm illi qui tenent reſeruationem non expirare; prout tenuerunt Lap.& Ancha.

23 Secundò Limita hanc ſecundam ampliationem, in qua habetur, ꝙ executore dato pro executione gratiæ,eius iuriſdictio morte concedentis non expirat, non procedere quando executio gratiæ requirit cauſæ cognitionem adhibendam per executorem, Rota in no. deciſ. cccxlix. Dom.in c.ſi ſuper gratia.ver.ſed pone ꝙ Papa.de of.dele.in vj.Rom.in l.ij.§.ſed & ſi quis.ver.tertius in mandato.ff.de donat. Iaſ.in l.more.ver. item circa tex.ff.de iur.om.iud.Cardi. Alex.in c.petiiſti.ver.an verò.vij. q.j.Feli.in c.relatum.ver.limita iſtam limitationem.de off.dele.

24 Pro quo facit quod notãt Do.de Rota in deciſ.ccccxlix. verſ.pro eo etiam bene facit. qui tenent, ꝙ facultas executoris deputati in literis in forma pauperum expirat morte concedentis, poſt Io.Andre.in c.ſi cui nulla.ver.aliquibus videtur.de præben.in vj.

25 Contrarium,quando gratia eſſet facta,& tractaretur de illius executione,voluit Fran.in d.c.ſi ſuper gratia.ver.ſecundò intellige.de off.deleg.& Milis in verbo,gratia facta,licèt nondum executa.

26 Sublimita non procedere in officio conſeruatoris priuilegiorũ, vel executoris alterius priuilegij, quia morte mandantis expirat tale officium, Io.And.in c.ſi ſuper gratia.& ibi Roma.in ij.q.de offic.dele.in vj. & ibi Fran.ver.quartò intellige.

27 Tertiò Amplia principaliter, nam gratia Papæ facta, non expirat morte concedentis, etiam ſi nondum ſit executa, Rota in no.deciſ.cclxxxv,Milis in verbo,gratia facta,licèt nondum executa. Rebuf.in concor.in rubri.de manda.Apoſto.§.j.ſuper verbo,ſui pontificatus.ver.nota tamen. Æneas in tract.reſerua.ver.idem eſt dicendum. Fran.in c.ſi ſuper gratia.ver.ſed certè licet.de off.dele.in vj.

28 Amplia præcedentem ampliationem, idem eſſe in gratia facta à legato. Lap.alleg.xvij.de qua dic,vt ſuprà dixi prius.

29 Quartò Amplia,idem eſſe in mandato de prouidendo facto à Papa de beneficio vacanti in fauorem certę perſonæ, quia non expirat morte Papæ,dato ꝙ non ſit proceſſum ad prouiſionem ipſam, Staphi.in libel.de lite.gra.& iuſti.ver.ſequitur etiam alius effectus. Sarnen.in tract. de manda.de prouiden.nu.132.ver.nam licèt mandatum legati. Æneas in tract.reſerua.ver.idem eſt dicendum.

30 Primò Limita regulam principalem,ꝙ gratia non expirat morte cõcedentis;quia hoc non habet locum,quando gratia facta eſſet ad beneplacitum ipſius concedentis,tunc enim quia morte expirat beneplacitum,ideò tunc gratia reuocatur,ita probat tex.in c.ſi gratioſè.de reſcri. in vj.& in l.iiij.ff.loca.Ange.conſi.ccxvij.ver.ad quartum verò.Corne. conſi.xcij.ver.& ꝙ hoc ſit verum.vo.ij. & conſi.ccxxxv.verſi.circa tertium.eo.vo.Bal.in l.fi.ver.ſextò quæro. C.de contrah.emp.Bal.in l.poſt dotem.ver.& prædicta faciunt ad quæſt.ff.ſol.mat.Goza.cõſi.xxij.verſ. & pro iſta parte.Deci.conſi.cviij.verſi.ſed in tertio anno. Ange. in l.& quia.ver.ſed tunc quærendum eſt,de iur.om.iud.Magalot.in trac.de ſal. condu.in iiij.par.in xxij.decla.ver.& ſcias, ꝙ ſaluus conductus. Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua.q.cl.verſ.quid ſi Do.Papa.& ver.ſeq.Boer. q. ciij.nu.5.Spec.in tit. de actionib.§.ſuper petitionibus.verſ.item ſi Papa. & ibi Io.Andre.in addi.Bald.in l.j.ver.nam vbi cunque ponuntur. C.de poſtulan.Iaco.in l.more.nu.14.in j.lectu.verſ.idem ſi princeps.ff.de iur. om.iudi. Rota in antiq.deciſ.cccccIxxx.

31 Amplia,nam gratia conceſſa ad beneplacitum nedum expirat morte concedentis, ſed etiam expirat morte illius, cui eſt facta conceſſio, Mari.iunior conſi.lxij.nu.10.verſ.ſecundò etiam oſtendetur.vo.ij.

32 Primò Sublimita præcedentem limitationem,quando officium eſſet datum alicui per Rectorem,aut per Legatum, vel per alium qui facultatem dandi haberet ad beneplacitum ipſius, quia finito officio aliter,quàm per mortem naturalem,beneplacitum non expirat.Calde.in conſi.iij.de reſcri.Domi.in d.c.ſi gratioſè. verſ.ſed pone rector prouinciæ.de reſcri.in vj.Bero.q.ciij.nu.5.& ſeq.

Contrarium in iſto caſu tenuit Fran.in d.c.ſi gratioſè.ver.ſed quæritur primò.de reſcri.Deciſ.Neapoli.cxxxvj.nu.5.6. & ſeq.in no. & idem voluit Bar.in l.centeſimis.§.fi.ver.quæro,quid ſi iudex.ff.de ver.obli.& in terminis ponit Bal.in proœ.Digeſt.in §.hæc autem tria.ver.ſed quid ſi teſtator.& in l.j.ver.nam vbicunque ponũtur hæc verba.C.de poſtu.

33 Et facit pro iſta opi.quod no.Bal.in l.j.ver.ſed ponamus.C.de poſtu. vbi ſi Legatus de latere ponit interdictum in eccleſia, & non apponit tempus,reuocato ipſo à legatione,ceſſat interdictum.

34 Secundò Sublimita præcedentem limita.niſi dictum eſſet, donec reuocauero:quia talis gratia morte concedentis non reuocatur,ſed requirit reuocationem expreſſam.c.ſi delegatus.de off.dele.in vj.Bar.in l.centeſimis.§.fi.ver.vltimò formo hic.ff.de ver.obli.Bal.in proœ.Digeſt.in §.hæc autem tria.ver.ſed quid ſi teſtator. Io.And.in c.ſi gratioſè.ver.dubitari vidi.de reſcri.in vj.Soci.conſi.lxxvij.verſ.primũ probatur.vo.ij. Gozad.conſi.xxij.ver.non obſtat contraria.& ver.& ideò pro clariori. Ange.in l.& quia.ver.& tunc quærendum eſt.de iur.om.iud.Deci.conſi.cviij.ver.ſed tamen prædictis non obſtantib.& ver.non obſtant allegata.Fede.de Senis conſi.cclvij.Magalot.in tract.de ſaluo condu.in iiij. parte,in ij.declara.ver.ſecundò fallit.

35 Et idem eſt,quando dictum eſt,ad beneplacitum,ſecundùm prædicta. Deci.conſ.cviij.ver. ſed tamen prædictis non obſtantib.& ver.non obſtant allegata.& idem dicit Gratus conſi.xcij.in fi.vo.ij.verſ.non obſtat,quod beneplacitum.

36 Et propterea dicebat Domi.poſt Io.de Fantu.& Pau.de Eleaz.in c. ſi delegatus.ver.tu dic.de offi.dele.in vj.ꝙ aut aliquando clauſula ſonat in actum poſitiuum nouæ voluntatis, prout eſt,quando dicitur, donec reuocauero,& non inducitur reuocatio per mortem : aut verò clauſula ſonat in actum poſitiuum perſeuerantiæ antiquæ voluntatis,& tunc illa voluntas dicitur morte expirare.

Cuius dictum in hoc ſequitur Soci.conſi.lxxvij.verſ.confirmatur & tertiò.vo.ij.Iaſ.in l.centeſimis.§.fi. verſ.ſecundò ad idem moueor.ff.de ver.obli.Goza.conſi.xxij.ver.ſextò adduco.& ver.& ideò pro clariori. Fran.in c.ſi diligenti.ver.in glo.in verbo,morte.de off.dele.

37 Quod Sublimita in pœnis,quia pœnæ impoſitæ,donec iudex reuocauerit mortuo iudice,vel remoto ab officio ceſſant,ita ſentit Bar.in d. l.centeſimis.§.fi.ver.vltimò formo hic vnam quæſt.ff.de ver.oblig.Bal. in l.poſt dotem.ver.& facit ad aliam quæſt.ff.ſol.matri.

Contrarium,vt etiam in pœnis regulariter idem ſit,ꝙ in aliis, ſentit Bal.in proœ.Digeſt.§.hæc autem tria.ver.ſed quid ſi non ponit.& Ange.in l.centeſimis.§.fi.in fi.ver.ſumit Bar.& ibi Imo.verſi.item adde dictis.& ibi Alex.ver.ſi autem dixiſſet. qui dicit iſtam * communem opi. & idem ibi tenet Iaſ.ver.ſecundò quærit Bar.Sal.in l.fi.in vij.q.C.de contrah.emp.Soci.conſi.lxxvij.ver.quintò & vltimò confirmatur.vo.ij.

38 Tenendo hanc vltimam opini.quæ videtur communis, Declara ex mente Bal.qui eam ſubintelligit, quando delictum ſui natura non merebatur pœnam perpetuam: ſecus verò ſi perpetuam pœnam mereretur, ita Bal.in l.fi.in vj.q.C.de contrah.emp.& ſequitur Imo.in d.l.centeſimis.§.fi.ver.& hanc partem tenet Bal.ff.de ver.obli. Sali.in l.fi.in x. quæſt.C.de contrahen.emp.

39 Sublimita aliis duobus modis,vt per Alex.in l.centeſimis.§.fi.ver.& teneri iſtam opinionem.ff.de verb.obli.qui loquitur quando cauſa non cognita aliquis eſt poſitus per iudicem ad confinia,donec fuerit ab illis reuocatus, vel quando iudex decederet re integra, antequàm ille ductus eſſet ad confinia.

40 Alio modo Sublimita,vt non procedat in vltimis voluntatibus, in quibus etiam ſi dictum ſit,donec renocauero, per mortem cenſetur facta reuocatio, Bar.in d.l.centeſimis.§.fi.verſ.vltimò formo hic quæſt. ff. de verb.obli. Fran.in c.ſi delegatus.ver.ex prædictis infertur.de offi.deleg.in vj.Goza.in conſi.xxij.nu.11.

41 Tertiò Sublimita principalem limitationem, nam gratia conceſſa ad beneplacitum concedentis non expirat, quando conceſſa fuiſſet ad certum tempus,& deinde ad beneplacitum, quia tunc ſi moriatur, durante tempore certo gratia illa non expirat. Magalot.in tract.de ſaluo condu.in iiij.par.in xxij.declara.ver.tertiò fallit.

42 Quartò Sublimita, in iuriſdictione ordinaria data ad beneplacitũ, quia non expirat morte concedentis, Bal.in l.meminiſſe.in fi.ver.quartò quæro.ff.de offi.proconſu.& leg.

43 Quintò Sublimita,in ſubdelegatione facta ad beneplacitum delegãtis,quia mortuo delegante non expirat delegata iuriſdictio, ita refert tenere Bal.in c.ſi gratioſè.de reſcri.Fran.in c.ſi delegatus.ver ex prædictis infertur.de offi.dele.in vj.& Iaco.de S.Georgio.in l.more.nu.14.in j.lectu.ver.idem ſi princeps.ff.de iur.om.iud.

44 Sextò Sublimita,nam gratia facta per Officialem conſtitutum ad beneplacitũ deputantis,non expirat mortuo deputante, ita Rota in antiq. deciſ.

deciſ.dcccl.refert & ſequitur Fel.in c.licet vndique,verſi.item allego Rotam.de off.deleg.Dec.conſi.cccciiij.verſic.& facit ad prædicta. & Deciſ. Neapo.cxxxvj.nu.6.verſi.additio.

35 Secundò Principaliter limita regulam prædictam,vt procedat in gratia facta de Beneficio vacanti,& ita procedit tex.in d.ca. ſi ſuper gratia. de off.deleg.in vj.vel ſuper beneficio, quòd licèt non vacet, ſtatim creatur,vt dicit Fede.de Sen.conſi.ccxcvij.ſecus verò in gratia facta de beneficio vacaturo,quæ morte concedentis expirat re integra.c.ſicuti.in fi.de præb.in vj.gl.in c.præſenti.in verbo finitur ibi,ſed poteſtas executorum. de off.leg.in vj.vbi dicit, quòd poteſtas executorum datorum à Papa ſuper gratia facta etiam re integra, & ſuper facienda re non integra durat poſt obitum Papæ,& ſic ſentit,quòd ſuper gratia facienda re integra expiret,ex allegato text.in d.c.ſi cui.& Dom.in d.c.præſenti.verſi.ſed in beneficialibus.& idem Dom,in d.c.ſi cui.in vltimò not. de præb. in vj. vbi dicit,quòd gratia non perfecta extinguitur,quãdo ad nullum actum tendentem in effectum cõceſſionis eſt peruẽtum. & Rot. etiam ita intelligit c.ſi cui.in gratia de vacaturo,& propterea eam expirare. & c.ſi ſuper gratia, in beneficio vacanti.& ideo non expirare.in deciſ. cccxlix. in nouis. verſi.capitulum etiam.Æneas in tract.reſeruat. verſi. prædicta non procederent.gl.pragm.ſanctio.ſuper verbo,cauſa.Dom.in c.ſi ſuper gratia. verſi item ſi cui.de off.deleg.in vj.

36 Amplia præcedentem limitationem idem eſſe in legato,qui reſeruaſſet vacatura beneficia.c.præſenti.de offi.leg.in vj.

37 Quod procedit etiam,ſi poſt vacationem beneficij facta fuerit reſeruatio per legatum, ſi ſuperueniat obitus legati ante prouiſionem,Dom. in c.præſenti.ver.ſed quid ſi tempore.& ibi Fran.ver.in gl. iij. & ibi Pet. de Anch.in ij.not.de off.leg.in vj.

38 Sublimita præcedentem limitationem, nam ſi Papa creaſſet canonicum ſub expectatione futuræ præb.tunc mortuo Papa concedente non eſſet gratia reuocata.gl.in ca. ſi cui. in verbo,moriatur.de præben.in vj. verſi.ſolutio facti diuerſitas.gl.prag.ſanctio.ſuper verbo mandatum. Æneas de Falco.in tract.reſeru.verſic. vij.quæro. Frãn.in c.ſi ſuper gratia. verſi.item habet locum iſte tex.de off.deleg.in vj.

39 Amplia,vt hoc procedat etiam in creatione in canonicum facta per epiſcopum,cui à ſede apoſtolica talis facultas cõceſſa eſſet,Rot.in nouis. deciſ.cclxxxv.voluit,licet dubitando.Fran.in c.quodã.in ij. no. de præb. in vj. Æn.in tract.reſeru.verſi.iiij.quæro.Quid autem in creatione facta per legatum,vide ſuprà nu.10.

40 Secundò Sublimita, ſi feciſſet reſeruationem beneficij vacaturi literis expeditis in cancellaria iuxta ſolitum ſtylum,vt in regula cancellariȩ decima,& declarat ibi gl.in fin. Æne.in tract.reſeru.in verſi.ij. quæro.

41 Tertiò Sublimita,quando res non eſſet integra, vt quia ad aliquem actum poſt gratiam deuentum eſſet,ita gl.in verbo,finitur in loco proximè allegato.& ibi Dom.in d.c.præſenti.ver.ſed in beneficialibus.Feder. de Sen.con.ccxcvij.verſi.ſi volumus tenere.Dom.in d.c.ſi cui.verſi.Lap. Abb.& ibi Fran.ver.iiij.opin.Dom.in d.c.præſenti.verſ.quod dicit Lap. & Pet.de Anch.ibi in ij.not.& Dom.in c.ſi ſuper gratia. verſic. ſed pone quòd datur.de off.deleg.in fi.& ibi Fran.verſi. item locum habet iſte tex.

42 Et propterea, ſi fulminatus eſt Proceſſus in expectatiuis, expectatiua expirat,quia quanuis expectatiua ſit gratia de vacaturo,tamẽ per fulminationem Proceſſus res dicitur non eſſe integra.

Et hoc quod voluit Dom.in d.c.ſi ſuper gratia.& ita procedit, quod dicit Staphil.de literis grat.& iuſt.verſi.& per hæc infero.

43 Sed ſi proceſſus non eſſet fulminatus, etiam expectatiuæ cenſerentur morte concedentis reuocatæ,gl.in commen.reg.cancell. in decima reg.

44 Tertiò Limita principaliter in gratia facta à legato, vt alicui prouideat de certo beneficio tunc vacante ad mandati executionem expirat dicta gratia,tex.eſt in c.præſenti.de off.deleg.in vj.Bellamer.deciſ.dxliij. Staphil.de literis grat.& iuſt ver.dicendũ eſt modò.& verſic. ſequitur & alius effectus.

## CONCLVSIO II.

### ARGVMENTVM.

*Gratia purè facta etiam ſi ſit poſterior, præfertur priori gratiæ conditionali.*

1 DICITVR in c.ſi pro te.de reſcript in vj.quòd ſi alicui facta ſit gratia de beneficio ſub conditione,& alteri de eodem beneficio gratia facta ſit purè poſt gratiam conditionalem primo factam,ſecundus præfertur primo,etiam quòd poſtea conditio eueniat,ex qua gratia primi purificetur.Car.in clem.j.in x. not. de conceſſ.præb.Fed.de Sen.conſi.cxcj.Pariſ.conſi.lxxxij.nu.24. & ſeq. volu.iiij.

2 Quod tamen dictum Geminia.intelligit conſi.cvij.procedere, quando gratia primi conditionalis eſt ad incertum corpus beneficij,ita quòd primus,qui habuit gratiam conditionalem, licet excludatur per ſecundum à beneficio primo vacante,tamen non impeditur aliud acceptare,quod poſtea vacauerit,& ideo dicit ſecus eſſe,ſi gratia primi ſit reſtricta ad certum corpus beneficij,ex quo tũc gratia in totum periret. Gomes in rub. de reſcr.lib.vj.verſi.cxxxj.& in tract.mand.de prouiden.nu.110.

Contrarium tenet Mari.iun.conſi.xciiij.nu.22.vol.ij.

3 Et iudicio meo limitatio Gemi.non poteſt eſſe vera,nam licet in caſu c.ſi pro te.gratia non eſſet reſtricta ad certum corpus beneficij, ſed ad incertum, tamen illa incertitudo veniebat declaranda, quando præbenda primo vacaret,ad quam & gratia primi, & gratia ſecundi refertur, ita ꝙ ille,qui præbendam primò vacaturam non capit,in totum excluditur,& ſic gratia ſua perit in totum,& propterea eadem eſt ratio quæ concurrit, quando vtriuſque gratia ad certum corpus beneficij refertur.

4 Secundò Limitatur,vt procedat dicta diſpoſitio,quando conditio eſt poteſtatiua,ſecus verò,quando eſſet caſualis, ita quod videntur Docto. tenentes iſtam limitationem concludere, vt ſi conditio ſit caſualis,retrotrahatur etiam in præiudicium ſecundi impetrantis purè, Rot.in nouis. deciſ.ccclxxxiij.verſ.non obſtat.c.ſi pro te.Idem ſentit Rot.in nou.deciſ. cccxxix.Mil.in verbo,gratia facta cum decreto irritãti.Imo.in l. ſi is, qui pro emptore.verſi.ad de ſecundum Ang.de vſucap.& ſentit Gem. in c. ſi pro te.ver.nota quòd vbi actus ſuſpenditur.& verſi.quid ſi ſecundum.de reſcript.in vj.Anch.in conſi.clviij.verſi.diſpoſitio autem concepta.

5 Contrarium,quòd non ſit differentia inter conditionem caſualem,& poteſtatiuam,imò quòd tex.in d.c.ſi pro te,loquatur in conditione caſuali,vel mixta dependente à facto tertij,ideſt à conſenſu capituli,& epiſcopi,tenet Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.verſic.tamen aduerte.ff.de vſucap. Pariſ.conſi.xj.nu.72.& ſeq.vol.j.Rui.conſi.xix.nu.10.verſic. nec obſtat. volum.j.Idem ſentit Card.in clemen.j.in princ.verſi. oppono ad hoc,de conceſſ.præb.

6 Et idem eſt in ſententia, quæ ſi fuerit lata contra notarium non præiudicat domino inſtrumenti.Rui.con.xv.nu.11.vol.v.

7 Quintò Amplia, quia ſimiliter non creditur iudici, qui dixit ſe tuliſſe ſententiam corruptus pecunia, in præiudicium illius partis, in cuius fauorem lata eſt ſententia.Bar.in d.§.ſi quis moriens.verſ.item facit.& ibi Roman.verſi.& inducit.ff.ad Syllan.& idem Rom. in l. iuſiurandũ. §.procurator.verſ.ſed adde.ff.de iureiuran.Ange.in conſilio cccix. ver. hoc etiam probatur.Paul.de Caſtr.in l.Seia.in princ.ff.ad velleia. Alc. in l.ſi conſtante.§.quoties.verſ.& nunc mihi occurrit.ff.ſol.matr.Gual. caut.vij.de tutor.& executor.nu.4.& ſeq.Fel.in c.literas.ver.in gloſſ.in verbo graue.de præſumpt.

Contrarium in iudice quòd credatur ſibi, ſuper iniuſtitia ſuæ ſententiæ, voluit Anton.de Butr.in cap.ſecundo, de arbit, verſiculo, vel ſecundo.& refert ibi Imol.verſi.& ſimiliter ſi iudex, & verſi. per prædicta dicit.

8 Ex quorum dictis colligi poteſt prima limitatio, vt iſtud de iudice procedat, quando ſua aſſertio contineat iniuſtitiam ſententiæ, quo caſu ſibi crederetur, & ita procedat ſecunda opinio. Secus verò quando allegaret ſuam turpitudinem, quo caſu in præiudicium partis ſibi non creditur, & ita procedat prima opi.

9 Secundò Limita, quando plures iudices, qui interuenerunt in ferẽda ſententia, ita aſſererent, quia tunc etiam in præiudicium partis eorũ aſſertioni crederetur, ita Ang.in l.errore.ver.ſaluo niſi.C.de teſta.refert & ſequitur Iaſ.in l.iuſiurandum.in §.ſi procur.verſic. prædicta multum ſingulariter.ff.de iureiur.Gram.con.ciuil.lxxij.

10 Sextò Amplia quia etiam ſimiliter non creditur arbitris, qui aſſererent ob pecuniam laudum tuliſſe, electoribus ob ſimilem cauſam electionem feciſſe.Ang.con.cccix.verſ.hoc etiam probatur.

Et in d.l.errore.ver.facit optime.C.de teſta.poſt Inn.in c.cum dilectus.ver.caſſatis.de elect.

11 Amplia has ampliationes præcedentes, vt tales aſſertiones nedum nõ noceant parti in cauſa ciuili, ſed non nocent etiam in cauſa criminali illi qui dicitur aut teſtes ſubornaſſe, aut corrupiſſe notarium, iudicem, vel arbitros.Anch.in conſi.xxiiij.verſ.ad hoc reſpondeo.Dec.con. clxxxix.nu.9.Maria.Iun.conſ.xxxix.nu.52.vol.ij.

12 Quod amplia, vt in criminalib.tales aſſertiones non faciant etiã indicium ad torturam, vt dicit Anch.con.xxiiij.ver.ad hoc reſpondeo. Dec. con.clxxxix.ver.j.quia.Maria.Iun.con.xxxix.num.64.verſ. quæ etiam magis.vol.ij.

Contrarium Tindar.de teſt.varia.lib.ij.c.vij.nu.5.& ſeq.

13 Limita hoc, vt non faciant indicium ad torturam, ſi modo alia non concurrant.ita Ro.in d.l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens.ff.ad Sylla. Barb.conſ.xxx.vol.j.pariſ.conſ.x.num.134.verſ.& ad illud.vol.ij.& ita intelligi debet, quod dicit Hip.in rubrica de fideiuſſo.nu. 43.& ſeq.vbi tenet dictum teſtis in articulo mortis fidem facere etiam in præiudiciũ tertij, quia hoc debet intelligi ſi modo alia adminicula currant.

14 Primò Limita has præcedentes ampliationes, nam licèt non creditur in præiudicium alterius partis, creditur tamen in præiudicium ipſorum confitẽtium, vt dicit Ang.in d.l.errore.C.de teſta.Fel.in c. ſicut.in j.not.de teſti.Ang.& alij in l.Lucius.ff.de his qui not.infam.Boer. deciſ. cclv.

15 Secundò Limita, nam licèt non credatur ſimplici aſſertioni, tamen ſi coniecturæ concurrant pro veritate aſſertionis, tali aſſertioni crederetur.ita Curt.Senior.con.lxx.ver.ſed præmiſſis omnibus.

16 Tertiò Limita, quando ex ſententia ſeu teſtimonio eſſet quæſitũ ius parti, ſecùs in caſu in quo res adhuc integra exiſteret.Gram.conſi.lxxij.

## CONCLVSIO XXXIII.

### ARGVMENTVM.

*Teſtis exiſtimans verum dicere, ſi falſum deponat, an dicatur falſarius, ita vt pœna falſi puniri poſſit.*

1 NON longè à præcedentibus diſtat illud, an ſi teſtis exiſtimet verum dicere, cum falſum dicat, falſarius reputetur:& quòd non dicatur falſarius videtur facere, nam qui ſubiicit iuramẽtum calumniæ, & iurat quòd credit verum eſſe, licèt falſum ſit, non dicitur periurus: voluit Hoſtien. in capitulo fin. verſiculo ergo periurus.& ibi Anton.de Butr.verſiculo, & hæc concludit, de iureiurand.Felyn.in capitulo primo, verſiculo,& ita intellige Baldum de lit. conteſt.Ancha.in capitulo j.in quinto not.de iur.calum.lib. vj. Hippo.

in rubr.de probat.verſi.quibus addo.Federic.de Senis con.xxiij.verſic. præterea ſi diceremus.Hippo.in l.j.verſ.& ideo dico.ff.ad leg.Corn.de falſ.Tiraq.de retract.lignag.§.ij.in glo.ij.nu.10.

2 Et expreſsè quòd non incurrat pœnam falſi dicit Hippo.in l.iij.§. præterea.verſ.vlterius circa hanc materiam.ff.ad leg.Corn.de ſicar.Mari.iun.conſi.xxxj.nu.21.ver.quia cum in falſo vol.ij.Hippol.in rubr.ff. ad legem Corn.de falſ.verſ.& ideo ſi quis.

Vide ſuprà in concluſione noſtra octaua,incip.quælibet cauſa.nu. 55.in ver.pro quo facit.

Sed quia Doct.primo loco allegati,loquuntur in iuramento calumniæ,quod præſtaretur per verbum credulitatis:& in iuramento veritatis contrarium decidunt: prout in iuramento teſtis contrarium voluit Bal.in l.ij.§.quod obſeruari.ver.iiij.nota.C.de iur.cal.Anc.in ca.j.in v. not.de iur.cal.in vj.Federi.de Sen.conſ.xxiij.verſ.non obſtat quod not. vbi diſtinguit inter iuramentum credulitatis, & iuramentum veritatis. & con.cclv.in reſponſione D.Ale.Abb.in c.ex literis.verſi.item dic,de iureiur.Corn.con.cclxxiij.verſ.& quando quis aſſerit.vol.j.Fel.in c.literis.ver.nihilominus ſtandum eſt,de præſump.Ant.de Bu.in c.fi.ver.eſt dare.de iureiur.Marian.Iun.conſi.xlj.verſ.& procedit hoc.vol.ij.Vide ſuprà in concluſione octaua.nu.57.ver.contrarium.

3 Et licèt dicatur quòd ſcire dicimur id quod vehementer opinamur, vt voluit gl.pe.in fi.ver.vel dic duplex.ff.de acq.hered.per Pau.de Caſt. in l.ſi quis poſthumus.§.fi.ff.de lib.& poſthu.verſ.in tex.ibi, qui ſocio. Anch.in c.ij.de iur.calum.in vj.Abb.in c.ex literis.in fi.de iureiur.Fel.in c.j.de lit.conteſt.in c.j.de ſum.Trinit.in c.præterea.de teſtib.Hippol.in §.præterea.in lege iij.ff.ad leg.Corn.de ſiccar.& latè in ſing.ccv.

4 Tamen illud procedit,quando opi.cum veritate concurrit.Imol.in l.in repudianda.ff.de acq.hered.verſ.nota bene, & Doct.ſuprà allegati expreſſe loquntur quando opi.eſt conſona veritati.

Contrarium vt etiam iurari poſſit de veritate, etiam illud quod quis tenet pro certo,voluit Archidia.in c.teſtes.verſ.item nota quòd teſtes.iij.q.ix,& in c.beati, ver.& ad hoc facit.ij.q.vij.& ibi Dom.ver.oppono quod videtur.

Sed iſti non loquuntur in teſtibus,quia in teſtibus contrarium concluditur,vbi per Arch.in d.c.teſtes.

5 Tenendo igitur ex prædictis illam opinionem, quæ videtur magis communis,vt teſtis deponẽs falſum, quod tamen verum eſſe credit, ſit falſarius,

Declara,quia licèt ſit falſarius,non tamen punitur pœna falſi ordinaria,quia non concurrit verus dolus,nec intentio delinquendi,vt dicit Fel.in c.dilectorum.verſ.imò dicit Bal.de teſt.cog.Marian.Iun.con. xlj.verſ.nec obſtat quod falſum.vo.ij.

6 In contrarium facit,nam eo ipſo præſumitur dolus in teſte, quòd falſum deponit, & propterea non debet præciſe aſſerere ſe ſcire illud de quo non eſt vere informatus, vt tenet Paul.de Caſt.in l.dolum.ff.de dol.mal.ver.item quando quis.& ibi Alex.verſ.& dictis Bart.

Sed contrarium quòd affirmans id de cuius veritate non erat certus non dicatur in dolo,voluit ibi Alex.in d.l.dolum.ver.adde aliud notabile.& Fel.in c.ſin autem.verſ.ſed tamen videtur.de reſcrip.Vnde pro ſaluando dictum Pau.de Caſt.in d.l.dolum,illud declara vt per Fel.in d.c.ſin autem.verſ.dummodo tale mendacium,de reſcri.vbi dicit illud procedere, quando tale mendacium erat ipſi teſti deponenti proficuũ, & non aliàs.poſt Alex.in d.l.dolum.verſ.adde aliud notabile.ff.de do. mal.

Sed bene excuſatur à falſo teſtis qui depoſuit verum,ſed tamen falſam cauſam ſcientiæ in depoſitione aſſignauit.Fel.in con.xlviij.nume. 13.& 14.

## CONCLVSIO XXXIIII.

### ARGVMENTVM.

*Pœnæ an in foro conſcientiæ exigi poßint.*

1 NONNVLLI nimis generaliter loquentes dixerunt,quòd pœna legalis de iure canonico peti, aut exigi non poteſt à clericis,per gl.in c.fraternitatis.in verbo,cum augmento. xij.q.ij.prout dixit Hoſti.in c.dilecti.verſ.pars autem à parte,de arb.Et idem in pœna conuentionali,vt illam clericus non exigat, de iure canonico,vltra quam interſit,tenuit Anto.de Butr.ibi ver.quædam eſt pœna conuentionalis.Hoſt.in ſum.de arb.§.qualiter conſtituatur.verſ.ſed nec religioſus.Imol.in c.dilecti.num.10.verſ.ſecundo caſu.de arbi.Anch.conſi.xlvij.verſi.nam non debentur.Bal.in c.ſicut.ver. ibi reſtituat,de iureiuran.Barb.in c.Raynaldus,de teſta.Mathe.in ſing. xlvij.qui tenet quòd de iure naturali,gentium aut diuino quis non tenetur ad pœnam,Quam opi.dicit communẽ Gomez.in §.ſic itaque.ver. hæc tamen pœna.inſt.de act.

2 Contrarium,ꝙ indiſtinctè pœna de iure canonico exigi poſſit,tenet Innoc.in capitulo,tuam.de pœn.ſuper verbo pœna.Arch.in capitulo,quoniã.in fi.ver.in eadẽ gl.in fi.xviij.diſt.Abb.in c.dilecti.de arbi. ver.vj.& vltima,qui hoc tenet in pœna conuentionali,& etiam in legali,vt ibi ver.prima à lege.

Corn.conſi.ij.ver.tamen communis opi.vbi videtur tenere hanc eſſe communem opin.Bal.in auth.ad hæc.ver.reuertendo igitur.C.de vſur. Abb.in c.tuam.nu.6.ver.ſed dubium eſt.de pœn.

Corn.conſi.lxix.nu.39.ver.& licèt.vbi dicit iſtam communem opin. volum.ij.

3 Et idem dicitur,ꝙ etiam de iure canonico in foro cõtentioſo pœnæ, & peti,& exigi poſſunt.Abb.in c.j.de conſt.ver.adde gl.& ibi Fel.verſi. tertius caſus.Pariſ.conſi.xxxiiij.nu.32.verſi.& præmiſſa facto affirmatiuo.vol.j.

4 Tamen in laicis videtur concordare Hoſti.in ſum.in loco proximè allegato.& Imol.in d.c.dilecti.etiam in loco ſuprà allegato, vt de iure canonico laicus pœnã etiam vltra illud,quod intereſt, exigere poſſit. Quam opinionem etiam refert,& ſequitur Cor.in d.conſ.in loco proximè allegato.

Corn.conſi.xxviij.ver.& licèt in epiſcopo.volu.ij.& conſi.lxviij.nu. 39.ver.& licèt.vbi dicit iſtam communem opi.vol.ij.Corn.conſi.cliij. ver.circa quartam conſultationis quæſtionem,& conſi.ccxx.nume.15. ver.nec obſtat,ſi dicatur.vol.j.

Et propterea Dec.in c.j.in ij.lect.ver.iij.circa gl.de conſtit.dicit quia ſi gl.in c.fraternitatis.procedit in clericis,eodem modo procedere debeat in laicis.

5 Alij magis ſtrictè loquentes dixerunt,ꝙ pœna legalis in foro conſciẽtiæ,exigi non poteſt,& hoc videtur velle gl.in d.c.fraternitatis,ꝙ dictũ non tranſit ſine difficultate,nam licèt dictam opin.tenuerit Alex.conſi.cv.ver.nec huic vltimæ rationi.vol.v.Roma.in rub.de acq.here.ver. aſſignat ipſe Ang.Abb.in procem.Decret.in verbo, Rex Pacificus.nu. 6.ver.vidi etiam ad prædicta.Abb.in c.ſi egreſſus.ver.quare forus animæ,de iureiur.& dam.dat.& in c.fi.ver.ſed aduerte.de ſepul.& in c.audiuimus.ver.an autem in foro,de ſimon.& in c.Raynaldus.nu.25.verſi. in gl.in verbo,adijciens,de teſtam.Bal.in l.id quod pauperibus.ver.ſed pone,C.de epiſ.& cler.& ſentit Bal.in l.ij.in fi.ver.quid ſi iſte moritur. C.de vectig.Matheſ.ſing.xxiij.& in foro conſcientiæ,& in foro eccleſię dicit Ang.in conſi.xliij.in fi.ver.verum quia eccleſia,& Iaſ.in §.ſed iſtę. nu.110.ver.& pœnæ legales.inſti.de act.

Corſ.in ſin.in verbo,pœna,incip.in foro.& Io.Crot.in c.j.§.ſtatuto.in gl.in verbo,furtum.de conſti.in vj.vbi dicit communem,quam etiam cõmunem dicit Gomez.in §.ex maleficiis.nu.14.de inſt.act.Ant.de Bu. in c.fi.circa medium,ver.& quia in pœnalibus.de præſcr.Bal.in l.data opera.verſi.item ſi proprias.C.qui accuſ.non poſ.Fel.in ca.audiuimus. verſi.ſubdit hic eleganter.de ſimon.& in c.j.verſic.tertius caſus.de conſti.in vj.Hipp.in l.patre,vel marito.ver.& facit etiam.de quæſt.

6 Contrarium ſentit Anch.in regula poſſeſſor.ver.iij.quæro.de regul. iur.in vj.Cor.conſi.lxix.nu.39.ver.& licèt.vol.ij.Dec.in l.quod à quoquam.ff.de reg.iur.& in c.j.in j.lect.nu.20.ver.modo his relatis.de cõſt. & in ij.lect.nu.10.ver.iij.circa gl.& in c.quoniam contra.nu.31.verſ.& ꝙ ſuprà dictum eſt.de proba.Gomez.in §.ex maleficiis.nu.14.verſicu. iiij.vltra alios.& in §.ſic itaque.nu.16.ver.hæc tamẽ pœna,inſti.de act.

7 Alij verò ſtrictiſſimè loquentes dixerũt,ꝙ pœna legalis peti,aut exigi non poteſt in foro pœnitẽtiali,& hoc procedit ſine difficultate.Bal. in l.iubemus.§.ſanè.el j.ver.ſed nunquid in foro cõſcientiæ.C.de ſacroſan.eccl.Bal.in l.poſt deciſionem.ver.iiij.quæritur.C.de furt.Abb.in c.j. nu.10.ver.item adde gl.de conſt.Imol.in l.quibus diebus.§.dominus.in fi.verb.ff.de cond.& demonſt.& in l.ſtipulatio.§.alteri.ff.de verb.obl. Ro.conſi.dx.ver.inquantum tamen dixi.Cor.conſi.lxix.in fi.verb.vol. ij.Alex.in l.ſi pœnæ.in prin.ver.extra gl.no.ff.de cond.indeb.Barb.conſi.xlv.ver.ſecundum dubium.vol.iiij.Ant.de Bu.in c.dilecti.ver.hæc mẽbra.de arbi.Imol.ibi.nu.10.Anan.in c.ſignificaſti.el ij.ver.ſubdit etiam ibi,de homic.Rom.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.nu.19.ver.inquantũ dixi. ff.de ver.obl.Abb.in c.cùm cauſam.ver.facit quod no.gl.de teſtib.Mayner.in l.ꝙ à quoquam.nu.3.ff.de reg.iur.Henri.Boich in c.dilecti.in primis verbis.de arbi.

8 Tenendo ſecundam opin.quæ videtur magis communis,vt pœnæ in foro conſcientiæ peti,& exigi non poſſint,& hoc voluit dicere gl.in c.fraternitatis.xij.q.ij.

9 Decimò Limita,iſtud procedere in pœna legali,ſecus verò in cõuentionali,quia conuentionales pœnæ ex quo habent conſenſum etiã ſalua conſcientia peti,& exigi poſſunt.Anch.in regula poſſeſſor.de regu. iur.in vj.ver.iij.quæro.Fel.in c.j.de cõſt.ver.limita iij.& in c.audiuimus. ver.limita iij.de ſimon.Dec.in c.j.in j.lect.num.20.ver.iij.concluſio.de conſti.Cagnol.in l.quod à quoquam.nu.6.ff.de reg.iur.

10 Sublimita,quando pœna conuentionalis excederet partis intereſſe, quia tunc de iure canonico ſalua conſcientia vltra illud,quod verè intereſt pœna cõuentionalis peti,aut exigi non poteſt.c.tuam.de pœnis. Hoſt.in c.dilecti.verſ.par autem in par.de arbi.& ibi Ant.de But.verſi. quædam eſt conuentionalis.& Imol.ver.ij.caſu.Soc.conſi.ccliij.verſic. ſecunda ratio eſt.Corn.conſilio cccxliiij.verſicu.& plerique tenent.volumine primo.Gram.conſilio ciuil.lxvj.vbi maximè dicit hoc procedere,quando cauſa ſecundum æquitatem tractari debet,prout eſt, quãdo

cauſa

cauſa agitur in conſiſtorio Principis.

11 Contrarium, quòd pœna conuentionalis, etiam vltra partis intereſſe peti, & exigi poſſit, tenuit Inno. in cap. tuam. ſuper verbo pœna. de pœ. Abb. in c. dilecti. nu. 14. ver. vj. & vltima pœna, de arbi. & ibi Anch. ver. vltima, ſcilicet conuentionalis. Card. verſ. Innoc. tamen Henr. Boic. ibi verſi. aut de conuentionali. Abb. in c. tuam, in ſecundo, not. de pœn. Ro. conſi. dx. verſ. aut loquimur in pœna conuentionali. Corn. conſi. cliij. verſ. circa quartam conſultationis quæſtionem. & conſi. ccxx. nume. 15. verſ. nec obſtat ſi dicatur. vo. j. Galiaul. in repet. l. ij. §. item ſi in facto. nu. 75. ver. ij. limita. ff. de verb. oblig. Pariſ. conſi. xxxiiij. nume. 30. verſi. nomine autem pœnæ. vol. j. Rom. conſi. ccclxxiiij. Corne. conſi. ij. verſ. nã dicendum eſt. vol. iij. Rip. conſi. ix. num. 7. verſ. poterit denique. volu. ij. Mayner. in l. ſi à quoquam. nu. 6. verſi. vj. & vlt. pœna. ff. de reg. iur. gloſſ. in conſuet. Turon.

12 Secundò Limita in pœnis, quæ ex dilectis ipſo iure cõmittuntur, quia tales pœnæ licitè poſſunt de iure Canonico, & in foro conſcientiæ peti, & exigi: Abb. cap. j. de conſt. verſ. & primò limita. & in ca. dilecti. verſic. prædicta ego limito. de arbit. Fely. in d. c. j. verſic. & primò limitatur, de conſt. & in c. audiuimus. de ſimon. Corſet. in ſing. in verbo, pœna. incip. in foro conſcientiæ. Barbat. conſ. xlv. verſ. item quia pœna imponitur. vol. iiij. Affl. ſuper Conſt. verſi. ſed quid ſi pœna. aliàs ſub rub. de violẽt. numero 7.

Contrarium Rom. in rubr. de acq. here. ver. ſed hæc ratio. Fel. in ca. j. in j. limit. ver. ſed aduerte. de ſimonia.

13 Et idem eſt in pœnis, quæ ipſo iure non inferuntur, ſed iudex illas infligit pro delicto. Hoſt. in ca. dilecti. verſ. & hoc intelligas. de arbitr. & ibi Anto. de Butr. ver. ſi autem quæritur. ibi Imol. verſ. ſi autẽ quæritur. Bald. in l. id quod pauperibus. in ix. q. verſ. ſed pone. C. de epiſcopis & cleri. Anch. in repe. regulæ poſſeſſor. verſ. iij. quæro. de reg. iur. in vj. Fel. in capitulo j. in ij. limit. de conſt. & in c. audiuimus. ver. limita ſecundò, de ſimon.

14 Tertiò Limita, niſi pœna legalis fuiſſet ſubrogata loco inæſtimabilis intereſſe. Fel. in ca. audiuimus. de ſimon. Cagnol. in l. quod à quoquam. nu. 9. ff. de reg. iur.

15 Quartò Limita, quia hæc concluſio procedit quando pœna lucrum afferret damnum paſſo, ſecus ſi eſſet abſque lucro damnum paſſi, quia tunc omnino perſolui deberet: Felyn. in capitulo primo, de conſt. & in capit. audiuimus. de ſimon. Cagnol. in l. quod à quoquam. nume. 7. ff. de reg. iur.

16 Sublimita quando damnum ex leuiſſima culpa proueniret, nam tũc in foro conſcientiæ quis illud non teneretur reſarcire, Innoc. in c. ſicut dignum. & ibi Fel. de homicid. Corſett. in ſing. in verbo, forum conſcientiæ. Cagnol. in d. l. quod à quoquam. nu. 7. ff. de reg. iur.

## CONCLVSIO XXXV.

### ARGVMENTVM.

*Poena non declarata contra auctorem non poteſt etiam contra eius heredem declarari.*

1 EX text. in l. fi. in fin. C. de reuoc. donat. ſumitur concluſio, ꝙ contra heredem non inducitur pœna, nec aliqua indignitas, quæ non fuerit etiam declarata contra eius auctorẽ. & ibi notant Bal. Sal. & alij, ad idem eſt gl. in c. fi. in fi. per illũ text. vbi Anch. Card. Abb. & alij. de donatio. Rip. in l. fi. q. lxiiij. in princ. C. de reuoc. donat.

2 Ex qua cõcluſione primò infertur, vt heres emphyteutæ nõ poſſit declarari incidiſſe in caducitatem, ſi eius auctor viuens non fuit declaratus. Cuma. con. clxiiij. verſ. quinimò etiam. Cur. in trac. feu. in vlt. q. iiij. par. princ. verſ. imò fortius. Caſſad. deciſ. iij. in tit. de loca. Rip. in l. fi. in vlt. quæſt. in princ. verſ. & idem tenet. C. de reuoc. donat. Ruin. conſil. x. ver. nec obſtat. vol. j.

3 Amplia, quia idem eſt in herede vaſalli: glo. fi. in c. fi. ver. & ſic eſt argumentum. de dona. glo in l. fi. in fi. C. de reuo. don. gl. in c. Imperialem. §. inſuper. in verb. non ſuccedit. de prohib. feu. alie. per Fed. gl. in ca. j. §. porrò, in verb. porrò. verſ. iſtud autem. in tit. quæ ſit prim. cau. benef. amit. Odofr. in l. j. ver. ſed quæ eſt ratio. C. de reuo. don. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de feud. §. fi. in fi. vlt. addit. verſ. venit tertia q. Bald. in c. Imperialem. §. inſuper. verſicu. conſidera tamen vnum. de prohi. feu. alie. per Fed. Raph. Cum. con. clxiiij. verſ. quinimò etiam. Curt. in tract. feu. in vlt. q. iiij. part. prin. Anch. in c. fi. in vij. q. de donat. Card. Alex. in d. c. Imperialem. §. inſuper. verſ. ſed tu aduerte. & ibi Aluar. verſ. & ita intelligit. Soc. in con. lxvj. verſi. quinto confirmatur. vol. iij. Aret. conſi. xiiij. circa fi. ver. & eodem modo. Ruin. conſ. x. verſ. nec obſtat. vo. j. & conſi. lxx. nu. 13. ver. nec obſtat. vol. v.

Contrarium videtur tenere Barb. in c. fi. verſ. ego verò dubito. de donat. And. de Iſer. in c. j. §. porrò. verſ. ſequitur in gl. in tit. quæ ſit pri. cau. ben. amit.

4 Tenendo primam opi. tanquam magis communem, declara, vt illa procedat, quotieſcunque dominus ſciuerit, & non fuerit conqueſtus. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de feud. in §. fi. in add. magna. Bal. in c. j. §. porrò. verſi. ſecundò quærit gl. quæ ſit prim. cauſ. beneſ. amitt. Io. Andr. in cap. fi. verſ. in glo. vltima, de donat. Saly. in l. fi. in fi. C. de reuoc. donat. Alua. in c. Imperialem. §. inſuper. verſ. ſed tu aduerte. de prohib. feu. alie. per Feder. Aret. in con. xiiij. circa fin. ver. ſed remanet. Cyn. in l. j. in fi. C. de reuoc. dona Boer. deciſ. ccxxviij. num. 7. Rui. con. clv. vol. iij. ſecus autem ſi ignorauerit: vt per Doct. ſuprà allegatos.

5 Contrarium ſumitur ex dictis Bal. in l. rei iudicatæ. §. j. ff. ſolu. ma. dũ tenet, ꝙ etiam ignorans non tranſmittat hanc actionem in heredem, ex quo iſta eſt actio ad vindictam, quæ morte extinguitur.

6 Secundò Declara, vt ſupradicta procedant non ſolum quando dominus ſciuit, ſed etiam quando habuit tempus conquerendi, & non aliàs. Cyn. in l. j. verſ. vltimo collige. C. de reuoc. don. Sal. in l. omnimodo. in fi. verſ. vltimo glo. C. de inoff. teſt. Iac. de Beluiſ. in tit. quib. mod. feud. amitta. in princi. circa fi. verſ. quæro quid ſi vaſallus: & ibi Card. Alex. in §. item ſi fidelis. verſ. quæro ſubſequenter. & in c. j. §. inſuper. verſ. & circa hanc quæſtio. de prohib. feu. alien. per Feder. Abb. conſi. iij. in nona quæſto. volumine ij. Ioan. And. in cap. fi. verſiculo in gloſſ. vltima de donatio. Alex. in l. rei iudicatæ. verſic. & quòd illa iura. ff. ſol. matr. Curt. in tract. feud. in pen. q. quartæ part. princ. in princ. Boer. deci. cccxxxiij. nu. 7. Rip. in l. ſi. in vltima q. ver. primo vt procedat. & in xlij. q. ver. ſed quid ſi non potuit. C. de reuoc. don. Rui. cõ. lxx. num. 13. ver. nec obſtat. vo. v.

7 Amplia regulam principalem, quia ſicuti pœna contra heredem non poteſt declarari, quæ non fuit declarata contra eius autorem, eodẽ modo nec etiam ipſe heres pœnam, quam ipſe defunctus viuens non declarauit, poterit declarare. gl. fi. in c. fi. verſ. & ſic eſt argumentum, de donatio. & in l. omnimodo, in verbo non licebit. C. de inoffi. teſta. & in c. j. in verbo concubuerit. ver. ſed ſi dominus, quib. mod. feud. amit. & in c. j. §. porrò. in glo. j. quæ fuit prima cauſ. benefi. amit. Odofred. in l. j. per illũ tex. ver. etiam nota. & ibi Cyn. in fi. ver. vltimo collige. C. de reuoc. don. Bal. Sal. & alij in l. fi. C. eod. tit. Bald. in c. Imperialem. §. inſuper. ver. cõſidera tamen. & ibi Aluarot. verſ. & ita intelligit. & Card. Alex. verſ. ſed tu aduerte. de prohib. feud. alien. per Feder. Bal. in c. j §. porrò. ver. ſecundo quærit gl. & ibi Aluarot. ver. quæro cum eadem gl. in tit. quæ fuit pri. cauſ. beneſ. amit. Bal. in l. j. in q. xxxix. ff. de rer. diuiſ. Ab. conſ. iij. in ix. q. vo. ij. Sal. in l. omnimodo. in fi. princ. verſ. vltimo gl. inducit. C. de inoffi. teſt. Card. Alex. in c. j. §. item ſi fidelis. verſ. quæro ſubſequenter. & ibi Aluarot. verſ. quæro ſubſequenter. quib. mod. feud. amit. Car. in c. fi. in xv. q. & ibi Imol. verſ. in eadem gl. fi. de donatio. Alex. conſ. clxxxix. verſic. præterea dato. vol. v. Paul. de Caſt. in l. rei iudicatæ. §. j. ver. vltimò facit. ff. ſolut. mat. Curt. in tract. feud. in quarta par. in pen. q. Aret. conſi. xiiij. circa fi. verſ. ſed remaneret, Ripa in l. fi. in vltima quæſt. verſ. ſed quid ſi Dominus, vbi hanc dicit communem opin. & in lxj. q. in prin. verſi. & per iſtum tex. C. de reuoc. donatio. Boer. deciſ. cccxxxviij. nu. 7.

Contrarium tenuit Barb. in c. fi. verſ. ego vero dubito, de donatio. Afflict. ſuper. conſt. Reg. ſub rubrica de reuoca. alien. nu. 39. verſic. viij. nota. And. de Iſern. in c. j. §. porrò. ver. in conuerſa quæſt. quæ fuit prima cauſ. benefi. amitt.

8 Ex prima communi opinione infertur, ꝙ ſi mulier commiſit adulterium, & maritus viuens non eſt conqueſtus, exceptio adulterij ab eius herede opponi non poteſt. l. rei iudicatæ. §. morum, & ibi glo. in verbo. non habet. & ibi Bart. in prima oppoſ. & in ver. & habes. & ibi Bal. ver. nota optimum text. & ſentit Ang. in fi. à contrario ſenſu, & Imol. in ſecundo not. & in fi. verſ. & adde prædictis. & Pau. de Caſt. ver. ſi ergo maritus, & ibi Rom. in iij. not. verſ. in gl. in verbo, habet. & Aret. in ij. not. & in fi. verſ. circa ſecundum. & Alexand. verſ. item nota, vbi dicit ita cõmuniter teneri. ff. ſol. matr. Io. And. in add. ad Spe. in tit. de except. §. dicto. verſ. item quæritur. Ant. de But. in c. plerunque. ver. quæro an heredes. & ibi Præpo. verſ. quæritur ſecundo. & ibi Abb. in verſi. ij. quæro. & Card. ver. quæro pone. de donat. inter vir. & vxor. Pau. de Caſt. in conſ. ccccij. ver. tertia ratio. vol. j. & con. cxlvij. ver. ſed ad hoc reſpõdetur. vo. ij. Bal. in l. cum mulier. in xv. oppo. & ibi Pau. de Caſt. ver. nota tertio, & ibi Imol. ver. & item aduerte. ff. ſol. matr. Sal. in l. fi. verſ. ſucceſſiue quærit gloſſ. C. de adult. Nell. in tract. bannit. in j. par. ſecundi temp. q. xxix. Rom. conſ. cclxxxvj. Pau. de Caſtr. in l. ij. §. voluntate. in prin. verſ. ſed ſi maritus. ff. ſol. matr. Cuma. in l. rei iudicatæ. §. j. verſic. ſi vero maritus. ff. eod. tit. Iacob. de Beluiſ. in §. quia verò plurimas. in auth. vt liceat matri, & auiæ. in ix. oppoſ. Bart. in l. Lucius. in fi. ff. ſol. mat. Signorol. Homod. con. 50. Ang. in trac. maleſ. in verbo, che mi hai adulterato. num. 29. Alexand. in con. clxxxix. ver. præterea. vol. vj. Io. de Carron. in auth. ex teſtamento, in xj. notab. & pro hac ſententia. C. de ſecundis nupt. Rip. in lege fin. in vltima quæſtio. in prin. C. de reuoc. donat. Boer. deciſ. cccxxxviij.

Contrarium ſentit Spec. in tit. de excep. §. dicto. ver. item quæritur. in vlt. opin. & ſentit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de reſt. dot. §. fi. verſi. quid ſi mulier.

9 Tenendo primam opinionem tanquam communem illam declara, vt habeat locum, quotieſcunque maritus ſciuerit, & non fuerit conqueſtus, vel quando etiam habuit tempus conquerendi, & non aliàs. Sal.in l.omnimodo.in fin.C.de inoffic.teſtamẽ.Io.Fab.in l.fi.C.de adulter.Præpoſ.in c.plerunque.de donat.int.vir.& vxor.Rom.in l.rei iudicatæ.§.j.verſ.ſed eſt pulchrum dubium.& ibi Aret.in fine.& Alex.verſ.ſed quid ſi maritus.& in ver.ſed quid ſi mulier.ff.ſolut.matr.Saly.in l.fi.verſ.ſucceſſiuè quærit gl.C.de adulter.Signorol.Homod.conſi.50.Ripa in l.fi,q.lxj.verſ.ſed quid ſi non potuit.C.de reuoc.dona.Ruin.con.clv.vol.iij.

10 Contrarium, quòd etiam ſi ignorauit maritus non tranſmittat exceptionem adulterij in heredem, tenuit Bald.in l.rei iudicatæ.§.j.verſ.quidam diſtinguunt.& ibi Imol.verſ.& adde prædictis. & Paul. de Caſtro verſ.ſi ergo maritus.ff.ſoluto matr.Bal.in l.cum mulier.in xv.oppoſ.ff.eodem. & conſi.clxxxij.in princ.vol.iij.Ang.in tract.malefic.in verbo, che mi hai adulterato.num.29.Boer.deciſ.cccxxxviij.nu.7.qui dicit cõmunem,& hanc partem tenuit Ruin.conſi.x.verſic.nec obſtat. volu.j.

11 Secundò Limita, quia maritus bene poteſt obiicere adulterium heredibus mulieris.Sal.in l.fin.verſ.ſucceſſiuè quærit gloſſ.qui diſtinguit an ſciuit, vel ignorauit.& ibi Bald.in verſ.ibi propter dotem.C.de adulter.& indiſtinctè hoc tenet Bart.in l.rei iudicatæ.§.morum.verſi.quæro an mortua.ff.ſol.matr.Ant.de But.in c.plerunque.verſ.quæro an heredes.de donatio.inter vir.& vxor.Bald.in l.cum mulier.in decimatertia oppoſi.ver.ſed contra Bart.ff.ſol.matr.Bart.in l.Lucius,in fi.ff.eo.Bal.in l.rei iudicatæ.§.j.ver.non obſtat lex,& ibi Ange.in fi. ver.poſt mortẽ autem.& ibi Ro.circa.fi.ver.quid autem econtra.ff.ſol,matr.Pau.de Caſt.in l.cum mulier.ver.nota tertio.ff.eo.Pet.de Anch.in c.fi.in ſecunda oppoſ.de donat.Ro.conſi.cclxxxvj.

12 Contrarium gl.in l.fi.in verbo.præſtare.C.de adulter,dum dicit non procedere quando deceſſit in matrimonio. & voluit Alex.in l.rei iudicatæ.verſ.ſed quid ſi mulier.& ibi Cuman.verſ.ſi verò moritur.ff.ſolut.matr.Rip,in l.fi.in lxiiij.q.verſi.item facit,ꝙ decidunt. C.de reuoc.donatio.

13 Tertiò Limita, quia etiam quando maritus viuens eſt conqueſtus nõ tranſmittit ad heredem extraneum, vel ad ſingularem ſucceſſorem exceptionem adulterij.Bald.conſi.ccxxvij.vol.ij.quem refert, & ſequitur Barbat.in apoſtil.ad Bal.in l.rei iudicatæ.§.j.ſol.matr.& ibi etiam Fran.Curt.in apoſtill.ad Alex.

14 Primò Limita regulam principalem habere tantummodo locum in pœna iuris, non autem in pœna conuentionali, in qua ratione pœnæ incurſæ ex conuentione etiam contra heredem declaratio fieri poteſt. Inno.in c.fi.ſuper verbo,tacuit,& ibi Card.in xiiij.q.de donatio.Bal.in l.fi.verſ.idem dicit.& ibi clarius Saly. verſ. quæro an in omnibus caſibus.C.de reuo.donatio.Bal.in c.Imperialem.§.inſuper.verſ.vel eſſet alia fellonia.& ibi Aluarot,verſ.ex quo infert. de prohib.feud. alien. per Feder.And.de Iſern.in c.j.§,porrò.verſ.etſi non ſit commiſſus, quæ fuit prim.cau.beneſ.amit.Abb.in conſi.iij.in ix.q.verſ.item ponit Bald.vol.ij.Curt.in tract.feud.in iiij.par.in pen.quæſt.verſ.aliud tamen eſt,& iſtã dicit communem Rip.in l.fi.in vlt.quæſt.in prin.verſ.& primo aduertendum.C.de reuoc.donat.licèt ipſe contrarium teneat in lxiij.q.

15 Secundò Limita, vt regula procedat, quando is, cui commiſſa eſt cauſa ingratitudinis,& potuit declarare, quia eam ſciuit,& etiam habuit tẽpus declarandi, aliàs ſecus.Io.And.in c.fi.verſ.in gl.vltima.& ibi Pet. de Anch.in vij,quæſt.& Imol, verſi.ſed dubium. & Card.in xv. quæſt.de donatio.Alex,in l.rei iudicatæ.verſi.& pro Rom.facit. ff. ſoluto matri. Ruin.conſi.clv,verſi.pro quo facit.volu.tertio,& per alios ſuprà allegatos.

16 Tertiò Limita, quando pœna incurritur ipſo iure, quia eius declaratio tunc poteſt fieri,& per heredem,& etiam contra heredem, Bald.in c.Imperialem.§.inſuper.verſ.quod verum eſt.& ibi Aluarot, verſi. niſi eſſent.de prohib.feud.alien.per Feder.Abb.in ca.fi.ver.itẽ ſi donatio.& ibi Card.verſi.& prædicta procedunt.de donat.Abb.in conſi.iij.in ix.q.volum.ij.Pau.de Caſt.in l.omnimodo.verſi.item glo. C.de inoff. teſta, Card.Alex.in cap.j.§.porro.verſ.vel etiam niſi in titulo, quæ fuit prim.cauſ.beneſ.amit.Pet.de Anch.in ca.fi.in quarto not,de donatio. Socin.conſi.lxvj.verſi.v.confirmatur.vol.iij.Hippol,in l.j.num,63.& ſeq.C.de rap.virg.

17 Contrarium quòd etiam ſi pœnà incurratur ipſo iure, tamen nec heres poſſit declarare, nec etiam contra eum declaratio fieri poſſit, tenet Imol.in c.fin.verſi.ij.poteſt obiici.& ibi Barba.de dona.Iaſ.in l.omnimodo.in fi.verſ.ſed contrarium.C.de inoff.teſtam.Bald.in l.fin.in fi,verſ.glo.arguit ad feudum.& ibi Ripa.in vltima quæſt, verſi. ſecundo intellige.C.de reuoc.donatio.Curt.in tract.feud.in pen.q.quartæ part,princi.verſi.aliud tamen.

18 Pro concordia dici poteſt, quòd prima opinio procedat in pœna incurſa ipſo iure in qua hominis miniſterium non requiritur, ſecus quãdo requiritur etiam factum hominis,& ita intelligatur ſecunda opi.ita Bar.in l.j.ff.de priu.delict.Io.de Ana.in c.in literis.ver.& de prædictis.de raptor.

19 Quartò Limita, quia licèt heres non poſſit declarare quo ad agendũ, tamen bene poterit declarare ad effectum excipiendi, Petr.de Anch.in c.fi.in ij.oppoſ.& ibi Imo.ver.tu potes dicere,& ibi Barb.verſi.& adde etiam.de dona.Bal.in l.fi.ver.& not.ꝙ poſt mortem.C.de adul.Curt.in tract.feud.in vltima quæſt.quartæ par.prin.verſi.& in ſpecie.Ripa in l.fin.verſicu.xxx.intellige,& in lxiiij.q. verſicu. tamen ſcias,C.de reuoc.donatio.

## CONCLVSIO XXXVI.

### ARGVMENTVM.

*Epiſcopus an de iure poßit procedere in delictis puniendis abſque conſenſu capituli.*

1 QVÆRVNT Doct.an de iure communi epiſcopus in delictis puniendis procedere poſſit ſine cõſenſu capituli, aut ſolum de conſilio, niſi conſuetudo aliud induxerit, prout ꝙ abſque conſenſu capituli, ſed ſolũ de conſilio poſſit procedure, tenet Inn.in c.irrefragabili,in prin.& ibi Hoſti.in §.exceſſus.& ibi Ant.de But.Inn.Hoſt.& Card.in c.nouit.& in c.quanto.de his, quæ fiunt à præl.Arch.in ſum.in xviij.diſt.& ibi Do.& Card.& Alexan.& Dec.in c.cùm omnes.in ij.lect.ver.ij.prædicta.de conſt.Anch.in c.iij.de conſüe.in vj.& iſtam dicit communem opin.Henric.in tract.de ſinod.epiſcopi.in iij.par,nu.137.

2 Contrarium,ꝙ requiratur nedum conſilium, ſed etiam cõſenſus, voluit gl.in c.epiſcopus ſine conſi.xxiiij.diſt.& in c.cùm nos.in gl.j.de his, quæ fi.à præl.& in c.ſi quid verum.in gl.fi.in fi.lxxxvj.diſt.& in c.ex pœnitentibus.in gl.ij.circa medium.ver.ſicut enim epiſcopus.50. diſt.Inn.in c.graue.ver.idem ſecus.de præb.Io.And.in ſummario.in c.nouit.de his, quæ fi.à præl.Dom.in c.j.in prin.de hæret.lib.vj.Idem voluit Abb.in c.j.de exceſ.præla.Imol.in d.c.nouit.ver.quid igitur dicẽdum.de his, quæ fi.à præl.Fel.in c.irrefragabili.de offi.ordi.& idem ſentit Anto.de Bu.in c.cùm olim.ver.nam ponitur quandoque conſenſus, de arbi.Barba.in tract.de epiſ.in iiij.par.iij.lib.in vij.q.

3 Concorda has contrarias opiniones, vt prima procedat in delictis leuibus, ſecunda verò locum habeat in grauioribus delictis, prout colligitur ex no,per Abb.in c.nouit.nu.6.& ibi etiam per Imol.in ver.ij.limita.de his, quæ fiunt à prælat.ſin.conſen.cap.vbi tenet prælatum non poſſe clerico imponere pœnam perpetuę depoſitionis ſine conſenſu capituli, cum agatur de graui pœna imponenda ratione delicti.& idem videtur tenere Abb,in c.j.nu.2,de exceſſ.præla.vbi vult,ꝙ in arduis nõ poſſit epiſcopus procedere ſine conſenſu capituli.& hanc etiam diſtinctionem videtur ſentire Oldrad.in conſilio cclj.circa finem.verſiculo, ſecundo impugnatur.& hæc quidem diſtinctio videtur communiter recepta.

## CONCLVSIO XXXVII.

### ARGVMENTVM.

*Non reuelans tractatum contra principem capitali pœna afficitur.*

1 COMMVNITER concludunt Doct.ꝙ ſciens tractatum contra principem tenetur illũ reuelare, & ſi nõ reuelat, incurrat pœnam capitis, text.eſt in l.quiſquis.in §.id quod.& ibi Bal,Sal.& alij.C.ad l.Iul,maieſt.Bar.in l.vtrum.ff.ad l.Pompeiam de parric,Bar.Ang.& Ro.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Senatuſc.Syll.Abb,in c.j,ver.ad tertium.de reſt.ſpol.Sal.in l.j.ver.ad contrarium reſtat.C.de rap.virg.Dec.in l.culpa caret.nu.11.ff.de reg.iur.

2 Primò Limita, quando is qui ſciebat tractatum, ſecrete ſciret, adeò vt illum probare non poſſet, quia tunc non tenetur ſe ſubmittere torturæ vel carceribus, Bal.in conſi.incip.quanquàm allegata ſint multa.quod refert & ſequitur Ang.Aret.in tract.maleficiorũ, in verbo, *che hai tradito la tua patria*.verſi.quod crimen.Io.de Ana.in rub.de his qui fil.occi.ver.prædictis.Ang.in l.ij.ff.de parrici.Iaſo.in l.j.§.ſi tibi indicium.verſi.iiij.limita.ff.de cond.ob tur.cauſ.Bertach.in verbo, proditor.ver.proditor punitur ex ſola attentione.Soc.in conſi.cclxxv.Afflict.ſuper Cõſti.regni.aliàs ſub rub.de rap.virg.nu.2.verſic.pridiè fui interrogatus.aliàs ſub rubr.de afficu.domi.à vaſ.nu.10.Sylua nup.in verbo, non eſt nubẽdum.nu.96.ſum.Syluestri.in verbo, reſtitutio.el iij.in ij.q.ver.iij.cum in crimine,Claud.in l.vt vim.verſi.idem etiam in ſubdito.ff.de iuſt.& iur.Fel.in c.de cætero.ver.& licèt multum.de re iudi.& in c.ij.ver,maximè in atrocioribus.de hæret.& in c.quantæ.ver.iij.limita.de ſen.excõ.Dec.in l.culpa caret.ver.ſimiliter in crimine.ff.de reg.iur.Hipp.in l.vtrum.ff.ad l.Pomp.de parric.& idem in ſin.clxiiij.Ripa in trac.de peſte.q.xj.Mant.in cõſi.xiiij.nu.82.Alcia.in l.iiij.in §.Cato.in iiij.no.ff.de ver.obl.

& iſtam

& iſtam dicit veriorem & magis communem Cagno.in l.culpa caret.nu.21.ff.de reg.iur.

3 Qui omnes fere vnanimiter etiam affirmant animam Bartoli tenentis cõtrariam opinionem in inferno cruciari: quia ſecundum iuris diſpoſitionem non debet quis ex ſola ſcientia pœna mortis puniri.

4 Contrarium, quòd immo indiſtincte puniatur ſciens tractatum contra Principem & non reuelãs illum, tenet Barto.in l. vtrum.ff.ad l.Pomp.de paric.Ang.in tract.maleficiorum, in verbo che hai tradito la tua patria, vbi dicit iſtã opinionẽ ſeruari in practica, licèt ipſe contrariũ teneat. & Augu.de Arim.ibi in addi.expreſſe tenet dictã opinionẽ contra limitationẽ Bertach. in verbo, ſcire. verſ.xiiij.vbi dicit opinionẽ cõtra limitationẽ ſimpliciter ſeruari, & quòd ipſe ita ſimpliciter executus fuit, & quod iſta opinio cõtra limitationẽ ſeruetur in Practica teſtatur Fel. in c.j.verſ.ij. fallit.de offi.deleg.& hoc idẽ dicit ibi Dec.ver.ex quo infert Bart.Deciſ.Neapol.cxxx.nu.65.in nouis.Caſſan.in cõſuetudine Burg.verſi.itẽ tenetur. qui dicit quod hodie paſſim ſeruatur opi.Bart.

5 Concorda has cõtrarias opiniones, vt prima procedat in accuſatione quam non tenetur inſtituere etiam in crimine læſæ maieſtatis ille, qui poſtmodum probare non poteſt.ſecũda autẽ opinio Bart. procedat in ſimplici denũciatione, ſeu admonitione faciẽda ad hoc vt Princeps ſibi præcauere poſſit.iſtam diſtinctionẽ ſentit Alciat. in lege iiij.in §.Cato.in iiij.not.nu.25.ff.de verbor. oblig. quã expreſſe refert & ſequitur Cagnol.in l.culpa caret.nu.21.ff.de reg.iur.

6 Secundò Limita, vt concluſio non procedat in patre ſciente filiũ velle committere crimen læſæ maieſtatis aduerſus Principem: ne videatur ad ſuppliciũ filiũ obtuliſſe, per tex.in l.milites.§. deſertorum. ff.de re militari.Saly.in l.propter inſidias.C.qui accuſare nõ poſſunt. Io.de Ana.in c.fi.de his qui fil.occid.Cæpo.caut.j.Fel.in c.j.ver.limita nõ habere locum.de offi.deleg.& ibi Dec. verſiculo. & quod dictũ.Gomeſ.in §.rurſus.nu.22.verſ.& pro hoc facit. inſt. de actio.

7 Tertiò Limita in principe recognoſcente ſuperiorem, in quo nõ procederet diſpoſitio legis, quiſquis, C.ad legem Iulia.maieſta.ita voluit Saly.in d.l.quiſquis, Mart.de Lau.in tract.de Prin.in j.ver.Ange in tract.maleficiorum, in verbo, che hai tradito la tua patria, Alex.in conſi.xiij.vol.vi.Fel.in c.cùm non liceat.de præſcript.

8 Quinimmo nonnulli voluerunt vt tãtũmodo diſpoſitio.d.l.quiſquis, habeat locũ in Imperatore, & in repub.Rom.& ita voluit Paul. de Caſt.in l.iij.C.de epiſc.audien.& idẽ tenuit Soci.in cõſ.cclxxv. & idem voluit Dec.in conſ.ccccx.Cæpol.in conſ.xvij. in criminalibus Ruin.in con.iij.nu.12.& ſeq.vol.v.

9 Contrarium quòd etiam in Principe recognoſcente ſuperiorem habeat locũ huiuſmodi diſpoſitio, tenet Corn.in cõſ.xcvj.volu. iiij. Bouer.in ſing.in ver.lx.mixta de crim.nu.12.Cæpoll.cõſi.xvij. in criminalibus.vbi dicit quòd iſta opinio hodie de cõſuetudine ſeruatur.

10 Declara, quia ſi cauſa diſputaretur ſub Principe offenſo omnino præualeret iſta opinio, ſed ſi extra dominium illius Principis offenſi cauſa eſſet introducta, tunc ſeruãda eſſet prima opinio, quæ de iure videtur verior.

11 Quartò Limita, quia in crimine parricidij conſcius non tenetur reuelare.Bart.in l.vtrum. ff.ad l.Pomp.de parrici.& ibi Hipp. Deciſ. Neapol.cxxx.in nou.nu.65.in addit. vbi tenet talem puniendum eſſe minori pœna.

12 Et idem eſt in eo qui ſciuit tractatum contra fratrem, & non reuelauit, qui non pœna mortis punitur, ſed pœna relegationis, vt ex text.in l.frater.& ibi Hipp.poſt alios.ff.de parrici.

13 Contrarium quod in crimine parricidij ſciens tractatum teneatur reuelare, prout in crimine læſæ maieſtatis, tenet Bart.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Sill.Affl.ſuper conſt.regni.alias ſub rubrica de rapt, virg. Dec.in ca.j.ver.verum quia.de offi.deleg.

14 Quintò Limita, in confeſſore, qui non tenetur reuelare id quod ſciuit in confeſſione, prout in huiuſmodi crimine læſæ maieſtatis tenet Hippo.in l.vtrum.nu.5.ff.ad l.Pomp.de parrici.

15 Confeſſor enim non poteſt reuelare id quod ſciuit in confeſſione niſi de voluntate confitentis, vt per Fel. qui dicit iſtam communem opin.in c.Matthæus.de ſimo.Boer.deciſ.ccxcix.

16 Declara, vt iſtud nõ procedat quando hoc fuiſſet reuelatum laico ſub ſigillo confeſsionis pœnitentiæ, quia nihilominus teneretur reuelare, Affl.ſuper conſt.regni. ſub rubrica de aſſic. dominorum à vaſallis.nu.10.vbi etiam declarat quomodo iſtud procedat. & idem tradit Fely.in c.intimauit.de teſt.

17 Secundò Declara, nam quando agitur de delicto committẽdo poteſt confeſſor reuelare confeſsionẽ, vt obuiet delicto committendo ſecus vbi agitur de delicto cõmiſſo, & ita intelligitur limitatio ſupra poſita: & ideò in hoc caſu teneretur confeſſor ſaltem in genere reuelare non nominando perſonam, vt Inno.Abb.& alij in capi.omnis vtriuſque ſexus.de pœniten.Barb.in capit.cum oporteat.de accuſatio.Hippo.in l. plurimum.§.tormenta.nu.18.ff.de quæſt.Chaſſan.in conſ.j.nu.16.& in conſuet.Burg.nu.49.ver.iij. probatur.

FINIS ANTONII GABRIELIS.

# COMMVNES OPINIONES CRIMINALES D. HYPPOLITI BONACOSSAE IVRISCONSVLTI FERRARIENSIS.

## A

ABIVRANS hæreſim ante ſententiam, latam modò non fuerit aliàs quoque de hæreſi accuſatus,& poſt pœnitentiam in eam relapſus,non modo mortis pœnam euitat,ſed etiam bonorum confiſcationem, quamuis ipſo iure à die commiſſi delicti ſit impoſita,vt eſt communis opinio, de qua Iul.Clar.in §.hæreſis.verſ.ſed quæro.in fi.

Abiurans vnam hæreſim,ſi in aliam incidat,relapſus verè dicitur,communis eſt opinio.Burſat.conſil.7.num.40.

Abiuranti prima vice hodie de neceſſitate Epiſcopus & inquiſitor gratiam impartiri,& bona condonare tenetur,quinimmo omnes dignitates,& honores,ac priſtina iura recuperat, vt eſt communis opin. Burſatus conſilio 14.numero 33.

Abiurantis bona ſibi & filiis dimittuntur,vt eſt communis opin.Burſat. conſilio 7.numero 32.

Abolitio generalis delictorum ex decreto,vel ſtatuto,non comprehendit crimen falſi,vt eſt communis opinio,de qua Iul.Clar.q.59.verſi. In huiuſmodi.

Abolitione ſequuta per tranſactionem, vel mortem accuſatoris, poteſt iudex proſequi accuſationem. Sed debet facere nouum proceſſum, & nouam inchoare inſtantiam,ex quo prima inſtantia per tranſactionem fuit perempta.Sed hodie contrarium ſeruatur, quia iudex poteſt proſequi ſine nouo proceſſu.Clar.q.58.verſ.Et ſcias.

Abortum cauſans,debet puniri morte,ſi dolus adfuerit,ſi partus fuerit animatus,aliàs non,quia tunc punitur extra ordinem communis eſt opinio.Clar.q.68.verſi.abortũ communẽ dicit Soarez.ver. Abortui.

Abſens non poteſt propter crimen,quod ipſi abſenti imputatur, diffinitiuè condemnari,vt eſt communis opinio.Nam de iure communi contumax non poteſt à iudice haberi pro confeſſo & conuicto, vt eſt communis opinio.Clar.q.44.in prin.Sed de conſuetudine cõtrarium ſeruatur tam de iure ciuili quam canonico,vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.licet autem.

Abſens,vbi imponitur pœna relegationis,vel alia inferior,poteſt procedi ad ſententiam contra abſentes,vt eſt communis opinio. Oſaſcus.Deciſ.Pedemon.105.num.8.communem dicens.

Abſens poteſt damnari,non tamen deueniri poteſt ad annotationem bonorum à relegatione infra,etiam ante litem conteſtatam, ſecus ſi ſupra,vt eſt communis opin.de qua Boſſius tit.de requiren.reis,numero 1.col.2.fol.264.

Abſens & impeditus non tenetur in cauſis arduis mittere procuratorem,communis eſt opinio.Chircouius conclu. communi.centuria. 1.conclu.1.

Abſenti ex ſtipulatione iudicis acquiritur,quando interponitur in iudicio,ſaltem quando interponitur ſuper his,quæ pertinent ad officium iudicis. Vtputà accipere cautionem,ne talis à tali iniuriatus offendatur,vt eſt cõmunis opinio,de qua D.Hercules de Syluestris Ferrarienſis.in conſi.97.numero 10.inter conſil.crimi. diuerſorum per Zilettum.Tomo 2.

Abſentiæ cauſas volens proponere,non requiritur,quòd habeat mandatum.Præpo.in c.ſi quando 2.q.6.nu.21.communem dicit.

Abſoluere non debet iudex reum diffinitiuè, quando habet conſcientiam contra reum,& accuſator non probaſſet. Sed tantùm debet abſoluere ab obſeruatione præſentis iudicij,quòd intellige, quando non fuiſſet aliquis terminus accuſatori aſſignatus ad probandũ. Sed quando fuit aſſignatus,& non probauit,tunc communis eſt opinio,quòd iudex debet ipſum reum diffinitiuè abſoluere. Capr. reg.32.numero 33.

Abſoluere poteſt proprius prælatus,etiamſi extra inclauſtrum religioſus percuſſerit,vt eſt communis opinio,de qua Soci.Senior. in cap. officij.nume.118.de pœniten.& remiſſio.& deficiẽte priore, aut qui ſimilem locum habeat, eſt recurrendum ad proprium Epiſcopum. vt eſt communis opinio.ibi.num.125.

Abſoluere poteſt ſacerdos parochus ab excommunicatione maiori,vt eſt communis opin.de qua D.Hiero.à Monte in ſuis quæſtio. quæſtione 15.num.18.vide poſtea.

Abſoluere poteſt ſolus Epiſcopus incidentem in canonem,Si quis ſuadente diabolo.de ſententia excommunication.vt eſt communis opinio,de qua D.Hieron.à Monte d.quæſt.15.numero 17.

Abſolutio excommunicationis valet,non ſeruata forma iuramenti,vt eſt communis opi.d.Hieron.à Mon.q.15.num.37.

Abſolutoria lata in vno caſu,non obſtat in alio caſu. vt eſt communis opinio.de qua Boſſi.titu.quomodo procedatur per excep.

Abſolutus ſemel in iudicio criminali, de eodem delicto ſæpius quæri non debet,communis eſt opinio.Clar.q.57.in princ. quod intelligitur,ſi fuit abſolutus,quia verè nõ deliquit,ſecus, ſi fuiſſet abſolutus, quia probatum non fuiſſet delictum. Clar.ibi verſ. Et hæc quidem amplia.Et in dubio qui cenſetur abſolutus per ſententiam, ex eo, quia non fuit probatum,& quando fuit abſolutus,quia crimen non commiſit,debet in ſententia ſimpliciter abſolui & diffinitiuè. Sed ſi abſoluitur,quia non eſt probatum,abſoluitur in ſententia,cum clauſula,Rebus ſic ſtantibus,prout ſtant.Et ſi ſuperueniant noua indicia,ſemper proceditur,ſecus ſi fuit ſimpliciter abſolutus.Clar.q. 61. verſ.Forma autem.vide infra.in verſi.ſententia.Si quis tamen fuit abſolutus ab offẽſis,culpis & pœnis prętéritis,& ſub certis pactis,hoc adiecto,quòd non auderet de cætero ſimilia attentare,& ſi ſecus faceret,reincideret ipſo iure in primas pœnas, vtrum,ſi contraueniat incidat in primas pœnas? Vide per Bart.in l.ſi vnus. §. pactus. ff. de pact.de quo Alexand.ibi nume.16.

Abſolutus reus in foro canonico de crimine,quod eſt vtriuſque fori,poteſt puniri,etiam à iudice layco,& econtra,vt eſt communis opinio.Clar.q.37.verſic.Sed hic occurrit.

Abſolutus ſemel inquiſitus non poteſt amplius accuſari,communis eſt opinio.Clar.q.37.verſi.procedunt.Ruin.conſi.34.in 4. nume. 5.cõmunem dicit.Et ibi defendit reum,qui bannitum de ciuitate Ferrarienſi occidit extra territorium Ferrarienſe ſtatuto Ferrarienſi non refragante,quia non debet puniri,ſeu ſaltem puniri pœna ſtatuti loci in quo bannitus fuit occiſus,vel de iure communi, vt eſt communis opi.de qua ibi Rui.nume.10.Et not. quòd ſi iudex, eſt dubius, puta,ſi habet ſufficientia indicia contra accuſatum,qui pluries tortus non eſt confeſſus,non debet eum diffinitiuè abſoluere.Salyc.in l.ſi qui,num.6.C.ad l.Iul.de adulte.Amplia ſuperius dictum etiam de iure canonico,Clar.ibi.verſ.Sed hæc quidem amplia in denunciatione.vt eſt communis opin.Clar.ibi ver.idemque amplia etiam ſi à principe fuerit liberatus, & gratia diſpenſatus.Fallit, ſi fuit in loco delicti condemnatus; & etiam in loco originis contumaciter,quia non ſufficit gratia ab vno ex principibus loci,vt eſt communis opin. Clar.q.37.verſ.Habet etiam.Si autem quis fuit abſolutus in foro pœnitentiæ,poterit nihilominus vlterius etiam de illo crimine accuſari & puniri.communis eſt opin.Clar.d.q.37.ver.ſed nunquid.

Abſolutus, quia non commiſit crimen,obſtat exceptio rei iudicatæ, ſecundum communem opinionem de qua Boſſi.tit. de ſenten.n.77. Aliàs ſecus,vt ibi,vide Pariſ.conſi.150.num.24.in 4.vol.

Abſolutionem excommunicationis petens ad cautelam extra iudiciũ non fatetur delictum.Secus ſi in iudicio.extra iudicialiter inquam, & non ſolenniter,ſed ad cautelam, ad mitigandum dolorem partis, vel ex quadam humilitate,& tunc nõ præſupponit culpam.communis eſt opinio,vt per Corſet.in add.ad repert.Abb.in ver.abſolutio. nu.7.Idem ſi petatur venia,Blancus.in repet.l.fi.nu.308.ff.de quæſt. & in pract.crimin.q.49.verſic.Sed hic incidenter. Et magiſter meus D.m.Alcia.in conſi.108.num.10.& ſeq.li.5.vbi ampliat, etiam in eo, qui gratiæ,aut clementiæ Principis ſe ſubmittit, quia iuri ſuo ideò renuntiare non videtur, vide Fran.Mar.deciſ.Delph.389.nu.2.in 1. par.& vide infrà ver.gratia.

Accuſare quilibet de populo poteſt,quando crimen eſt publicum,vt læſæ maieſtatis,addulterij,hommicidij,parricidij peculatꝰ,falſi teſtamenti, vi publicæ,vel priuatæ,ambitus,repetandarũ,annonæ. & eſt communis opi,Clar in §.1.in princ Gomez.de delic.c.1.nu.4.Et contra

tra ſuripientem,vel ſcripturam vltimæ voluntatis,publica eſt accuſatio , Bald.in l.inſtrumenta.C.ad exhiben.Et dicit Clar.vbi ſuprà quòd omne delictum,quod principaliter fit in offenſam Dei,dicitur publicum & quilibet depopulo poteſt accuſare.& ita communiter tenetur.Gomez.vbi ſuprà.& omne delictum in offenſam principis dicitur pub'icum,& ita communiter tenetur. Clar vbi ſuprà idem eſt in quocunque inſtrumento falſo accuſa.vt eſt communis ibi. Clar.& no.quòd quilibet accuſans tenetur iurare,Rimi.conſil.554. in prin.in 3.vol.Clar.q.14.in prin.

Accuſare poſſunt plures aliquem in eodem libello, vt eſt communis opin.Clar.q.13.diſtinguendo, vt per eum.Et plures etiam accuſari poſſunt in eodem libello.ibi.

Accuſare de pluribus criminibus quis poteſt vnum,aut áliquem,plures verò de diuerſis delictis in eodem libello non poteſt,communis eſt opinio,Clar.q.13.verſic.ſed nunquid.

Accuſare prohibentur Clericus,miles , filiusfamlias, ſeruus, pupillus, minor,mulier, criminoſus , infamis,damnatus , excommunicatus, inimicus, pauper ,ſeruitor , libertus, vaſallus,laicus clericum, maritus vxorem,frater fratrem.ſed quia iudex poteſt procedere ex officio non repelluntur hodie,ſed iudex ipſe procedit ex officio.Et admittuntur ſupradicti,ſi ſuam,vel ſuorum proſequuntur iniuriam. vt eſt communis opinio.Clar.q.14.verſ.volo etiam,qui nam ſui in propoſito dicantur,ibi ponit Clar.& communem dicit.Et not.quòd iudex maleficiorum poteſt cogere hæredes occiſi vt accuſent occiſorem potentem,Roma.conſilio centeſimoſexageſimoſeptimo Prohibetur & bannitus accuſare,& ideo,ſi aliquem accuſat, & accuſatus ſinat labi tempus,vel terminum banni à ſtatuto , non habebitur pro confeſſo,ſecus, ſi per viam exceptionis ex ſtatuto permiſſæ.Bal. in l.ſi filius ff.de interro.actio.

Accuſare clericus poteſt,ſi ſanguinis non ingeratur pœna.Fallit,ſi proteſtatur,quòd non intendit agere ad vindictam corporalem.Et tunc non efficitur irregularis.vt eſt communis opinio, de qua Clarus.q. 14.verſic.dixi.

Accuare hodie poteſt miles, ſi ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam, vt eſt communis opinio.Clarus quæſtione decimaquarta verſiculo quæro nunquid miles.Nouellus in tract.ad defenſam.numero 33.fol.42.

cuſare hodie poteſt filiusfamilias ſine conſenſu patris,& in iudicio
Accriminali intereſſe,ſiue accuſet,ſiue ſe defendat abſque conſenſu patris,vt eſt communis opinio.Clarus quæſtione decimaquarta verſiculo ſed quid,abundans tamen cautela non nocet , vt inquit Clarus, ſi adhibetur eius conſenſus.

Accuſare poteſt hodie pupillus,ſi ſuam,vel ſuorum proſequatur iniuriam.communis eſt opi.Clar.q.14.verſ.dicebam.

Accuſare poſſunt minores.25.annorum,maiores tamen 14. hodie, vt eſt communis opi.Clar.q.14.verſ.ſed quid.

Accuſare poteſt mulier hodie,ſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam.Et poteſt accuſare mariticidam,vt eſt communis opi.Clar.q. 14.verſ.præterea dixi.

Accuſare non poteſt criminoſus,tam de iure ciuili,quàm canonico,ſcilicet infamis infamia iuris,& eſt communis opin.Clar.q.14.verſ.dixi. Secundus eſt caſus.Et criminoſus cuius nomen nondum inter reos eſt receptum de pari, ſeu minori crimine accuſare poteſt , ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur,vt eſt communis opi.Clar.q.14. verſic.Tertius eſt caſus.Et ita obſeruat conſuetudo totius Italiæ,vt dicit Clar.Reo tamen prius in carceribus detento poſtquàm autem eius nomen inter reos eſt receptum,poteſt de maiori crimine aliũ quàm accuſatorem accuſare,vt eſt communis opin.Clar.ibi.Reaccuſare autem ſuum poteſt accuſatorem,communis eſt opinio,vt ibi, vbi verò reus in iudicio perſonaliter conſtitutus eſt,ſemper admittitur querela contra querelam.Siue de maiori,ſiue de minori crimine agatur.quando crimina ſe inuicem contingunt.Clar.ibi.Et quando reus dicatur inter reos receptus,Clar.ibi.verſic.ſed hic.

Accuſare poteſt accuſatus abſolutus ſuum accuſatorem,vt eſt communis opinio.Clar.q.14.verſ.quintus eſt caſus.

Accuſare quando poſſit infamis.Clar.q.14.verſ.eo.

Accuſare non poteſt excommunicatus etiam in foro ciuili,vt eſt communis opinio.Clar.verſ.quæro nunquid.q.14.

Accuſare non poteſt capitalis inimicus , niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam.vt eſt communis opinio.Clarus queſtione decimaquarta ver.vlterius dixi.

Accuſare poteſt pauperbonæ & honeſtæ vitæ,& fidei,& non ſuſpectus.vt eſt communis opi.Clar.q.14.verſ.ſed hic.

Accuſare clericum poteſt laicus,ſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam,aliàs ſecus.vt eſt communis opinio,Clar.q.14.verſi.propter. & laicus etiam non admittitur ad ciuiliter proponendum crimen contra clericum,communis eſt opin.vt ibi.niſi dilapidaret clericus bona eccleſiæ,vt eſt communis opinio.ibi.

Accuſare laicus patronum clericum inſtitutum in eccleſia non teſt, vt eſt communis opin.Clar.d.q.14.ver.ſed nunquid.

Accuſare ciuiliter poteſt vaſallus dominum , non criminaliter,vt eſt communis opi.Clar.q.14.verſ.ſed quęro.Et no.quòd verbum accuſare & accuſatio habet ſe ad iudicium ciuile , in dubio autem habet ſe criminale.Soc.poſt gloſſ.in l.qui accuſare,n.1.C.de eden.plura Corſ tus in reperto.Abb.in verſ.accuſatio.

Accuſare quis non poteſt alieno nomine,ſed ſuo.Fallit in ſyndico vniuerſitatis,qui poteſt accuſare nomine vniuerſitatis,& in iudicio intereſſe pro vniuerſitate,& eam quoque defendere,& ita ſeruat conſuetudo.Clar.q.14.

Accuſare etiã poteſt filius ſpiritualis(Filiocius dicitur)pro iniuria, vel offenſa facta eius patrino,ſeu patri ſpirituali,vt eſt cõmunis opinio. Clar.quæſtione 14.verſ.quæro an compater.

Accuſare poteſt naturalis filius pro iniuria,ſeu offenſa patri illata vt eſt cõmunis opinio.Clarus quæſtione decimaquarta , verſiculo, quæro ro an filij. Secus ſi eſſet ſpurius. niſi agnoſceret eius proprium patrem vt ibi.Accuſant tamen ſpurij de morte matris,dummodo non ſint nati ex coitu damnato,& à lege punibili,vt eſt communis opin. vt ibi verſic.ſed an tales.

Accuſare quis per iudicem cogi non poteſt,ſi non vult,vt eſt communis opinio.Clar.q.15.verſ.item quæro.benè poteſt cogi offenſus cũ iuramento narrare iudicialiter ſeriem rei,& poteſt dicere ſine querela vel cum querela.vt ibi.

Accuſare poſſunt conſanguinei pro iniuria illata cõſanguineo omnes ſecundum quòd eos admittit conſuetudo patrię,ſcilicèt vſque ad talem gradum,vt eſt communis opinio.de qua Marãta in ſua pract.tit. de inquiſitione.nu.62.

Accuſare de nouo,& iterum quis poteſt,qui primam ignorauit accuſationem,ſi ſuam,vel ſuorum proſequitur iniuriam,& probabitur ignorantia per iuramentum ipſius accuſatoris,niſi de ſcientia appareat.Et debet eſſe veriſimilis hæc ignorantia,& debet ſubeſſe aliqua magna cauſa,& debet præſtari fideiuſſio de omnib. impẽſis & dãnis,in caſu,quo delictum non probaretur.Clar.q.57.verſi. ſed pone. Nam aliàs accuſatus de crimine,ſi fuit abſolutus,non poteſt iterum accuſari. Benedic.de foro Sempr.in reperto.ad Fel.in ver. accuſatus. Limita,vt ibi per eum latius.

Accuſare non ideò minus poteſt tertius illum,qui pacem habuit ab offenſo,ſi publicum ſit crimen,vel ſuam aut ſuorum proſequitur iniuriam, vt eſt communis opin. Clarus quæſtione quinquageſimaoctaua verſic.ſed pone.

Accuſare poteſt adultus, qui ſit maior 22.annis, etiam ſi non proſequatur ſuam iniuriam,communis eſt opinio. Nouellus in tract. ad defenſam, tit.quæ perſonæ accuſare non poſſunt. numero decimotertio,fol.38.

Accuſare licet pœnitentem de delicto.Fran Aretin.c.accuſaſti.nu.5. de accuſa.communem dicit.

Accuſare non poteſt,qui eſt in peccato mortali.vt eſt cõmunis opinio, de qua Felyn.in c.à nobis.nu.12.de excep.Ille tamen,qui commiſit ſemel & pluries peccatum mortale,& ſemper dolet commiſiſſe,proponens confiteri tempore debito de talibus peccatis momentaneis, non dicitur interim ante confeſſionem eſſe in peccato mortali. Idẽ Fely.in ſermone de indulgentia plenaria, columna ſexta, verſiculo. & vt diligenter.Sed dummodò ſit peccatum continuatum non accuſat, vt per Felinum dicto cap.à nobis. Et hæc quidem exceptio, Tu non potes accuſare,impedit litis ingreſſum,vt per Felinum in dicap. numero trigeſimonono, Accuſare tamen prohibitus admittitur,ſi ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequatur. Felin.in cap.cum dilectus.numero ſeptimo,de accuſ.Stante igitur ſtatuto , quòd de homicidio quilibet volens accuſare admittatur , intelligi debet quilibet,ſcilicet, qui ſit habilis ad accuſandum. Curtius iun. in conſilio 325.numero decimoquinto , in tertio volumine, & qui ab accuſatione repelluntur, enumerantur per Baldum, Fuſius in rubr. C.qui accuſare non poſſunt.

Accuſare quis non cogitur à quo eſt offenſus. Soarez verſic. accuſare num.18.communem dicens.

Accuſare quilibet de populo poteſt,vbi pœna applicatur fiſco.Fallit in crimine furti,quia is tantum admittitur ad accuſandum , cuius intereſt,vt eſt communis opinio,de qua Romanus conſilio centeſimoquinquageſimoſecundo,num.2.

Accuſare plures ſimul poſſunt,cum illorum,vel officij, vel alterius vtilitatis nomine intereſt, vt eſt communis opinio. Soarez verſiculo, accuſare.num.19.

Accuſare poteſt quilibet,qui expreſſè non prohibetur,vt eſt communis opin.Clarus d.q.14.in princ.

Accuſam poteſt iudex expedire , & nouum quoque proceſſum formare,ſi accuſator ab accuſa deſiſtat. vel nolit accuſare , ex generali conſuetudine ipſi iudici attributa.Clarus quæſtione tertia,verſiculo, ſuperflua.

Accuſans teſtes de falſo,& eos producentem,facit,vt iudicium ciuile ſuſpendatur,donec ſuper criminali fuerit pronunciatum.Poteſt tamen in iudicio ciuili procedi vſque ad cõcluſionem in cauſa,ſed non ſen-

tentia proferri.vt eſt communis opinio.Clar.q.2.verſ.ſed quæro.Sed non econuerſo,vt eſt communis opinio.ibi.

Accuſari quis poteſt de pluribus criminibus ſeparatim coram eodem iudice,ſecus,ſi diuerſis iudicibus.Clar.q.13.ver.item quæro.Et ſi bona ſint publicanda,debet ex dictis bonis interim ali,Alber.in l.ſi quãdo.C.de ord.cogni.

Accuſari quis poteſt vno & eodémmet tempore, de pluribus delictis diuerſis, non modo ab alio accuſatore,ſed etiã ab eodem,qui ſuam vel ſuorum proſequũtur iniuriam. Et ita hodie indifferenter omnes querelæ admittuntur,cõmunis eſt opinio.vt per Clar.q.16.verſ.quæro.nunquid.

Accuſari poteſt bannitus pro alio delicto bannitus,& puniri,vt eſt cõmunis opinio.Et poteſt petere ſaluũconductum pro primo banno, & de ſecundo ſe defendere.Clar.q.16.ver. ſed nunquid.communem dicit.

Accuſari poteſt pœnitens de homicidio commiſſo.vt eſt communis opinio.Clar.q.16.verſ.item quæro.

Accuſari poſſunt officiales durante officio,ſi baratariam commiſerunt, & condemnari,& officio priuari,ſecus ſi pro delicto,pro quo non eſſent remouẽdi ab officio,vt eſt communis opinio.Clar.q.16.ver.præterea.idem erit,ſi officialis foret fur.ibi.

Accuſari poteſt ciuitas,vniuerſitas,collegium.Si præceſſit(ſcilicèt)præuia conſilij deliberatio.Alias non.quia puniuntur ſinguli de vniuerſitate.&c.qui tantum deliquerũt. vt eſt communis opinio.Clar. q. 61.ver.Vlterius quæro,quomodo puniatur ciuitas.Clar.ibi verſ. ſed quomodo.

Accuſari poteſt tutor ſuſpectus,& à quolibet:licet ſit priuatum crimen, communis eſt opinio.Clar.q.17.verſ.1.

Accuſari poſſunt operarij,Fabri,ac alij laborantes nomine alieno, vt eſt communis opinio.de qua Plotus in l.ſi quando.fallit in vndecim caſibus,vt ibi per eum.nu.780.vſque ad numerum,792.

Accuſatio eſt delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniẽte ſubſcriptione,vt eſt communis opinio.de qua Clar. q.12.in prin.

Accuſatio non eſt actio,ſed iudicis officium. vt eſt communis opinio. Clar.q.12.verſ.item quæro.Apparet ex clauſula,Super quibus omnibus.Papias in pract.ſua in for.libelli inquiſitionis ſuper ea.Et no. ꝙ ſi quis in accuſatione concludat reum puniendum eſſe, ſecundum formam ſtatuti,vel conſuetudinis,& nullum extet ſtatutum, vel conſuetudo,quòd punitur extra ordinẽ.Iaſ.in l.de quibus.nu.94.ff.de legib.Soarez.ver.accuſatio.nu.20.

Accuſatio per quemlibet de populo admittitur,etiam pro crimine priuato.Et ex officio proceditur,etiam per inquiſitionẽ,& pro crimine priuato. prout vſurarum. in hoc tamen contrarium ſe vidiſſe obſeruari dicit Iul.Clar.q.17.verſ.vlt.Nemo tamen ideò ſine accuſatore punitur,fallit in pluribus caſib. enumeratis per Ang.in l.ea qui dẽ col.6.vbi fuſius vbi formatur inquiſitio abſque accuſatore,& quis puniatur abſque accuſatore.ibi.& plures poſſunt accuſare,vel accuſari ex eadẽ cauſa,& in eodem libello.Caſt.in l.ſi quis cum procura. §.1.nu.2.ff.de procurat.Et no.quod licèt cauſæ criminales expediantur per accuſationem,dicuntur tamen expediri per officium iudicis. Bart.in l.imperium.ff.de iuriſdic.omnium iudic.

Accuſatio de nouo inſtitui poteſt,ſi accuſator præuaricauit, vt eſt communis opinio.Clar.q.57.verſ.vlterius.Et not. quòd quot delicta in accuſatione continentur,tot accuſationes videntur.Bart.in cõſil.115.nu.2.in 1.lib.Et debet accuſator in accuſatione æſtimationẽ damni rei apponere.Bar.in conſ.113.lib.2.

Accuſatio criminalis viginti annorum ſpatio tollitur.Nonius cõſ.105. num.16.vbi hanc certam eſſe iuris propoſitionem dicit.Idem & inquiſitio,vt eſt communis opinio.omnes tamẽ ciuiles actiones, quæ ex crimine deſcendunt,vſque ad 30.annos durant. fallit in crimine adulterij,quia quinque annis præſcribitur.Clar.q. 51.ver.poteſt autem.vide Bernar.Diaz regula 19.Tiraq. in tract.de præſcrip. vbi dicit quod reducitur ad decennium.Et in tracta.de pœnis.Et no.quòd quis accuſatus poſt terminum præfixum à ſtatuto, debet comparere,& allegare exceptionem præſcriptionis,aliàs poteſt poni in banno,tanquam contumax vigore d.ſtatuti,dicentis quod accuſatus citatus non comparens ponatur in banno.Niſi ex forma libelli appareat de impoſibilitate accuſandi,quia tunc non poſſet poni in banno.ita Alex.in l.ſi eum in iudicio.ff.ſi quis cautio.Soarez ver. accuſatio.nu.33.

Accuſatio hodie non fit in ſcriptis,vt eſt communis opinio Soarez ver. accuſatio.

Accuſationis libellus debet continere menſem,& locum, vt eſt cõmunis opinio.Soarez verſ.accuſationis.nu.24.

Accuſatio non impeditur,quòd reum criminis pœnituerit,vt eſt cõmunis opinio.Soarez verſ.accuſatio.nu.25.

Accuſatio criminis priuati cuilibet de populo competit, ſi mulcta ſit pecuniaria,& ad fiſcum pertineat,vt eſt comunis opinio .Soarez verſi.accuſatio.nu.16.Limita ſi crimen aliquem tantum tangat, vt ibi.

Accuſatio non eſt remiſſa iniuriarum,ſi in foro conſcientiæ ſit indulta vt eſt communis opinio.Soarez verſ.accuſatio.nu.29.

Accuſatio etiam eſt permiſſa,licet res ſit reſtituta,vel damnum datum ſatisfactum.Soarez verſ.accuſatio.nu.30.communem dicit.

Accuſatio ne probetur,accuſatorem calumniæ arguit,vt eſt communis opinio,de qua Soarez in ver.accuſatio.nu.31.Amplia vt ibi.

Accuſatore exiſtente ceſſat inquiſitio. communior eſt opinio, de qua Burſa.conſ.34.nu.32.

Accuſator poſt iudicium criminale intentatum non poteſt intẽtare iudicium ciuile ex diuerſa cauſa,& pœnitus ſeparata.Clar.q.2.verſ.aut quæris,communem dicit.

Accuſatorem non idoneum iudex ex officio repellere poteſt,vt eſt communis opinio.Clar.q.15.verſ.viſũ eſt. Poteſt enim iudex proponere exceptiones,quas opponere non poteſt reus.ibi.verſ.ſeq.

Accuſator infamis repellere poteſt accuſatorem quoque infamẽ,vt eſt communis opinio.Clar.q.15.ver.ſed quæro.

Accuſatoris non idonei proceſſus tenet parte non opponente, vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.15.verſ.ſed pone.

Accuſatores plures præferuntur in accuſando,ſi ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequuntur,item proximiores conſanguinei,pares autem omnes,ſi ſunt in pari gradu.communis eſt opinio.Clar.q.15.verſic. ſucceſsiuè.

Accuſatus pro aliquo crimine coram vno tribunali, ſi fuit contumax, poteſt etiam accuſari in alio,etiam ſi pariter ſit contumax,ibi etiam banniri.Et ita quotidie obſeruatur. Clarus.quæſtione decimaſexta, verſic.vnum tamen.

Accuſatus de homicidio poteſt opponere ſimpliciter negando, & quatenus probetur ſe ad ſui neceſſariam feciſſe defenſionem,vt eſt communis opinio.Cheria.in ſuo communium opinio.ver.homicidiũ. Et ſi ſtatutum dicat,quòd ſit reſpondendum accuſationi ſimpliciter. Tamen poteſt reſpondens dicere,quòd fecit ad ſuam defenſion.Bal. in l.1.C.de ædili.actio.nu.2.vbi latius.Item ſi quis ſit accuſatus de aliquo maleficio.Reſpondendo accuſationi,ſi dicat ſe non eſſe culpabilem de contentis in accuſatione,poteſt iudex dicere non ſum contentus iſta reſponſione,ſed reſpõdeas,vtrum commiſeris maleficiũ vel ne.Et ille tenetur clarè reſpondere vtrum commiſerit maleficiũ, vel non.Alberi.in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb. obliga. Quicquid tamẽ ſit de iure,conſuetudo iudiciorum admittit talem reſponſionem,Nõ eſſe dico me culpabilem de contentis in accuſatione,vel inquiſitione,vt ibi dicit Alberi.

Accuſator deficiens in probatione excuſatur à pœna calumniæ, ſi habeat pro ſe aliqua euidentia indicia,vt puta famam,vel auditum à fide dignis,vel quid ſimile,vt eſt communis concluſio.de qua Abb.in conſi.78.nu.1.in 1.vol.vide tamen Soci.in conſ.118.nu.10.in.1.An autem procedat inquiſitio contra aliquem ſuper periurio præſtito iuramento in cauſa ciuili.Reſpon.Bal.in conſ.299.in 5. vol. vbi dicit, quòd non.Sed eſt crimen ſtellionatus.&c.vide Clar.quæſt.14. verſic. ſed quid.& ſeq.

Accuſatus pro pluribus percuſsionibus,cõdẽnatur pro duobus tantũ, ſi pro plurib.& plurib. pro quatuor,& hoc cõmuniter obſeruatur. Bald.in l.ſi gemina.nu.7.ff.arbo.fur.cæſa.vbi etiam dicit, quòd propriꝰ eſſet,ſi diceremus percuſsit pluries & pluries,quia intelligeretur de diuerſis ictibus.Et accuſatus pro delicto,pro quo in defectum pecuniariæ corporalis imponitur,non carceratur, ſi ſoluit pecuniam, ſub conditione,ſi condemnabitur. Bart. in l.prima, numero quarto. ff.de cuſtod.reorum.

Accuſatori magis fauetur quàm reo.communis eſt opinio, de qua Iaſ. in l.in pecuniariis.nu.32.ff. de feriis. accuſatoris enim appellatione venit propriè is,qui agit criminaliter. Abb.in c.cùm in tua. nu. 1.de teſtibus.quod dicit notandum propter ſtatuta.

Accuſator in cauſa criminali condemnatur in expenſis,Et hoc eſt indubitanter verum ratione contumaciæ.vt per Feli.in c.accedens.nu.3. de accuſa.& fuſius infrà.

Accuſatio non erit popularis,ſi non cauetur in ſtatuto, quòd quilibet poſſit accuſare,vt eſt communis opinio.de qua Bal.in rub.C.qui accuſa.non poſſunt.nu.10.Sed offenſus tantum,& alij,qui ſuorum iniuriam prætendunt,poterunt accuſare,& ipſis diſsimulantibus iniuria non punitur,vt ibi fuſius per Bal.niſi ſtatutũ dicat,quòd admittatur quilibet ad accuſandum,quia tunc ſecus,vt ibi fuſius Bal.

Accuſatore non exiſtente,iudex poteſt inquirere,& damnare,vt eſt cõmunis opinio.de qua Capra regula 74.nu.9.vbi latius.quando quis poſsit, vel non poſſit condemnari ſine accuſatore.

Accuſari iterum nequit, qui ſemel fuit abſolutus,cõmunis eſt opinio. Soarez ver.accuſatio.nu.28.

Accuſatus, à quo petuntur bona, cogitur de his facere inuentarium, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.accuſatus.nu.34.

Accuſator, licèt non ſit idoneus ad accuſandum, tamen ſi pars non opponit,valet proceſſus.communis eſt opinio.Clarus quæſtione decimaquarta,verſic.ſed pone.

Accuſator tenetur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, vt eſt communis

nis opinio.Sed hodie de cõſuetudine nõ obſeruatur ſaltẽ de iure ciuili,ſecus de iure canonico.Et maritus accuſans vxorem de adulterio tenetur ſe ſubſcribere.Clar.q.12.ver.dixi quoque.& verſ.ſeq.cõmunem dicens.

Accuſatore mortuo,poterit quiuis alius accuſationem proſequi intra trigenta dies,vel de nouo poſt trigenta dies accuſare principaliter per ſe,admittitur intra tempus à lege accuſationi præfixum,vt eſt communis opinio, de qua Clarus quæſtione quinquageſima, verſiculo,Quinimmo.

Accuſatori poteſt iudex aſſignare terminum , infra quem habeat accuſare,aliàspoſteà non audiatur,vt eſt communis opino. Clarus quæſtione tertia verſiculo conſequenter.Sed dicit hoc de conſuetudine non ſeruari.

Accuſator tenetur primò iurare quando vult accuſare vel querelare aliquem,quòd(ſcilicet)non accuſat animo calũniandi,vt eſt communis opinio,de qua Clar.q.17.ver.dicit etiam.Et ſi producit falſam accuſationẽ contra aliquẽ,an poſſit de falſo accuſari,vel de calumnia, vide Bar.in l.ſi quis obrepſerit.nu.1.ff.ad l.Cornel.de falſis Et not.ꝙ qui accuſant hodie,incidũt in Turpilianum,ſi ex forma etiam ſtatuti accuſant.Bartolus in lege,in ſenatus.§. primo. ff. ad Turpilia.nume. tertio.Et non ſequitur qui non probat, ergo calumniator. in dubio tamen bene præſumitur calumniari,niſi ex actis appareat,vel niſi ex aliquibus præſumptionibus à tali calumnia excuſetur. Angelus in lege, qui non probaſſe.C.de calumnia.Et ſi fiat accuſatio,vel inquiſitio de crimine,tanquàm commiſſo tali tempore,vel loco , debet ſequi abſolutio,& de nouo debet fieri accuſatio vel inquiſitio.Caſtr. in l.ſi communem.§.primo,numero tertio.ff.quemadmodum ſerui. amitta.ſi probatur de alio tempore,vel loco.

Acta facta in ciuili iudicio non faciunt fidem in criminali. vt eſt cõmunis opinio,de qua Fely.in c.at ſi clerici.de iudiciis.Clar.q.54.ver. itẽ ſi.vbi dicit,quòd acta facta in iudicio ciuili,non probant in criminali,& eſt communis opinio ſecundum ipſum.Sed bene faciunt indicium ad inquirẽdum, vt eſt cõmunis opinio.Quod procedit,quando cauſa ciuilis agitata fuiſſet ſuper re in controuerſiam deducta. Si verò fuerit intentata ſuper crimine,talia etiam acta , & ſententia ſuper crimine lata non faciunt fidem in iudicio criminali, vt eſt cõmunis opinio.Clar.ibi.ver.& hoc quidem.Soarez ver.acta.nu.41. vide Fely.omnino.vbi ſuprà. Et Benedic.de foro Sempro. in reperto. Fely.in verſ.acta.vbi ponit fallentias Felyni.

Acta cauſæ corrumpens , atque in illis peruertendis falſi crimine ſeſe obſtringens cauſam totam amittit , vt eſt communis opin. Soarez in verſ.acta.nu.44.

Actuum multiplicatio præſumitur pro ſaluandis teſtibus à falſitate, vt eſt communis opinio,de qua Curtius iunior conſilio 350. numero 17.in 3.volnmine.

Actus ſequens in ſpiritualibus aduerſus iuramentum tenet D. m. Alcia. tin capit.cum contingat. numero centeſimooctuageſimo de iureiur.communem dicens.

Actio ciuilis & criminalis ſimul intentari nequeunt, vt eſt communis opinio.Boſſius in tit.de pluribus violentiis. numero centeſimodecimotertio,quod intelligit principaliter. immo vna electa,ſuperſedetur ſuper alia.& ſi aliter pars facit,& iudex non abſoluto primo iudicio,determinet ſecundum intentatum iudicium, poteſt appellari. Et ſuperſedere habet,qui intentauit primò iudicium ciuile, vel criminale,donec illud ſit terminatum , nec ſufficit, vt ſit lata ſententia, niſi etiam illa tranſiuiſſet in rem iudicatam. ita ſentiunt omnes, vt ibi dicit Boſſius.

Actio ad vindictam dicitur,quoties cõtra eum pœnalis datur actio.&c. Soarez ver.actio.nu.46.communem dicit.

Actio à ſtatuto denegata, accuſatio quoque denegata cenſetur,querela etiam,ac iudicis officium.communis eſt opinio Soarez verſ. actionis,num.48.

Actio ciuilis,& criminalis ſimul intentari poterũt,ſi hæc principaliter, illa minus principaliter proponantur,vt eſt communis opinio. Soarez.ver.actio.nu.50.

Actio ciuilis,& ſi ex crimine originem trahat,non minore ſpacio 30.annorum præſcribetur.vt eſt communis opin.de qua Soarez ver.actio, num.56.

Actor,ſi in criminalibus etiam liquidò non probat,reus eſt abſoluendus.communis eſt opinio.Soarez verſic.actor.numero 65.Clar.quæ. 62.verſ.1.

Actio ciuilis ,quando proſequitur rem familiarem,ſi feratur ſententia abſolutoria ſuper facto,quaſi crimen non ſit commiſſum,obſtat exceptio in cauſa criminali,vt eſt communis opinio.de qua Cur. iunior in conſ.350.n.1.in 3.vol.Etiam pro intereſſe fiſci.vt eſt communis opin.ibi.nu.6.

Actione iniuriarum non tenetur,ſi quis obiicit alicui,cuius reipublicæ intereſt.vt pateſiat,vt eſt communis opinio,vt per Fichar.in Addi.ad Villalobos.litera A.nu.28.vbi hoc etiam ampliat.

Actor,abſoluto ciuili iudicio,poteſt accuſare reum,criminali dem cauſa,vel econtra,abſoluto i[illegible]nali,intentare actionẽ ciuilem, ſi non tendant ad eundem finem.communis eſt opinio, vt per Clar.q.2.ver.vlerius.

Adire hæreditatem poteſt fiſcus banniti, cum ad extraneos tranſmittitur.vt eſt communis opini.Soarez ver.adire.nu.72.

Accedens ad hoſtes , non vt eis auxilium impend[illegible]t , nec ad iacturam domini,ſed vt ſibimet proſit,ne offendatur,dicitur dolo carere,& nõ eſſe in culpa,vt eſt communis opinio,de qua Rolan.à Valle in conſ.1. nu.9 in 3.vol.vide Olaſcum in eius diſputatione,poſt deciſiones Pedemontanas.

Adulterium eſt crimen priuatum,& eius accuſatio non eſt permiſſa, niſi certis perſonis,vt eſt communis opinio. Clar. in §. adulterium. ver.eſt autem hodie.

Adulterium dicitur,etiam cum ſponſa alterius cognita, vt eſt communis opin.Clar.d.§.adulterium.ver.ſed hæc omnia.

Adulterium pluries committens cum aliqua, vnica pœna eſt puniẽdus, vt eſt communis opinio. Clar.in d.§.adulterium.ver.ſed pone. Nam ex multitudine coitus vnum eſt adulterium,vt eſt communis opinio, de qua Soc.ſenior.in c.non ea quæ,nu.24.de pœnis Soarez ver.adulterium.nu.84.

Adulteram mulierem vir propria auctoritate expellere poteſt, vt eſt cõmunis opinio.Clar.d.§.adulterium.ver.alia quoque.Si crimen ( ſcilicet)ſit notorium.Alter tamen coniugum non poteſt auctoritate propria propter fornicationem,ſiue malam tractationem,ſiuè alias ſeparare,niſi præuia ſententia lata.Franc. Marſi.deciſ.514.nu. 25. par. 1. communem dicens.

Adultera perdit dotem,ſi accuſatur,vel vir agat ad ſeparationem ciuiliter,vt eſt communis opinio. Clar.in §.adulterium. verſi. & ſcias.vide Graſſum communium opinionum libro primo, capite ſexto quæſtione duodecima,& ſequenti. Alexander in l.cum mulier. §. primo. ff.ſolut.matri.vbi diſtinguit,& magis communem eſſe teſtatur, etiam ſi nullum poſteà declaretur matrimonium ob aliquod impedimentum legitimè probatũ.Et etiam amittit paraphernalia.Itidem & maritus adulter.ibi.verſ.adde.Fallit propter oſculum luxurioſum , & ſi pateretur ſibi poni manus ad mamillas.Clarus ibi.verſic.ſcias autem. Cumanus conſilio centeſimoſeptuageſimoquinto. Et adultera non poteſt de dote teſtari:quia dos eſt viri. Romanus conſilio ducenteſimooctuageſimoſexto,vide Fulg.conſilio centeſimotrigeſimoquinto. Et no.quòd mulier,quæ inducitur ad adulterium, cum auri datione, licet contenta fuerit, tamen inuita reputatur.Et ille qui dedit aurum punitur pœna ſtatuti adulterium puniente,Decius conſilio centeſimoſeptuageſimoprimo,nu.1.in 1.vol.idem ſi blandis fortè verbis. Facit illud Ciceronis,Nihil quidem(inquit)plus mali facere videtur,qui oratione,quàm qui precio iudicem corrũpit,quòd pecunia pendentem corrumpere nemo poteſt,dicendo autem poteſt,iuxta illud, verba ligant homines.Vnde raptores etiam dicuntur illi , qui blandimẽtis,& verbis deceptoriis puellas,nulla vi adhibita, libidinis cauſa abducunt, vt eſt communis opinio.Clarus in §.raptus. & infra dicetur. Faciunt lepidiſſima carmina illa,

*Hamantur piſces,ſed hamantur ſæpe puellæ,*
*Vnum ſemper amo,cuius non ſoluor ab hamo.*

An accuſata de adulterio, & abſoluta,poſſit ab eodem , vel alio ſuper eodem accuſari ab alio , & de alio. Reſpon.Bartolus quòd ſic. in lege , tertio §. ſi mater, ff.ad Carbonia. Soarez ver. adultera. numero octuageſimo.

Adultera nihilominus à viro debet ali,vt eſt communis opinio.Clar. in §.adulterium.ver.facta autem.Et ſi maritus interim fornicatur,tenetur vxorem iterum accipere,vt eſt communis opinio.ibi. & cogi poteſt.Et ſi cum adultera coeat maritus ei adulterium,videtur remittere ſciens eſſe adulteram.commũnis eſt opinio.ibi.ver.caueat.

Adulterium vtique eſt crimen vtriuſque fori,& ideò iudex eccleſiaſticus & laicus pro eo punire poſſunt. vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione trigeſimaſeptima ver. quæro nunquid. Niſi quando ageretur de ſeparatione thori , quia ſpectat cognitio ad eccleſiaſticum iudicem tantummodò.vt ibi per Clarus in,Soarez verſ. adulterium.numero 87.

Adulterium præſumptiuè probatur, cùm directè & ſpecificè probari non poteſt, vt eſt communis opinio Clarus quæſtione Rolan. à Valle in conſilio quinquageſimo, numero ſecundo in primo volumine. Et quomodo,ponit Corſetus in repert.Abb. ver.teſtes, licèt vnus poſt alium.nu.4.

Adulterium mulieri dotem repetenti,nõ poterunt opponere hæredes, vt eſt communis opinio.Soarez in verſ.adulterium.nu.82.Contrariã tamen communiorem eſſe dicens. Quatuor ſanè ſunt iura,quę de adulteriis loquuntur.Primò ius diuinum quo adulter & adultera occiduntur.Deuter.,21.33.q.5.c.hæc imago.cum §.ſeq.item ius fforum, quo nõ erat certa pœna ſtatuta.Itẽ ius Codicis,quo fuit ſtatuta pœna capitis tam in viro quam in muliere,licet in textu nõ appareat de muliere.in auth.vt nulli iudi.§.ſi quando, quæ eſt.C.de adulte.Auth.ſed hodie.in viro committente adulterium non mutatur.vt ibi not. per

omnes.ita Ioan.Fab.in §.itẽ lex Iulia.Inſtit.de publi.iudi.

Adulterium commiſſum videtur remiſiſſe maritus, qui ſciens rem poſtea habuit cum vxore, vt eſt communis opinio. Soarez verſicul adulterium.nume.85.

Adulterij exceptio aduerſus mulierem repetentem dotem, nullo temporis curſu tollitur. Soarez verſic.adulterij. numero 86.communem dicens.

Adulterij conuictus cum eius vxore patrati, quem non offendere ſub pœna promiſerit, & ſi aliàs iure pœnas luere debeat, pactam pœnam haud pendet. communis eſt opinio. Soarez verſic. adulterij.numero 92.

Adultera,etiam bannita impunè occidi poteſt,vt eſt cõmunis opinio. Soarez verſ.adulterium,num.83.communem dicit.

Adulter non cenſetur maritus,qui cum ſoluta rem habet,vt eſt cõmunis opinio.Soarez in verſ.adulterium.num.86.vide tamen Clar.in §. adulterium.verſ.tribus.

Adulterij damnatio maſculis eſt mors,vt eſt communis opinio.Soarez verſ.adulterij.num.88.vide tñ eum.Alex.conſi.13.num.3. lib.7.

Adulterij tranſactio non tenet,ſi tamen fit cum pœna, admittitur.cõmunis eſt opinio.Soarez verſ.adulterij.num.90.& 91.

Adulterium non committit vir cognoſcens carnaliter mulierẽ nuptã, quæ ante matrimonium fuit meretrix,& poſt matrimonium perſeuerauit in vita meretricia. Secùs,ſi ceſſaſſet, & cum viro honeſtam vitam duxiſſet. Clar.in §.adulterium.verſ. quæro nunquid, cõmunẽ dicit.

Adulterij pœna de iure diuino ex lege Moſaica eſt mors vtrique.genus autem mortis erat lapidatio. De iure autẽ canonico adulter & adultera excommunicatur.Et mulier detruditur in monaſterium,ſi maritus non vult eam recipere,vbi perpetuò reſidet. Clericus autẽ adulter deponitur,& in monaſterium detruditur perpetuò.vt eſt communis opinio. Adulter autem de iure fforum. deportatur. ſed de iure Cod.vltimo ſupplicio punitur,vt eſt communis opinio.de iure verò authenticorum adultera virgis ceditur,& in monaſteriũ detruditur.& ſi intra biennium maritus eam non recipit,debet effici monacha,& ibi perpetuò ſtare.Maſculus autẽ vltimo plectitur ſupplicio,vt eſt communis opinio.Hodie autem ferè vbique gentium eſt pœna pecuniaria,vt eſt communis obſeruantia ex ſtatutis Italicis, Clar.in §.adulterium.verſ. ſed quæro.Et propter adulterium poteſt agi ad ſeparationem thori,& ad dotẽ,& donationem propter nuptias. Clar.d.§.adulterium.verſ.alia quoque.

Adulter cum vxore deprehenſus,ſi ſit vilis perſona, poteſt occidi,etiam ſi eſſet clericus,vt eſt cõmunis opinio.Clar.in §. homicidium. fallit in foro conſcientię,quia nec pater adulterã filiã, nec maritus vxorẽ, vel adulterum ita deprehenſum, vt eſt communis opinio. Clar.ibi. verſ.ſed hæc quidem.

Adulter in domo propria cum filia, vel vxore deprehenſus, poteſt per patrem vel eius virum interfici,ſed non per alium eius nomine. communis eſt opinio.Clar.d.§.homicidium.verſicul. dubium eſt nunquid.

Adultera quæ amiſit dotem, non poteſt eam recuperare, licèt ſit pòſtea declaratum matrimonium nullum propter conſanguinitatem, vel aliud legitimum impedimentum, communis eſt opinio. Clar.in §.adulterium.verſ.ſed quid.

Adultera vxor perdit dotem,quam lucratur eius maritus. Clar.d. §. adulterium.verſ.& ſuas.

Aduentitia bona non confiſcantur,in quibus pater eſt vſufructuarius, vt eſt communis opinio.Clar.q.78.ver.ſed quid in aduentitiis.

Adulterium non probatur per teſtes,qui viderint virum ſuper mulierẽ in reipſa,cum poſſit eſſe,quòd vir ſit impotens,ſeù mulier arcta, vt eſt communis opinio,de qua Gratus reſpõſo.50.nu.2.in 2.vol. Marſil.conſ.28.nu.5.in j.vol.vbi communem dicit.

Aduocati dãtur reis incarceratis per iudices & Poteſtates,& cum proceditur in cauſa,quicũque vult indicia,illa petit.& ita quotidie ſeruatur. Blancus in l.fi.nume.21.fol.12.ff.de quæſtio.

Aduocatus non punitur ſtatuto prohibente opem,auxilium,vel fauorẽ dari bãnito,qui opem ſuam præbet proſcripto,vt eſt communis opinio.Soarez in ver.aduocatus.nu.94.Niſi foret hæreticus.vt eſt cõmunis opinio.de qua ibi.

Aduocatus rei non poteſt vltra metam patrocinium exigere, etiam in criminalibus, communis eſt opinio,de qua Soarez verſic. aduocatus,numero 101.Licèt hodie ſeruent contrarium,dicẽtes, illud, accipite dum dolor eſt.

Ægrotus ſeſe in criminum cauſis ſiſtere non cogitur,ſed ſuam innocẽtiam tueri poteſt per procuratorem,vt eſt communis opinio.Soarez verſ.ægrotus.nu.115.

Affectus non punitur vt effectus,ſi impedimentum ceſſat ex communi obſeruantia,vt eſt cõmunis opinio.Burſatus conſ.94.nu.31.& hoc iure conſuetudinario generali,vt eſt communis opinio, quæ non eget probatione.fallit in delictis atrociſſimis,licèt etiã illo iure cum reis mitius ſit agendum,& minus punitur,qui actũ nõ perfecit,licèt peruenerit ad actum proximum,vt eſt communis opinio.Clar.q 92. per totum.& iudex circumſpectus ſecundum eum, inſpecta facti & perſonarum qualitate,ſemper in mitiorem inclinabit partem. vide Gramat.deciſ.Neapol.2.nu.6.& ſeq.Viui.communi.opi.326.in 1.part. Bal.in conſ.361.in 1.vol.vbi dicit ita ſeruari.quia ſtatuta ciuitatum conſiderant factum,non animum,ſi factum non eſt ſequutum.Et ita generali conſuetudine mundi ſeruari dicit Corſetus in reperto. ad Abb. in ver.affectus.Amplia in pluribus caſib.vt per Benedic.de foro Sempro.in reperto.ad Fely.ver.animus hominis quomodo probatur. vide omnino.Clar.in §.homicidium.verſ.vltimò quæro.

Affectionis ratio non habetur in furto,vt eſt cõmunis opinio,de qua Soarez verſ.affectionis.num.133.Ant.Nicellus de concordia gl.concor.85.communem dicit.

Affines in cauſis criminalibus pro affinibus teſtificari non poſſunt,vt eſt communis opinio.Soarez verſ.affines.num.137.

Agere quis compellitur ratione diffamationis,vt eſt cõmunis opinio. de qua Soc.ſenior in c.ſcripta.num.20.de colluſione detegen.

Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur,vt eſt cõmunis opinio. Clar.q.87. verſ.hæc antẽ omnia. Quod procedit,quando conſenſũ, & auxilium præſtiterunt ex propoſito ad committendum maleficiũ, vt eſt communis opinio. Mantua in conſi.251.num.24.lib.1.Et ſequaces delinquentium pari pœna puniuntur, cum ipſis delinquentibus.Soc.ſenior in ca. conqueſti. numero 2.de ſententia excõmunica.quod dicit no.ad ſtatuta & conuentiones,que fiunt inter dominos & communicantes,& eorum adherentes,& ſequaces.de quo vide Bar.in conſi.78.qui ſint adherentes.d.Hierony.à Monte in ſuis variis queſtio.q.25.num.2.& q.27.num.11.

Aggreſſorem occidens ſe defendendo, nunquàm tenetur de occiſo,vt eſt communis opinio. Clar.in §. homicidium. verſ.ſcias tamen.& in verſi.inſultatus.

Aggreſſus ab æquali non tenetur fugere, vt eſt communis opinio.de qua D.m. Cephal.inter conſi.crimi. conſi.103. num.11.in 1.Et no.ꝓſtante ſtatuto,quòd ſi quis fecerit inſultũ ad domum,puniatur. Domus in ſtatuto accipitur pro habitatione, licèt quis de ea non ſit Dominus.Bald. in l.ait prætor.§. item Pomponius.ff. nautæ, caupo. ſtabula.

Alchimia eſt ars licita, vt eſt communis opinio.de qua Zannet.in trac. de foro conſcien.num.131.Alberi.in l.1.ff.de pignora.actio.

Aggrauant delicta commiſſa extra territorium, communis opin. Clar. q.39.ver.vlt.

Aggrimenſor,qui in iudicio & iudicis commiſſione falſam & non iuridicam, doloſè & lata culpa confecit relationem, recta via tenetur omne damnum reficere.Floria.in l.1.ff.ſi menſor falſum modũ dixerit.per l.ſi duobus.§.1. vbi glo.no.ff.eo. tit.quod dicit not.quia vidit de facto.refert ſic Fely.in c.quia iudicante.col.1. num.2.de pręſcrip. Ang.de Are.in §.quædam.Inſti.de actio.col.fi.quem caſum valde notabilem dicit,& ſe in facto vidiſſe dicit Iaſ.in d.§.quædã,col.fi.facit l. qui nomine.ff.de falſis.Iaſ.in §. item ſi quis poſtulante.num.12.col. 12.Inſtit.de actio.d.Hierony.à Monte.in ſuo de finibus.c.33. nã dicit Dominus Leuitici 19.in fi.nolite facere iniquum aliquid,in iudicio,in regula,in pondere,in menſura, ſtatera,& æqua ſint pondera, iuſtus modius,æquúſque ſextarius.&c.de quo Lucas de Penna in l. modios.C. de ſuſcep.& archa.lib.10.col.2.circa prin.Et dicit Dominus ea menſura.&c.

Alienatio præſumitur facta in fraudem fiſci,ſi quis ante maleficiũ vẽdit omnia bona ſua,etiam ſi ex interuallo fiat delictum.Ita tamen,quòd adſit tempore delicti alienationis cauſa,ex qua poſtea delictum ſecutum fuit,vt eſt communis opinio. Boſſi. tit.de bonorum publica. num.45.idem ſi fiat donatio omnium bonorum clam, vt eſt cõmunis opinio.ibi.num.51.

Alienari prohibita non confiſcantur confiſcatis bonis omnibus, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.aliena.num.16.

Alienata in fraudem fiſci,& ante delictũ poſſunt præſcribi.ſecùs ſi poſt, vt eſt communis opinio. Soarez verſ.alienata.nu.162.

Aggrauãt delicta poſtea commiſſa per eum,qui exceptione præſcriptionis,& curſu temporis obſtaculo ſe tueri poteſt,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.51.verſ.vnum tamen.

Agendi & petendi in criminalibus æquè tendunt ad puniendum delicta,& tolluntur 20.annis, communis eſt opinio. Gratus reſp. 105.numero 12.in 1.

Allocutio ad aurem non facit indicium contra reum,niſi tria concurrant,vt eſt communis opin.de qua Burſa.conſ.35.num.32.

Allocutio ad aures non facit indicium contra mandantẽ,niſi fuerit ſecreta,concurrat inimicitia capitalis,& incontinenti ſit ſequutum homicidium, vt eſt communis opin.Burſa.conſ.20.num.2.

Amicitia,quam habet iudex cum reo facit,quòd poſſit pœnam remittere,quando pœna eſſet arbitraria. Princeps autem poteſt indulgere. Clar.q.60.verſ.legitur.Et an teneatur ob id in ſindicatu.vide Pari.de Puteo.in tract.ſyndi.in §.Poteſtas.& Menochium de arbitrio iudicis

Amor excuſat à pœna ordinaria.& mitius punitur, qui propter amo-

rem

rem delinquit,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.60.verſ.amor.Tiraquel. de pœnis intemperan.cauſa 51.

Animal irrationale,ſi quod delictum committat,vt hominẽ interficiendo,non debet mori.Niſi quis cum Bellua rem haberet.quia vterque mori debet,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.99.verſ.quæro etiam.Soarez ver.animal.nu.179.

Antiquitas delicti facit,vt mitigetur pœna,nam ſi ante decenniũ commiſſum eſt,reus non debet mori,ſed mitius puniri,vt eſt communis opinio.Clar.q.60.verſ.pręterea.

Anatomia dãnatorum hodie conceditur,vt eſt cõmunis opinio. Soar. verſ.iſto.num.178.

Aperiens literas alienas,vt illas oſtendat aduerſario, falſum cõmittit.vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum.verſ.aperiens,

Apoſtata admittitur ad pœnitentiam, quemadmodum & hęreticus. vt eſt communis opinio.Soarez verſ.apoſtata.nu.190.

Appellare non poteſt reus criminis à ſententia interlocutoria mera. Niſi grauamen non poſſit reparari per ſententiam diffinitiuam, ex ſacroſancto Tridentino Conſilio.Tit.de appella.c.1.fol.190.

Appellatio vnius in criminalibus, prodeſt etiam correis.communis eſt opinio.Clar.q.94.verſ.quæro nunquid.

Appellationi in criminalibus non defertur,quando reus eſt confeſſus & conuictus in homicidio,adulterio,veneficio , maleficio & vi publica,communis eſt opinio. Et etiam generaliter in aliis cæteris. Et licèt fuerit tantum confeſſus,ſed non conuictus,ſi tamen non reuocat confeſſionem,non defertur appellationi. Sed poteſt iuſtè tradi morti. communis eſt opinio.Communior tamen eſt opinio, quòd vtrunque requiratur,ſcilicet & quòd ſit confeſſus & conuictus, vt non defeτatur appellationi, etiam in crimine læſæ maieſtatis. Clar. q.94.in prin.

Appellari poteſt à ſententia lata in crimine læſæ maieſtatis, quando quis fuiſſet dux alicuius factionis, ideſt proditionis, vt eſt cõmunis opin.Boſſius tit.de appella. num. 2. niſi expreſſè ſit prohibita, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.appellatio.num.191.niſi quis ſit conuictus,vel confeſſus,& confeſſionem nunquam retractauerit, vt eſt communis opinio.ibi.num. 192. item fallit,niſi crimen innoteſcat, vt eſt communis opinio.ibi.num.193.

Appellationem pro aliis,& clerici in criminũ cauſis rectè interponunt, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.appellationem. num.225.

Appellatione interpoſita,ſi moriatur reus antequàm damnetur, non confiſcantur eius bona,ſecus ſi ſit damnatus antequàm moriatur. vt eſt communis opinio.Soarez verſ.appellatione.num.228.

Arbitrium iudicis in maleficiis,debet reduci & reſtringi ad ius cõmune,niſi quo ad modum procedendi, & aliqua leuia. vt eſt communis opinio.Clar.q 31.verſ.arbitrio.

Arbitrio iudicis puniuntur infraſcripti.Primò iudex iudicans imperitè, communis eſt opinio.Clar.q.83 verſ.iudex. Vim publicam,ſiue priuatam committens.communis eſt opinio.Clar.d.q.83. verſ.vim publicam. compellens aliquem teſtari, criminaliter punitur arbitrio iudicis,ſi hoc fecit cum armis, ſecus ſi ſine vi, quia arbitrio iudicis eſt puniendus.Clar.d.q.83.ver.compellens.oſculans mulierem.Clar. ibi. verſ. oſculum , partum exponens. Clar. ibi.verſ. partum. item punitur extra ordinem ille, qui ſuperſtitione numinis alios terret. prout ille,qui mittit præceptum Vallis Ioſaphat. Clar.q.83.ver.item puniuntur.item terminos amouens punitur arbitrio iudicis.Clar.d. q.83.verſ.terminos.vbi fuſius.Et no.q iudex, qui poteſt punire eius arbitrio,non poteſt imponere pœnã mortis, vt eſt cõmunis opinio, Clar.d.q.83.verſ.ſed quæro.vnde ſtante ſtatuto,quod pro tali delicto iudex inquirrere poſſit,& imponere pœnam centum,vel aliam maiorem arbitrio ſuo,debet imponere ſimilem,& ita pecuniariam,non capitalem.vt eſt communis opinio.Clar.d.q.83.verſ.præterea, quia in pœnis arbitrariis debet iudex ſeruare modum conſuetum.vt eſt communis opinio.Clar.d.q.83.verſ.ſcias etiam.Et plures pœnę abierunt in deſuetudinem,quæ in foro canonico & pænitentiali arbitrariæ dicebãtur,quæ ſunt remiſſę arbitrio ſacerdotis.Clar.d.q.83. verſ. ſic aliud.

Argumentum de locatione ad aſſaſſinium procedit, quatenus ſimilis ratio viget.Gabriel.conſi.170.num.12.communem dicit.

Argumentum à ciuilibus ad criminalia regulariter valet. Soarez verſ. argumentum.num.257.communem dicens,limita vt per Marſil. ab eo allegatum.

Argumentum à contrario cenſu in pœnalibus,& ad correctionem iuris non tenet.communis eſt opinio.Gabriellius.conſi.181. num.22.

Argumentum à correlatiuis , etiam in criminalibus procedit. Plotus inter conſi.crim.conſi.108.num.5.in 1.vol.communem dicit.

Arma deferre prohibere poſſunt domini & magiſtratus, ſecundum magis communem opinionem.Chircouius communi.opin.Centu. 1.conclu.9.

Arma portantes malum dicuntur habere animum,vt eſt communis opinio,de qua Blancus in l.fi.num.79.ff.de queſtio.Nam regulariter de iure eſt prohibita armorũ delatio.Fallit, vt per Corſetum in reperto.Abb.in verſ.armorum delatio.& in ver.nomine armorum,vbi fuſiſſime de armis.Ex cauſa autem iudicis arbitrio iudicanda eſt permiſſa armorum delatio.vide Duen.regu.55. Socin.regula 30. Et no. quod arma deferens,ea debet amittere,etiam, quòd quis ſit priuilegiatus,& habeat licentiam portandi.Et ita ſeruatur de conſuetudine.Marſil.in pract.crimi.in §.pro complemento.num.8. & ſeq. fallit in portante arma non vetita, prout ſecurim, zappam, pungetum baſtonum,quia verba ſtatuti ſunt ſtrictè accipienda, De armis prohibitis.vide Corne.conſi.199.in 4. volu.Et nota. quòd quis dicitur armatus,qui portat arma offenſiua,nõ defenſiua, Albericus in lege armato.ff.ad.legem Iul.de vi publica. Et quę ſint arma offenſiua, & quæ ad defenſam,ponit Amadeus in tractatu ſyndica.in §. aduerte tamen.

Arma prohibita deferri poſſunt in itinere,vt eſt communis opinio.Soarez verſi. arma.nume.267.

Arma geſſiſſe prohibita conuictus,non amittit,nec pœna in inuentos vel deprehenſos cum illis conſtitutas locum habet. communis eſt opinio.Soarez verſi.arma.nume.268. Et no. quod ſi ſtatutum punit inuentum cum armis,non dicitur inuentus, niſi ſit captus & apprehenſus. Amodeus in tractatu ſyndica.tit.portantes arma.nu.9. tomo 14.item no.quòd ſi ſtatutum punit arma portantem,& aliquis percuſſit aliquem cum armis,non venit puniendus de delatione armorum,& percuſſione cum armis, quia reſultat vnum crimen tantùm quia vtrunque conſideratur ſimul,non de per ſe.Baldus in lege,ad, uerſus,ad fin, C.de furt.quem ſequitur Barba.in tract.de Cardina. lega.à latere.q.5.& vlt.nume.26.tomo 2.

Arma deferens ad defenſam,non punitur pœna, quæ in gerentes arma prohibita imponitur.communis eſt opinio.Soarez in ver.arma. numero.269.

Armata gens non incutit metum,niſi ſit coram principe, vel officiali ſolito tirãnicè in ſuos non obedientes ſęuire,vt eſt communis opin de qua Burſatus conſi.72.nume.38.

Animus & præmeditatio ad homicidium deprehenditur ex donatione omnium bonorum ſuorum. vt eſt communis opinio. Blancus in l. fi.nu.17.ff.de quæſtio.Si habet inimicitiam cum occiſo.

Articulus mortis ſolus non inducit fraudis ſuſpicionem.communis eſt opinio.Burſatus conſi.40.nume.70.

Aſſaſſinus eſt ille,qui aliquem chriſtianum occidi præcio mandat alteri ſiue infideli,ſiue Chriſtiano,vt eſt communis opinio.Clar.in §.aſſaſſinium.in prin.

Aſſaſſinus,licèt confugiat ad eccleſiam, non tamen ibi tutus erit, nec gaudebit eius immunitate.Sed poterit inde extrahi per quẽunque iudicem ſæcularem.vt eſt communis opinio. Clar.in d.§.aſſaſſinium. verſ.item licèt.

Aſſaſſinium,vt probetur,non requiruntur tam claræ probationes, vt alias in criminalibus,ſed ſufficiunt probabilia argumenta.vt eſt cõmunis opinio.Clar dict.§.aſſaſſinium.verſi.præterea.

Aſſaſſinus tantum dicitur,vbi interuenit pecunia, lucrique ſpes certa. vt eſt communis opinio.Burſa.conſi.20.num.40. Gabriellius conſi, 170.Et aſſaſſinus ipſo iure amittit beneficium, etiam ſi eſt clericus. Gabriellius conſi.196.nume.5.

Aſſaſſinus dicitur,ſiue homicidium mandetur fieri per certum genus perſonarum, ſiue per quemlibet. vt eſt communis opinio. de qua. Boſſi.tit.de mandato ad homicidium.nume.16.

Aſſaſſinus,vt poſſit offendi,bannum cum indiciis,quæ fuiſſent ſufficientia ad inquiſitionem,non ſatis eſt ,ſed requirunt teſtes examinatos idoneos,parte citata legitimè,& probata veriſimilia argumenta in aſſaſſinamento.vt eſt communis opinio. Boſſius de mandato ad homicidium.nume.20.

Aſſaſſinus, vt quis poſſit impunè offendi,ſententia requiritur. Boſſius de mandato ad homicidium.numero vigeſimo primo, communem, dicit.

Aſſaſſinamentum requirit pecuniam interueniſſe,ſed non eſt neceſſe vt ſit mandatum.vt eſt communis opinio. Boſſius de mandato ad homicidium.nume.23.vide Pariſium conſilio centeſimo ſexageſimo ſexto,in quarto volumine.Corne.conſilio ducenteſimo quadrageſimonono,litera R.in primo volumine. Et aſſaſſinare ſecundum communem vſum loquendi eſt interficere clam cum magna copia communis autem vſus loquendi præfertur proprietati verborum.vt eſt communis opinio.de qua Gratus conſi. 52.nume.51.in 2. volue

Aſſertio morientis contra delinquentem, non facit indicium de iure communi. At ſecus hodie de conſuetudine generali, vt eſt communis opinio.Soarez verſiculo,aſſertio. numero ducenteſimo ſeptuageſimo octauo.vide Gratum reſp.57.nume. 10.in 2.volumine.

Aſſiſtens armatus iuxta vulnerantem,vel occidentẽ dicitur ei præſtare auxilium,vt eſt communis opinio de qua Alex. in conſilio centeſimo trigeſimo octauo, numero quarto,in ſexto volum. Secus ſi à longe eſſet.vt eſt communis opinio.Soarez verſ.aſſiſtens.num.283. Niſi ex induſtria ſtaret à longe.quod eſt ſemper animaduertendum.

Aſſiſtens delicto non tenetur obuiare delicto, & ſe periculo ſubiacere

vt eſt cõmunis opinio.Nouellus in tract.ad defenſam.nu.99.fol.59.& no.quòd aſſiſtere eſt cũ aliis eſſe;gl.in ver.aſſiſtere.l.fi. C.de aduocã diuer.iudi.plura de iis,qui aſſiſtunt,Carrerius in ſua prac.cri.fol.72.Et de aſſiſtente maleficio.Rimi.in conſ.22.nu.10.& ſeq.

Attentatio,ſi nõ ſequatur effectus,punitur de iure cõmuni,vt eſt communis opinio.Clar.q.92.in princ.ſecus de generali conſuetudine approbata per totum mundum.vt eſt communis opinio,de qua Syluanus in conſ.43.in 1.vol.vbi ampliat, etiam in cõcitante populum,& ſeditioſo.vide Duen.regu.35.Soc.regu.31. Capram regu.66.fol.85. Corne.conſ.262.litera G.in 1.vol.vbi de venenante,qui ad actum proximum venit:vbi conſulit;quòd morte non moriatur.idẽ corne conſ.249.vol.1.vbi de aſſaſſino,qui ad actum proximum venit,vide Iaſ.in conſ.137.in 1.vol.Si contingat tibi caſus alicuius maleficij attentati,& volueris ſcire,qua pœna ſit puniendus attentans,vtere practica,quam ponit Soci.in l.1.nu.36.col.fi.ad fi.ff.quòd quiſque iur.vbi pulcherrimè vide Capram d.regu.66.vbi ponit quando quis ſit,vel non ſit pœna dignus,qui non cogitat,nec agit,nec perfecit delictum.in delictis autem atrociſſimis,pro vt in crimine læſæ maieſt.oppugnatæ patriæ,Simoniæ,& in volente venenare aliquẽ.Si lex expreſsè punit;poteſt iudex pro ſolo conatu,etiam pœnam mortis imponere,ſi fuerit deuentum ad actum proximum,& lex, vel ſtatutum conatum puniat: aliàs ſecus,quia debet puniri conatus extra ordinẽ, & actius punitur,qui ad actum venit proximum,quàm qui ad remotũ.Clar.vbi ſupra.vide Fontanellam inter conſ.crimi.conſ.97.nu.9.lib.2.vbi plures allegat.quòd attentatũ non punitur,niſi ſit conſumatus effectus. Etiam ſi ſit aſſaſſinamentum,quia non comprehenditur in ſtatuto;quod requirit actum perfectum.Bal.conſi.430.in 2.vol.

Atrocia,& atrociſſima delicta que ſint, iudicis arbitrio relinquitur, vt eſt communis opinio.Clarus in §.1.verſic. ſunt. vbi aliqua atrocia & atrociſſima enumerat delicta. Et delictum reputatur atrocius, vbi interuenit pecunia. Menochius de arbitrio iudicis caſu 357. numero 14.

Auxilium delicto præſtatur ante delictum, in delicto, & poſt delictum conſumatũ,ſi præuio tractatu,vel deliberatione,accedente conſenſu, vel ſcientia auxiliatoris commiſſum ſit delictum,punitur auxiliator, ac ſi principalis eſſet.Et hoc quocunque tempore auxilium præſtiterit,ſiuè ante,ſiuè in delicto,ſiuè poſt.Nam licèt corpore ipſi delicto non interuenerit, animo tamen cenſetur interueniſſe.maximè,ſi illud auxilium erat vſque à principio deſtinatũ,vt quia promiſiſſet volenti alium interficere, accommodare equos,ſuper quibus ,patrato delicto,poſſet fugere.vt eſt communis opinio.Clar.q.90.in prin.aut non præceſſit aliquis tractatus,vel deliberatio,ſi auxiliator dedit cauſam dilicto,punitur eadem pœna,vt eſt cõmunis opinio.Si verò non dedit cauſam punitur mitiori pœna quã principalis delinquens.maximè,ſi auxilium fuit poſt delictum commiſſum,quia non propriè dicitur auxiliator.communis eſt opinio Clar.ibi.verſ.aut verò.aut eſt dubiũ nũquid præceſſerit tractatus,vel deliberatio,ſaltem reſpectu auxiliatoris ; & auxiliator primò eſt torquendus ſuper deliberatione,vel tractatu, aut ſciẽtia delicti.Et vbi nihil fatetur,debet adhuc pro ipſo auxilio puniri pœna ordinaria. Niſi qualitas facti & perſonarum aliud ſuaderet.puta, ſi nulla eſſet ſuſpicio contra eum, neque affinitas, neque amicitia ,& auxilium fuiſſet valde remotum ab ipſo maleficio,vel actu maleficij.& vt ibi latius per Clarum. Et in inquiſitione , vel accuſatione, debet expreſsè fieri mentio de auxilio ; aliàs non poſſet ſequi condemnatio, etiam ſi de auxilio præſtito conſtaret. Sed ſufficit, quòd ex narratis in libello colligatur iuris præſumptio de auxilio præſtito, nec iſta qualitas auxilij eſt neceſſariò exprimenda in ipſo libello,vt eſt communis opinio. Clarus,ibi.verſi.in hac autem.Et quando ſunt duo tantum,ſolet dici in inquiſitione,alter alteri auxilium & fauorem præſtitit.Sed ſi ſunt plures,debet dici,vnus alij,vel aliis auxilium præſtitit &c.aliàs inquiſitio eſſet nulla.Clar.ibi.verſ.item aduerte.Et ſi duo ſimul vulnerauerunt aliquem,vel aliud maleficium fecerunt ad hoc vt poſſint puniri, non ſolum tamquàm principales,ſed etiam auxiliatores,non ſufficit, quòd in accuſatione, vel inquiſitione dicatur, alter alteri auxilium, vel fauorem præſtitit.Cum illa verba intelligerentur,quòd auxilium præſtitit vulnerando,vel percutiendo,& ſic ſolummodo poſſet puniri de vulnere,non autem de auxilio.Sed requiritur , quod expreſsè dicatur , quòd alter alteri auxilium præſtitit aſſiſtendo , vt alius delictum facilius committeret. Et ita ſeruatur in practica.Clarus d. quæſt.90.verſiculo,aduerte. Et mitius punitur auxiliator ; ſi principalis omninò eſſet alias facturus delictum.vt eſt communis opinio. Clarus dicta quæſt.90. verſic.item ſcias etiam. Et aſſiſtens armatus vulneranti,vel occidenti,ſi eſt iuxta homicidam, vel cum eo,dicitur præſtitiſſe auxilium. communis eſt opinio. Clarus dicta quæſt. 90. verſic.quæro,niſi aſſiſtat,non ex propoſito,niſi ex aſſiſtentia quis ſit effectus audacior, quia punitur aſſiſtens extra ordinem. Si quis tamen aſtitiſſet cauſa diuidendi & ſeparandi rixantes,non eſſet aliquo modo puniendus.ibi.de auxiliatore fuſius loquitur Dec.in cap.quia quæſitum.num.11.de offic.deleg.cum ſequenti. vbi ampliationes & limitationes ponit.vide Nouellum reg.129.plura per Pariſi.in conſilio 152.numero 1.& ſeq.in 4.volum.& in conſil.164.165.166.eo.volu.& ibi de auxilio cooperatiuo plura.Et de eo, qui arma ex domo ſua extrahi permittit, vt quis occidatur , an teneatur de occiſo. Dim.Alciat.in conſilio 23.libro 7.Qui dicantur auxiliatores delicti. Marſil.ſing.400.vide Soarez verſic.auxilium. num.297. & Capram reg.80.num.51.vbi fuſius.

Auxilium & fauorem bannito præſtare non dicuntur aduocati & procuratores,patrocinantes pro eo. Et ideò non incidunt in ſtatutum de præſtantibus auxilium & fauorem,vt eſt communis opinio.Clar. q.82.ſtatutum,2.

Auxilium cooperatiuum interuenire debuit in ipſo homicidio,hoc eſt in actu homicidij,vt eſt communis opinio.Pariſ.conſilio.166.num.22.in 4.vide omnino Corn.in conſi.192. in 4. vol.alias vtique, qui ad delictum non accedit,non punitur,vt auxiliator.Nonius cõſilio 96.nume.3.& ſtatur eius iuramento,quòd non acceſſerit deliberatè, ibi.numero quarto.vide Menochium caſu 349. numero. 13. & nu. 14.& numero 4. & nume.7.

## B

BAnna de iure, & de conſuetudine, & ſtilo curiæ Romanæ ; edicta pro ponuntur pro inueniendis delictis , & delinquentibus, vt eſt communis opinio.de qua D.Brunorus in vnico eius conſilio crimin.numero 124.

Bannitus de iure communi non poteſt impune offendi.communis eſt opinio.Clarus in §.homicidium.

Bannitus impunè occidi poteſt ex ſtatuto;quod vtique valet.communis eſt opinio.Clar.in §.homicidium.verſic;plerunque.Etiam in foro conſcientiæ,vt eſt magis communis opinio.Clar.ibi.

Bannitus impunè occidi poteſt,etiam ſi ſtatutum loquatur de impunè offendendo,& non expreſſè de occidendo.Clar.in d.§.homicidium. verſi.eſt tamen.communem dicens.

Bannitus cenſetur factus hoſtis ciuitatis à qua eſt bannitus, & ei indictum bellum.communis eſt opinio. Clar.in d.§.homicidium ver. ſtante hoc ſtatuto.

Bannitus etiam proditoriè occidi poteſt;etiam per pecuniam,& ſic per aſſaſſinium.Et ita ſeruatur,licèt communis opinio videatur cõtra. Clar.in §.homicidium.verſi.ſed an licebit.niſi fuerit affidatus. quia tunc debet ſeruari fides etiam hoſti.

Bannitus,qui gratiam habuerit à principe, ſed tamen non ſit cancellatus de albo bannitorum,impunè offendi poteſt.ſi quis tamen curioſus eſſet non debet inquirere gratiam Principis extare,vel ne.Licet ſit æquius,eam inquirere,magis tamen communiter non tenetur, niſi fuerit in alia culpa offendens.Clar.in § homicidium.verſi.item quæro pone.

Bannitus,ſi proteſtetur,quòd habet gratiam,& tamen de ea aliter fidẽ non facit,poteſt impunè occidi,vt eſt communis opinio. Clar.in §. homicidium.verſi.ſed quid ſi bannitus.

Bannitus non poteſt impunè occidi,ſi bannum eſſet nullum. Et occidens de eo notitiam haberet,ſin minus,punitur extra ordinem. cõmunis eſt opinio,Clar.in §.homicidium.verſi. maior eſt. Clarus tamen putat talem in hoc tantum in totum excuſari.

Bannitus pendente appellatione banni,non poteſt impunè offendi.idẽ eſt in termino,infra quòd appellare poteſt.cõmunis eſt opinio.Clar. in §.homicidium.verſ.ſucceſſiuè.

Bannitus captus per familiam officialis,non poteſt impunè occidi.cõmunis eſt opinio.Clar.in §. homicidium.verſi. quæro,etiam pone.

Bannitus, etiam extra territorium,ex quo eſt bãnitus impunè occidi poteſt,ſi occidens,vel offendens caperetur in territorio illo,vbi tale ſtatutum vigeret.communis eſt opinio.Clar.in §.homicidium. verſ. vlterius quæro

Bannitus,ſi ſe defendendo occidat aggreſſorem,debet puniri,quia ſibi non eſt licita defenſio.Clar.in d.§homicidium.verſ.in hoc etiam.cõmunem opinionem eſſe dicens.

Bannitum dominum,ſi ſit vaſallus,nõ poteſt impunè offendere, vt eſt communis opinio.Clar.in d.§.homicidium.verſi.ſed quæro. in fine.

Bannitum patrem filius impunè occidere non poteſt,vt eſt communis. Clarus in dicto §.homicidium. verſic. ſed hic quæro.ſed hoc Claro non placet.

Bannitum is quoque occidere impunè poteſt, qui cum inimicus eſſet, antequam banniretur,pacem cum eo fecit,etiam ſi promiſiſſet tunc cum non offendere ſub pœna.communis eſt opinio.Clar.in d.§.homicidium.verſic.quæro aliquis fecit.

Bannitum occidens,quem ignorabat eſſe bannitum,gaudet priuilegio ſtatuti,de offendendo bannitum.Si tamẽ ſtatutum etiam præmium promitteret occidenti bannitum,tunc talis occidens non conſequeretur præmium. communis eſt opinio.Clar.in dicto §.homicidium. verſic.fuit etiam.

Bannitam mulierem ſtante ſtatuto,quòd banniti offendi poſſint,non licet adulterare.communis eſt opinio.Clar.d.§.homicidium.verſ.ſed

an ſtante.communem dicens.

Banniti noſtri temporis æquiparantur relegatis,& ideo amittunt duntaxat ea,quæ ſunt ſuæ ciuitatis,à qua ſunt banniti,ſed non alia, etiã iuris ciuilis.cõmunis eſt opin.Soarez in verſ.banniti.nu.1.vnde nec patriam poteſtatem amittũt,etiam ſui loci,à quo ſunt relegati, vt eſt communis opinio.ibi.nu.2.Neque generaliter amittunt,quæ in loco proſcriptionis ſita ſunt,communis eſt opinio.ibi.nu.3.banniti autem perpetuò deportatis æquiparantur,vt ibi.

Banniti non dicuntur vagabundi,vt eſt communis opinio.Soarez ver. banniti.nu.5.

Banniti in contumaciam non ſunt infames,& ideo teſtificari poſſunt, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.banniti.nu.6.& infra.

Banniti,licet ſint incapaces bonorum loci,à quo ſunt banniti, tamẽ capaces ſunt bonorum extra,quæ ſibi deferuntur,& quæ alibi ex iuſto ac legitimo teſtamento ad eos pertinent. vt eſt communis opinio. Soarez ver.banniti.nu.7.

Banniti ſemel, etiam iterum banniri poſſunt, communis eſt opinio.de qua Soarez ver.banniti.nu.8.

Bãnitus,qui ex ſententiâ mori debet,ſi ab ea appellet,non poteſt occidi,niſi ſuccumbat,& appellatio euaneſcat,vt eſt communis opi.Soarez ver.bannitus.nu.9.communem dicit.Riminaldus conſ.38.nu.35. & ſeq.vbi communem probat.

Bannitus vi portractus ad locum,vbi ſit bannitus,debet remitti in priſtinam libertatem,nec debet puniri,communis opinio.Soarez.verſic. bannitus.nu.10.

Bannitus ſtatim,quòd eſt captus,cogitur cognoſcere bannum,& ſe eũ eſſe,qui ſit bannitus,fateri,& ſtatim debet poſtea puniri. Niſi exceptionem opponat,quæ ſi ab initio fuiſſet oppoſita, non cogebatur iudicium ſubire.communis eſt opin.Soarez.ver.bannitus.nu.11.

Bannitus,qui bannitum occidit,poteſt per procuratorem opponi facere per ſe occiſum fuiſſe bannitum,communis eſt opinio. Soarez ver.bannitum.nu.12.

Bannitum maritum tenetur vxor alere ex dote & paraphernis.communis eſt opinio.Soarez ver.bannitum.nu.13.

Banno pendente etiam,quòd quæſtio requirat altiorem indaginem,nõ poteſt offendi quoquo modo bãnitus ipſe.cõmunis eſt opinio.Soarez ver.bannum.nu.14.

Banniti perpetuò,& à ciuitate excluſi,ſtante ſtatuto,quòd impunè poſſint offendi,ſunt omnino incapaces bonorũ,& ſucceſſionis ſibi delatæ,vel ex iure communi,vel ex ſtatuto in territorio bannientium.cõmunis eſt opinio.Burſatus conſ.139.nu.24.& conſ.54.n.1.fallit,prout in ſtatuto noſtro Ferrar.ſub rub.de iis,qui non reperiuntur deſcripti in libris Miſſariæ cõmunis,lib. tertio, capitulo trigeſimo,fol. 218.& vide Menochium conſilio 201.numero octauo. Vanti.de nullitatibus proceſſus,folio 146.numero quinquageſimoprimo & ſequenti.Boſſium,tit.banniti quid amittant. Corneus conſi.quinquageſimonono, in 1.vol.

Bannitus reſtitutus à Principe,etiam quò ad bona,non recuperat iam alienata, niſi id expreſsè caueat. communis eſt opinio. Burſatus conſi.54.numero 12.

Bannitus ex contumacia non dicitur infamis. communis eſt opnio. Burſatus conſ.119.nu.6.

Bannitus non obſtante alio ſtatuto ſucceſſibilis dicitur eorum, quę veniunt ex lege,vel iuris communis diſpoſitione, non autem ex ſtatuto bannientium.communis eſt opin.Burſatus conſilio quinquageſimoquarto, numero vigeſimoquarto.Turzanus communi opinione centeſimaquadrageſimaoctaua,& deciſione Peruſina vndecima, numero octauo, Gabriellius in conſilio 123.num.34.

Banni,ſeu exilij pœna hodie eſt multum in vſu. Et contra præſentes, & contra etiam contumaces.Et imponitur quandoque in perpetuum, quandoque temporaliter,& quandoque arbitraliter.Clarus quæſtione ſeptuageſimæ prima in principio.Caſus autem in quibus quis bãnitur.Clar.ibi.ver.caſu.

Banni pœna infertur officialibus,rectorum prouinciarum , qui ruſticanos,vel eorum ſeruos,aut iumenta ad aliqua cogunt obſequia , nec non & ruſticani,ſe ſponte dictis obſequiis ſubiicientes, puniuntur pœna exilij perpetua,& confiſcationis bonorũ. Clar.vbi ſuprà.

Banniri quis poteſt in loco,etiam non ſuppoſito de conſuetudine generali,vt poteſt etiam exemplificari in non ſeruante mandata. communis eſt opinio.Clar.q.70.ver.vidi ego.

Bannitus in contumaciam non efficitur infamis,vt dixi.communis eſt opinio.Clar.q.70.ver. quæro nunc.Rationem adducit Baldus in cap. niſi.numero quinto,de renuncia.Et ideò poteſt eſſe teſtis,& ſibi efficitur ſaluuſconductus,vt veniat ad teſtificandum.Clar.ibi.ver.prætera quæro plura de bannito.Duennas regula 68.Et bannitus ex forma ſtatuti,licèt habeatur pro confeſſo,non tamẽ ſequitur,quòd ſem per ſit condemnandus,ſi ex defectu inquiſitionis veniret abſoluendus.l.principales.§.ſi actor,vbi Caſt.nu.1.C.de iureiuran.per calum. & ſtatutum puniens bannitum,vel condemnatum de maleficio, habet locum in bãnito per contumaciam.Caſt.in l.ſi mora.nu.14.ff.ſol. matr.quia contumacia eſt maleficium.

Banniti non amittunt patriam poteſtatem.communis eſt opinio.Clarus quæſtione ſeptuageſima,verſic.ſucceſſiuè. & no.quòd bannitus probatur, quòd ſit bannitus per librum in quo deſcribuntur rebanniti.ſecundum Salyc.in l.moueor. C.de ſeruis exportan. de quo Alexan.in l.decem.in fi.ff.de verb.oblig.Et de hoc extat ſtatutũ Ferrariæ,de quo memini ſuprà.Et de quo etiam Menochius de arbitrio iudicis.q 90 & not.quòd ſi bannitus ſperat infallibiliter cancellari de banno,vt quia obtinuit gratiam,licet adhuc non ſit cancellatus.ſi agat non poteſt repelli,Caſtr.in l.mulier.§.non eſt dubitandum. ff. ad trebellia.

Bannitus non efficitur ſeruus pœnæ,quando eſt in contumaciam bannitus.vt eſt communis opinio.Clar.q.70.ver.vlterius.Boſſius tit.banniti quid amittant.

Bannitus in vna ciuitate,non cenſetur bannitus ab aliis ciuitatibus cõfederatis.communis eſt opinio.Clar.q.70.verſ.vlterius quæro.&verſi.quæro modo.niſi hoc ſpecialiter ſit dictum.

Banniti noſtri temporis,quocunque modo ſint banniti,aut perpetuò , vel ad tempus,& cum publicatione bonorum,vel ſine,non æquiparantur deportatis,minúſque relegatis.ſed eſt tertia ſpecies de per ſe. Sed certè ſtandum eſt,vel deciſionibus bannorum in ſpecie,vel cõſuetudini de eis loquẽti.Clar.q.70. Et no.quòd ſi accuſans ſit poſtea bannitus,accuſatio tenet.Bartol.in l.Vranius.ff.de fideiuſſo. Et ideo (inquit) poteſt ex ſtatuto procedi cõtra accuſatum.Bart.in l.ſi is qui reus.numero 15.ff.de public.iudic.& poteſt bannitus cœptam accuſationem poſtea proſequi.Bartol.in l.deferre.n.2.ff.de accuſa.Et ſtante ſtatuto,quod capitaneus debeat ſub pœna bannitum,qui venerit in fortiam ſuam facere decapitari cito.Nam poteſt differre 30. diebus,& in pœnam non incidit.Ang.in authent.de manda.princip. in princip.& ſi ex forma ſtatuti licet occidere bannitũ,licitum eſt vulnerare,& bona auferre. Caſt.in l.in ſuis.numero quarto. ff. de libe. & poſthu.Et ſi ſtatutum dicat,quòd filius banniti non poſſit ſtare in ciuitate,intelligitur de filio banniti viui,& non mortui.Alex.in l.ſi filius à patre.ff.de lib,& poſthu.

Bannitus frangens fines banni,infra decennium ſcilicet iuſſus exulare, ſibi duplicatur tempus,quod reſtabat ſtandum in banno, ſi erat per 10.annos bannitus,aut vltra,perpetuatur exiliũ.Si iuſſus erat exulare perpetuò,punitur pœna mortis.vt eſt communis opinio.Clar. q. 70.ver.quæro.

Bannitus arbitrio iudicis durat bannitus,etiam quo ad ſucceſſorem in officio.Clar.q.70.ver.item quæro.

Bannito ex ſtatuto prohibetur loqui, non comprehendit ſcribentem literas.communis eſt opinio.Clar q.82.ver.ſtatutum.2.

Bonorum amiſſione afficiuntur filij,vel nepotes ex cauſa,& propter publicam vtilitatem.vt eſt communis opi.Clar.q.86.

Bannitus eſt capax ſucceſſionis ab inteſtato,dummodo ex forma ſtatuti non poſſit offendi,vt eſt communis opinio.D.m.Alciatus conſilio quinquageſimoquarto,numero tertio,libro quinto,Boſſius titulo bãniti quid amittant, nume. decimoquarto communem dicit.Fichar. ad Villalob.numero ſexto,Portius conſilio 48.numero primo,& cõſilio quadrageſimonono.Et poteſt teſtari.vt eſt magis communis opinio.Benedic.de foro Sempro.in reperto.ad Fely.ver.bannitus.

Bannitus licèt per ſententiam poſſit occidi infra tempus, cum agitur contra bannũ,vel ſententiam per viam nullitatis, vel appellationis. vt eſt communis opin.Villalob.in verſiculo.bannitus.

Bannitus pro maleficio teſtificari poteſt.vt eſt communis opinio.Chircouius in ſuo communi conclu.Centuria.1.conclu.23.lib.1.

Bannitus ritè poteſt ex ſtatuto occidi,ſecus ſi non ritè.vt communis opi.Chircouius communi conclu.Centu.prima conclu. 24. Turrius inter cõſilia criminalia cõſi.81.nũ.85.Et ideo ſi contra occidentẽ bannitũ iudex inquirit,quomodocũque cõſtet iudici de bãno occiſi,etiã per allegationem factam à tertio ad impediendum proceſſum inquiſitionis,non poterit iudex vlterius procedere contra ipſum inquiſitum,vt eſt verior opinio.de qua Alex.in l.vbi pactum.numero octauo,C.de tranſact.& not.quòd bannitus de proximo caſſandus , non dicitur propriè bãnitus,nec poteſt à ſciẽte offendi.Soc.in l.poſſideri. §.ſi ſeruus.num.18.ff.de acquir.poſſ.Et non poteſt ſemper impunè occidi bannitus.Benedic.de foro Sempro.in repert.Fely in ver. bannitus.columna ſecunda.Et bannitus,qui communi opinione reputabatur pro non bannito,non poterit impunè occidi.Etiam ſtante ſtatuto,quòd bannitus poſſit impunè occidi.Marſil.in pract.crimi.in §. aggredior.num.24.de quo Maccagnanus de communi opinione. li. 3.nu.10.& not.quòd lapſus termini banni ex forma ſtatuti non habet vim confeſſionis,niſi abſenti factum ſit plenariè declaratum.Bal. in l.ſi filius.ff.de interrog.actio.item nu.quòd ſi quis accuſat non bãnitum pro bannito,ſciens eum non eſſe bannitum , debet puniri ſimilitudine ſupplicij.Pau.de Caſt.in l.& ſi legibus.C.ſi contra ius,vel vtili.publ.item bannitus contumax,ex ſola contumacia,non dicitur bannitus ex maleficio,& ideo non poteſt occidi,vel puniri.Sed ſi ex forma ſtatuti ſit ex cõtumacia bãnitus,dicitur bãnitus propter male

ficium, & ideo impunè occidi poteſt.vt eſt communis opinio,de qua D.Proſper Paſothus conſilio 188.numero 2.vide omnino Caſt.in l. raptores.numero octauo. C.de epiſcopis & cler. quod intellige , ſi bannitus ille mortem eſſet propter delictum paſſurus,quia de leui maleficio bannitus offendi non poſſet,nec occidi impunè, vt eſt.cōmunis obſeruantia,vt inquit Cæpola conſil.criminali 48.num.5.& ſtante ſtatuto,quòd bannitus poſsit impunè occidi,bannitus ex ſola contumacia (prout tota die contingit) non poſſet occidi virtute d.ſtatuti quia non eſt propriè maleficium,ſed culpa.& iſta eſt magis communis opinio.de qua Iaſ.in l.ſi plagij.numero ſexto.ff.de verbo. obligationibus.

Bannitus,qui poteſt impunè offendi,& cui denegatur petitio ſui iuris, priuatur tam beneficio ſtatuti, quam iuris communis,vt eſt cōmunis opinio.de qua Iaſ.in conſil.166.nu.2.in 2.vol.

Bannitus,ex quo eſt bannitus poteſt impunè offendi, ſibi denegatur audientia,vt eſt communis opinio,de qua Gratus reſponſo.44.num. 4.& ſtante ſtatuto,quod bannito non reddatur ius,nec agendo, nec excipiendo, ſi ago contra ipſum,poterit deducere ,& excipere,quod nullam habeo actionem,replico,non debet audiri propter ſtatutum ipſe replicat,quod non eſt ipſe ille,qui me repellit,ſed defectus actionis,ſine qua agere non poſſum,& ſic licèt ego repellar,non propterea redditur ius ſibi,& ſic nihil fit contra ſtatutum,licèt mihi denegetur,& propter defectum iuris rei,quia actor non metitur,ius ex defectu iuris rei,ſed metiri oportet ex perſona ſua.Et ſi proceditur cōtra aliquem criminaliter,eo quòd occidit Titium, qui tamen Titius erat bannitus,& poterat impunè occidi.Tamen inquiſitus nō audet comparere,ne eum ponat iudex ad torturam.Comparet tertius , dicens domine iudex non poteſtis procedere contra illum,quia nullum maleficium commiſit,cum potuerit illum occidere,quia erat bānitus,& producit ad notitiam bānum in publica forma, certè debet audiri.Paul.de Caſt.in l.vbi.nu.8.C.de tranſac.

Banniti bona poſſunt dilapidari,vt eſt communis opinio.Io.Bolog. in l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.

Banni pœna hodie ſecundum magis communem opinionem, vbi bona non publicantur,æquiparantur pœnæ relegationis.Maran.in Speculo.fol.50.num.6.in 2.iudiciorum diſt.

Bannitus non eſt ſeruus pœnæ,quando in poteſtatem venit.vt eſt cōmunior opinio.Boſſius tit.banniti quid amittant.num. 12.

Bannitus nondum captus nec ſeruus pœnæ bona non amittit.communis eſt opinio.Boſſius tit.banniti quid amittant.

Bannitus in contumaciam,ſi ſit captus,debet prius fateri ſe eſſe illum, qui maleficiū fecit,vt eſt communis opinio.Boſſius tit.banniti quid amittant. Et ideò boni aſſeſſores,quando capiunt bānitū,faciunt ſtatim ipſum confiteri,quòd ſit idē corpus,& quòd ſit ille,qui fuit citatus& bānitus,ad hoc,vt de improprietate corporis nō poſſit poſtea dubitari , & tunc falſa demonſtratio,puta, quia dixit Petrus Martini,cum deberet dicere Petrus Ioannis non vitiat bānnum,vel condemnationem vt dicit Bal. in l.demonſtratio falſa. ff.de condi.& demon.& bannitus in contumaciam poteſt offendi ex forma ſtatuti. Caſt.in l.fi.§.fi.nu.7.ff.ſi quis ius dicenti non obtempera.

Bannitus reſtitutus bona in alios tranſlata non recuperat, vt eſt communis opinio,de qua Rui.cōſ.21.num.1.in 5.vol.& cōſ.22.nu.j.eo vol.& conſ.60.nu.4.Gratus reſpōſo 106.in 1.vol.nu.1.vbi dicit eſſe communem theoricam doctorum,quod gratia conceſſa bannito ſit conſideranda,& in quibus terminis loquatur,quia non extenditur, niſi inquantum loquitur.vide infra in ver.gratia,fallit vt per Rui.ibi nu.10.in 5.vol.

Bannitus non poteſt teſtari , vt eſt communis opinio. Gozad.conſ.96. per totum.quod intellige de iure ſtatutario loci,ſecus de iure communi,vt ſuprà dixi.

Bāniti cū publicatione bonorum executores teſtamentarij eſſe non poſſunt.Niſi quò ad actū nudi miniſterij,vt eſt cōmunis opinio , de qua Capra in trac.de executoribus.in 2.membro,nu.20.cōem dicēs.

Bānito occidenti etiā præmiū conſtitui poteſt,ſecundum communem opinionem.Dec.in c.quæ in eccleſiarū.nu.14. de cōſtitu. & bānitus poteſt aliū bannitū occidere,ſtante ſtantuto,quòd bānitus poſſit impunè occidi.Abb.in c.dilecti.nu. 10.de exceptio. vbi etiam dicit nu. ſeq.quòd bannitus ex forma ſtatuti nō poteſt,nec agere,nec excipere,nec vnus bannitus poteſt agere,nec excipere cōtra aliū bānitum.

Bānitus nō poteſt impunè offendi infra tēpus datū ad appellandū,vt eſt cōmunis opin.de qua Benedi.de Vado foro Sēproniano in reper.Fel, in verſ.reus dānatus ad mortē.vbi dicit hāc verā & cōmunē opinionē.& ſi ſtatuto bānitus poſſet offendi,nō poteſt offendi pater a filio, Bal.in l.libertus.in fi.ff.de ſtatu.homi.ſed mulier prægnās bene poteſt offendi.d.ſtatuto.Bal.in l.imperator.ff.de ſtatu hominū.ſi ſit banita.

Bannitus poſtquàm eſt bannitus,& à familia.poſtmodum captus Poteſtatis non poteſt impunè offendi,quia cū per hoc ſit in fortiam communis poſitus,ipſa reſpublica videtur occupaſſe. Et ideo etiā ſi Poteſtas talem bannitum occideret, non per viam iuris, ſed per viam facti,videretur quòd deberet puniri,vt eſt communis opinio.de qua Bald.in l.libertas.§.ſerui.ff.de ſtatu homi.

Bannitum occidens,non poteſt inquiri contra ipſum de homicidio.Et poteſt tertius comparere,& allegare, quòd occiſus erat bannitus, qui poterat impunè offendi ex ſtatuto, & iudex debet ſuperſedere inquiſitioni, vt eſt communis opinio.de qua Fely.in c.dilectus.2.numero 61.de reſcrip.

Bannitus,præſertim in contumaciam rectè deponit,ſi agatur de matrimonio contrahendo, vt eſt communis opinio,de qua Alex.de Neuo in conſi.8.num.18.vide Iul.Clar.q.81.verſ.præterea quæro.Secus ſi agatur de diſſoluendo matrimonio.

Banniti noſtri temporis æquiparantur relegatis,vt eſt communis opinio.Cur.iun.conſi.182.nu.8.Alex.in l.ex facto.ff.ad Trebellia.

Bannitus amittit ea,quæ ſunt iuris ciuilis ciuitatis,in qua eſt bannitus tantum.Cur.iun.in conſi.182.nu.4.communem dicit.

Baptiſmus nihil remittit ex foro iudiciali,quin quis puniatur.communis eſt opi.Tiraquell.de pœnis.cauſa 25.num.6.

Baratariam committens iudex, priuatur officio, nec dignus eſt in futurum alio.Clar.q.73.Et cogitur reſtituere ablatum in quadruplum, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.iudex.Et datum amittit dans, etiam quòd iuſtam ſententiam daret.Non autem amittit,ſi quis iudici dederit,vt iuſtitiam celeriter ſibi miniſtraret,& ideo poterit repetere.& no.quòd blandis verbis intrans cameram iudicis, & perſuadens vt pro ſe ſententiam ferat,non perdit litem,ſed punitur pœna centum aureorum.Clar.ibi.nam perſuadere eſt pluſquam compellere.l.1.§.perſuadere.ff.de ſeruo corrupto.facit illud Ciceronis. Nihil quidem hoc plus mali facere videtur,qui oratione, quàm qui precio iudicem corrumpit,quòd pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt , dicendo autem poteſt, Si tamen pecunia ſit data iudici poſt ſententiam,non dicitur barataria,Marſil.ſingu.190.& no. quòd confeſſio non nocet alteri,etiam in crimine baratariæ,vt dicit Bald.in conſi.498.ad fi.in j.vol.& pœnæ ſtatutæ contra aliquid accipientes per baratariam,videntur inſtitutæ contra dantes.l.j.C.de cupreſsis.lib.10.Bal.in lege prima,col. ſecunda.C.de calumniato.

Beneficio nemo priuari debet,niſi per ſententiam priuetur propter homicidium,vt eſt communis opin.Gabriell.conſi.196.num.1.& ſeq.

Blaſphemia eſt omne,& quoduis conuitium,contumelia, vel maledictum in Dei nomen,vel eius ſanctos prolatum,vt eſt communis opinio.de qua Soarez ver.blaſphemia.nu.26.Clar.in §. blaſphemia, in princ.& quòd quis ſit blaſphemus non probatur per teſtem ſingularem. Alex.conſi .72.col.j.lib.j.Marzari.conſi.16.pagi.150. ad fin. Io.de Amicis .conſi.78.num.8.

Blaſphemia ab ebrio emiſſa ſemper mitius puniri debet,vt eſt communis opinio.de qua Soarez verſ.blaſphemia,num.27.

Blaſphemiæ pœna de iure diuino eſt pœna mortis. Sed de iure canonico blaſphemus cogitur ad publicam pœnitentiam ante fores eccleſiæ faciendam,modo & forma poſita in cap.2.de maled.Quæ tamen pœna in clericis non obſeruatur,vt eſt communis opinio. De iure autem ciuili,eſt pœna mortis,quæ tamen hodie non ſeruatur. Aliàs contingeret hominibus illud,quod cecinit Naſo.

*Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat*
*Iupiter, exiguo tempore inermis erit.*

Clar.in §.blaſphemia.ver.ſed quæro.& no.quod Iudæus blaſphemus punitur ab eccleſiaſtico iudice,in defectum ſecularis, alias non, vt eſt communis opin.Clar.in §.blaſphemia. ver. ſed pone quòd Iudæus.ſed qua pœna puniatur clericus blaſphemus,ponit Alexan. in conſi.72.nu.11.in 1.vol.

Bigamus de iure communi,ſecundum magis communem opinionem punitur pœna ſtupri, ſcilicet publicatione dimidiæ bonorum.Clarus in §. homicidium.verſiculo,dicitur etiam, communem dicit opinionem.

Bigamus non eſt,qui contraxit cum corrupta ab eo.Panormi.in cap. cum te.de cleri.coniuga.communem dicit. & not. quòd Lamech fuit primus, qui bigamiam introduxit,vt in fabrica mundi, in prima ætate.fol.10.

Bona alienata per delinquentem ante confiſcationem,ſi appareat fraude factum,valet quidem alienatio,ſed à fiſco reuocatur.Fiſcus tamē tenetur emptori precium reficere, vt eſt communis opinio. Clar.q. 78.ver.ſolet etiam.

Bona alienata per delinquentem poſt commiſſum delictum , in caſu quo bona ipſo iure & facto publicātur,alienatio eſt ipſo iure nulla, nec eſt opus reuocatoria.Si autem titulo oneroſo facta ſit alienatio, & in caſu,quo bona non venirent ipſo iure publicanda,tenet alienatio,niſi appareat contrahentē fuiſſe participe fraudis,vt eſt communis opin.Clar.q.78.verſ.multa.Et prædicta procedunt etiam ſi alienatio poſt accuſationem fuerit facta,lite conteſtata,vel non conteſtata. vt eſt communis opin.Alienatio autem facta poſt ſententiam, ſi fuerit per appellationē ſuſpenſa,valet alienatio,ſed ſequuta confirmatione in appellatione reuocatur,vt eſt communis opinio.Et in caſibus,in quibus valet alienatio,ſed per fiſcum reuocari poteſt,non licèt ipſi fiſco ſtatim poſſeſſores rerum emptarum à poſſeſsione

expellere, ſed intentare debet reuocatoriam, vt ordinariè de ipſa reuocatione cognoſcatur. vt eſt communis opinio. Clarus,d.q.78. ver.ſi verò.

Bona prohibita alienari non confiſcãtur,vt eſt communis opinio.Clar. d.q.78.verſi.item quæro.vbi communiorem eſſe probat.

Bonorum confiſcatione facta filiis delinquentis debet relinqui,& reſeruari legitima,vt eſt magis communis opinio. Si tamen bona eſſent materna filiis nihil debetur,vt eſt communis opinio.Clar.d.q. 78.verſ.videndum.

Bona non confiſcantur,niſi pro hæreſi, vel crimine læſæ maieſtatis.vt eſt communis opinio.Suarez ver.bona,nu.40.fallit,ſi adſit ſtatutum, vel conſtitutio in contrarium.

Bonorum amiſſione afficiuntur filij, vel nepotes ex cauſa, & propter publicam vtilitatem. vt eſt commmunis opinio. Clarus q.86.verſic. infertur.

Bonorum appellatione veniunt iura & actiones,& ideo pnblicatis bonis,veniunt iura & actiones,ſi nomen bonorum eſt ſimpliciter appellatum.vt eſt communis opinio.de qua Rolan.à Valle in conſilio j.nume132.in 3.vol.

Bonorum publicatio tacitè in conſequentiam ſequitur naturam criminis.vt eſt communis opin.de qua magiſter meus Cephalus in conſ. 79.nume.18.in 1.vol.

Bonorum confiſcatio non fit ſub generalitate,generaliq́ue vocabulo, vt eſt communis opinio, de qua D.m.Cephalus dicto conſilio 79. numero 23.& ſeq.

Bona damnatorum confiſcata applicantur illi domino, in cuius ſunt iuriſdictione,vt eſt communis opinio.de qua Brunus in conſ.feuda. 31.num.15.idem in damnato de hæreſi,vt eſt communis opinio,de qua ibi Brunus nu.17.non ſeruatur tamen de conſuetudine,vt dicit Burſatus conſi. 43.nume.13.

Bona hæretici non dicuntur fiſco incorporata,nec apprehendi poſſunt, niſi præuia declaratoria ſententia.Burſat.conſ.43.nume 1.communem dicit.

Bona acquiſita per hæreticum à die commiſſi delicti citra, vſque ad ſententiam,non veniunt in confiſcatione bonorum,vt eſt communis opinio.Sed ea tãtum,quæ tempore delicti poſſideret.Burſa.conſ. 43.numero 4.

Bona immobilia hæretici fiſco,vbi ſunt ſita, applicantur.ex communi. Burſa.conſi.43.num.14.

Bona eccleſiæ furto ſubtracta auocãtur à detinente,non reſtituto precio vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.43.num.31.

Bona omnia à die commiſſi criminis hæreſis publicantur,& ideo illi cenſetur adminiſtratio interdicta. vt eſt communis opinio.Burſa. conſil.14.nume.3.

Bona acquiſita per hæreticum poſt diem delecti,non veniunt in publicatione bonorum,vt eſt communis opinio.Burſa conſ.14.nu.18.

Bona fama in ſpecie probata,indicia,licet vrgentia,tollit,vt eſt communis opinio.Burſa.con.34.nume. 19.& nume.30.

Bona etiam alienata per bannitum,expreſsè ad hoc reſtitutum recuperantur.communis eſt opinio.de qua Burſatus conſ.54.nume.11.

Bona alienata in alios,non cenſentur in dubio per Principem reſtituta bannito.Si tamen ſit reſtitutus ad onera priora tenebitur. Burſat. conſil.54.num.28.

Bona omnia recuperat reſtitutus per iuſtitiam,ſecus ſi per gratiam.vt eſt communis opinio.Burſa.conſi.54.nume.35.

## C

CAdauer damnatorum non debet deponi de furca, neque ſepeliri, Niſi habita licentia à Principe.vt eſt communis opinio. Et ita fuit ſeruatum in Seruatore mundi.qui de licentia Pilati fuit à Cruce depoſitus, & ſepulturæ traditus.Ioannis vigeſimoquarto. Clarus q.100.in prin.

Cadauer punitorum poteſt dari medicis pro Anatomia conficienda de licentia Principis,vel Senatus.vt eſt communis opinio.Clarus.d.q. 100.verſi.quæro.

Cadauer rei ante executionem mortui, poteſt ſuſpendi.Clar.q.100. ver.ſed hic incidenter.

Caducitatis pœna ſolum habet locum volente domino.Cur.iun.conſ. 100.nu23.communem dicit.

Calumniari videtur, qui non probat.Præpoſi.in cap. ſi quemquam.§. notandum nu.7.de iudi.vbi cõmunẽ dicit Boſſi.tit de accuſa .nu.19. communem dicit.Clar.q.62.verſic.dixi ſuprà.Abb.in cap.cum dilectus.nume.5. de calumniato. communem dicens.Etiam ſi iurauit de calumnia.vt eſt communis opin.Clarus.d.q.62.verſic.ſed quid ſi. fallit in pluribus caſibus, de quibus per Abb.in d.cap.Menochius plura de arbitrio iudicis, caſu 321. fallit in coniuncto ſanguinis, quia non probans accuſationem excuſatur à calumnia ratione ſanguinis.gloſſa.in l.veſtem.ff.de iniuriis.fallit etiam vt per Benicdi.de foro Sempro.in reperto.Fely.in ver.accuſator an dicatur calũniator. vbi plures congerit fallentias.vide omnino. Caſtren.in l. Atletas.§. calumniator.numero quarto. ff.de infamibus. item fallit, ſi perſona ſit valde religioſa & magnæ conſcientiæ, quia non præſumitur calumniator.vt eſt communis opinio,de qua fuſiſſimè Corſetus in repertorio Abb. in verſ. accuſatus. & no. quòd accuſator accipiens pecuniam,vt deſiſtat ab accuſatione calumnioſa, crimine non probato, non ſolum punitur ciuiliter,& reſtituit datum cum pœna tripli,ſed etiam extra ordinem per iudicem criminaliter pro modo delicti.Paulus de Caſtro in l.ſi ab.ff.de calumniator.an autẽ accuſator poſſit incontinenti de calumnia damnari, abſoluto reo, reſpondet Salic.in l.prima,numero tertio.C.de calumnia. dicens, quòd debet vnico contextu fieri abſolutoria, procedere eodem ordine, & ſucceſſiuè,non diuertendo ad alia accuſatorem de calumnia condemnare.& dicetur fieri incontinenti,id eſt in actu ſimul ſe tuenti.& hæc communiter tenetur.Si vis autem conuincere aliquem de calumnia, interroga,an velit vti querela,& probationibus ſuperinde factis, eo quia intendis illum querelare de falſo.Et ſi reſpondet,quòd ſic, poteſt tunc puniri de falſo,ſi cõuincitur de calumnia & falſo.Et ita obſeruatur inquit Clarus ibi.Si autem pro ſe accuſator habet aliqua euidentia indicia,puta famam, vel auditum à fide dignis, excuſabitur à calumnia.communis eſt opinio.Clarus ibi.verticulo ſed pone. & calumniator (vt dixi) poteſt in eadémmet ſententia abſolutoria rei condemnari de calumnia vnico contextu,debet tamen abſolutoria rei præcedere & poſtea ſubſequi calumniatoris condemnatoria.vt eſt communis opinio.Clar.ibi.& pract.ſe habet,quòd iudex prius faciat ſtatui accuſatori terminum ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari,& vbi nil deducat,quod releuet,in eadem ſententia poterit condemnari. Et not. quòd ſi accuſator ſit perſona honeſtior quàm reus,ita quòd pro eodem crimine eſſet mitius puniendus accuſator,qui eſt calumniatus, erit puniendus pœna,quæ imponenda fuiſſet reo non accuſatori.vt eſt communis opinio.Clar.quæſt.81.verſi.ſed pone quod accuſator.Vide Felin.in cap. cum dilectus.de calumniato.num.4.vbi plura de calumniatore. Et ponit fallentias ad communem opinionem.

Capi quis non poteſt in propria domo pro debito ciuili,ſecus pro criminali.vt eſt communis opinio.Ant.Gabriellius communium conclu.lib.7.conclu.10.Amplia & limita,vt per eum.

Capi quis poteſt in domo aliena,in qua quis caſu reperitur,& non habitat.vt eſt communis opinio,de qua Socin.in l.plerique.nume.31. ff.de in ius vocan.limita vt ibi per eum.

Capi quis non poteſt in domo conducta.vt eſt communis opinio.Socin.d.l.plerique. num.33. ff.de in ius vocan. amplia in domo,in qua quis aliquod ius habet,puta emphyteutica.

Capi quis nnn poteſt in palatio Dominorum hodie ex conſuetudine, vel municipali cenſura,prout extat Ferrar.ſtatutum.quibus caſibus quis pro debito capi poteſt. Soc.in l.plerique. nume.63. ff.de in ius vocan.vbi etiam ponit plures caſus, in quibus captura tenet, vel non tenet.ad quem ſemper recurras.

Capi non poteſt facere quilibet delegatus etiam inferioris à Principe, poſt litem conteſtatam.vt eſt communis opinio, de qua Iaſ.in l.cui iuriſdictio.nume.13.ff.de iuriſdictio.omnium iudic.Limita, vt ibi per eum.numero.14. & ſeq.

Capiens aliquem,quem tradit curiæ maleficiorum,ſi aliquid expendit pro eo capiendo,debẽt ſibi refici expenſæ,vt eſt communis opinio. Clar.q.29.verſi.vnum tamen.

Capitalis pœna cenſetur exilium perpetuum. communis eſt opinio. Soarez verſi.capitalis.nume.8.

Capitulum dicitur impertinens, quod poſitum eo modo, vt legitur, nihil ad cauſam facit,& ideò reiiciendum,vt eſt communis opinio. de qua Pariſi.conſi.67.nume.15.prout etiam dicitur impertinens & inadmiſſibile iudicãdum eſt,quando probatũ eſt eo modo,vt deductum eſt,nihil releuaret.vt ibi per Pariſi. nume.16. vbi fuſius.in 4. vol.Feder.de Sen.conſi.117.Et quando capitula dicantur pertinentia,vt admitti debeant,vltra doctores in ſuis practicis,vide per Dec. in conſi.162.in 1.volu. & licèt quis non admittatur ad probandum id,quod probatum non releuat,& iudex non debet pati,vt fiant ſuperfluæ probationes,& non releuantes.hodie tamen in practica palatiorum admittuntur articuli,cum clauſula,ſaluo iure impertinentium & non admittendorum,& non diſputatur de hoc,niſi in calculo ferendæ ſententiæ,vt lites abbreuientur.ita dicit Pau.de Caſt.in l. ad probationem.num.5.C.de probat.item licèt ſit regula,quòd quis non teneatur reſpondere poſitioni, ſeu articulo impertinenti, quæ confeſſata non releuat.hoc eſt verum.niſi poſitio comprehenderet etiam aliquod extrinſecum vltra animum, per quod animus declaretur.Pau.de Caſtr.in l.gerit.nu.6.ff. de acqui. hære.& no.quòd capitula rei criminalis decreti ſumptibus iudicis,indiciis etiã ſufficiẽtib. ad torturam,debent in dubio admitti ad probandam innocentiam rei ante tormenta,propter quę probat ſe innocentem,vt eſt cõmunis opinio.de qua Iaſ.in conſi.175.col.2.verſi. tertiò pro eadẽ parte facit.in 2.vol.item no.quòd ſtatutũ imponens pœnã corrigentibus

poſitiones criminoſas,vel diffamatorias,licèt quis poſtea pœniteret, & retractaret, non euitat pœnam,Niſi aliud dicat ſtatutum:Paul.de Caſt.in l.quamuis.nu.3.ff.de in ius vocan.& no.quòd capitulũ,quod facit ad cauſam directè,ſiuè quoquomodo,quia pertinens,debet admitti,vt eſt communis opinio.Rolan.à Valle conſil.34.num.7.in 3. vol.Menochius conſil.2.num.353.

¶Captura debet committi à iudice in ſcriptis, & non verbo,poſſunt tamen capi reperti in flagranti crimine rixantes, arma deferentes, portantes aliquid extra deuetum, & ſimiles abſque iudicis commiſſione.vt eſt communis opinio.Et captura etiam committitur ſatellitibus.Clar.q.28.ver.dictum eſt.& ver.ſolet.

¶Captura poteſt quandoque, ſed raro committi parti vnà cum ſatellitibus,quæ tamen pars manum non apponat,& hoc ex vrgenti neceſſitate fieri debet.Clar.q.28.ver.ſolet etiam:& no. quòd pro debito fiſci ſemper poteſt arreſtari,quia fiſcus eſt in hoc priuilegiatus, vt non requiratur ordo, quando conſtat de debito. Bal.in conſilio 90.in 5.& vlt.vol.

¶Captura ad hoc vt committatur in criminalibus tria debent præcedere. Primò,quòd delictum puniatur pœna corporali.Secundò,quod indicia ſint ſufficientia ad capturam committendam.Tertiò debet iudex ſciſcitare an carcerandus ſit perſona priuilegiata,quæ detineri non poſsit.Clar.q.28.Habita tamen aliquali informatione poteſt iudex deuenire ad capturam,ſi pœna corporalis exigatur.vt dicit ibi Clar. vide omnino Chircouium in ſuis cõmunibus conclu.Centu.5:conclu.29.& 30.nam alias carceratio fieri non debet abſque aliqua informatione præcedente,re iudicata & deliberata.prout fit in regno Franciciæ.vt dicit Guilliel.Rouille.in tract.de iuſtitia.tit.de iudice.c. 3.num.8.tomo 17. Et iſta eſt communis opinio vt dicit Blancus in l. fi.nũ.6.ff.de quæſtio.fol.5.& nu.8.& capi. quis pro maleficio poteſt in domo.Anto. Gabriellius in ſuo communium conclu.lib.7.conclu. 10.vide Pariſi.conſ.145.num.1.& ſeq.in 4.vol.non tamen debet iudex reũ poſtea captum examinare,neque reum facere ſuper delicto, niſi legitima præcedant indicia.Et quando delictum eſt graue,& reus eſt ſuſpectus de fuga,antequàm in ſcriptis redacta ſint indicia,poteſt iudex capi facere imputatum. Sed aliter eſt procedendum contra nobilem,& diuitem,qui non præſumitur velle aufugere,quàm contra pauperem & vilem perſonam.Et ideò fortiora indicia haberi debent ad carcerandũ perſonam nobilem & inſignem,quàm pauperem.Et aliter procedẽdũ in occultis,quàm in publicis delictis,quia in occultis ſufficiunt minora indicia hæc Clar.d.q.28.Et no.quòd quis capi non poteſt ad inſtantiam procuratoris carentis ad hoc ſpeciali mandato.vt eſt communis opinio;de qua Chircouius d.conclu.30.& no. etiam,quòd captura facta à iudice incompententi,regulariter non valet. vt eſt communis opinio.de qua Rolan. à Valle in conſilio 65.nume.5.in 3.vol.

¶Captus à proſequentibus beroariis in alieno territorio, à iudice qui commiſit capturam non eſt puniendus.vt eſt communis.opin.Clar. q.29.ver.vltimo.quia attenditur finis rei,& non principium,ſed omnino eſt relaxandus.

¶Captus pro repreſaliis conceſſis contra communitatem,vel ſpecialem perſonam,repetit ab eis illud quod ſoluit, vt eſt communis opinio, de qua D.Hierony.à Monte,q.27.nu.38.in ſuis qq.

¶Capitulum,cum non ab homine.de iudi.habet locum etiam in homicidio qualificato,vt eſt magis communis opinio.de qua Grabriellius in conſi.196.nume.4.

¶Carcer eſt mala menſio & damnum irreparabile, vt eſt communis opin.Soarez ver.carcer.nume.13.

¶Carcerari non poteſt doctor ex leui crimine,ſecus pro graui.communis eſt opinio.Clar.q.28.ver.item quæro.

¶Carcerātur hodie mulieres, etiam honeſtæ,in criminalibus.Clar. q. 28.verſic.quæro igitur.Si tamen mulier ſit nobilis & honeſtæ conditionis,non debet conduci ad ſe facere iudex cum dedecore,neque ſtatim in carceribus detrudi facere.ſed dare domum pro carcere,vel monaſterium aliquod monialium.Niſi eſſet atrox delictum.vel ſub idonea fideiuſſione relaxare.

¶Carcerari poſſunt clerici à ſuo iudice,ſi iudici conſtat de delicto.Aliàs eſſet excommunicatus prælatus, etiam quòd clericus eſſet fugitiuus.communis eſt opinio.Clar.dicta quæſtio.28.verſic.quæro nunquid.Sed hodie de conſuetudine aliter obſeruatur,quia clerici mali carcerantur à iudice,etiam laico.carcerari non poſſunt clerici,niſi reperti ſint in flagranti crimine, vt ſuo ſtatim tradantur iudici, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſic.ſi verò.itidem & à quolibet laico priuato,clerico reperto in flagranti crimine,capi poteſt,& tradit curiæ eccleſiaſticæ.Itidem ſi clericus delinquens veriſimiliter eſſet de fuga ſuſpectus.

¶Carcerandus an ſit reus, vel fideiuſſoribus relaxandus,iudex decernere habet,& hoc certè eſt in iudicis arbitrio.Pau.de Caſt.in conſ.328. in ſecundo, vbi ſubdit,Conſulto tamen,quòd faciat in actis apparere, qualiter ex tali, & tali iuſta cauſa, quæ animum ſuum mouerunt,pronunciauit non eſſe illum perſonaliter detinendum,ſed ſub fideiuſſoribus dimittendũ.Et cùm hoc ſit arbitrarium,non poteſt redargui iudex,quia ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa.Pau de Caſt in conſ.199.num.4.vol.4.nec tenetur in ſyndicatu. vt per Pari. de Puteo in tract.ſyndica.& per Menochium de arbitrio iudicis.Et perfecto reorum examine, factiſque debitis confrontationibus teſtium,iudices reos ad carceres duci facere conſueuerunt.vt eſt communis opinio.Clar.q.46 in prin.vt ſcilicet cuſtodiatur,non autem vt in vinculis exiſtant,vt eſt communis obſeruantia.Vbi tamen qualitas delicti & perſonę hoc expoſceret, poſſet iudex in arctos conicere reos,& prohibere,ne cum aliquo loquerentur,& ita faciunt practici iudices,ſecundum Clar.vbi ſuprà.

Carcerandus non appellat,ſi ſe ad carceres videt duci.communis eſt opinio.Clar.q.46.ver.ſed quid.

Carcerum domus ſunt ciuitatis,carceratorum autem cuſtodia pertinet ad Principem.Clar.q.46.verſi.& quoniam.

Carcerati debent ſæpe viſitari per viſitatores,qui habent inquirere ex qua cauſa detinentur,& operari,vt expediantur,ne macerẽtur. Clar. d.q.46.Sed proh dolor hodie prius macerantur,& marceſcunt,poſtea viſitantur,vel ſeu ponuntur in titulo pro derelicto.

Carceratus ſi infirmatur,debet cuſtos certiorem reddere iudicem, & ſi moriatur,debet per notarium rogari de eius morte.Clar.d q.46.ver. ſed in hoc:& not.quòd ſemel excarceratus,non debet amplius excarcerari.Et ſic bis ex ſtatuto priuilegium excarcerationis cõſequi non debet:Bar.in l.2.C.de epiſcopis audi. Et poſſunt carcerati contrahere abſque egreſſu.Ang.in l.qui à latronibus ff.de teſtamen.vbi dicit, quòd ſunt deridendi,qui dicunt carceratos non poſſe contrahere, ſed ſemper debere extrahi de carceribus.

Carceratus, vt è carceribus fideiuſſoribus relaxetur, interceſſor debet hanc petitionem & inſtantiam in ſcriptis redigi facere,Aliàs iudex eum relaxari facere non tenetur.Et fideiuſſionem in actis ſimiliter apponi facere,vt eſt communis opinio & practica.Clar.d.q.46. verſ. plerunque,carceratus tamen ob crimen falſi fideiuſſoribus nõ eſt relaxandus,ſtante ſtatuto de carceratis relexandis.vt dicis Bart. in l.Lucius.nume.2.ff.ad ſena.conſul.turpilia.

Carceratus de conſuetudine poteſt procuratorem conſtituere,ſatiſdare & alios contractus facere.Et ita quotidie practicatur. Clar.q.46. ver.plerunque.

Carceratus, vbicumque pro crimine eſt pœna corporalis infligenda, non eſt fideiuſſoribus relaxandus.communis eſt opinio.Clar.q.46. verſ.in hac autem.Secus ſi non venit imponenda pœna corporalis, quia fideiuſſoribus eſt relaxandus.vt eſt cõmunis opinio. Et relaxatur fideiuſſoribus carceratus ante ſentẽtiam abſolutoriam, ſi conſtat de eius innocentia in proceſſu,nec amplius,& ſæpius de eodem delicto quæri,vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.pariter etiam.Si tamen iudex ſperat noua indicia ſuperuenire,poteſt iterum in carceres intrudere,vt ibi.Poteſt tamen quandoque inſpecta qualitate perſonarum & delicti iudex,vel fideiuſſoribus reum relaxari facere,vel tradere cuſtodi cuſtodiendum in loco tuto extra carceres,vel ſtatuere palatium,domum,vel ciuitatem pro carcere ſub pœna, quando iudex credit illum non eſſe culpabilem.Clar.d.q.46.verſi.in dubio. vbi dicit hanc eſſe æquam & communem practicam.Et debent præſtari idonei fideiuſſores,qui ſi nõ ſunt idonei notoriè, & plus quàm ſoluendo,iudex faciat ſibi dari approbatores & collaudatores,qui illum collaudent & approbent pro idoneo,& ſufficienti.Clar.ver.cæterum Sed vt plurimum cõſueuit practicari,quòd notarius recipiat fideiuſſores,quia officiales ſunt forenſes,& non habent notos homines,& eorũ facultates.Fideiuſſor itaque ille dicitur idoneus, non tantum,qui poſſidet bona immobilia,ſed qui tot bona mobilia poſſidet, quæ de facili aſportari nequeunt,vt ſi quis habet magnam apothecam,vel multa nomina debitorum.Et ita ſeruatur inquit Clar. d.q.46.verſic.cęterum.Et debet ſemper dari fideiuſſor in loco iudicij,vbi reus degit,non in loco originis ipſius.vt eſt cõmunis opinio. Clarus. d. quæſt.46. verſiculo pone. Pauper autem non relaxatur præſtita iuratoria cautione, vt eſt communis conſuetudo. & maximè ſi eſt mulier.Si autem non eſſet reus pauper multum grauatus in proceſſu,poſſet ſub pœna relaxari. Reus autem ſuo iuramento probare poteſt, ſe non eſſe idoneum facultatibus, & ideò non poſſe reperire fideiuſſores, licèt melius faceret iudex, ſi ſum matim ſe informaret de facultatibus ipſius, & poſtea eum relaxari facere. Clar.d.q.46.ver. ſed quomodo.

Carcerantur etiam viri illuſtres, nec fideiuſſoribus relaxantur. & ita conſuetudo exigit.Clar.d.q.46.verſic.ſcias autem. Debet autem fideiuſſor pro carcerato promittere de eum conſignando ſub certa pœna,& ita communiter obſeruatur.Ex quibus verò locis quis extrahi non poſſit,vt incarceretur, pleniſſimè tradit Soc.in l.plerique. ff.de in ius vocan.& ex quibus poſſit.ibi.

Carceratus,vbi imponitur pro delicto pecuniaria pœna, debet relaxari cum fideiuſſione de iudicato ſoluendo, & ſequuta ſententia condemnatoria, fit executio contra ipſum fideiuſſorem, & abſque nouo proceſſu. Clarus.d.q.46.verſic.vbi verò.& q.95.circa prin.vbi

communem

communem dicit.Fideiuſſoris autem cautio pro reo talis eſſe debet quòd promittit ſtare & ſoluere quamcunque condemnationem fiẽdam contra principalem,etiam in cauſa appellationis,quia fideiuſſio data in prima inſtãtia expirat lata ſentẽtia,& ideò in cauſa appellationis non tenetur vt eſt communis opinio.de qua Boerius deciſ. 315.ſed in criminalibus non datur appellatio.Et hodie fideiuſſores percipiuntur pro certa ſumma,non pro incerta.Clar.d.q.46. verſic. ſed quæro,communem dicens.Et fideiuſſor liberatur,lata ſententia criminali,nec amplius tenetur,etiam quòd ſuperueniret aliud delictum,pro quo reus fugeret,quia iudex debebat prius monere ipſum fideiuſſorem,vt præſentaret reum.Clar. ibi fuſius verſiculo, quæro pone.& fideiuſſores omnes expreſsè tenentur(& ita debent recipi) de conſignando ad omnem requiſitionem.Et toties quoties,in forma conſueta & debita.&c.Qui ſi non faciunt,pœna applicatur fiſco ex obſeruata conſuetudine.Clar.d.q.46.verſ.ſucceſſiuè.vide Soarez ver.carceri.nu. 21.

Carcerem priuatum exercens punitur pœna capitis.communis eſt opinio.Cla.q.68.ver.priuatum.fallit in Cardinali. item fallit iure ordinario:quia non capite,ſed extra ordinem punitur.

Carcer non inuentus ad pœnã,ſed ad cuſtodiam.Et ideò,vbi alia pœna imponi poteſt, nunquàm imponitur pœna carceris,vt eſt communis opinio.Clar.q.80.verſiculo pœna autem.ſecus eſt in clericis. Excepto,quod iudex eccleſiaſticus non poteſt condemnare laicum ad perpetuos carceres.vt eſt communis opinio.licèt efficiatur de foro eccleſiaſtico,niſi propter hæreſim,vt ibi.& not.quòd aliud eſt ponere in carcerem,aliud in vincula,& carceratio & vinculatio nõ fit ad pœnam, ſed ad cuſtodiam.Et ideò ex his non dicitur cedi perſona,nec ex ſola captura & poſitione in vinculis,quis dicitur inferre perſonalem læſionem.Socinus ſenior in cap. nuper à nobis.numero quinto.& ſeq.de ſententia excommunic.vbi dicit no.eſſe pro ſtatutis,quæ loquuntur de perſonali læſione. & no. quòd carceri quis ſe obligare non poteſt,etiam cum iuramento.vt eſt communis opinio. Soarez verſ.iſto. num.14.

Carceres frangens non habetur pro confeſſo,quando fuit indebitè & ordine iuris non ſeruato incarceratus.vt eſt communis opin.de qua Rolan.à Valle in conſ.7.nu.46.& ſeq.in 1.vol.vide fuſius per Alber. in l.in eos.ff.de cuſtodia reorum.

Carceris cuſtos non tenetur,quando captus rumpit murum , vel aliter exit,non per portam.vt eſt communis opinio. de qua Cataldi. inter conſilia criminalia,conſilio 22.in ſecundo.Alias punitur cuſtos pœna mortis.l.milites.ff.de cuſto.reorum. Maran.in pract.fol. quadrageſimoſeptimo,numero ſexageſimoquarto,& in trac.de carceribus, Corneus conſilio 93.in j.volumine.Iaſ.in conſilio 27.in tertio volumine.Aretinus in conſilio trigeſimooctauo per totum.Barba.conſi. 76.volumine quarto Dec.conſi.473.numero 7.& numero 12.& no. quòd non liberatur cuſtos carceris à cuſtodia recommendati per poteſtatem,licèt ipſe poteſtas miſerit poſtea ad cuſtodiã famulos.Bart. in l.ſi vt certo.§.ſi de me.ff.commo.& ſi carceris cuſtos dimittit aliquem de mandato rectoris, non tenetur , ſed ipſe rector. Bar.in l. ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum.ff.de furtis. Debet tamen primò habere ab ipſo bulletinum relaxationis.vt per Ang.in l.neque.§. 1. ff. de in ius vocan.& ita practicatur,quia ſemper cuſtodes petunt bulletinũ. vt dicit Pau.de Caſt.in d.l.neque.§.1.numero ſecundo. & ibi etiam Soc.numero quinto. Et poteſt relaxari de nocte.Ang.in l. more. ff. de feriis,ſi periculum eſt in mora.vt ibi per Bald. & Alex.item nota quòd ſi carceris cuſtos propter miſericordiam alleuiat aliquando captiuos alienos,tenetur creditorib.ad intereſſe, ſi aufugiunt.Aretinus in §. cæterum.numero primo.inſtitu.de lege aquilia. item not. quòd ſi carceratus moritur,ante mortem debet adhibere medicos, & debet inde extrahi inſtrumentum , quòd talis incarceratus eſt mortuus ex morte naturali , ſecundum ſententiam medicorum.ita Ange.in l.ſi quis ex argentariis.§.prætor.in fi.ff.de eden.Soarez.ver. carceris.nu.24.

Carceratio & retentio imputari pro maleficio fieri non poteſt, niſi in primis præcedant legitima indicia.vt eſt communis opinio. de qua Nouellus in prac.crim.fol.13.nu.7.fallit in reo fugitiuo,vagabundo, & ſuſpecto.quia præhabita aliqua.informatione poteſt illico iudex procedere ad capturam & carcerationem.Et fallit pluribus aliis modis,vt ibi per eum,numero 8.& plurib.ſeq.& not. quod regulariter omnis condemnatus non ſoluendo exiſtens , carcerari poteſt, donec ſoluerit debitum,facta tamen prius excuſſione legitimè,& non prius.Ant.de tremolis ad practicam Bonacur.titulo,de excep.fol.96. Not.etiã quòd licèt reus ſit abſolutus per ſentẽtiam,attamen cuſtos carceris poteſt pro expẽſis ipſum retinere in carcere,vſque quo fuerit ſatisfactus.vt eſt cõmunis opinio.Cla.q.62.ver.ſed hic incidẽter.

Carceribus perpetuo mancipatus,non poteſt teſtari,ſi ſit laicus, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.carceri, nu.21.

Carceratus cognoſcens carnaliter carceratam , quæ ſit meretrix, non punitur,alias ſecus. Clar.in §.fornicatio.verſ.cum carcerata.non tamen impunè euadere debet omnino,ſed mitius.

Cardinales percutiendo, capiẽdo,vel hoſtiliter inuadendo & inſequendo ſunt excõmunicati,& diffidati apud omnes,ita quod poſſunt ab omnibus offendi.communis eſt opinio.Clar.q.77. ver. offendentes.

Cauſa criminalis dicitur,quando pœna applicatur fiſco:ciuilis, quando parti.communis eſt opinio.Clar.in q.1.ver.quarta igitur. & ver. ſecundus autem caſus.Et ibi,quando dicatur iudicium merè ciuile, quãdo criminale,& quando mixtum. Vide Maran. in pract. in 4. parte.in prin.num.2.fol.37.vbi num.5.dicit,quòd quando quis egit ciuiliter,poteſt agere criminaliter ex eodem facto,& econtra, vt eſt communis opin.cum diſtinctione tamẽ,vt per eum.vide Corneum conſi.119.in 2.vbi ponit,quando iudicium dicatur criminale , & quãdo ciuile,& quot modis dicatur crimen leue & graue,ponit Bal. in conſi.388.& 402.in 4.vol.& à cauſa criminali ad ciuilem arguere non licet,cum diuerſi ſint ordinis.l.properandum.C.de iudi.iuncto tex.C.vt intra certum tempus cauſæ criminales terminentur. Menochius de arbitrio iudicis.caſu 246. verſ.4.fallit,vbi eadem ſubeſt ratio.Alberi.in quæſtio.ad Statuta.lib.3.q.1.Corne.conſi.134. libro 3.& q.63.num.4.eo.libr.& qui lem ſumendo ſimilitudinem à genere,videlicet,quòd ambæ cauſæ ſint graues.vt per Boeri.conſi.40. Neuiza.conſil.61.numero 34.Soc.conſi.45.ſub numero 4.verſ.tamẽ validum eſt argu.in 1.vol. Et è conuerſo procedit argumentum de criminalibus ad ciuilia,hoc modo,Quia ſi licitum eſt in criminalibus,ergo & in ciuilibus. Alberic. in l. quòd & lex. §. hoc interdictum.ff. de libero homine exhiben.& quando dicatur cauſa criminalis,vel ciuilis vltra ſupraſcripta, vide Marſil. ſingu. 437. & Arno. comentario 107.

Cauſa criminalis tanquàm maior facit ceſſare cauſam ciuilem , etiam quòd ciuilis non eſſet præiudicialis ad criminalem,vt eſt communis opinio.de qua Plotus inter conſi.crimi.conſil.73.num.1.tomo 2. vbi ſubdit communem eſſe opinionem,quòd ſi ego ago contra te criminaliter de quocunque crimine, quòd tu non potes agere contra me ciuiliter de quocunque debito,nec in petitorio,nec in poſſeſſorio, occaſione aliquorum bonorum, & hoc ratione maioritatis & præeminentiæ cauſarum criminalium,quæ faciunt ceſſare,donec iudicetur in cauſa criminali ,omnes cauſas ciuiles , ſiuè ſint annexæ, ſeu dependentes à criminalibus,ſiuè ſint ſeparatæ , & nihil penitus commune habentes,nec vna ſit præiudicialis ad aliam,ſiuè principales,ſiuè incidentes ſint,& iſta eſt communis opinio. vt ibi.Pariſius conſi.150.nume.24.in 4.vol.Corn.in conſi. 209.in 2.volum.& no. quòd per verbum,accuſo,intelligitur eſſe intentatum iudicium criminaliter.Angel.in l.qui accuſare.num.6.C.de eden.Item no. quòd cauſæ criminales & fiſcales differunt.Iaſ.in conſ.100.in j.vol.an autem quando actio ciuilis & criminalis competit contra aliquem,ſit neceſſe quòd prius agatur criminaliter quàm ciuiliter,vide per Bal. in l.2.ff.de carbo.edict.& cauſæ criminales & eorum inſtantiæ non durant niſi biennio.Paul.de Caſt.in l.properandum.num.3.C.de iudi.& Saly.in l.fi. C.vt intra certum tempus crimi.quæſtio termi. nu. 1.fallit in clerico,quia durat inſtantia duobus menſibus. in Auth. vt clerici apud proprios epiſcopos,in fi.& ibi Ang.col.6.pro iniuria autẽ illata,& ciuiliter & criminaliter agi poteſt,& in quolibet priuato delicto ordinario & extraordinario, ac pecuniaria. Odofredus in l. eorum patrimonia.C.de iure fiſci.lib.10.Et quòd cauſa dicatur criminalis,cum fiſco applicatur pœna,vltra allegata ſuprà,vide Soarez in ver.criminalis.num.331. Corſe.in Additio.is,in reperto. Abb. in verſi.accuſatio.nu.7.& in verſi.iudicium.Plotum in l.ſi quando. nu. 297.C.vnde vi.Bondenar.inter conſi.crimi.conſi.54.nu.58. tomo 2. communẽ dicunt.& Cur.iun.in conſi.350.nu.4.in 3.vol.vbi diffuſè.

Cauſa noua ſuperueniens excuſat à pœna conuentionali & à dolo ſecundum deciſiones communes & vulgares, vt per Pariſi. in conſil. 166.nu.28.in 4.vol.

Cauſa noua iniuriæ in treuga facta allegari non poteſt ex conſuetudine,vt eſt communis opinio.D.Hierony.à Monte in ſuis quæſtionibus.q.25.nu.3.& quæſtione 27.nu.3.& ſeq.

Caſus fortuitus eſt ſolum,quando à perſona domeſtica fit,vt eſt communis opi.Cheria.communi opi.verſi.furtum.

Cauſa iuſta præſumitur in Principe,nec admittitur ꝓbatio in cõtrariũ, vt eſt communis opinio,de qua Rui.in conſ.46.nu.1.in j.volum.

Cauſa iuſta litigandi excuſat à pœna,vt eſt communis opinio .Curt. iun.in conſ.192.nu.56.in 3.vol.

Cauſa quælibet,ſeu credulitas iniuſta,fatua & beſtialis excuſat à dolo & delicto.Anto.Gabriellius libro 7.conclu.8.Amplia,& limita vt ibi fuſius per eum.Et à pœna ordinaria eximit delinquentem,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.60.ver.& generaliter.Nouellus regula 168. vbi & ipſe tradit fallentias.vide Areti.conſi.80.numero 2.vbi limitat. Bar.conſi.91.num.6.in j.Zaſi.conſil. 12.in 1.vol. Ang. in l.prætor. §. hæc autem actio.ff.de vi bonorum raptorum.Zaſi.conſ.vlt.numero 9.in 1.vol.Cagnol.in l.j.§.fi.numero 20.& ſeq.ff.ſi quis ius dicenti non ob.Soc.in conſi.118.nume.7.in j.vol.& in conſi.131. columna 4.circa fi.ver.amplius.Decius conſi.565.in fin.Cepol. conſi.4. Bald. conſi.319.lib.j.Caſt.conſi.205.col.fin.in 2.Bald.conſil. 414.in j.vol.

Perſona-

Perſonalem,in ſuo de Adipiſcen.numero 127.vide etiam D. Brunorum à Sole in eius vnico conſilio numero 73.Et hæc ſufficiant,quia non eſt honor multa allegare,ne quis parum multa ſcire videatur. vt inquit Aret.in conſilio 6.columna,5.Neuiza.conſilio 67.in prin. vbi dicit,quòd licèt aliàs laborioſum eſſet dicta maiorum varijs in locis tradita in vnum colligere, in præſentiarum tamen admodum facile eſt,vt inquit Dec.in procemio tituli extra de appella.vide Petrum Rauen.in ſuo aureo Alphabeto.in ver.fama.Nã & de pluribus legibus ſufficit vnam bonam legem allegare.vt dicit Bar. in l. ſcire. §.quod non ſufficit.ff.de excuſa.tuto.Aliàs eſſet, vt dicit Neuiza. in Sylua nuptiali.lauare ſynapum. Contra illud Plinij iunioris. libr. 5. Epiſtola 5.quē ad hoc refert Soarez in eius Theſauro,litera A,Abortui,numero 1.in fin.

Caſum allegandi,vel rem ſibi reſtitui petenti, tenetur probare dolum interueniſſe,vel latiorem culpam,ſiuè latam culpam,vt eſt communis opinio.Cur.iun.in conſi.270.nu.19.in 3.vol.vbi & alia ad rem. Et qui dicit caſum,vel culpam, debet probare,vt eſt communis opinio.ibi nu. 20.& quidem perſpicuis argumentis probare debet dolum,vel culpam.vt eſt communis opinio.Curt.ibi.nu.23.

Carceratus detinetur in carcere iudicis primi à quo,ſi fuerit appellatũ ab interlocutoria in criminalibus,donec fuerit cognitum de grauamine per iudicem ad quem, quia adhuc durat ſua iuriſdictio in carceratum,vel ſaltem pendet.Et ab hac ſententia nullus diſcrepat.vt dicit Natta in conſi.553.numero 12.Si autem à diffinitiua, Dic vt ibi per eum pulcherrime diſtinguentem.

Cauſa meri & mixti imperij & fori, poteſt delegari propter infirmitatem.Anto.de Tremol.ad Practi.Bonacur.tit.de excep. nu. 7. rubric. de impetra.excep.qui contra reſcript.in verſic. proficiſci,comunem dicit.

Cauſa,vel credulitas iuſta excuſat à pœna. Cur.iun.conſi. 132. numero 11.communem dicit.

Cautio de non offendendo debet præſtari à carcerato antequàm relaxetur,cõmunis eſt opinio.Clar.q.47.verſ.& in primis. Nec iudex in hoc debet interponere eius officium,niſi petatur, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.ſed nunquid.Licèt contrarium ſeruetur,propter ſcandala euitanda.vt ibi.Et licèt pars petens talem cautionem ſibi præſtari,dederit cauſam inimicitiæ, tamen tenetur ille præſtare ſibi d.cautionem.communis eſt opinio.vt per Clar.ibi.ver. ſed pone. Et talis cautio debet præſtari idoneo fideiuſſore dato,vt eſt communis opin.ibi.Clar.verſi.ſed quæro.Etiã, quòd ille eſſet diues.ſed ſi eſſet pauper,& nõ haberet fideiuſſores,debet potius eiici de ciuitate. Et durat d.cautio vſque ad tempus arbitrio iudicis taxandum,vt eſt cõmunis opinio.Clar.ibi.verſ.item quæro.

Cautio de non offendendo non præſtatur,niſi ad inſtantiã partis. Clar. q.47.communem dicit.verſic.ſed nunquid. Contrarium tamen ſeruari vidiſſe dicit.

Cautio de non offendendo durat 30.diebus tantum,vt eſt communis opinio.Sed communior eſt,quòd arbitrio iudicis relinquatur duratura.Clarus quæſtione quadrageſimaſeptima,vbi dicit hanc ſecundam in practica ſeruandam.

Cautione de non offendendo præſtita,ſi non ſeruetur,prior pars læſa poteſt non ſeruare,& nõ ſeruantem impunè offendere.Etiam ſi apponatur clauſula;Quod pœna toties committatur,quoties contrafactum fuerit,vt eſt communis opinio.Clar.q.47.ver. ſed quoniam.

Cautio,ſeu promiſſio facta de non offendendo ſub aliqua pœna, ſi poſtea ex noua rixa ſuperueniente vnus eorum alterum offendat, non dicetur pœna commiſſa,vt eſt communis opinio. Clar.q.48. verſic. quæro nunc.Quod intellige,quando apparet de noua cauſa veriſimili,& quando ille,qui offendit non dedit occaſionem cauſæ, vel rixæ nouæ,vt ibi per Clarum.

Cautio de non offendendo ex noua cauſa non rumpitur,vt eſt magis communis opinio.Hercula.in tract.de cautione de non offenden. c. 13.nu.3.verſ.Hæcque proculdubio.fol.51.

Cautio de non offendendo,non tollitur per bannum,ſecundum magis communem opinionem.Maran.in l.is poteſt.nu.124.ff.de acqui.here.Herculanus in tract.de cautione de non offenden.c.23.nu.3.

Cautio de non offendendo poteſt peti,licèt quis ſit certus,quòd vſque ad 15.dies ipſum non offendet,ſed quòd poſt,ſic,vt ſcilicet adueniẽte die mihi cauebis.iuxta l.in omnibus.ff.de iudi.quæ lex habet locum etiam in contractibus ſtricti iuris,vt eſt cõmunis opinio.Hercula.de cautione de non offen.c.50.nu.45.

Ceſſio bonorum in criminalibus fieri non poteſt.Sed qui non poteſt ſoluere,luat in corpus.commuis eſt.Cæpolla conſi.crim.9.nu.3.

Citatio in criminalibus fieri debet de ſpeciali iudicis commiſsione, alias eſt nulla.communis eſt opin.Clar.q.31. ver.vnum autem. Blancus de indi.numero 334.communem dicit.Soarez.illo ver.numero 62.communem dicens.

Citatio debet habere cauſam inſertam, propter quam quis citatur. cõmunis eſt opin.quæ in practica recipitur.Clar.q.31.verſ.nũc quæro.

Citatio non debet fieri ſub pœna confiſcationis bonorum in criminalibus,licèt aliàs iudex tam in ciuilibus quàm criminalibus poſſit reo pœnam comminari communis eſt opinio.Clar.q. 31.verſicul. item quæro nunquid citato.

Citatio de neceſsitate non debet continere tenorem inquiſitionis, ſeu libelli,ſed ſufficit,vt reus in ea citetur,vt compareat ad reſpondendũ inquiſitioni contra eum formatæ, occaſione talis delicti.communis eſt opinio.Clar.q.31.verſ.quæro nunquid.vbi dicit contrarium ſeruari de conſuetudine in practica.

Citatio vnica peremptoria ſufficit in criminalibus.communis eſt opi. Clar.q.31.verſ.quæro modo.Blancus in pract.cri.fol.12.numero 19. communem dicit.

Citatione non legitimè facta,totus proceſſus,qui ſequitur,eſt ipſo iure nullus.In quocũque iudice,etiam in Principe.Etiam ſi reus eſſet illi ſubditus.Etiam ſi iudex declaret aliquem incidiſſe in excommunicationem,vel pœnam ipſo facto,quia requiritur citatio. Etiam in ſententia cenſuræ & interdicti.vt eſt communis opinio. Clar.q. 31. in princ.& ſeq.verſ.etiam,ſi delictum eſſet notorium.

Citatus per iudicem eccleſiaſticum ad ferendum teſtimonium ſub pœna excommunicationis,ſi non comparuit,neque excuſatorẽ mittat, & ita fuit excommunicatus,poſtea verò comparet,& legitimum allegat impedimentum,non cenſetur legitimè excommunicatus. ideóque eſt abſoluendus,modo de legitimo conſtet impedimento, communis eſt opinio.Clar.q.26.in fi.

Citari poteſt reus per literas iudicis,etiam ſi in alio ſit territorio, modo ſit ſub eodem Præſide prouinciæ.communis eſt opinio. in practica tamen ſeruatur,quòd ſemper iudices citant reos in alio territorio per literas ſubſidiales,à qua non eſt recedendum.Clarus q.31. verſi.poſſet fortè.

Citatio perſonalis non requiritur,ſed ad domum rei,vt eſt communis opinio.Clar.q.31.ver.ſed nunquid.Nec requiritur perſona.communis eſt opinio. Clarus quæſtione trigeſimaprima. verſiculo ſed nunquid Citatio tamen in criminalibus , vt reus perſonaliter compareat ad informandum curiam de veritate, quæ ſine ſui præſentia haberi non poteſt,permittitur ex cauſa iudici ordinario.Pau. de Caſt.in l.ſeruum quoque.§.1.numero 13.ff.de procurato.vbi dicit,quòd ita ſeruat totus mundus.Et niſi hoc fieret,nunquam daretur aliqua ſententia in criminalibus,quia ſemper mitterent procuratorem,qui cum ſuis cauillationib.obuiaret.vide Blancũ in pract. fol.11.numero 24.

Citationis copia reo danda eſt,vt poſsit comparere, vt eſt communis opinio.Clar.q.31.ver.ſcias tamen.

Citatio fieri poteſt ad domum abſque inquiſitione perſonæ rei, vt eſt cõmunis opin.Clar.q.31.verſ.ſed nũquid.Nec citatio perſonalis requiritur,quando eſt certus reus,ſecus ſi incertus.ibi.verſ.dictum eſt.

Citandus eſt forenſis reus,prout forenſes citari debent,vt eſt communis obſeruantia.communis eſt opinio.Clarus quæſtione 31.verſiculo ſed quid.Idem ſi eſt vagabundus,quia citatur per proclama , vel ad valuas,vel in Æde publica, vel ad valuas Eccleſiæ, vel affigere cedulas domui ſuæ.

Citatio non eſt de neceſsitate in criminalibus peremptoria,etiam quòd reus ſit in carcere,& ſit condemnandus.communis eſt opinio. Clarus q.31.verſic.ſed hic quæro.Sed ſufficit quædam monitio, & poſtea publica condemnatio,quando vult iudex exequi condemnationem perſonaliter.vt ibi.

Citatione pendente trium dierum ad reſpondendum inquiſitioni,poteſt interim capi reus delicti.Et ideò reus debet eſſe cautus, vt præſtet fideiuſſorem de comparendo infra certum terminum,qua fideiuſsione præſtita,tollitur capturæ decretum. communis eſt opinio. Clar. d.q.31.verſic. vltimò quæro.Et debet in cauſis criminalibus ſemper in citationibus apponi hora,in qua citatus debet comparere.& eſt bona practica, vt dicit Ange.in l.more Romano. col. 2.ad fi.C.de feriis.& citatus perſonaliter, non poteſt comparere per procuratorem.& vbi ſtatutum requirit præſentiam. Et ſic dicit, quòd quis perſonaliter compareat,debet ipſe reus omnino cõparere, & non alius pro eo.Abb,in c.expoſuit.num.12.de accuſa.citari autem quando poſsit fiſcus pro ſuo intereſſe,ibi Clar.q.31.verſ.vlterius.Et citatio ſine termino valet & tenet,quia intelligitur quòd reus compareat quàm primum,& quàm citius fieri potuit. vt eſt communis opi.Vantius de nullitatibus proceſſus.fol.188.num.71.

Citatus ad inſtantiam & petitionem excommunicati, non tenetur comparere,vt eſt communis opinio. de qua Soc. ſenior in c. ſacris. num.29.de ſententia excommunica.

Citatio non valet per edictum,vbi quis eſt mulctandus,cum quis habet domicilium alibi. Debet enim per literas ſubſidiales ibi citari,vt eſt magis communis opinio. de qua D.m. Alcia. in conſilio 13.numero 13.libro 7.

Citatus reus ad locum non tutum, etiam cum ſaluoconductu, etiam quòd eſſet Princeps, non tenetur comparere, nec etiam mittere procuratorem. vt eſt communis opinio de qua Ferretus in conſilio 31.nume. 22.quod fecit pro Duce Vrbini,qui erat citatus ad locũ

notorij

notoriè non tutum.& no.quòd nunquàm Dux ipſe citatur,ſed duntaxat ipſi fiſcales.l.1.in prin.ff.de offic.procura.Cæſaris.per Cyn. & docto.in l.ſi procurator.C.de eden.D.m.Alcia.conſi.28.nu.10. in 6. lib.Natta conſ.556.in 3.vol.nam Principes habent iuſtam cauſam ignorantiæ quid agant ſui officiales.Alexan.conſi.84.in j.vol.nu.3.Et præſumuntur ſemper benè tractare ſubditos.Pariſi.conſi.5.nu.182. in 4. volum.cum non ignorent Principes anteceſſores nouarum exactionum adinuentores in extrema neceſſitate deueniſſe,vt per Nico.Clemen.de repara.iuſtitiæ.Et quòd Euangelicarum veritatum liber Principi quotidie exoſculandus offertur. Per quod, vt inquit Pontanus,colendæ veritatis admonetur,vt nihil in vita fide & veritate ducat eſſe antiquius,de qua re Zaſi.conſ.8.num.37.ad fi.conſilij. in j.part.vbi fuſius.Nam de principe ad Deum procedit argumentũ, reſpectu terrenorum,vt dicit Neuiza.inter conſil.feuda.Bruni conſilio 96.& dixi in meo tracta.de argumentis.in argu.de Principe ad Deum.& in argu.de populo ad Principem,vbi plura congeſſi.

Citatio verbalis non eſt actus iudicialis, neque opus eſt in ea cauſæ cognitio, vt eſt communis opinio. de qua Io.Selua in tract. de beneficio.quæſt.53.numero quarto,parte tertia. ſecus in citatione reali. vt ibi per eum.

Citatio verbalis fieri poteſt in eccleſia,ſecus ſi realis, vt eſt communis opin.de qua Maran.in pract.de citatione.nume.129.

Citatio debet fieri perſonaliter,ſi reperiri poteſt perſona, aliàs quis debet citari in domo ſuæ ſolitæ habitationis, vt eſt communis opinio,de qua Maran.in pract.de citatione. numero 124. Vantius de nullita.proceſſus,fol.191.numero 90.

Citatus reſpondens ſe nolle comparere,non eſt vlterius citandus,vt eſt communis opinio.Vantius de nullitatibus proceſſus.fol.193.nu. 98. quod intellige in abſente, ſecus ſi citatus fuerit præſens,quia debet citari etiam ad actus ſucceſſiuos,vt eſt communis opinio.ibi.nu.98. & in cauſa criminali,licèt reus ſemel comparuerit,& dederit fideiuſſores de ſe præſentando,ſi poſtea citatus non comparet,poteſt poni in banno ex forma ſtatuti,ac ſi nunquàm comparuiſſet,licèt ſtatutũ loquatur de eo,qui non cõparuit,vt poſsit poni in banno. ita Paul. de Caſt.in l.conſentaneum.num.8.C.quomodo & quando iudex.

Citatio eſt fundamentum ordinis iudiciarij,& ſine ea regulariter quicquàm fieri non poteſt,vt eſt cõmunis opinio.de qua Vantius de nullitatibus proceſſus.fol.211.nu.27.

Carnifex ſi non ſuppetit,quiuis liber humilis poteſt conſtitui,vt eſt cõmunis opinio.Soarez.ver.carnifex.

Caſtrans ſe ipſum,punitur pœna mortis,vt eſt communis opin. Clar. q.68.ver.caſtrans.lic.t aliàs Ciculę caſtrarent ſemetipſos propter regnum Dei.

Citatio etiam in criminalibus à Principe tolli non poteſt, vt eſt communis opinio.Soarez verſi.citatio.nu.58.

Citatio non requiritur,vbi reus delicti defendi non poteſt,vt eſt communis opinio.Soarez verſi.citatio.numero 58.Sin autem delictum eſt notorium,requiritur tamen citatio,vt eſt communis opinio.Soarez ibi numero 61.

Cingari,ſeu vulgò Cingani puniuntur ſtatuto de furtis ſi furta committunt, vt eſt communis opinio.de qua Plotus inter conſi. crimi. diuerſorum.conſi.132.tom.j.

Ciuitas, vel Princeps pro bono pacis poteſt bona ſuorum ciuium concedere, & iniurias remittere, & damna ſingularum perſonarum, nec eorum conſenſus requiritur, & poteſt res auferre, etiam quando ipſa ciuitas, vel Princeps damnatur, priuatorum, vt eſt communis opin.de qua Dec.conſi.520.nu.5. nec eſt arguendus,cur ita facis.vt ibi per Dec.

Clericus non debet à ſuo iudice incarcerari,niſi prius conſtet de delicto,pro quo eſt detinendus,nam niſi prius conſtet de delicto,iudex incurreret in pœnam excommunicationis, communis eſt opinio. Clar.q. 28.verſ.quæro nunquid.

Clericus an quis ſit nec ne,ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat cognitio,cõmunis eſt opinio.Clar.q.36.ver.regulariter.licèt habitus,an ſit ſit clericalis,vel laicalis ad iudicem ſpectet ſecularem,vt ibi.

Clericus beneficiatus contrahendo matrimonium,amittit beneficium. Etiam ſi matrimonium ratione conſanguinitatis foret nullum,vt eſt communisopinio.Et ſi matrimonium de iure valeret,ipſo iure beneficio priuaretur,ſin mnus,ſecus eſt.Clar.q.73.verſ.clericus.

Clericus citatus à iudice ſeculari, ſi non comparet & non alleget ſe clericum,non ideo per hoc mulctatur,communis eſt opinio.Clar.q. 36.verſic.eſt autem.in fi.

Clericus propter ſimplicem fornicationem non poteſt deponi.ſed ſuſpendi,communis eſt opinio.Clar.in §.fornicatio.verſ.ſed quæro.Si autem eſſet inſignis & deformis fornicatio, eſſet deponendus, vel ſi eſſet notoriè fornicator,ipſo iure ab officio eſſet ſuſpenſus. communis eſt opi.vt ibi Soarez in ver.carcer.Io.de Selua.de beneficio. q.3.nu.13.par.3.

Clericus concubinarius eſt priuandus beneficio,& tenetur ad fructus perceptos reſtituendum,vt eſt communis opinio.Clar.d.§.fornicatio.ver.& in primis.Bellonus conſi.56.communem dicit,Villalobos communi. opi.nu.85.

Clericum excommunicatum percutiens,etiam incidit in excommunicationem,communis eſt opinio. Abb.in c.cum contingit.de ſententia excommuni.communem dicit.

Clericus propter adulterium detruditur in monaſterium & deponitur ab officio & beneficio.Couarru.Epito.4.c.7.n.19.Diaz in pract.crimi.c.79.communem dicit.Soarez in ver.clericus.num.110.

Clericus ſi per inſidias interfecerit aliquem,debet verbaliter degradari,ſed non actualiter.Et ſic debet intelligi.c.1.de homici.Fran.de Are.in c.cum non ab homine.nu.80.de iudi.communem dicit.

Clericus per ſimplicem fornicationem non deponitur.Fely.in c. at ſi clerici.nu.8.de iud.communem dicens.

Clericus poteſt torqueri.Panor.in c.poſt ceſſionem.de reg.iur. communem dicit.fallit,ſi non ſit diffamatus.quia etiam præcedentibus indiciis,vel confeſsione non ideo poteſt torqueri,niſi ſit diffamatus. Dec.in c.at ſi clerici.num.9.de iudi.Marſil.ſingu.55.communem dicit,Soarez verſic.clericus.nume.118.& ſeq.

Clericus vt capi poſsit,etiam à Prælato,debet eſſe ſuſpectus de fuga,& prius debet cõſtare de delicto,vt eſt cõmunis opinio.de qua Corne. in conſilio vltim.vol.vlt.litera C.aliàs eſt excommunicatus etiam prælatus.Et quando clericus in carcere detruditur,non debet carcer eſſe ad pœnam,ſed ad cuſtodiam,vt eſt communis opinio.de qua ibi in litera E.Eſt enim ad pœnam,quando carcer eſt locus ſubterraneus,& caret lumine.Nec debet ferreis catenis,& manicis detineri, vt faciebat quidã Hiſpanus Sfriſatus Epiſcopus olim Tergeſti.Sed taliter cuſtodiri,quòd nõ ſit ſibi pœnale.Et debet fideiuſſoribus liberari,ſi res & caſus expoſtulat,vt ibi litera F.

Clerici contrahentes ſponſalia,non perdunt beneficia. Panor.in c.j. de cleri.con.communem dicit.

Clerici contrahentes matrimonium ipſo iure perdunt beneficia.Petr. Rauen.in compe.iu.de cleri con. communem dicit.

Clericus per ſimplicem fornicationem non deponitur. Fely.in c.at ſi clerici. numero 8. de iudi.communem dicit.

Clericus paruæ parrochiæ poteſt diffamari.Panor.in c.inquiſitionis.§. fi.in gl.de accuſa.communem dicit.

Clerici poſſunt capi in flagranti crimine à familia poteſtatis. Felin. in c.ſi verò.num.2.de ſententia excommunica.communem dicit.

Clericus poteſt capi à priuato fauore Reipublicæ.Fely.in c.ſi verò. de ſententia excommunica.communem dicit.

Clericus ſuſpectus de fuga in delictis poteſt capi,vt Epiſcopo ſuo tradatur ſine metu excommunicationis.Epiſcopo ratum habente verè vel fictè.D.m.Alciat.in c.cum non ab homine.nu.94.de iudi.

Clericus fugitiuus poteſt capi per creditorem etiam laicum, abſque mandato.D.m. Alcia.in dicto cap. cum non ab homine. de iudi. communem dicit.

Clericus degradatus realiter poteſt puniri à iudice laico,etiam abſque aliqua traditione.D.m.Alciat.in c.cum non ab homine. num. 108. de iudi.communem dicit Soarez ver.clericus.nu.121.

Clericus torqueri non poteſt,ſtante dicto vnius teſtis,licèt omni exceptione maioris,& de maleficio deponentis,niſi pręcedente infamia, vt eſt communis opin.Boſsi.de indiciis.nu.35.Fely.in c.de hoc. numero 2.de ſimonia.

Clerici in criminalibus non ſubiiciuntur laico,& poſſunt declinare forũ,vt eſt cõmuis opin.Clar.q.36.Et quòd indiſtinctè clericus ſit ad eccleſiam remittẽdus eſt communis opinio,vt per Vanti.de nullita. proceſſus. fol.79.nume.50.Et ideo ſi ex forma ſtatuti in criminalibus nemo debet admitti ad aliquas exceptiones proponendas,niſi perſonaliter compareat.Si tamen ille,qui citatur eſt clericus,poterit implorare officium iudicis vt ipſe capiat informationem,quòd ipſe inquiſitus eſt clericus.vide Gramati.conſ.1.poſt Deciſio.nu.14.vide Soci.iun.in conſ.34.in 2.vol.vbi dicit,quòd clericus etiam in minoribus,cum complicibus ſimul poſſunt declinare forum ſeculare, quidquid in cõtrariũ practica ſeruet.de qua Clar.q.36.cõmunem dicens.ver.procedit enim in foro de quo loquitur.Nec valet conſuetudo in cõtrariũ,niſi in clericis in minoribus.Nec poſſunt clerici huic renunciare priuilegio.Clar.ibi.in ver.ſecundò infertur.Nec opus eſt allegare incompetentiam iudicis,etiam per procuratorem,vel excipere, niſi eſſet vaſallus clericus.Clar.ibi.ver.eſt autem. nec efficitur clericus contumax,ſi non cõparet,quia omnia acta ſunt nulla.Et poteſt iſta exceptio nullitatis opponi etiam poſt ſententiam.ibi Clar.etiam ſi reconueniatur clericus,vt eſt commmunis opin.Etiam ſi clericus eſſet illegitimus.Clar.ibi.verſ.habet etiam.Etiam ſi clericus eſt coniugatus,dummodo non ſit bigamus,vt eſt communis opinio. ibi.verſ.quæro.Bigamus autem non dicitur,qui propter adulterium fecit diuortium,& poſtea ſit ei reconciliatus,vt eſt communis opinio.ibi.ver.ſed an ille.Etiam ſi tempore delicti fuerit coniugatus,& poſtea ſolutus,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ.ſed pone. fallit ſi clericus coniugatus negotietur,& armis det operam, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.hæc verò omnia.

Clericus,qui ante crimen non incedebat in habitu,ſi poſtea incedat, gaudet priuilegio fori,vt eſt communis opinio.Clar.q.36.verſ.ſed hic quæro.Dummodo in fraudem non fecerit.idem ſi tonſuram ante delictum non deferebat,poſtea ſic.vt eſt communis opin.ibi.verſic.ſed quid.Niſi in fraudem deferre cœpit.idem ſi non defert tonſuram,quia non habet capillos:quia excuſatur.Clar.ibi.verſi. quæro nunc.& clericus coniugatus recuperat omnia priuilegia clericorum mortua coniuge,quam habuit virginem.Clar.d.q.36.ver.quæro nũc, verſ.vnum etiam ſcias.

Clericus deferẽs habitum & tonſuram,licèt ſit coniugatus gaudet priuilegiis clericorum.Sed non coniugatus nõ deferens. Niſi ſit ter monitus vt deferat habitum & tonſuram,& ſpernit monita , quia non gaudet priuilegio,vt eſt communis opinio.Clar.q 37.verſ.hæc autẽ. Et clerici in minoribus cõſtituti gaudent priuilegio fori,vt eſt communis opinio.Si incedant tamen in habitu,vt decidit ſacroſanctum Tridentinum Conſilium. Clericus tamen beneficiatus delinquens, etiam quòd non incedat in habitu & tonſura,non poteſt puniri à iudice laico,licèt etiam incedat armatus vt miles,& vnica monitio in ſynodo ſufficit pro tribus,communis eſt opinio. Clar.ibi.verſic. ſed quid ſi.& clericus captus à iudice laico,debet detineri penes ipſum donec fuerit cognitum per iudicem ſuum,quod ſit clericus.Et clericus,qui dimiſſo habitu clericali aliquod enorme delictum committit etiam nulla monitione præcedente,amittit priuilegium:& poteſt à iudice laico puniri.Si tamen clericus incedat in habitu & tonſura, & committat quęcunque grauia crimina,& illa reiteret,& in eis perſeueret,nunquàm efficitur de foro ſeculari.cõmunis eſt opinio.Clar. d.q.37.ver.cæterum.Claricus autem officialis Domini,vel principis ſi delinquat in officio,non poteſt puniri à iudice ſeculari,vt eſt cõmunis opinio.Clar. ibi.ver.quæro pone.Bene autem poteſt officio illo priuari.

Clericus repertus cum armis contra proclamata Principis ſecularis,poteſt armis ſpoliari à iudice laico,& amittit arma,& ita paſſim obſeruatur.Clar.q.36.verſ.vlterius.Pœna autem corporali non poſſe plecti clericos eſtimat Clar.ibi.Et ſic ſtatim eſt clericus iudici tradẽdus eccleſiaſtico puniendus ita captus.vt eſt comunis opinio. ibidem. in pœnam ſcilicet pecuniariam,iuxta ſeriem proclamatis.vt eſt communis opinio.ibi,

Clericus committens crimen læſæ maieſtatis, poteſt puniri à Principe laico,ex obſeruãtia,vel vt iudex eccleſiaſticus cognoſcat,& re cognita eum degradet,& poſtea curiæ ſeculari tradat plectendum.

Clericus aſſaſſinus poteſt puniri per iudicem eccleſiaſticum & laicum, vt eſt communis opinio,& tanquam diffidatus à quocunque impune offendi poteſt.vt communis opin.Clar.q.36.ver.item quæro.Nec requiritur alia degradatio,nec eſt pronuntiandus aſſaſſinus per iudicem laicum,& ita obſeruatur,& eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ. ſed quæro.Et clericus aſſaſſinus ſtatim debet tradi curiæ ſeculari,nõ expectata incorrigibilitate.vt eſt communis opinio.ibi.ver.quæro etiã.Et clericus incorrigibilis verè poteſt puniri à iudice laico degradatus,& curiæ ſeculari traditus,vt eſt communis opinio.Et quando non poteſt corrigi à iudice eccleſiaſtico,poteſt ipſo iure comprimi à iudice ſeculari abſque aliqua degradatione,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ.ſucceſſiuè quæro. Quis autẽ dicatur clericus incorrigibilis,& an ſit declarãdus incorrigibilis , & à quo iudice.ibi Cla. q.36.ver.ſed quæritur.Clericus verò in ſacris conſtitutus nõ poteſt propter quodcunque etiam enormiſſimum crimen à iudice ſeculari puniri, niſi ſit prius à iudice eccleſiaſtico degradatus,& curiæ ſeculari traditus.vt eſt communis opinio.Clar,ibi.verſ.ſecus autem. nam duo concurrere debẽt ad hoc,vt iudex laicus poſſit punire clericum,primò,quòd ſit degradatus. Secundò,quòd ſit curiæ traditus ſeculari.Degradatio verò eſt duplex,verbalis ſcilicèt,& realis. Si eſt verbalis,requiritur traditio curiæ ſeculari,ſecus,ſi actualis ,quia abſqued.traditione ſecularis clericũ punire poterit. cõmunis eſt opin. Clar.ibi.ver.ſcias autem. Tribus autem ex cauſis fit degradatio,propter hæreſim,propter falſum commiſſum in literis papalibus,& cõſpirationem in proprium Epiſcopum.vt eſt communis opinio.Clar. ibi.verſ.ſcias etiam.& clericus depoſitus non debet tradi curiæ ſeculari,niſi ſit incorrigibilis,vt eſt cõmunis opin. Clar.ibi.ver. dixi etiam.item clericus propter calumniam vel contumeliam illatam Epiſcopo eſt deponẽdus, & curiæ ſeculari tradẽdus,ſi ſit incorrigibilis,aliàs non,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſi.hinc infertur.itẽ clericus de falſo conuictus ſtatim eſt deponendus: & curiæ ſeculari tradendus.Sed regulariter contrarium ſeruatur,vt inquit Clar. ibi. q.36.vide Soarez in ver.clericus.nu.115.

Clericus condemnatus pro enormi delicto & homicidio eſt deponendus, & degradandus,& poſtea curiæ ſeculari tradendus , nec debet expectari,quòd ſit incorrigibilis. Vel ſi homicidium proditoriè cõmiſerit,vel aliud enorme & grauiſſimum delictum committat, eſt degradandus,& curiæ ſeculari tradendus,non expectata incorrigibilitate.Hoc tamen eſt in arbitrio iudicis ecclaſiaſtici degradantis, qui ſecũdum qualitatem perſonarum & facti decernet,An eſſet curiæ ſeculari tradendus,vel ne:in dubio autem non debet fieri traditio ipſius clerici delinquentis,qui non eſſet incorrigibilis,niſi natura rei,& circunſtantię criminis aliud ſuaderent. vt eſt communis opinio.Clar.d.quæſt.trigeſimaſexta.verſiculo,pariter.Et talis clericus ita degradatus & curiæ ſeculari traditus poteſt corporaliter puniri, vt eſt communis opinio. Clarus dicta quæſtio.36. verſiculo, ſed an iudex.

Clericus effectus religioſus poſt commiſſum delictum,ſi non in fraudem,non poteſt puniri à iudice ſeculari,Secus ſi dolosè,vt ſe eximeret ab eius iuriſdictione.Et tunc eſt degradandus , & curiæ ſeculari tradendus,licèt non attendatur hodie talis degradatio. Non poteſt tamen puniri corporaliter, à laico tali caſu, ſed pœna pecuniaria,vel eius bona confiſcantur.Clar.d.q. 36. verſiculo, ſæpenumero. Et tunc ſuſcepiſſe clericatum,aut ingreſſum religionem in fraudem præſumitur,ſi prius fuerat de delicto delatus, vel diffamatus, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſicul.ſed in hoc. Multò magis ſi fuiſſet iam condemnatus ante ingreſſum religionis,vel clericatus,vt ibi. Et tenetur monaſterium pro eo quatenus ad eum res peruenit.vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.ſed nunquid.Et ſi clerici & laici ſimul commiſerint delictum,iudex clericus puniet clericos, & laicus laicos.Nec clericus trahit laicum iſto caſu ad curiam ſuam,vt eſt cõmunis obſeruantia.vt dicit Clar.d.q.36.ver.euenit.

Clericum offendẽs vel iniuria afficiens, punitur in vtroque foro , cõmunis eſt opinio.Clar.d.q.36.verſicu.quæro.quia vterque iudex eſt offenſus in hoc.plura Duen.regul.99.& not. quòd ſi clericus agat contra laicum,etiam coram iudice ſeculari,in iudicio in deciſiuis ſeruabitur lex canonica,& eadem ratione ſeruabitur conſuetudo clericorum,vt eſt communis opinio.de qua Rochus de Curte in trac. de conſuetudine. numero 779.clericum tamen ſcienter percutiens etiam incedentem in habitu,ſed non in tonſura in enormitatibus perſeuerantem,non incurrit in excommunicationem , ſecundum communem opinionem.Capra regula 64.nu.17.

Clericus debet remitti à laico ad ſuum forum ſine aliquo dedecore, aut ignomia,& iſta eſt iuſtior & honeſtior conſuetudo.Clar.d.quæ. trigeſimaſexta.verſiculo,quæro quomodo.Idem eſt in muliere aliqua,quæ commiſit fornicationem cum ipſo clerico. Marſilius ſing. 180.Amplia etiã quòd fuerit à iudice laico in contumaciã bannitus, & poſtea captus,quia debet remitti clericus ad forum ſuum. Paul. da Caſtr,in l.ſtatuimus.C.de epiſcopis & cler.Laicus tamen poteſt pecuniariter punire clericum turbantem eius iuriſdictionem,& impedientem.Paul.de Caſtr.in l.addictos. C.de epiſco.audien.Et non tenetur iudex eccleſiaſticus ſtare proceſſui iudicis laici remittentis,tãquàm à iudice incompetenti facto.vt eſt communis opinio.Clar.d. q.36.verſiculo,vltimò quæro.vide tamen Ang.in auth.de ſanctiſſi.Epiſco.§.ſi verò.& licèt inſtantia cauſæ criminalis duret biennio.l.properandum.in prin.C.de iudi.tamen quando cauſa eſt cum clerico, non durat,niſi duobus mẽſibus.ita dicit Angel.in Auth.vt clerici ad proprios Epiſcopos.in.fi.vide Soarez.verſ.clericus.nu.122.

Clerici etiam in minoribus non poſſunt eſſe venatores,vt eſt communis opinio.Socinus ſenior in capitulo epiſcopum.numero decimotertio de clerico venatore.

Clericus conſocius verberando clericum conſocium facilius abſoluitur,& in excommunicationem incidit,vt eſt communis opinio. de qua Soci.ſenior in c.quibuſdam.nu.45.de pœnis.

ericus beneficiatus matrimonium contrahens, priuatur beneficio etiam,quòd non ſit in ſacris,& ſit in minoribus. communis eſt opinio.Clar.q.73.ver.clericus.Etiam quod matrimonium eſſet nullum ex cauſa conſanguinitatis.communis eſt. ibi.Soarez nu.107. Capra regula 97.vbi fuſius.& Soarez in verſi.clericus.nu.108.& ſeq.& ipſo iure priuatur ſi nõ ſit in ſacris,& nullũ adſit impedimentũ in ipſo matrimonio.Aut eſt nullum,quia erat in ſacris,vel in minorib.& ſcienter contraxit cum conſanguinea,& non eſt ſecuta copula carnalis, & non perdit beneficium ipſo iure,communis eſt opinio.ibi.& ſi contrahitur nulliter matrimonium cum impubere,& non amittit benefiium.communis eſt opinio.ibi.& ſi mulier ante copulã ingreditur monaſterium,non recuperat beneficium.vt eſt communis opinio.& clericus contrahens matrimonium nõ amittit beneficium ſolummodo,ſed & quoſcunque regreſſus,acceſſus,& alia quælibet iura.vt eſt communis opinio.ibi.& penſionem, quam ſibi reſeruauit in reſignatione beneficij ſuper fructibus.vt eſt communis opinio. Clar.ibi.item clericus,qui remanet excommunicatus per annum, priuatur beneficio,vt eſt communis opinio.item clericus periurus priuatur beneficio, & ſymoniacus,& effectus miles ſecularis, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver item clericus.idem ſi eſt excommunicatus,quia eſt ipſo iure priuatus fructibus beneficij. communis eſt opinio.Clar.ibi.verſ.item clericus.Pariter etiam clericus.Et nihil datur ei ex fructibus & redditibus ſui beneficij.vt eſt communis opinio.ibi.item clericus hæreticus,ac eius filij ipſo iure ſunt beneficiis priuati.& ſi clericus ſit ſenex , qui ſit infirmus,ſi permutat pingue beneficium cum nepote,vel conſanguineo,dante beneficium exile,

talis

talis renunciatio præſumitur facta in fraudem, vt eſt comunis opin. Clar.q.73.ver.pariter.item clericus, qui non dicit officium, & horas diuinas, priuatur beneficio, & tenetur ad fructus perceptos, vt eſt communis opin.Clar.ibi.item clericus aſſaſſinus perdit beneficium ipſo iure.Sed propter homicidium non perdit ipſo iure, ſed venit per ſententiam condemnandus. item clericus perpetuò bannitus eſt priuandus beneficio, quia qui altari non ſeruit, de altari viuere non debet.Clar.ibi.

Clericus committens delictum, ob quod venit beneficio ſuo priuandus, licèt habeat ius in re, quouſque ſit priuatus, poſt priuationem tenetur reſtituere fructus perceptos à die commiſſi delicti, vel quos recipere potuit, ſiuè extent, ſiuè ſint conſumpti, & ſiue effectus ſit locupletior ſiuè, non, communis eſt opinio.Clar.d.q.73.ver.& ſcias Soarez ver.clericus.nu.106.

Clericus, vbi crimen non ſit valde graue, non ſolet clericali beneficio priuari, vel ab ordine deponi, ſed ſuſpendi, quæ ſuſpenſio eſt cenſura eccleſiaſtica, per quam ei interdicitur officium, ſeu beneficium, vel adminiſtratio ſeu executio ordinis, vel iuriſdictionis.Clar.d.q.73.in princ.Boſſius de foro compe.nu.139.vide D.Hierony.de Monte in ſuis variis quæſtionibus.q.18.

Clericus benedicens ſecundas nuptias, eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio, non ipſo iure, ſed per ſententiam eſt ſuſpendendus.Clar.q.75. verſic.ſacerdos.

Clericus notorius fornicator, vel ſimoniacus in ordine, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio.Clar.q.75.verſi.clericus.

Clericum delinquentem contra perſonas, vel res alterius, laicus prohibere poteſt, vt eſt cōmunis opinio.Clar.d.q.77.ver.ſed hic quæro.

Clerici, qui ſcienter participant cum excommunicatis à Papa ſunt excommunicati.Sed requiritur, vt participent ſcienter, ſpōte, & quòd in diuinis, & quòd talis ſit nominatus à Papa excōmunicatus. Clar. d.q.77.verſ.excōmunicatus.Et dicitur excōmunicatio maior. vt ibi.

Clericum percutiens, vel veſtem eius ſcindens, vel frangens equi ipſius cingulum, vel extrahens frenum ad hoc, vt clericus ſuper equo incedens cadat, vel occidens equum, ſuper quo clericus incedebat, cum dicatur iniuria inferri, etiam in perſonam, erit excommunicatus, vt eſt communis opinio.de qua Soci.ſenior. in c.peruenit.nu. 168. & pluribus ſeq.Secus ſi voluit percutere clericum, & percuſſit eius equum, quia non incidit in canonem.ibi.nu.166.

Clericus effectus poſt delictum, non debet per iudicem ſecularē coerceri, vt dixi.communis eſt opinio. Cherianus in ſuo communium opin.ver.clericus.num.j.& clericus pro crimine, nec ciuiliter, nec criminaliter coram iudice ſeculari reconueniri poteſt, vt eſt communis opin.ibi.nu.2.& ſi clericus tempore commiſsi criminis aſſumpſit habitum & tonſuram, priuilegium clericale non amittit, niſi prius à ſuo prælato fuerit monitus, & interpellatus.ibi.nu.3.

Clericus actualiter depoſitus non gaudet priuilegio canonis, vt eſt cōmunis opinio.Soc.ſenior in c.peruenit.numero 138.de ſententia excommunica.

Clericus licèt de iure canonico, quando eſt tale delictum, quod non impedit retentionem beneficij, vel executionem ordinis, poſt peractam pœnitētiam mitius puniatur, quando proceditur per viam inquiſitionis, quàm quando per viam accuſationis, quia primo caſu non imponitur pœna ordinaria, ſed longè mitior.Secundò verò ordinaria.Tamen quando eſt tale delictum, quod impedit beneficij retentionem, vel ordinis executionem, tunc non eſt differentia, an procedatur per viam inquiſitionis, an per viam accuſationis, quia vtroque caſu, ideſt, ſiuè procedatur per viam accuſationis, ſiuè per viam inquiſitionis contra clericum, eadem pœna ordinaria delicti imponitur, vt eſt communis opinio.vt per docto.in c.inquiſitionis.de accuſat.de qua Paſethus in conſ.179.numero 2.vbi etiam dicit, quòd homicidium eſt ex his delictis, quæ impediunt beneficij retentionem, & ordinis executionem, vt eſt communis opinio.vt per Doc. in d.c. inquiſitionis.Paſethus ibi.nu.3.vide omnino Tiraquellum in ſuo de penis temperandis.cauſa 53.Ruin.conſi.153.nu.16.in 4.vol.

Clericus (vt eſt dictum) torqueri poteſt, vt eſt communis opin.de qua Abb.in c. cum in contemplatione.nu.6.de reg.iur.& maxime, quando fama eſt ipſum eſſe homicidam.Paſethus in conſ.179.nu.12.Alex. in l.fi.ff.de quæſtio.ſed debet præcedere infamia.Benedic.de foro Sempro.ver. accuſatus de crimine. in reperto Fely.communiter tamen tenetur quod tortura non debet eſſe ita ſeuera in clericis ſicut in laicis.vt per Abb.in d.c.cum in contemplatione.nu.6.de reg. iur.nec poteſt torqueri à liaco, quia eſſet excōmunicatus.Et veriſſima eſt cōcluſio, quòd ſi Epiſcopus vel Vicarius faciunt clericos per laicum torqueri, ſunt excommunicati.Sed ſi clerici neſciunt torquere, poterunt vocare laicum, qui ligabit, & poſtea clerici torquebunt.ita Benedic.de foro Sempro.in reperto. ad Felinum in verſic, clericus non poteſt torqueri. Felyn.in ca.vniuerſitati.de ſententia excommunica.clericus tamen poterit innocentiam ſuam probare per laicos & fœminas Marſil ſing.59

Clericus fornicarius nō deponitur, communis eſt opinio.Diaz in pract. canonica.c.72.Sed punitur iudicis arbitrio. Duen.regula 101. & not. quod clericus, cui ſunt genitalia inciſa, non eſt opus vt ea ſecum portet. Petr.de Baiſio in tracta.de Electio.cap.18.in 2.par.numero 2.tomo 4.

Clericus adulter deponitur ab officio, & in monaſterio detruditur toto tempore vitæ ſuæ, vt eſt communis opinio.Diaz in pract.cano. c.79.Soarez verſ.clericus.num.110.

Clericus periurus ipſo iure non eſt priuatus beneficio, vt eſt communis opinio.Diaz in pract.cano.cap.86.ſed eſt priuandus per ſententiam.Soarez verſ.clericus.num.137.

Clericus homicida non priuatur beneficio ipſo iure, vt eſt communis opinio.Diaz in pract cano.ca.88.& clericus conſulens homicidam, vt fieret homicidium, efficitur irregularis.Benedic.de foro Sempro. in reperto.Fely.in ver.clericus, qui conſuluit homicidium fieri, fallit multipliciter, vt ibi.

Clericus parricida, debet deponi & puniri, vt eſt communis opinio. Ber.Diaz in pract.crimin.cano.cap.9.

Clericus conſpirator contra Epiſcopum, vel clericos, & iniuriam ipſis inferens è gradu ſuo penitus propio abiicitur, vt eſt communis opinio.de qua Ber.Diaz in pract.crim.cano.c.109.

Clericus delinquens poteſt capi à laico, repertus in flagranti crimine, & tradere curiæ eccleſiaſticæ, vt eſt communis opinio. Ber.Diaz in pract.crim.cano.capit.14.Benedict.de foro Sempro.in reperto.Felin. in verſic.clericus criminoſus.nu.2.Felin.in cap.cum non ab homine.num.3.de iudic.communem dicit.Quando autem capi poſſit canonicus ab Epiſcopo, qui ſibi ſaluumconductum fecit tradit Corn. in conſil.325.in 4.vol.quod eſt vltimum vltimorum. Soarez verſic. clericus.numero 110.

Clericus etiam presbyter, ſi eſt ſuſpectus, poteſt ex cauſa torqueri. vt eſt communis opinio.Bernar.Diaz in pract.crim.canonica. cap.117. Boſſius de indiciis.num.103.communem dicit. & not.quod appellatione clericorum non veniunt clerici in dignitate conſtituti.Riminaldus nouiſſimus inter conſ.crimi.conſ.105.num.34. quia qualitas alterat ipſum ſimplex. Canonici ergo torqueri poſſunt, quia canonia & canonicatus non dicitur dignitas eccleſiaſtica. Aemylia. conſ.43 num.4.

Clericus poteſt conuinci teſtibus ſecularibus, & ſi agitur ciuiliter, lata ſententia, poteſt eius ſuperior priuare illum beneficiis vigore illius ſententiæ, formata de nouo inquiſitione, & aſſumpta illa ſententia, tanquam incidēte notorium.cōmunis eſt opinio.Ber.Diaz in pract. crimi.cano. c.120. laicus tamen, qui ſit corpore vitiatus, & mutilo membro, non poteſt eſſe teſtis contra clericum.Marſ.ſingu.379.

Clericus non debet priuari beneficio, niſi delictum ſit graue, cōmunis eſt opinio.Bernar.Diaz in pract.crimi.canonica.c.123.

Clericus incorrigibilis, qui non poteſt puniri ab eccleſia, poteſt ipſo iure comprimi à iudice ſeculari abſque alia degradatione, vt eſt communis opinio.de qua Bernar.Diaz in pract.crimi.cano.c.131.

Clericus in teſtem productus coram laico iudice falſum deponens nō poteſt puniri ibi in illo foro, vt eſt communis opinio. de qua Man. in ſpeculo.tit.de incidenti criminali.num.4.fol.223.

Clericus falſum deponens corā iudice laico, poteſt extraordinariè puniri realiter, & non perſonaliter ex officio, vt eſt communis opinio. de qua Anto.de Tremolis ad pract.Bonacur.in gl.ver.ſub iudicibus. fol.44 vbi tamen dicit cognitionem eccleſiaſtico foro remittendā. vide Nouellum regu.20.ad Duen.

Clericus qui ſe fieri fecit clericum in fraudem, vt euitaret iudicium ſecularis, hoc ſibi prodeſſe non habet, quominus poſſit cōueniri coram iudice, & præſumitur in fraudem feciſſe, quò ad pœnā ſcilicet pecuniariam, non quò ad perſonalem, ſeu corporis afflictiuam, vel vt poſſit diſtringi perſona, faciendo ipſum detineri, vel incarcerari. cōmunis eſt opinio.de qua Imola in cōnſ.118.per totum & in conſilio 119.vbi ſimiliter communem dicit.Aliàs tamen ſi eſt clericus, & nominatus ſit à laico in iudicio, poteſt forum declinare, & alterare iudicium de perſona in perſonam.Et ita de conſuetudine obſeruatur. vt dicit Soc.in conſi.91.nu.14.vbi dicit, quòd iſta opinio eſt cōmuniter approbata à legiſtis & canoniſtis.à qua in iudicando & conſulendo non eſt recedendum.vol.5.vbi etā dicit, quòd clerici ſolent omnia trahere ad eorum molendinum.

Clericus etiam propter homicidium qualificatum non debet priuari beneficio ipſo iure, vt eſt communis opinio, de qua Gabriellus in cōſilio 196.per totum.

Clericus abſque decēti habitu captus in tempore homicidij, non gaudet priuilegio fori, nec fit de eo remiſſio ad iudicem competentem, vt eſt communis opinio.Soarez in verſi.clericus.nu.105.

Clericus beneficiis priuatur, ſi per annum ſtat excommunicatus, & miles efficiatur, vt eſt communis, Soarez ver.clericus.nu.116.Limita, ſi ſit excommunicatus pro cauſa ciuili, quia tunc beneficio non poteſt priuari, etiam ſi mille annis ſteterit excommunicatus. Arno. ſoliloquio vltimo.

Clericus teſtis falſus non poteſt puniri à iudice laico, ſed eſt remittendus

dijs ad ſuum iudicem.communis eſt opinio.Soarez.verſiculo,clericus.numero 117.

Clericus repertus coitum habere cum ſponſa alicuius,poteſt impunè percuti.vt eſt communis opinio.Soarez ver.clerico,snum.136.

Clericus propter defloratam virginem poteſt deponi,vt eſt communis opinio de qua D.Hierony.à Monte in ſuis quæſtionibus variis.n.38.

Clerici poſſunt inducere conſuetudinem contra canones, vt eſt communis regula, de qua Rochus de Curte in tracta.de conſuetudine, numero 115.

Clericus etiam ſimplicis tonſuræ non poteſt conueniri in ciuilibus,neque in criminalibus coram laico,etiam Principe,etiam ſi nõ incedat in habitu.vt eſt communis opin.de qua Plotus inter conſ.criminalia diuerſorum per D.Zilettum.conſ.109.num.26.lib.j.limita, prout in Conſilio Tridentino.libro.4.cap.vnico.de priuilegio clericorum.

Clericum cum armis prohibitis ex forma ordinũ & pro lamationum Principis ſecularis,poteſt iudex ſecularis,vel eius familia ſpoliare illis armis prohibitis, & talia edicta ligare etiam clericos,vt eſt magis communis opinio.Clar.q.35.verſi.vlterius.

Clericum inſultantem,inſultatus pro difenſione corporis & vitæ licitè occidere poteſt,neque ſolum ab ipſo inſultato,ſed etiam à quolibet alio ratione defenſionis propinquorum,vel extraneorũ occidi poteſt, communis eſt opinio.Clar.in §.homicidium.ver.præterea etiam.

Clericus fornicans cum ſoluta non dicitur ſacrilegium,vel adulterium, commiſiſſe vt Clar.in §.fornicatio.verſic.ſed ſimplex fornicatio,

Clericum ſe defendendo percutiens non incidit in excommunicationem.etiam ſi ſe defendendo modum excedat.vt eſt communis opin. Clar, in d,§.homicidium.ver.pręterea.

Clericum in adulterio cum filia nupta pater deprehendens, percutere poteſt,vt eſt communis opin.Bermon,de concubinis, numero.5. fol.267.in fin.

Clerici debent omnino ſe abſtinere à negotiationibus,vt eſt communis opinio.Clar.q.36.ver.hæc verò.

Clerici licèt tempore interdicti poſſint ſepeliri, extrema tamen vnctio eis non adminiſtratur.Panor.in cap.quod in te.de pœniten.& remiſſio. communem dicit.

Clericis poteſt imponere pœnam pecuniariam Epiſcopus,vt eſt communis opin.Clar.q 80.ver.in hac.

Cenſualiſta canonem non ſoluendo,non priuatur cenſu.vt eſt communis opinio.Dec.conſ.138.nume.5.

Ciuitatis appellatio,eſt communis opinio, quòd in ciuitate Romana tantum,licèt præponatur nomen,continentia ædificia includit.Capra regula 101.nume.4.quòd facit pro ſtatutis criminalibus.

Cogitatio ſola non ſufficit,vt quis puniri poſſit.Etiam in crimine læſæ maieſtatis.Niſi ad aliquẽ actũ exteriorem proceſſum fuerit.vt eſt communis opinio de iure tamen canonico,cogitatio quandoque punitur,vt in hæreſi.Clar.q.19.per totum.

Coitus vxorati cum ſoluta communiter non punitur.Clar.in §.adulterium.ver.tribus autem modis.

Coitus vxorati, vel ſoluti cũ nupta muliere meretrice nõ punitur communiter.Clar.in d.§.adulterium, ver.quæro nunquid. & in §.fornicatio.in prin,

Coitus eſt damnabilis, qui cum concubina, cum virgine, cum puella non viripotente,cum puero,cum nupta,cum vidua,cum affine,cum moniali,cum presbytero, cum domina, cum ſubdita, cum puella, cum carcerata,cum Iudæis,vel infidelibus,cum animali bruto,cum mortua.Vel ſi mulieres inter ſe coeant,vel ſi committatur raptus, & violentia,vel quis vno & eodem tempore cubat cum pluribus vxoribus.Clar.in §.fornicatio.

Coitus cum moniali punitur pœna capitis.Clar.in §.fornicatio.ver. cum moniali,vbi communem dicit.

Coitus cum pupilla efficit,vt tutoris bona confiſcentur,& ipſe deportatur,vt eſt communis opinio.Clar.d.§.fornicatio.ver.cum pupilla.

Coitus Iudei cũ Chriſtiana, debet puniri pœna pecuniaria,ſi eſt ſimplex fornicatio,vt eſt communis opinio,ſecus ſi eſt maritata.Clar.d. §.fornicatio.verſ.cum Iudeis.

Coitus cum beſtiis punitur pœna mortis,vt eſt communis opin.Clar. in §.fornicatio.verſ.cum animali bruto.

Coitum inter ſe facientes mulieres,non ſimpliciter fricando,ſed vtentes aliquo inſtrumento pro priapo, puniuntur pœna mortis,vt eſt communis opinio.Clar.in §.fornicatio.verſ.inter.

Coitus clericorum etiam cum cœlibe fœmina, eſt ſimplex fornicatio. vt eſt magis communis opinio.Soarez in verſ. clericorum, nu.134.

Coitus damnatus dicitur quicunque qui lege aliqua humana punitur,vt eſt communis opinio.Soarez verſ. coitus, num.140. & coitus vxoralis cum vxorata cenſetur damnatus. vt eſt communis opinio. ibi.num.141.

Committens delictum,pro quo à lege impoſita ſit aliqua pœna pecuniaria,ſoluenda fiſco,vel parti,non tenetur illã ſoluere in foro conſcientiæ.vt eſt communis opinio,Clar.q.80.verſ.ſed hic.

Cõmiſſio iudicis in citatione non præſumitur.Aret.conſi.33.nec præſumitur facta.Fely.in c.j.de iudi.in j.conclu.communem dicit.

Competens iudex eſt pro crimine iudex loci,in quo fuit commiſſum, etiam à non ſubdito.communis eſt opinio.Clar.q.38.in prin.

Competens iudex non eſt dominus vnius caſtri diuiſi, in puniendo alium condominum,qui in parte ſua deliquit, communis eſt opinio. Clar.d.q.38.verſ.quæro pone.

Competens iudex eſt prætor Mutinenſis exercitus eius, qui in militia deliquit.licèt exercitus foret in Bononienſi territorio, cõmunis eſt opinio.Clar.d.q.38.verſ.quæro etiam.

Competens iudex eſt in foro pœnitentiali ſacerdos parochiæ,vbi quis habitat,& non alius,communis eſt opinio.Clar.q.38.verſ.quæro.

Competens iudex non eſt loci confederati iudex pro maleficio commiſſo in loco confederato,niſi expreſſe caueatur. Clar.d. q.38. verſ. ſucceſſiue.

Competens eſt iudex vtriuſque loci,pro delicto in confinibus facto,& ita communiter obſeruatur.Clar.d.q.38 verſ. pręterea.

Competens iudex debet videre ſi ſit competens,quando quis fatetur ſe deliquiſſe,ſed extra eius territoriũ,& cognoſcere an locus ſit ſuæ iuriſdictionis.communis eſt opin.Clar.q.38.ver.vlterius quæro.

Competens iudex etiam dicitur ordinarius,aliàs incompetens ratione pœnæ,ſi quis falſum deponit coram ipſo,quia poteſt eum punire extra ordinem.communis eſt opin.Clar.q.38.verſi.ſed quæro.& nihilominus iudex competens eum punire poteſt pœna ordinaria.Si autem eſt delegatus Principis poteſt & ipſe extra ordinem ſimiliter punire.Aut eſt delegatus inferioris,& non poteſt.communis eſt opinio.vt ibi per Clar.

Competens iudex non eſt,ſi clericus coram ipſo falſum deponat,communis eſt opinio,Clar.q.38.verſic.ſed hic quæro.Benè tamen poteſt cognoſcere ſuper falſitate ad effectum expediendi cauſam coram eo vertente,non aliàs,vt eſt communis opin.Clar.ibi.

Competens iudex eſt vtriuſque fori,ſi laicus falſum deponat coram iudice eccleſiaſtico,Clar.q.38.ver.quæro nunc.

Competens iudex non eſt,ſi quis alibi furtum fecit, & hic contractet, vbi ſit iudex loci contractatio. communis eſt obſeruantia.Clar.q.38. verſ.tu ſcis.Poteſt tamen ſub pœna eum eiicere.

Competens iudex eſt, ſi laicus deliquit in eccleſia, vt eſt communis opin.Clar.d.q.38.verſ.vidi etiam.& non eccleſiaſticus iudex,quia eccleſia eſt de territorio Principis,licet,ſit locus ſacer.

Competens iudex eſt etiam.qui reum præuenit in capiendo, quando plures iudices ſunt competentes,& maximè ſi eſt competens ratione enormitatis,vel grauitatis delicti.Clar.d.q.38. verſ.vlt.

Competens iudex eſt pro delicto commiſſo,iudex delicti,iudex originis & domicilij.Et poſſunt procedere ad inſtantiam partis,& ex officio,communis eſt opinio.Clar.d.q.38.ver.ſed quæro.

Competens iudex etiam dicitur aggrauati delicti ex delictis extra territorium.

Competens eſt iudex in criminalibus vicarius Poteſtatis deputatus locum tenens à Principe,vel ab ipſo Prætore cum auctoritate Principis,& poteſt punire,& alia facere,quæ ſibi in mandatis ſunt commiſſa,aliàs non,vt eſt communis opin.Clar.q.40.verſ.j. idem Vicarius Epiſcopi ex ſpeciali commiſsione Epiſcopi, vel capituli, poteſt de criminibus cognoſcere & punire vt eſt communis opinio, Clar.ibi.

Complices illi ſunt,qui ad malum ſunt ſocij,vt eſt communis opinio. de qua Pariſi.conſi.168.num.10.in 4.vol.

Compoſitiones,quæ fiunt tota die cum Duce vel Marchione,vel inclyto dominio Venetorum de delictis commiſsis,non poſſunt tollere pœnam,quę parti debetur,quia ſolum videtur remiſſa pœna,quoad fiſcum,ſed non in præiudicium priuatorum,ex communi regula, quòd Princeps in dubio non videtur velle tollere ius tertij, vel ei præiudicare.Dec.conſi.520.num.2.vbi diffusè, & in conſi.601. nu. 14.Paſtores autem eccleſiæ,qui ſuper pœnas compoſitiones faciũt vt extorqueant pecuniam,malè faciunt,& contra legem.l.ſi operis. C.de pœnis.Licèt quandoque aliqui Principes,vt cautius agant in compoſitionibus per magiſtratus faciunt adiicere illa verba,Ex cauſis notis ſuæ excellentiæ,quæ nullibi legi,niſi apud Iacobi,de S. Georgio in ſua inueſtitura feudali.in §.ſed an princeps.numero 4. fol.9.vide Iaſ.in l.venia edicti.num.10.& ſeq.C.de in ius vocando. Cum quibus & qualiter ſint faciendæ tales compoſitiones, & quæ ſint conſideranda in eis tradit Paris de Puteo in tract. ſyndica. in §. compoſitio.& etiam in §.quæro.& in §.3.tomo 14.fol.104.Et plura de compoſitionibus tradit Paulus Grilandus in tract.de relaxa. carce.tit.de pœnarum compoſitionibus.§.ſequitur.§.ſecundò quæro.& §.tertiò quæro,tomo 15.tracta.fol.128.& in §.quartò. & §.quintò quæro,Et Monteleo in ſua practica arbitrali, vbi de compoſitionibus agit.Et compoſitio facta in caſu à iure conceſſo, vtputa in delicto,quo dato,& verificato,infligenda erat pœna mortis, vel ſanguinis,valet,vt eſt communis opinio.D.Brunorus in eius conſi.crim.numero 196.& numero 197.vbi de tranſactionibus & compoſitionibus plura.

Conatus,ſiuè attentatum ad delictum.committendum, etiã ſi effectus non ſit ſequutus de iure communi punitur , vt eſt communis opinio.Sed de conſuetudine contrarium ſeruatur per totum mundum, etiam in atrociſſimis,quia mitius quis debet puniri, vt eſt communis opin.Clar.q.92.per totam.Gramati.deciſ.74. nu.14. Feli.in cap. ſicut noxius.1.nu.2.de præſumpt.Brunus inter conſ.crimi.conſ.115. nu.90.tomo.2.Benedic.de foro Sempro.in reperto.Felin.in ver. conatus regulariter.vbi communem dicunt.

Conatus licet regulariter non puniatur,niſi ſequatur effectus. Tamen in crimine aſſaſſinij hoc fallit.Clar.in §.aſſaſsinium communem dicit.in ver.ſcias etiam.

Cõcluſio libelli in criminalib. colligitur ibi.Quare peto ipſum puniri iuxta formã ſtatutorũ.&c.& iſta eſt cõmunis practica.Clar.q.12 ad fi.

Concluſio in cauſa non fit in criminalibus,vt eſt communis opi.Clar. q.61.ver.vltimo.incip.quęro etiam.Graſſus lib.2.communium opin. c.20.q.j.nec fit litis conteſtatio,quia conſtitutum rei acceptum eſt loco ipſius conteſtationis.Blancus in l.fi.ff.de quæſt.fol.9.Marſil. in pract.crimi.in §.ſequens.nu.5.vbi dicit communem eſſe opinionem, quòd in cauſis criminalibus non obſtat publicatio,ſeu concluſio.& ibi.num.32.dicit,quòd æquitate ſuadente, etiam poſt concluſum in cauſa, poteſt fieri probatio.

Concubinatus criminis cognitio hodie ſpectat ad eccleſiaſticum tantum.Clar.q.37.ver.quæro etiam.

Concubinatus de iure ciuili eſt permiſſus,ſecus de iure canonico, vt eſt communis opinio.Soarez ver.concubinatus.nu. 166. Clar. in §. fornicatio.ver.& in primis.

Concubina,vel alia mulier ſoluta cum preſbytero concumbens,dicitur committere ſacrilegium, & non ſimplicem fornicationem.cõmunis eſt opin.theologorum'Clar.in §.fornicatio.ver.cũ presbytero.

Condemnatus ab eccleſiaſtico iudice ob mixtum flagitium,poteſt iterum puniri à iudice laico,vt eſt communis opinio.Soarez. in verſi. condemnatus.nu.172.

Condemnatus nomine delicti ad pœnam pecuniariam,ſi vel in minima ſumma reliquetur,pœnam corporis ſubibit,vt eſt communis opin.Soarez in ver.condemnatus.num.173.

Condemnatus in amputatione manus , non præſumitur indebiliori. Alcia.de præſump.reg.3.præſumptio.vltima,in fi. communem dicit.

Condemnatus per iudicem eccleſiaſticũ de delicto mixto,poteſt iterim conueniri per iudicem ſecularem.Alcia in c.pernicioſam.num.138. de offi.ordina.communem dicit.

Condemnatus propter delictum in pœ nam pecuniariã,ſi omnem ſoluerit, minimo precio dempto, debet pœna corporali affligi.Boeri. deciſ.349.nu.8.communem dicens. Vezinus Hiſpanus. ante. Soarez in ſuo Ærario communium opinionum litera C.

Condemnatio corporalis ex præſumptione poſita in lege, quis rectè condemnãtur capitaliter.communis eſt opinio.Clar.q.20.in fi.

Condemnatus ad hoc,vt euitet condemnationẽ de ſe ipſo factam, ſufficit,quòd probet tale quid,ex quo appareat illud ex aliqua cauſa potuiſſe licitè fieri.Licèt punctualiter nõ probetur, quòd factũ fuerit iure licito.cõmmunis eſt opi.Clar.q.56.ver.& in hoc propoſito.

Condemnatus ſemel punitus de crimine,pœna cõmenſurata delicto, & condigna,non poteſt amplius puniri.communis eſt opin.Clar.q. 57.ver.dictum eſt.Aliàs ſecus.fallit,ſi duo iudices ſunt eiuſdem principis iuriſdictioni ſubiecti,quia bis iſte puniri poterit.aliàs ſecus. Clar.ibi.ver.ſcias etiã.Si autẽ eſſet punitus à iudice eccleſiaſtico,non condigna pœna,poſſet à iudice laico iterũ plecti grauius. Clar. d.q. 47.ver.ſed quæro.Et tanta poſſet eſſe delicti atrocitas, quòd nõ obſtante punitione per vnum iudicẽ illata,poſſet etiam per alium iudicem puniri,vt eſt communis opin.Clar.d.q.57.ver.vltimo.

Condemnare debet iudex reum,non ſecundum quòd credit,aut opinatur,ſed ſecundum acta & probata.Etiam ſi ſciat veritatem eſſe in cõtrarium.communis eſt opin.Clar.q.66.ver.ſcias autem.Et ideò licet iudex propriis oculis videat reum delinquere,non poteſt eum condemnare.niſi id aliter fuerit probatum, & econuerſo,licet ſciat reũ non eſſe culpabilem,poteſt nihilominus condemnare, ex probationibus ſibi factis,vt iudici.communis eſt,vt ibi per Clarum.

Condemnatio rei fieri nõ poteſt in criminalibus,ex indiciis etiam indubitatis.communis eſt opinio.Dec.conſil.175.col.pen.in fi.verſ. præterea etiam ex indiciis.Cherianus in ſuo communium opi.verſ.condemnatio.Graſſus communi opi.lib.2.c.20.q.6.

Condemnationis vtilitas pertinet ad eum,qui erat dominus, vel officialis tempore delicti,& non ſucceſſori,quia per delictum ſtatim eratius quæſitũ ei,vt eſt cõmunis opinio.de qua D.m.Alcia. in conſ. 10.numero 8.libr.7.

Condemnatus ad mortem,ſi confugit ad ſacerdotem, portantem per ciuitatem ſacratiſsimam Euchariſtiam, eſt immunis. communis eſt opinio.Viuius in ſuo communium opin. verſi. condemnatus. vbi & alia ad rem fuſius.

Condemnatus in pœnam pecuniariam, ſi nõ habet vnde ſolutat,poteſt luere in perſonam,petente creditore, vt eſt communis opin. Boerius deciſione 349.num.8.

Condemnatus ad mortem,& ſuſpenſus,ſi laqueus eſt fractus,non debet amplius mori.Viuius in ſuo cõmunium opinio.lib.j.opinione 45. vbi dicit omnes criminaliſtas hoc tenere.Tiraquell.de pœnis temperan.cauſa vltima.Montanus in tracta.de appella.libro j.c.5.& in l. ea,quæ raro.ff.de regu.iur.& in l.fauorabiliores.eo.tit.& Dec.in l.pupillum.§.in hæredes.numero j.eo.tit.& Cagnol.in d.l.fauorabiliores. Guliel.Rouille in tract.de deſcrip.iuſti.& iniuſti.columna fi.Neuiza. in ſylua nup.libro j.ſub numero 62.Cotareus in tracta. de priuilegio militis.Dum agit de duello pag.314.tomo 5.Clarus in quæſt.98. ad fi.& not.quòd condemnatus ex forma ſtatuti condictione ex lege,non dicitur criminaliter condemnatus.Cum condictio ex lege non ſit actio,quæ non habet locum in cauſis criminalibus.Bart.in l. de quib.num.19.ff.de legib.

Condemnari poteſt reus, qui indiciis vrgentibus, & legitimis probationibus, non obſtante contra eum exiſtentibus, non vult fateri crimen.Sed ſemper in tortura & extra perſeuerat in negando delictum commiſiſſe.Marſil.ſing.108.communem probans.

Condemnari non poteſt inquiſitus de vulnere,ſi pendente eadem inſtantia vulneratus moritur,quia neceſſarium eſt formare nouam inſtantiam & inquiſitionem de morte.& ita practicatur communiter. Nouellus in pract.crimi.fol.70.num.31.

Condemnatus,qui vult probare falſitatem teſtium,poteſt directò id facere,ſi velit etiã probare eos corruptos fuiſſe,tametſi teſtes ſint publicati,ſi verò falſitatem tantum probare intendãt,tantummodò indirectè id poteſt,vt eſt communis.de qua Boſſi.tit.ſi ex falſis inſtru. vel teſtibus.nu.12.

Condẽnatio de delicto facta per ſpontaneã confeſſionem filij,præiudicat patri non citato.vt contra patrẽ poſſit fieri executio virtute ſtatuti.Quod pater teneatur pro filio.& iſta eſt magis communis opinio.vt per Iaſ.in l.cum filiusfamilias.§. Stichum. numero 14. ff. de verb.obl.idem ſi per non ſpontaneam confeſſionem , ſed per veras probationes conſtat de maleficio, vt eſt communis opinio, de qua etiam ibi per Iaſ.num.14.& ſeq.limi.2.conclu.vt ibi per eum.

Condemnatus de crimine per viam inquiſitionis, de quo condemnatus,per viam accuſationis efficeretur infamis, euitat infamiam de iure canonico,vt eſt communis opin.de qua Abb.in c.inquiſitionis. numero 2.de accuſa.

Collatio facta illiterato non tenet,nec homicidæ, vt eſt communis opin.Rebuffus in tracta.de priuilegiis Sholarium priuilegio 39.num. 5.tomo 5.

Collegio eccleſiaſtiſto deſtructo,vel quia deceſſerunt omnes,vel fuerũt priuati propter delictum,remanet ius,& priuilegium penès ipſam eccleſiam.Secus tamen eſt in collegio laicorum, quia non remanet aliquod ius.Panor.in c.2.de poſtula.præla.communem dicit.

Confeſſio iudicialis partis,loco ſententiæ habetur,vt eſt communis opin.Burſatus conſi.77.nu.24.

Confeſſio,quæ inducitur à iure,vel ſtatuto,quòd contumax habeatur pro confeſſo,non poteſt reprobari iſta ficta confeſſio. nec admittit probationem in contrarium.& ita cõmuniter ſeruatur,inquit Aret. in conſ.153.nu.3.Poteſt tamen probari innocentia rei,vt ibi per eũ. Riminal.conſ.59.nu.13.in j.vol.

Confeſſio facta à minore ſine curatore per iudicem dato proceſſui eſt nulla,vt eſt communis opinio.Gratus reſponſo 52.nu.9.in 2.

Confeſſio ſuper inordinato proceſſu valet,& taliter cofeſſus poteſt cõdemnari,vt eſt cõmunis opin.Marſil.in conſ.29.nu.5.in 1.Quod intelligit,quando eſt ſpontanea ipſa confeſſio,ſecus ſi ſit violenta facta per torturam legitimis non præcedentibus indiciis,ibi.nume.50.

Confeſſio minus legitimè facta per reum,non habet vires confeſſionis, etiam ſi ſit ratificata, vt eſt communis opinio.de qua Marſil. conſil. 29.numero 9.in j.vol.

Confeſſio facta in tormentis,etiam ſi ſit perſeuerata,non præcedentibus legitimis indiciis eſt nulla.Iaſ.in conſi.188.num.2.vol.2.communem dicit.Et ideò quandocunque reuocari poteſt,etiam ſocij criminis illuſtris doctor D.Bertazolus inter conſilia crimi.conſ.70.nu. 16. & ſeq.tomo 2.Etiam ſi fuerit ratificata & confirmata.& etiam iurata.& ibi.nu.18.& ſeq.etiam quòd iudex habeat liberum arbitrium procedendi in criminalibus.ibi.num.20.etiam,quòd delictum confeſſatum ſit verum.Etiam quòd reſultet expreſſa,vel tacita confeſſio ibi.num.41.quia non ideò magis expreſſa quàm tacita operatur cõfeſſio,vt eſt communis opinio,ibi.nu.41.& 42.vbi fuſius. Corne. conſi.134.in 4.vol.Bal.in conſi.479.in 5.vol.vbi etiam cui credatur in hoc magis reo,aut notario meleficiorum de metu, vel non metu tormentorum,confeſsione extorta.

Confeſsio ſpontanea qualificata nõ ſufficit ad condemnãdum quemquàm à morte.Boſsi.de confeſsis,nu.20.communem dicit.& ponit exemplum.ſcilicet interfeci me defendendo.Et admittitur talis confeſsio,vt eſt cõmunis opin.ibi.nu.36.& no.quòd ſi quis cõfitetur inquiſitionem,videtur confiteri delictum,quod principaliter deducitur,& omnes circũſtantias & qualitates.Ang.Are.inſtituta de inutil.

ſtipula.in §.prætęrea.num.3.

Confeſſus reus per errorem,ſi diceret ſe confeſſum per errorem,audiretur errore,ſcilicet probato,vt eſt communis opinio, de qua Boſſ. de confeſsis.num.60.Et eſt neceſſe omnino probare errorem, vt eſt communis opin. ibi. num.65. quia non ſufficeret tortura, nec propter variationem poſſet torqueri.vt ibi.

Cõfeſſus & ſi ex interuallo poſsit ſe excuſare,ea excuſatione,quæ ſimul eſſe poſsit cum confeſsione, ita tamen,quòd non veniat contra iuramentum,non tamen poteſt ſe excuſare,ea excuſatione, quæ perimat,& eneruet confeſsionem.nulla in hoc habita conſideratione iuramenti.Boſsius de confeſsis, num.34. communem eſſe probat.in eo,quod dicit,& ita dicunt omnes.

Cõfitens peccata ſua tenetur patefacere & notoria, ac ſacerdoti etiam nota.Naua.in cap.1.diſt.5.de pœniten.ver.ſtatus aut officij. num.61. communem dicit.

Confeſsio ſocij criminis in caſibus,in quibus poteſt interrogari de cõ ſocio,non eſt ſufficiens indicium,niſi alia ſint indicia.Boer.deciſ.319. num.1.& 2.Gramma. voto 6.nu.2.communem dicit.

Confeſsio procuratoris facta in vno iudicio,non præiudicat in alio iudicio criminali,communis eſt opin.Clar.q.54.ver.ſed quæro,

Confeſsio autem principalis,ſimiliter facta in vno iudicio ciuili,nõ facit plenam probationem in iudicio criminali.Sed indicium tantum ad torturam facit,communis eſt opinio.Clar.q.54.verſi.ſed quid exhibeatur.Niſi cum ipſa confeſsione concurrerent alia indicia.

Confeſsio clerici facta coram iudice laico,non facit indicium ad torturam.Blancus de indi.nu.214.communem dicit.

Confeſsio extraiudicialis non ſufficit ad probationem delicti,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.55.in prin.licet ſufficiat ad torturam. communis eſt opinio,de qua Marſil.ſingu.310.

Confeſsio facta coram iudice incompetenti,non valet in vim iudicialis confeſsionis,ſed in vim extraiudicialis,communis eſt opinio. Clar. in ver.præterea.q.54.& cogitur per iudicem competentem perſeuerare in ipſa confeſsione.Modus autem cogendi,ſi reuocat confeſsionem ſine cauſa,eſt remedium tormentorum,quia iudex non debet pati ſe illudi.Et ita ſeruat practica adſeſſorem,vt dicit Bal.in c.per inquiſitionem.num.2.de electio.& elec.poteſta.

Confeſsio qualificata operatur,vt confeſſus non poſsit ad mortem cõdemnari.deciſ.Pedemon.60.num.9.communem dicit.

Confeſſio criminalis extraiudicialis,vel coram iudice incompetenti,ſi ſit facta præſente parte & acceptante,facit plenam fidem contra cõfitentem,vt eſt communis opinio.Clar.q.54.ver. vnum tamen. Neceſſe tamen eſt,vt expreſſa ſit acceptatio,non tacita.Clar.ibi.verſi. vnum tamen.Licet in practica tales confeſſiones non præiudicare,cõfitentibus ad plenam probationem,dicat ſi eam poſtea reuocant,ſed torqueantur,vt in ea perſeuerent.Niſi tot alia argumẽta concurrant ex quib.dici poſſit,quòd omnib. ſimul iunctis de crimine plenè liqueret.Item poteſt dicere reus,quòd talis confeſſio non fuit facta iudici pro tribunali.Clar.ibi.verſ.item poteſt.

Confeſsio quæ emanauit extra ipſam cauſam,de qua principaliter agitur,etiam pœna ordinaria puniri poteſt,licet directò actum non fuerit contra confitentem,communis eſt opinio.Clar.q.55. ver. poteſt etiam dicere.

Confeſſio extorta à iudice cum promiſsione,ſpe,& blandiciis in criminalibus non probat,nec ex ea quis condẽnari poteſt.Clar.q.55.verſiculo allegare.

Confeſsio,vbi prius non conſtat de delicto,nõ eſt ſufficiẽs,vt poſsit ex ſola confeſsione quis condemnari,communis eſt opinio.Clar.q. 55. ver.poteſt etiã.Cõſtat autem de delicto,vel ad effectũ ſuper eo procedi poſsit.Clar.q.4.Sed ad effectũ,vt quis ex ſola confeſsione poſsit condemnari,ſi delictum quod reus confitetur eſt tale,quod ſolo animo perfici poſsit,vt eſt hæreſis.Et tunc ſola confeſsio(modo eſſet veriſimilis)ſufficeret.vel confiteretur reus vnũ,aut plura commiſiſſe homicidia,vel multa furta,nec exprimit in ſpecie,quos homines trucidauerit,aut cuius res furto ſubtraxerit,non debet ex tali confeſsione condemnari.Aut confitetur adulterium,vel furtum,& ſimilia,& ſit querelatus à parte,& cum querela concurrat confeſsio rei,poterit condemnari ex confeſsione,vbi verò nõ adſit querela,aut aliqua informatio,non ſufficit ſola confeſsio.Et ideò confitentes maria & mõtes non condẽnantur,niſi mittantur nuncij ad habendũ informationem.Aut confitetur homicidium,incendium & ſimilia.& tunc, niſi viſo & reperto facto, vel inſpectione, quis ex ſola confeſsione non poteſt condemnari.vt ibi fuſius per Clar.d.q.55.verſic. quomodo.vbi communes opiniones eſſe probat in caſibus ſuprà enumeratis.Quandoque tamen iudex poteſt moueri ad iudicandum etiam ex aliqua confeſsione coram ſe facta viua voce,& non in actis ſcripta.Feli.in c.cum venerabilis.nu.42.de except.quod dicit nunquàm obliuiſcendum.quia mirabiliter eſt ad q.vtrum iudex poſsit iudicare ſecundum non allegata,neque probata. Sed dic,quòd iſtud non procedit in criminali,niſi prius conſtet de delicto,& poſtea ſequatur confeſsio.Et hoc eſt apud practicos modernos in ſolẽni cultu,vt dicit idem Feli.in c.auditis. numero 30. verſi.tamen condemnandus limita,vt per Feli.in c.qualiter.§.1.de accuſa.vide ad ſupradicta.Alphanum in ſuis collectaneis.numero 289.

Confeſſio minoris in criminalib. abſque curatore obeſt omnino.Clar. q.51.ver.vlterius.communem dicit.

Confeſſio ſi ſuper proceſſu nullo emaneret. Tutior eſt via, quòd reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij. Saluo iure procedendi rectius & melius. Clar. d.q.55.vide tamen Clar.d.q.53.ver.item poteſt,vbi communem dicit.

Confeſſio facta à retento in carcere præſumitur facta per terrorem iudicis.habentis reum in fortia,vt eſt communis opinio. D.Brunorus in conſil.vnico.num.168.

Confeſſio facta in tormentis,ſi legitima non præcedant indicia,& non ſeruatis ſeruandis,talis confeſſio eſt ipſo iure nulla. nec taliter confeſſus condemnari poteſt.etiam quòd in ea perſeueret, vt eſt communis opinio. Clar.d.q.55. ver.ſi verò confeſſio. Nec conualidatur ex ſuperuenientibus legitimis indiciis.

Confeſſio cum qualitate, puta quando quis cõfitetur occidiſſe hominem ad ſui neceſſariam defenſionẽ pro parte acceptari poteſt,& pro parte non,vt eſt communis opin.Clar.q.55. ver.poſſet quoque.vide Portium cõclu.15.lib.1.Anto.Gabriell.cõclu.19.lib.7.Poſſet tamen ipſi reo prodeſſe,non probata d.qualitate ſcilicet ad ſui neceſſariam defenſionem,quia poſſet puniri pœna extraordinaria. Quod intellige,ſi contra eum non adeſſet aliquod aliud legitimum indicium,& quando eodem verborum contextu facit d. confeſſionem qualificatam,ſecus ſi ex interuallo,quia tunc ex tali confeſsione poteſt ad mortem condemnari,ſi non probet illam qualitatem, quàm in ſuis defenſionibus probare poteſt.Etiam quòd ſimpliciter ab initio confeſſus fuiſſet homicidium,vt eſt communis opin.Clar.verſ.fortè poſſet.Et ideo cautius aget,ſi reſpondet negando homicidium, & ſi id fecit,feciſſe dicat ad ſui neceſſariam defenſionem,vt eſt communis opin.Clar.d.q.55.ver.cautius.

Confeſsio abſente parte facta per teſtes ſingulares non probatur,vt eſt communis concluſio.Alciat.conſil.2.lib.1.nu.5. Etiam ſi plures ſint, quia non coniunguntur,vt per eum.de iure autem canonico ſecus eſt.Alciat.conſil.6.num.26.communem dicit.

Confeſſio erronea,etiam in criminalibus ſpõte facta,reuocari poteſt,ſi quis vult docere erraſſe,& errorem probare.vide Socin.reg.64.65.& 66.Sed nõ ſufficit cõtrarium velle probare per torturã.Bene poteſt deducere aliquid,quod poſsit ſimul ſtare cum d.cõfeſsione.Licet contrarium ſeruetur,inquit Clar.d.q.55. quia confeſsione ſpontè facta, vel ratificata extra tormenta,nunquã admittitur reuocatio,niſi probato errore.vide omnino Donatum in ſuo libr. regularum 3.de iudiciis.in verſi. confeſsio ſed tu diſtingue, prout diſtinguit Blancus in tracta.de indi.& tortura.nume.18.vbi dicit,quòd aut eſt error facti,aut iuris.ſi facti poteſt reuocare reus eius confeſsionem. Si iuris & tunc non poteſt reuocare.vide Marſil.ſingu.257.& quãdo noceat vel non noceat confeſsio reo.vide per Marſil.ſingu.339.

Confeſsio non valet,nec ſatisfactio facta à non exiſtẽte in ſtatu gratiæ, quia cum quis ſit extra charitatem,& inimicus ac rebellis Deo,non poteſt dignè ſatisfacere,vt eſt communis opinio.de qua Soci.ſenior in c.quòd quidam.nume.7.de pœni.& ibi etiam dicit,quòd bona opera in charitate,& poſtea mortificata propter ſequẽs peccatũ mortale.ſecuta tandem poſtea vera pœnitentia,non reuiuiſcũt,vt eſt cõmunis opinio.de qua Soc.ibi.numero.8.

Confeſſus ſe occidiſſe talem,poteſt ſe defendere & allegare illum talẽ fuiſſe bannitum,furem,vel adulterum in furto, vel adulterio deprehenſum.Clar.q.56.in prin.

Confeſſus crimen poteſt ex confeſsione condemnari.communis eſt opinio.Clar q.65.Et vnica ſufficit confeſsio ſpontanea,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſi. ſed quæro. etiam ſi confeſsio fuiſſet facta iudici abſente accuſatore in forma iudicij,& iudice ſedente pro tribunali,etiã quod iudex procedat ex officio,quia iudex acceptat pro eo,nam in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium. Sadoletus in l.non fatetur.§.ſi quis abſente,col.9.verſi. prædicta.ff. de confeſsis. Et ideò ſi fur ſit confeſſus coram iudice,iſta confeſsio prodeſt Domino,& facit plenam fidem pro eo abſente. quia iudex repreſentat perſonam ſuam.& ſibi acquirit.Alex.in l.is.apud quem. numero 18. C.de eden.confitens autem maleficium iudici in camera, non autẽ ad tribunal nunquàm infamatur,neque ex illa confeſſione dãnatur. Et ideo adſeſſores faciũt ſemper duci malefactorẽ ad tribunal, vt ibi confiteatur in forma iudicij. vt dicit Angelus in lege.ictus fuſtium. ad finem.ff.de iis qui notantur infam. & practica eſt, vt ſemper ſcribi faciant,quòd ſententia fuit lata in termino, & poſt terminũ, & ipſo iudice ſemper pro tribunali ſedente, & eſt valde tuta hæc quidem practica.vt dicit idem Ang.in l.ſi prætor.col.1.ff.de iudic.Si verò confeſsio ſit facta in tormentis,vel extra tormenta,non poteſt reus condemnari,niſi perſeueret in ea & ratificet. vt per Clar.vbi ſupra.Si tamen reus omnino ſit legitimè cõuictus,nõ eſt aliud quærendũ.Sed debet iudex reũ condẽnare. Et ita practicatur.Clar.66.in princip.

princ.& ſufficiunt minores probationes ex qualitate delicti,quod,ſecundum quòd cõmuniter cõtingit,reputatur difficilis probationis. Vtputà famulus aufugit,furtum fuit factum domino.Nam ſatis dicitur conſtare de ipſo furto,vt eſt communis opinio.Cla.q.66.ver.j. idẽ ſi oſtendatur aliquod ſignum,ſeu veſtigium alicuius circunſtantiæ,ex qua veriſimiliter præſumi furtum cõmiſſum fuiſſe putà,ſi reperiatur fractura in hoſtio,vel pariete,vel arca.Clar.ibi.

Confeſſio rei facta per torturam indebitè, & nullis præcedentibus. legitimis indiciis eſt nulla,vt eſt communis opinio. Cherianus in ſuo communium opi.in ver.confeſsio.num.2.

Confeſſio alteri,q̃ proprio capellano fieri non poteſt,vt eſt communis opinio.Zannetti. de foro conſcientiæ.nu.118.tomo j.fallit vt ibi.

Confeſſiones peccatorum audire poſſunt ſine licentia parrochiani,fratres prædicatores,minores,carmelitæ,& hæremitæ.Nã iſti ſunt ſpecificè priuilegiati,quantum ad hoc,vt eſt communis opinio.de qua Soci.ſenior in c.omnis num.39.de pœniten.& remiſſio.& ita communiter practicatur.

Confeſſio rei pro parte acceptari poteſt,& pro parte non.vnde confitens homicidium feciſſe ad ſui defenſionẽ,non creditur,ſibi niſi probet,quia curia acceptat ſolam confeſſionem.Iaſ.in l.vt vim. nu.13.ff. de iuſti.& iur.vide omnino Portium communium opi.lib.j. conclu. 15.Et quando confeſsio poſsit,vel non poſſit diuidi, ponit Gabriellius in conſ.170.num.24.

Confeſsio facta in tormentis,etiam ſi ſit perſeuerata,non præcedentibus indiciis eſt nulla(vt dixi)adde Iaſ.in conſ.188.num.2.col.2.communẽ dicens.idẽ ſi confeſſio fit in carcere,non præcedentibus indiciis.Bal.in l.qui in carcerem.ff.quòd metus cauſa.in 2.lectura. Rolã. à Valle conſilio 3.numero 55.in 3.vol.& in conſilio 12.numero 90. eo.vol.& conſ.17.numero 14.eo.vol.Bellamera deciſ.690.Riminaldus nouiſſimus.inter conſil.crimi. conſ.70.nu.19.vbi ampliat.Iaſ.in l.qui in aliena.§.celſus.num.38.ff.de acqui.hære.Gabriellius conſ.17 num.j.& ſeq.Arno.commentario.113.Riminaldus nouiſſimus.in cõſ. 88.numero quinquageſimoquinto vbi plures allegat D. Brunorus in vnico eius conſ.crimi.num.160.& num.185.& 187.

Confeſſio in tortura,ſi reus ductus ad ratificandum negauerit,facit indicium ad torturam,vt eſt communis opinio.vt per Blãcum.in l.fin. num.219.ff.de quæſtio.quod intelligit,ſi ante confeſſionem,præcedebant legitima iudicia.

Confitens delictum,ſed non qualitatem delicti,non punitur pœna ordinaria,ſed extraordinaria.Ant.Gabriellius in ſuo communium opi. lib.7.conclu.19.Amplia & limita.vt ibi per eum.

Confeſſio facta coram iudice incompetente, eſt ſufficiens indicium ad torturam,vt eſt communis opinio. de qua Rolan.à Valle in conſilio trigeſimoprimo,numero primo,in tertio vol.fallit,ſi fuerit reuocata coram competente iudice ante torturam , vt eſt communis opinio Rolan.à Valle in conſilio trigeſimoprimo numero 17. in 3.fallit,ſi d. tali confeſſione non ſit orta ſuſpitio,vel infamia. Aliàs quis cogitur perſeuerare,ſi eam non reuocet,vt eſt communis opinio.vt ibi.num. 18.in d.conſ.31.

Confeſſus & conuictus non appellat.Nam quando reus eſt ſponte cõfeſſus &conuictus,vel delictum eſt notorium,poteſt iudex ſententiã exequi,appellatione interpoſita nõ obſtante,& ſi aliter facit peccat. Et iſta eſt communis opinio,de qua Rolan.à Valle in conſ.73.num. 26.vide omnino Pet.Duen.regu.156.Clar.q.66.

Confeſſio rei,contra ipſum probat plus quàm mille teſtes.pro ſe, vt eſt communis opinio.de qua Marſil.in rub.de probatio. num.74. & ibi omnes. Paſethus conſ.182.num.6.ſed limita in confeſsione inualida, etiam in ſtatutis.Brunorus.in vnico conſ.crimi.num.159.

Confeſsioni non veriſimili,non eſt ſtandum,ſed teſtibus, etiam quòd ipſe reus non reuocet,nec alleget errorem,vt eſt communis opinio. Boſsius.de confeſsis.num.70.& ſeq.Paſethus.conſ.184.num.3.

Confeſsio rei delicti cõualidat proceſſum nullũ,vt eſt cõmunis opinio de qua Arno.commentario.120.limita in confeſsione nulla in tormẽtis facta,non præcedentibus inditiis,& nõ ſeruatis ſeruandis. D.Brunorus conſ.vnico num.159.Et conualidat etiam ſententiam. Marſil. ſingu.374.Et ſtatutum dicens aliquem haberi pro confeſſo,iſta ficta confeſsio,non eſt minoris virtutis quam ſit vera.Pau.de Caſt.in l. ſi finita.§.ſi quis.nu.j.ff.de damno infec.An accuſatus de adulterio cũ Seia vxore Titij,ſi reſpondeat ſe carnaliter cognouiſſe Seiam.An per hoc videatur cõfiteri delictum.Et ſi confitetur generaliter omnia cõtenta in accuſatione fore & eſſe vera.Dic,q̄ tunc refertur ad ea,quæ ibi continẽtur ſpecialiter,& etiam acceſſoriè,licèt per modum qualitatis.ſi verò non generaliter,ſed dicit ſe cognouiſſe.d. Seiam. Tũc refertur ad ſubſtantiam perſonæ,non ad aliàs qualitates ipſius perſonæ.ita dicit.Bar.in l.ſi cui.§.j.num.j.ff.de leg.j.fol.17. Et ad ſuprascripta,vide D.Brunorum à Sole in vnico ſuo conſ.num. 11. vbi de communi atteſtatur.

Confeſsio ſpontanea non requirit perſeuerationem.Immo ſtatim cõfeſſus condemnatur,nec poteſt reuocari confeſsio,ſecus ſi in tormẽtis,vt eſt communis opinio.Carrerius fol.7. nu.24. vbi etiam plura de confeſsione. & fol.43.& ibi qualiter reus dicatur perſeuerare, & poſsit reuocare confeſsionem.& no.quòd ſi quis confiteatur crimẽ iudici,non formato proceſſu,per hoc non inducitur preuentio iuriſdictionis,quia ammodo pertinet ad officium iudicis Bal. in l. ſi domus.§.in pecunia.ff.de leg.j.

Confeſsio rei,quòd fecit ad ſuam defenſionem.Non obſtante tali qualitate defenſionis,iudex poteſt condemnare confeſſum, vt eſt communis opinio.Carrerius fol.113. num.165. fallit,vt per Marſil.ſing. 185.vide omninò.

Confeſſio facta coram iudice incompetente,licèt nõ valeat, vt iudicialis,valebit tamen vt extraiudicialis ad duos effectus. Primus,quia ex ea poterit poni ad torturam,ſicut ſi extraiudicialiter eſſet confeſſus. Secundus,quia poterit cogi perſeuerare in tali confeſsione coram iudice competente.Niſi doceat de errore,& de cauſa variandi,vt eſt communis opinio.de qua Iaffredus deciſ.104.

Confeſſus in iudicio ſimpliciter ſe cõmiſiſſe homicidium,poſtea ex interuallo vult interpretari ſuam cõfeſsionem, quòd fecit ad ſuam defenſionem,an poſsit.reſpon.quòd non. quia ſi quis in iudicio ſimul & ſemel confitetur ſe vulneraſſe,vel occidiſſe hominem,ſed quod fecit ad ſuam neceſſariam defenſionem,poteſt licitè cõdemnari per iudicem ex tali confeſſione , & poteſt iudex iſtam ſuam qualificatam confeſsionem in parte acceptare,quatenus(ſcilicet)confitetur ſe occidiſſe,& aliam reſpuere,quatenus dicit ſe feciſſe ad ſuã defenſionẽ. Niſi defenſionem ſuam aliter probauerit.Et ratio eſt quia quotieſcũque confitens habet præſumptionem cõtra ſe,poteſt confeſsio qualificata diuidi.& in parte,acceptari,& in parte ſperni.& iſta eſt magis cõmmunnis opin.de qua Iaſ.in l.vt vim.nu.13.ff.de iuſt.& iure.

Confeſsio autem extraiudicialis in criminalibus non præiudiciat.fallit in plurib⁹ cauſis.vt fuſiſsimè per Fel.in c.olim.nu 2.& ſeq.de reſcr.

Confeſsio extraiudicialis de crimine,ad hoc,vt faciat indicium ad torturam,oportet quod ſit probata per duos teſtes,vt eſt communis opin.de qua Cur.iun.in conſ.309.num.7.cum ſequentibus.in 3.vol.vide D.m.Alcia.in c.cũ non ab homine. num.98. de iudiciis. Blancus de indiciis.num.204.

Confeſsio à reo ſponte facta,etiam ſi facta ſit ſuper proceſſu nullo nihilominus reus ex illo condemnari poterit,vt eſt communis opinio. Cla.q.55.ver.item poſſet.quod intelligit,quando nullitas nõ procederet,ex defectu iuriſdictionis,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.

Confeſsio extraiudicialis non ſufficit ad plenam probationem,vt eſt cõmunis opinio.Niſi f cta eſſet parte aduerſa præſente & acceptante. Sufficeret tamen talis confeſsio ad torturam.Clar.q.55.ver.1.2.& 3.

Confeſsio in tormentis vt valeat,requiritur,vt reus in illa perſeueret,& illam ratificet extra tormenta ad Blancum iuris , vt eſt communis opinio.Siue talis confeſsio facta fuerit præcedentibus,vel non præcedentibus indiciis,vt eſt communis opinio.quę ratificatio debet fieri ex interuallo,& non incontinenti,quia adhuc præſumitur durare metus tormentorum.Sed expectãdum eſt ſpacium vnius diei,vt eſt communis opinio.Alij dicunt arbitrio iudicis in hoc ſtandum eſſe, vt eſt communis opinio.Clar.q.64.ver.cæterum & ſeq.

Confeſsio iudicialis facta corám iudice non competente,non valet in vim iudicialis confeſsionis.Niſi facta eſſet parte aduerſa præſente, & acceptante,communis eſt opinio.Clar.q.55.ver.2.& 3.

Confeſsio non acceptata à parte vel à iudice,nihil præiudicat confitenti,vt eſt communis opinio.de qua D.Brunorus.in eius criminali conſil.numero 161.

Confeſſio procuratoris facta in iudicio ciuili , non præiudicat reo in criminali,vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione quinquageſimaquarta,ver.ſed quæro.

Confeſſio facta metu torturæ,& facta in ipſa tortura non tenet, vt eſt cõmunis opinio.D.Brunorus in conſ.vnico criminali.nu.162.& ſeq.

Confeſſio mera abſque aliis indiciis à ſocio criminis facta,in caſibus in quibus de complicibus poteſt fieri interrogatio,non eſt ſufficiẽs indicium ad torturam,vt eſt communis opinio, de qua Soarez in ver.confeſſio.num.246.

Confeſſio,ſi pœna minuitur aliqua ratione.Etiã ei,qui ſemel negauit, & poſtea eſt confeſſus, minui debet,vt contra communẽ dicit Clar. de quo Soarez ver.confeſſo.num.262.

Confitens ſponte delictum commiſiſſe,mitius eſt puniendus. Clar. q. 60.ver.non deſunt.

Confiſcatio bonorum non proſcribit bona futura, vel conditionalia. Soarez in verſi.confiſcatio. num.263.vbi latius. Secus eſt in bonis ex conditionali contractu prouenturis, quia ſolum fiſco deferuntur illa bona,quæ in hæredes extraneos erant tranſitoria,vt eſt communis opinio.ibi.num.264.& 265.

Confiſcatio bonorum filiifamiliàs,non comprehendit aduentitia,profectitia,nec caſtrenſia,vt eſt communis opinio.Soarez ver.confiſcatio.numero 266.

Confiſcatio omnium bonorum rei,etiam bona in alia ditione comprehendit,vt eſt communis opinio.Soarez in ver.confiſcatio.nu. 267.

Cõfiſcatis bonis vxoris,& dos quoq; venit.Secus ſi cõfiſcantur omnia

bona eius viri,quia dos mulieris non proſcribitur, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.confiſcatis,nu.168.Abb.in c.ex literis.de pigno.

Confiſcatis bonis,non cenſetur confiſcata emphyteuſis,quæ non tranſit ad extraneos hæredes,Turza.communi opin.147.communem dicit.Nec bona fideicommiſſo ſubiecta.vt ibi.

Confiſcatio facienda de bonis delinquẽtis,non veniunt nec comprehenduntur in publicatione peculia aduentitia filiorum familiarum,vt eſt cõmunis opino,de qua Pariſi.conſ.157.nu.j.in 4.vol.

Confiſcari non poſſunt nec debent bona à teſtatore prohibita alienari, præſertim in fiſcum,vt eſt communis opinio.Thobias Nonius conſ. 97.nu.j.cum ſeq.Secus in tacita prohibitione à lege tacitè prohibita Riminaldus nouiſſimus in conſ.20.nu.21.communen dicit.

Confiſcari nequeũt bona alicuius,qui habet quatuor filios,ſed ex principis indulgentia debent remanere apud filios, vt eſt text.expreſſus in l.cum ratio.§.ſi plures.& ibi gloſſ.ff.de bonis damnato.& ita hodie intelligenda ſunt ſtatuta.& conſtitutiones,quæ inducunt bona confiſcari.& conſuetudo dictans hodie delinquẽtium bona publicãda eſſe,recipiunt hanc interpretationem,vt per Thobiam Nonium in conſ.97.num.8.& ſeq.

Confiſcatio bonorum non venit quoties condemnatur ad mortem aliquis,cuius bona ex iure communi, vel ſtatutario non confiſcantur, vt fur.communis eſt opinio.Clar.q.78.

Confiſcatio bonorum fit multis in caſibus prout in crimine læſę maieſtatis,communis eſt opin.Clar.q.78.ver.multa autem.item homicidij,hæreſis falſæ monetæ,in crimine apoſtaſiæ,ſi non habet filios,vel cognatos.Clar.ibi.in ver.apoſtata.& ibi quid ſit apoſtata.itẽ in crimine primipilatus.Abb.in c. ex literis.nu.2.de pigno.& quilibet iudex poteſt imponere pœnam confiſcationis pro delicto à lege tacitè,vel expreſsè appoſitam. Sed ſi præter legem ſoli magiſtratus,alias non, communis eſt opinio.Clar.ibi.ver.quæro nunquid.

Confiſcari poteſt legitima filij,ſtante ſtatuto ſuper hoc.quod ſtatutum valet.& pater cogitur omnino d.legitimam ſoluere,vt eſt magis cõmunis opinio.quæ ita ſemper in practica obſeruatur.deciſione Peruſi.11.nu.26.aduentitia autem bona filij non confiſcantur,vt eſt cõmunis opinio,de qua Clarus.q.78.ver.ſed quid in aduentitiis.Etiam in terminis ſtatutis Ferr.ſub.rubr.Pœna filij familâs homicidium, vel furtum committentis.lib.3.inibi & ad bonorum ſuorum confiſcationem,quę verba non verificantur in aduentitiis,vt pucherrimè per Plotum in conſ.130.inter conſilia criminalia.tomo.j.nu.55.& pluribus ſeq.& eſt communis opinio, vt ibi per eum.nu.59.vide Arium Pinellum in ſuo de bonis maternis.in rubr.in 1.par.num.3.& nu.26. fol.50.Nam dicuntur bona,quæ beant & proſunt, & ſunt in patrimonio.l.bonorum appellatione.ff.de verbo.ſingn.vide ad propoſitũ. Albericum in qq.ad ſtatuta,parte 3.q.17.nu.8. Nam à verborũ propria ſignificatione non eſt recedendum in ſtatuto.idem Albericus.in qq.ad ſtatu.lib.j.q.140.& no.quòd duplex eſt confiſcatio.ordinaria. & extraordinaria. de quibus Alberi.in dictis quæſtionibus ad ſtatuta q.18.nu.8.lib.3.vide omnino.vide etiã omnino Riminal.in conſ. 136.numero 13.& numero 18.& conſilio 243.per totum.& ibi.numero ſexageſimoprimo.dicit quòd confiſcatio nõ operatur,niſi vt nũc inſpecto ſtatuto temporis ipſius confiſcationis.& bona filij non poſſunt alienari viuente patre,ergo nec confiſcari.Et illud conſilium Riminaldi fuit factum in fauorẽ ólim comitis Pauli Comeſtabilis, vel Cõteſtabilis,ſeu vulgo Coſtabilis Ferrariẽſis nobiliſſimi.& ibi Rimi. nu.37 & ſeq.allegat Bart.hoc expreſsè dicentem.in patre vſufructuario,& ibi vide etiam per Apoſtillantes litera F.Et quæ in bonis tempore delicti nõ ſunt,non veniunt in confiſcatione. Menochius conſ. 101.nu.13.nec veniunt in confiſcatione bona futura.idem Menochius fuſius.ibi.nu.24.vt eſt communis opinio,de qua etiam Neuiza conſ.73.nu.10.& in dubio contra fiſcum eſt pronunciandum.vt ibi per Neuiza.num.12.& in ſylua nuptiali libr.6.quomodo in dubio ſit pronunciandũ.& inde D.Iaco.Riminal.inter conſ.diuerſorũ,conſ. 100.lib.1.in criminalibus,& vide Gomez in Epito.delictorum,c.vlt. col.3.num.2.ver.ex quo notabiliter infertur.vide omnino Bart.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.q.6.nume.12.ff.de damno infecto. vbi & Alex.& cæteri maximè per Caſt.in d.§.ſi de vectigalibus.nu.7.rationem aſſignauit in l. ſeruum filij.in prin.nu.6.& ſeq.ff.de lega.j.vide omnino.Non obſtat quædam oppoſitio,ex verbis ſtatuti.Quia ſtatuta tantum diſponunt,quantum loquũtur, & ſtatuta tantum diſponunt quantum determinant,& prout iacent. Riminaldus nouiſſimus.conſil.16.nume.35.& loquitur ſtatutum de bonis, quæ effectualiter ſunt ſua ipſius filiifamiliâs , vt per Riminal.ſeniorem.vbi ſuprà.Item bona condemnati ad mortem non videntur confiſcata tacitè,niſi ſtatutum diſponat,quòd confiſcentur, plura Firmanus in reperto.ver.bona confiſcata.ver.23.& bona homicidæ intra quinque annos ſunt confiſcanda.Ang.in l.in cognitione.ff.ad ſyllanianũ, Item ſtatutum recipit ad interpretationẽ paſſiuam à iure communi, l.2.C.de noxa.capitulo.cum delictus.de conſuetu.vnde intelligi debet de bonis filij,quæ confiſcari poſſunt,& non de aduentitiis,quæ confiſcari nequeunt de iure communi.Item facit , quia ad fiſcum non tranſeunt.quę de iure ſpeciali cõpetunt filio,& ſic ex priuilegio ſed bona aduentitia competunt filio ex priuilegio,vt per Docto.allegat.ergo non poſſunt confiſcari,quia licèt bona damnatorum perueniant ad fiſcum.l.ſi.C.de bonis damnatorũ,hoc tamẽ eſt verum,quãdo bona ſunt ſua,ſecundum communis iuris obſeruantiam,ſed bona non applicantur fiſco,quę ſunt dãnati ex priuilegio,vt eſt caſtrenſe peculium,& non aduentitium , quod eſt conceſſum contra iuris communis obſeruantiam,ideò non confiſcatur.ita Ruinus conſ.23. num.17.in 5.vol.quod conſilium etiam ipſe Rui.fecit pro ſuprascripto comite paulo Coſtabili.

Confiſcantur(vt dixi)omnia ea,quæ tranſeunt ad extraneos hæredes,& è contra,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.78.verſ.nunc videamus. Ius ergo patronatus,quod in extraneos tranſit hæredes,venit in cõfiſcatione.Secus ſi non tranſit Clar.ver.ſucceſsiuè Et ideò practica eſt,vt veniãt,quod in ſententia dicatur.Iura & actiones,& nomina debitorum.Item non veniunt bona fideicommiſſo ſubiecta,& alienari expreſsè prohibita & quæ perpetuò in agnationẽ cõſeruari iuſſerit teſtator,vt eſt communis opin.Clar.d.q.78.ver.item quęro.vbi fuſius,ad quem te remitto,ſed fructus viuẽte reo conſequitur fiſcus, & legitima & trebellianica venit.Nec veniunt(vt dixi)profectitia, communis eſt opinio.Clar.d.q.78.ver.pręterea,Nec confiſcantur aduentitia,ſi pater in his habet vſumfructum,vt eſt communis opinio. Clar.d.q.78.ver.ſed quid in aduentitiis,Nec peculium caſtrenſe venit in confiſcatione,vt eſt communis opin.Clar.d.q.78.ver.ſed quid. Quæro etiam.Neque publicatis bonis patris profectitium filij peculium venit in confiſcatione,vt eſt communis opin. Clar.ibi. ver, quæro nunc.item dos mulieris publicatis eius bonis venit in confiſcatione ſoluto matrimonio,vt eſt communis opinio.Clar.ibi. ver. quæro ſi bona conſtante autem matrimonio,niſi in quinque caſibus non confiſcatur,vt eſt communis opinio.Sed confiſcatis viri bonis, dos vxoris non confiſcatur,Sed ſtatim facta condemnatione mulier eam repetere poteſt.Etiam quòd ſequeretur virum rebellem. Clar. verſ.quæro ſi.bona.Et bona alienata prius per delinquentem, ante delictũ veniunt confiſcanda,quando adfuerit fraus & ſuſpicio verè vel præſumptiuè.quia reuocãtur à fiſco,vt eſt communis opini.Clar. ibi.ver.ſolet etiam.Tenetur tamen fiſcus emptori tunc precium reſtituere,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.fraus autem probatur per cõiecturas,vt eſt communis opinio.Clar.ibi ver.fraus.vt puta ſi fuit alienatio omnium bonorum,vt eſt communis opinio.Etiam quòd ex interuallo fecerit poſtea delictum.vel ſi tempore alienationis habebat inimicitias capitales, vt eſt cõmunis opinio.Clar.ibi.vel ſi.poſt alienationẽ ſteterit in poſſeſſione rei alienatæ,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.Dummodo tempore alienationis ſubeſſet cauſa , ob quam fecit delictum.aliàs ſecus cõmunis eſt opin. Clar.d.q.78.vbi dicit hanc eſſe in practica ſeruandam.Vel ſi incontinenti poſt alienationem fuerit ſecutum delictum,vt eſt communis opini. Clar.ibi. ad fi.& vbi bona delinquẽtis ex eo crimine ipſo iure,& facto publicantur,tunc alienatio ab eo facta poſt crimen commiſſum,eſt ipſo iure nulla,neque opus eſt aliqua reuocatoria,vt eſt communis opinio Clar.d.q.78.verſi.cæterum.Et hæc omnia procedunt non tantum,ſi alienatio fit poſt delictum,ſed etiam ſi fiat poſt accuſationẽ, antequàm lis conteſtetur,immo ſi fiat poſt litem conteſtatam,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.78.ver.& hæc omnia.Et verum, quòd omnis alienatio facta à delinquente poſt accuſationem contra eum inſtitutam,in dubio præſumitur facta metu pœnæ,vt eſt communis opin.Clar.d.q.78.ver.& hæc omnia,Et licet non poſſit prædictam alienationem facere, delinquens poteſt tamen inſolutum dare creditoribus , vt eſt communis opinio.Clar.d.q. 78.ver.ſcias etiam.Et bona,alienata,vel permutata poſt delictũ non confiſcantur,nec poſſeſſores eorum inquietari poſſunt,ſecus ſi precium eorum ſit conuerſum in emptionem aliorum bonorum,quia talia bona veniunt in confiſcatione , vel ipſa res permutata, vt eſt communis opinio. Clar.d.q.78.verſ.contingit.& ſequuta confiſcatione omnes obligationes tranſeunt in fiſcum,vt eſt communis opinio.Clar.d.quæſtione 78.verſi.item.in fiſcum,Iura tamen conditionalia non tranſeũt in eum,vt eſt communis opinio.paſſiuè licet Vnde ſi ſint legata alimenta delinquenti,& fuerit bannitus,non cõſequitur fiſcus ipſa alimenta vita durante ipſius vt eſt communis opinio.Clar.ibi.Bona verò futura,& poſt confiſcationẽ acquiſita,non veniunt in confiſcatione,vt eſt cõmunis opinio.Clar.d.q.78.ver.vlterius.vide tamẽ ipſum clarũ.Si autẽ tẽpore confiſcationis delata ſit hęreditas delinquẽti,& illud ius tranſire poteſt ad hęredes extraneos,& tranſit etiã in fiſcum,vt eſt cõmunis opinio.aliàs non.Et filius conſequitur legitimã in bonis confiſcatis,vt eſt communis opin.niſi in bonis matris. Clar.d.q.78.verſi.videndum eſt etiam.Et ſententia lata in caſu publicationis bonorũ. nõ extenditur ad bona extra territoriũ iuriſdicẽtis,vt eſt cõmunis opinio.clar.ver. ſed hìc quæro.niſi territoria eſſẽt ſub vnomet principe aliàs ſecus,cõmunis eſt opi.ibi.nõ ſolũ de iure cõmuni,ſed etiã ſtatutario.quia ſtatuta nõ extẽduntur extra territorium.vt ibi latius per Clarũ.Et creditores vnius territorij & dominij prorſus ſeparati,nõ poſſunt agere contra fiſcum alterius territorij,& dominij prorſus ſeparati. cui bona ſunt confiſcata,vt eſt communis

opinio

opinio.Clar.d.q.78.verſ.ſed quæro.Quæ ſi nõ ſufficerent ſupplerẽtur ex alio territorio,vt ibi.& in cauſis dictorũ creditorum agentiũ contra fiſcum debet procedi ſummariè,& ſine dilatione,licet ſecus ſeruetur & malè.ſecundũ Clar.ibi.& licèt fiſcus teneatur ſatisfacere omnibus creditoribus hæreditariis,quaſi hæres,& habeatur loco hæredis,& ſic tenetur perſoluere omnia debita condemnati,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.& in omnem caſum,quòd fiſcus ſuccedit alicui , aut in bonis vacantibus , vel ex confiſcatione , nunquàm tamen tenetur vltra vires hæreditarias,etiam ſi non conficiat inuentarium Clar.d.q.78.ver.vnum ſcias.& ipſe fiſcus præfertur creditoribus delinquentis ex delicto,etiam in pœnis pecuniariis.non tamen pręfertur eius creditoribus.ex contractu,vt eſt cõmunis opinio.Clar.ibi.ver.vidi quandoque.& fiſcus ante delictũ non habet bona tacitè obligata pro delicto delinquentis.Sed poſtea.ſic eſt communis opin.Clar d.q.78.ver.ſed hic incidẽter.quãdo ſcilicet eſt iudicium criminale cœptum.Sic eſt communis opinio,vt per Clar.ibi.

Confiſcatur medietas bonorum ſtupratori.Clar.q.79.ſtuprum.

Confiſcantur domus priuatorũ,in quibus fiunt ſacra miſteria.ſi ſine licentia epiſcopi,vel eius vicarij fiant,cõmunis eſt opinio per vniuerſum orbẽ.Clar.q.79.verſ.domus.vide Cheria.in ſuo cõmunium opi.verſ.alienatio.Chirco.cõmuni opin.centu.1.conclu.26.Rolan.à Valle conſ.98.in 2.vol.Cheria.communi opin.in ver.confiſcatio.num.j.& ſeq.vide omnino Moronum de fide , treuga & pace.q.26.vbi ponit limitationes ad ſupraſcripta.

Confiſcantur bona hæredis,qui accommodat fidem defuncto de reſtituenda hæreditate alicui incapaci.puta filio ſpurio.Ille tamen qui eſt hæres patris filij.ſpurij,poteſt hæreditatem ſpurio in teſtamento relinquere.Neque præſumitur id factum in fraudem.Sed ſi cõtrarium probetur,fiſcus rapit à ſpurio.Clar d.q.79.ver.item quando hæres. confiſcatione autem generali non comprehenditur ius nón tranſmiſſibile ad hæredem extraneum, vt eſt communis opinio. de qua Portius conſil.48.nume.18.

Confiſcãtur bona illius,qui metum fecit illi,qui teſtabatur, vt eum inſtitueret, tanquàm indigni.ſic eſt communis opunio.Clar.q.79.verſ. item quando.ver.ſi teſtator.ſi tamen erat in quinto gradu proximior teſtatori,& ab inteſtato ſucceſſurus.Sed ſi erat quis alius in pari gradu,vel illo proximior,ad hunc proximiorem,vel pari gradu proximũ hæreditas ad eum peruenit, non ad fiſcum.

Confiſcatur dos mulieris ſcientis factum,ex quo naſcitur impedimentum matrimonij.Et tamen cõtrahentis matrimonium in caſu à iure prohibito,licèt errauerit in iure,ſi matrimoniũ fuerit carnali copula conſumatum,applicatur enim fiſco,vt eſt communis opinio,Clar.q. 80.verſi.dos mulieris.

Confiſcantur bona hæretici nulla præcedente ſententia priuatiua,ſed tãtũ declaratoria,vt eſt cõmunis opi.de qua Rolan.à Valle in conſil.8.nume.7.in 5. vol.& iſta bona ſpectant ad dominum temporalem,ſi hæreticus eſt ſecularis,vt eſt communis opinio.de qua Rolan. à Valle d. conſil.8.nu.9.nullis ſcilicet extantibus conſtitutionibus papalibus in contrarium,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.nu. 15.

Confiſcari non poteſt emphyteuſis conceſſa à priuato.ea conditione & lege,quòd non tranſeat ad extraneum hæredẽ,dato,quòd bona ſint confiſcata emphyteutæ,vt eſt communis opin.de qua Ber.Diaz in pract. cano. c.124.Moronus de fide, treuga.& pace.q.25.in fi.

Confiſcari non poteſt nauis,ſi merſes prohibitæ deferãtur in naui inſcio domino nauis,vt eſt communis opinio,de qua D.Ioſephus Ludouicus deciſ.Peruſi.31.nu.7.

Confiſcari nequeunt bona eccleſiaſtica in ciuitate Ferrariæ,non obſtãte illuſtriſſimi & excellentiſſimi Ducis Ferrariæ decrero.vt ita conſuluit Rui.in conſ.23.& conſi.25.ad fi.in 5.vol.& conſi.109.nu. 33. in 3.vol.vbi reſpondet literis ducalibus,& dici quòd non valent , ex quo redũdant in præiudicium eccleſiæ.vide Bal.in conſ.284.per totũ.in j.vol.& iſta eſt cõmunis opi.de qua.Ruini.d.conſ 161.in j.vol. Soc.conſ.191.nu.18.libr.4.vide Iul.Clar.in §.emphyteuſis.num.29. Riminal.in conſ.243.num.85.& ſeq.in 2.vol vbi pro Comite Paulo Coſtabilli.Moro.de fide,treuga & pace.q.25.in fi.Similiter bona feudalia in fiſcum non transferuntur ſecundum diſpoſitionem,ſtatuti ferrarienſis.Et idem eſt de iure communi,vt per Dec.conſ.442. nu.29.vbi ſignanter de ſtatuto Ferrarienſi meminit.Et idem in bonis emphyteuticis dicit quæ nõ tranſeunt in fiſcũ facta publicatione bonorum,ſi ſit talis,quę non trãſeat in extraneos,vt ibi latiſſimè per eum,quæ applicat ad ſupraſcripta.

Confiſcari non poſſunt bona condemnati ad mortem,non ex forma iuris communis, ſed ex diſpoſitione ſtatuti , vt eſt communis opinio.de qua Alexander.in l.ſi is qui.nume.8.C.qui teſta.face. poſſunt & ideo reus teſtari poteſt,& ſi non teſtatur bona ſua perueniunt ad ſuccedentes ab inteſtato.fallit,vt ibi per eum.Si tamen ſtatutum diceret,quòd bannitus poſſet impunè offendi poſſet depredari,& bona efficerẽtur occupantis,aut alterius qui primò accuparet.Alex.in l.j. in fi.C.de hære.inſtituen.

Confiſcari non debent , nec poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta , & alieni prohibita, nec poteſt fiſcus etiam in his.viuo reo conſequi vſum fructum,nec trebellianicam,vel legitimam.Si teſtator prohibuit diuiſionem vſque ad triginta annos, & interim commiſum ſi delictum,vt eſt communis opin.de qua Gabriellius in conſilio 184 numero 3.& ſeq.

Confiſcatis bonis filij,non intelliguntur publicata bona aduentitia,ratione vſusfructus ad patrem pertinentia,communis eſt opin.deciſ. pedemon.94.nume.1.

Confiſcari nõ poſſunt bona mariti,de quibus fecit donationem cauſa mortis vxori,ſi propter delictũ ſit in bãno poſitus.Marſil.ſimy. 516.

Congregare & conuocare licèt affines & amicos pro eius defenſione, vt eſt cõmunis opinio.de qua Cur.iun.in cõſ.235.nu.4.& ſeq.in 3.vol.

Conſanguineorum,vel cognatorum defenſionem ſuſcipere licet,adeo, vt in ea defenſione inſultantem liceat interficere , vt eſt communis opinio.Immo & extraneorum defenſionem ſuſcipere licet,vt eſt cõmunis opinio.Clar.in §.homicidium.ver.item locum.

Conſilium dans alicui , vt delinquat,eadem pœna puniendus eſt,qua principalis delinquens,quod intellige ſi ille delinquẽs aliàs illud nõ fuiſſet facturus,niſi quis ei conſuluiſſet,vt eſt communis opinio.Et hoc non ſolum in cõſultore obtinet,ſed etiam in exhortatore,vt eſt communis opinio.Clar.q.88.per totum ſed conſulens aliàs facturo nõ tenetur.Imo. in c.j.de offic.delega.Felin.in c.ſicut dignũ.nu.7.de homici.Panor.in c.nuper.de ſententia.excommunic. communem dicũt.licèt Panormi.ibi teneat contrariũ.Cagnol.autem in l.conſilij nõ fraudulenti.nu.9.ff.de regu.iur.dicit.quòd conſulens nõ facturo tenetur in totum,conſulens autem facturo mitius punitur.& dicit hanc eſſe communẽ. vide Dec. in c.quia quæſitum.nu.9.ff.de offi.deleg. amplia & limita.vt ibi per eum.

Conſulens & mandans mitius punitur,quando mandatarius omnino delictum erat facturus,vt eſt communis opinio.de qua.Soc.in conſ. 38.nu.12.in 2.vol.& maximè ſi ſit doctor conſulens.

Conſulens delicto non tenetur vti mandans eadẽ pœna.Sed vti conſulens,vt eſt cõmunis opin.de qua illuſtris Bertazolus inter conſ.crim. conſ.70.nu.33.ver.ſtat igitur.firma concluſio.

Conſuetudo,vt clerici poſſint conueniri in criminalibus coram iudice ſeculari,non valet,vt eſt communis opiuio Clar.q.36.ver.ſed ea retenta.Et conſuetudo eſt ſtricti iuris.D.m.Alcia.in conſilio 38.numero 27.libro 9.

Conſtitutio noua ligat poſt duos menſes,niſi in ea exprimeretur tempus, quando incipit ligare.Et hoc quo ad irritationem actus,non vt contrauenieus incidat in pœnam,ſecundum communem opinionẽ Capra regula 5.num.4.extrauagans tamen ligat ſtatim redacta ad corpus iuris,ſicut antea ligabat.ſecundum communem opinionem Capra ibi.nume.7.

Conſtitutio priuilegians ſtatim imprimit vires à tempore datæ,& prodeſt etiam ignoranti.Sed contrarium eſt verius,vt eſt communis opinio Capra regu.5.num.9.& 10.

Conſtitutio corrigens etiam pœnalis extenditur ex identitate rationis. addi. Imo.in clem.j.de reſcript.communem dicit.

Conſtitutio prohibitoria vel præceptoria cõcernens fauorem Dei, vel commodum publicum.Si emanat ſuper eo,cuius contrauentio aliàs generabat mortale peccatũ,deſuetudine non tollitur,etiam ſi à principio non recipiatur ſecundum communem opinonẽ.de qua Capra regula 14.nu.5.Ordinationes autẽ ecleſiæ,vel prelatorum,cum fiunt ſub pœna excommunicationis poſtquàm fuerint promulgatę,& acceptatæ moribus vtentium,vtique ligant tranſgreſſores ad mortale peccatũ,Et hoc non quia illa ſint mala,ſed quia prohibita & pręceptoria p talẽ modum ſtatuẽdi.Sed cũ leges canonicę & ciuiles aliquãdo nõ pro mulgentur,aliquando promulgatę moribus vtentium nõ recipiantur.Aliqnando receptæ per contrarias leges,vel per contrariam conſuetudinem abrogentur.diſt.4.c.denique cũ ſeq.ideo non permanentibus ipſis in robore ſuo,non ligatur quis peccato,& per conſequens non peccat.vnde priuari non poſſet ſacramentis.ita Archiepiſcopus Florenti.in ſumma ſua.par.j.titu. 4.c.5.c. de præſumptione & ornatu mulierum.§.8.col.3.ad fi.

Conſtitutio noua inferioris à Principe à quanto tempore liget.iudicis arbitrio relinquitur,vt eſt communis opinio,idem in conſtitutionibus prouincialibus concilij. ſecundum communem opinionem. Capra conclu.5.no.18.

Conſuetudo etiam iniuſta excuſat à pœna.Gome.in c.j.de conſtit.in 6. num.131.communem dicit.

Conſuetudo reprobata per ſuam iniquitatem, non poteſt amplius introduci,& ſic etiam cenſetur reprobata conſuetudo futura,vt eſt cõmunis concordia doctorum.de qua Rochus de Curte in tract.de conſuetudine, num. 521.tomo.j.

Conſuetudo mixta ligat clericos,vt eſt communis opinio.Rochus de Curte in d.tract.de conſuetu.num.667.

Cõſuetudo quæ nam ſit irrationabilis arbitrio iudicis committitur,vt eſt communis opinio Petr. Rauen.in ſuo aureo alphabe.& in tract. de conſuet.nume.181.

Conſuetudo laicorum inter clericos, etiam quòd ſit honeſta, & non cōtra libertatem eccleſiarum, non debet ſeruari, vt eſt communis opinio. Pet. Rauen. in tract. de conſuet. numero 184.

Conſuetudo pœnalis non extenditur, vt eſt communis opinio, de qua Rochus de Cur. in tract. de conſuetudine. num. 345. tom. 1. limita, vt per eum. Et debet induci conſuetudo ſciente principe, vt eſt cōmunis opinio. de qua ibi. num. 351.

Conſuetudo quòd vnus puniatur pro alio pœna capitali, vel corporali, non valet, vt eſt cōmunis opinio. de qua Rochus de Curte in tractā. de conſuet. nume. 441. vbi latius.

Conſuetudo vel ſtatutum, quòd ob bonum publicum priuaret aliquē re ſua, vel eius dominio, valet & tenet. Sed preciū debet ſolui prius illi, qui rē ſua priuaretur, vt eſt communis opinio. de qua Rochus de Curte in tract. de conſuet. numero. 449. tom. 1.

Conſuetudo communis ſcribendi aliter quàm ſit veritas rei, excuſat ſcribentem à dolo. Aemylia. conſi. 32. numero 10.

Contractus vſuratius tribus tamen concurrentibus præſumitur. videlicet pacto de retrouendendo, modicitate precij, & quòd ſit ſolitus fœnerari vendens. communis eſt opinio. Burſa. conſi. 117. num. 12.

Contractus eſt licitus, ſi dentur monaſterio quinquaginta ducati, vt àlatur per totam vitam. Iaſ. in l. cunctos populos. nume. 63. in 1. lecturā. C. de ſumma trinit. communem dicit. & in dubio præſumitur cōtractus iuſtus, & non iniuſtus. Gabriellius in conſi. 168. nume. 13. vbi etiam dicit, quòd contractus innominatus eſt do, vt facias, & etiam ſtricti iuris, in quo non datur. l. 2. C. de reſcin. vēdit. ſed doli exceptio ante ſolutionem, & condictio. indebiti poſt ſolutionem, vt eſt communis opinio. vt ibi. nume. 12.

Contractus etiam nullus cauſatus, etiam ex errore iuris excuſat à mala fide & à dolo, vt eſt communis opinio. de qua Plotus in l. ſi quando. nume. 291. C. vnde vi. fallit in contractu nullo. cui lex, ſtatutum, aut decretum reſiſtit, vt ibi Plotus. Boer. deciſ. 93. Alex. conſi. 121. in 4. & 73. in 2. Barba. conſi. 80. in 4.

Contractus communiter factus tanquàm licitus, licèt in veritate eſſet doloſus, & contra ius ei reſiſtens, puta vſurarius, vel adeſſet conſuetudo, quòd cōtractus fierēt, licèt eſſent in veritate nulli, ac doloſij, & illiciti, & ius ſeu decretum eis reſiſteret, excuſarentur contrahentes, quo ad pœnam criminalem, ſed non quo ad ſpiritualem, Plotus in l. ſi quando. nu. 324. ſic & notrij de eis rogati.

Contractus ad hoc vt ſit vſurarius, oportet, quòd ſit in pactum deducta vſura, vt eſt communis opinio. Crauetta conſi. 87. nume. 5. Riminal. conſi. 318. nume. 11. ſecus ſi non paciſcatur. c. 1. q. 2. ibi, Dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conuentio. & ibi etiam per gloſſ. vbi permittit eccleſia aliquid honoris, vel ſubſidij gratia accipere, dūmodo abſit pactio, vel conuentio ceſſet. Et hæc quidem tuta eſt opinio, & acceptata, vt probat Didacus relectio. part. 1. in initio. pag. 23. verſi. contrariam ſententiam. Et cum adeſt iuramentum aſſertorium, non poteſt dici contractus ſimulatus, vt eſt magis communis opinio. de qua Alcia. conſi 66. nume. 6. lib. 8. vbi etiam. nume. 4. dicit. quod quādo adeſt iuramentum promiſſiuum, quo quis promittit non cōtrauenire, non poteſt contrauenire. vide fran. Mar. deciſio. Delphi. 567. libro ſecundo.

Contractus ab excommunicato factus tenet, vt eſt communis opinio. Soarez in verſi. contactus. ſicut ab incarcerato factus. ſuprà verſicu. carceratus.

Contrahere cum excommunicatis non debemus, vt eſt communis opi. de qua Soc. ſenior in c. inter alia. nume. 42. de ſententia excōmunica. & ibi fuſius. quomodo contrahere intelligatur.

Contumacia dicitur delictum, & maleficium. & iſta eſt communis opi. Si talis contumacia admixtum haberet contemptum iudicis, & poteſt ex ea reus criminaliter puniri, vt eſt communis opinio. vnde ſtatuta loquentia de delictis, ſeu maleficiis, & de condēnatis, ſiue bānitis ex delictis, vel maleficiis, comprehendunt bannitos, vel condemnatos ex cōtumacia. Clar. q. 36. & in §. 1. verſi. pen. & vlt. verſic. quæro etiā. Et cōtumacia de per ſe nō eſt delictū fallit, vt per Feli. in c. ex literis. nu. 27. de cōſtitut. vide Donatū de indiciis. verſi. cōtumacia. libr. 3.

Contumatia citati ad reſpondendum inquiſitioni contra ipſum de tali homicidio formatæ, qui ex ea fuit bannitus, & deinde ad pœnam capitis, & confiſcationem bonorum condemnatus facit indicium ad torturam, vt eſt communis opin. Brunus inter conſ. cri. 115. nu. 5. tomo 2. vbi etiam. nu. 54. dicit, quòd bannum contumacis eſt nullum abſque interloquutoria iudicis, & ibi. nu. 55. dicit, quòd debet omninò accuſari contumacia per fiſcum.

Contumax reus ob delictū abſens poteſt cōdemnari, vt eſt cōmunis opinio. Et ex ſtatutis communiter in Italiam ita dictantibus. Corneus conſ. 17. col. 4. lib. 3. Marſil. ſingu. 72. vbi ponit practicam. Poteſt tamen probari innocentia talis fictè confitentis, vt eſt communis opi. de qua Corne. conſ. 45. col. 3. ad fi. in 3. vol. & conſ. 273. in 3. & conſi. 274. eo. vol. & conſ. 275. eod. vol. & ſtatutum non habet locum in hęrede contumace. Caſt. in l. tranſigere. nu. 9. C. de tranſac. & quando ſtatutū habeat locum in caſu ficto, ponit Corn. in conſ. 49. eo. vol. 3.

Contumax nō manifeſtus abſque citatione mulctari nequit, vt eſt cōmunis opinio. Aret. in c. j. num. 61. de iudi. Soarez iſta voce. nu. 316.

Contumax abſens in criminalibus qui effici non poteſt à iudice maleficiorum, de iure communi, nec haberi pro confeſſo & conuicto, vt eſt communis opin. de qua Iul. Clar. q. 44. in prin. etiam de iure canonico, niſi lite conteſtata deueniri poteſt ad condemnationē, neque ad teſtium receptionē. licèt ſint ſenes, & valetudinarij, vel in longinquas partes receſſuri. Quemadmodum in ciuili, etiam parte abſente poſſunt examinari ad perpetuam memoriam, vt eſt communis opin Clar. q. 44. ver. j. quæ concluſio procedit, vbi de pœna ageretur corporali, vel corporis afflictiua. Sed vbi pœna relegationis vel ea minor, abſens vtique condemnari poteſt. communis eſt op. Clar. ibi. & ponit, quando bona contumacis confiſcantur, verſic. ſeq. & tunc notarius tranſmittitur, qui deſcribit omnia bona ſua, tam mobilia quàm immobilia delinquentis, & ea conſignat, & reponit mobilia penès aliquem idoneum depoſitarium. Et ſi periculū ſit, quòd d. bona barrarentur, propter moram venduntur, vel propter moram fiant deteriora, venduntur, & precium deponitur. Et hæc iuxta ſtylū vniuſcuiuſque loci, vt dicit Clar. ibi. Et hæc etiam ſi delictū tale eſt, quòd veniunt bona delinquentis confiſcanda. Clar. ibi. verſ. facta. ex generali tamen conſuetudine totius Italiæ, & ex forma ſtatutorum etiam quilibet abſens contumax in quantumcunque graui crimine, proceditur contra ipſum, & habetur pro confeſſo ex contumacia, & bannitur & condemnatur etiam ad mortem, vt eſt communis opi. Clar. q. 44. ver. licèt autem. Si tamen compareat poſt condemnationem, & carceres intret, & præſtet fideiuſſorem non recuperat bona, niſi prius ſe defendat. Et ſi interim moriatur in carceribus, non facta defenſione, & purgatione delicti, remaneant confiſcata eius bona. Et princeps poteſt gaudere. licet ſi ei de innocentia eius conſtet, non poſſit cū bona conſcientia ea retinere, vt dicit Clar. d. q. 44. ver. dixi ꝙ admiſſus autem ad nouas defenſiones, niſi probet eius innocentiā, bona confiſcata non recuperat. Clar. d. q. 44. ver. quæro quando reus. Et dicit Clar. quòd non eſt opus accuſare contumaciam rei in criminalibus ſecundū conſuetudinē loci. Clar. d. q. 44. ver. dictum eſt. Sed tu dic, quòd conſuetudo eſt ſtricti iuris. vnde probatio eius de certo loco nihil infert de alio. D. m. Alcia. in conſ. 38. nu. 27. lib. 9. nec eſt opus pronunciare ſuper contumacia, ſed reus condemnatur tanquā contumax vno & eodem contextu. communis eſt opin. Clar. q. 44. ver. ſed nunquid. & ita communiter ſeruatur. Clar. vide Felyn. in c. Bertoldus. nu. 20. de ſententia & re iudic. vbi fuſiſſimè. de cōtumace.

Contumax vt poſsit condemnari & bāniri, debet de nouo citari ad allegādū quare non debeat mulctari. ſtatuto termino habili. cōmunis eſt opinio. Clar. d. q. 44. verſic. vnum tamen. Et debet eſſe de delicto conuictus vltra cotumaciam. Sed contrarium de facto ſeruatur. Et condemnatur ſemper contumax abſque aliquibus probationibus. Clar. d. q. 44. ver. quæro nunquid. vide tamen Arno. Soliloquio 9. & Solilo. 14. vbi vult, quòd ſola contumacia non ſufficiat, ſed debet omnino conſtare de delicto, & de eodem reus conuincialiter non valet bannum. neque condemnatio. Etiam ſtante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo, & hanc eſſe communem opinionem probat Paſcthus conſ. 188. nume. 1. & 2. & filius contumax ex ſtatuto poteſt puniri, licèt paternus conſenſus non adfuerit, & auctoritas. Caſt. conſi. 53. in 2. & no. quòd bannitus in contumacia non eſt infamis, quia bannū eſt interloquutoriū, quod poteſt mutari, ſeu emendari. Bal. in c. noſtri. num. 3. de electio. & electi poteſta. item no. quòd qui potius debet pati ſe condemnari in contumacia, quàm ſe velle ſubiicere iudicio hominum, & committere ſe irato arbitrio etiam propriè matris, vt dicebat Alcibiades. de quo Claudius conſi. 101. nu. 1. inter conſ. diuerſorum. lib. j.

Contumax non comparens ex ficta confeſsione ante condemnationem ſe factam auditur. Secus poſt condemnationem. niſi ſit à Principe vel Senatu admiſſus ad nouas defenſiones, vt eſt communis opinio. Clar. q. 44. ver. quæro nunc.

Contumace aliquo, iudex ex officio poteſt contra ipſum abſentem teſtes recipere, non autem pro ipſo, vt eſt communis opinio. Clar. d. q. 44. verſ. item quæro. Et citatus ad ſe excuſandum, ſi non compareat poteſt abſque alia citatione, accuſata prius contumacia, cōdemnari, & hoc vbique per Italiam ſeruari videmus in ſententiis, quæ feruntur in Arengis in cauſis criminalibus contra citatos, ad ſe excuſandum, & non comparentes, & propter hoc in banno poſitos, vt dicit Pau. de Caſtr. in conſ. 254. 2. col. in 2. vol.

Contumacię ſententia tales habētur per Clar. d. q. 44. quia nobis ex officio noſtro conſtat ipſum eſſe reum criminis, pręſertim ex eius confeſſione, reſultante ex contumacia, iuxta formam ſtatutorū. Ideò ipſum condēnamus in amputatione, capitis & eius bona fiſco applicamus. Et ſi quo tempore in fortiam cōmunis venerit, caput ſibi amputetur, & c. ibi Clar. ver. videamus. vide Ang. de maleſi. ſuper ver. qui dominus iudex & c. nu. 45. & Biracinum ac alios. & vide Bart. in l. nullum ff. de condit. & demonſtra. vbi tradit cautelam. Quòd quando fertur ſententia contrà contumacem, quòd in ſententia inferatur. Viſa

citatione

citatione de eo facta,& viſa contumacia,vt patet ex actis &c.& no. quodexul vnius ciuitatis ex famoſo crimine,necubi patriam poteſtatem in filios exercere poteſt.Secus ſi condemnetur ex contumacia, tunc non eſt infamis, & in alia ciuitate poterit teſtari, & cætera omnia facere. ita Ang. in lege,ex ea cauſa.ff.de poſtulan.item not. quòd ficta confeſſio defuncti non nocet hæredi. Nec confeſſio ficta nocet patri in legitima.Peruſi.in cap.cum ſpeciali.§.porrò.nume.11. & ſeq.de appell.nec contumacia principalis afficit fideiuſſorem.Moronus de fide, treuga & pace.q.182.numero.5.communem dicens. Et ſi ſtatutum dicit quòd contumax habeatur pro confeſſo,intelligitur, quòd habeatur pro confeſſo,ac ſi in iudicio ſponte,ac ſoléniter eſſet confeſſus. Baldus in lege,quoniam.col.j.verſiculo,quinto no.ff. de infami.Cyrillus in eius ſumma criminali.titu.de quæſtionibus. §.6.nume.21.fol. 156.

Contumacia non eſt accuſanda in criminalibus iudiciis, vt eſt dctum. Sed iudex recipit licentiam ab accuſato & accuſatore, perficiendi proceſſum.Et ita ſtylus obſeruat & practica,vt dicit Blancus in eius practi.fol.11.num.25.no.quòd ſtante ſtatuto, quòd in criminalibus contumax ponatur in banno,& habeatur pro confeſſo & poſſit condemnari de crimine,iſto caſu contumax poterit appellare,& probare ſe maleficium non commiſiſſe, quo probato retractabitur ſententia,quia non debet condemnari etiam ex vera confeſſione,quando apparet eum non delinquiſſe, multominus ex ficta confeſſione. Franc.Curtius in trac.de iureiu. propter calũniã.§.fi.nu.13.tomo 15.& idẽ repetit in trac. depoſitio.nu.17.vbi etiã quãdo quis ex cõtumacia poſſit puniri,& condemnari.

Conuictus legitimè reus,non eſt aliud quærendũ.Sed debet iudex illũ condemnare,dummodo de delicto prius conſtet.& ita practicatur. Clar.q.66.in prin.Marſil.ſing.108.Abb.in conſ.25.nu.vlt.in j.vol.Nã iudex criminoſum diſcutiens,non antea proferat ſententiã, quã aut reum ipſum ſe ipſe confiteatur,aut per innocentes teſtes conuincatur,& nõ facere prout fecit Pilatus,qui ſolum falſos teſtes recipiendo Chriſtũ condemnauit. Montaltus de reprobat.ſententiæ Pilati.§.& hæc ſufficiant.nu.3.tomo.3.Occa Ferrarieñſis inter conſ.crimi.cõſ.60. nu.2.tomo 2.nã ad hoc,vt inquiſitus,vel accuſatus de crimine poſſit diffinitiuè condemnari,requiritur alterũ de tribus.ſcilicet, quòd ſit ſponte confeſſus,vel quòd ſit teſtibus neceſſario,vel præſumptiuè cõcludentibus cõuictus præſumptione iuris,ideſt à iure approbata, vel ꝙ cõuictus ſit indiciis indubitatis.& quæ faciant præſumptionẽ iuris & de iure,contra quam nõ admittitur probatio in contrariũ,ita Pau.de Caſt.in conſ.298.nu.1.in 2.vol.vide.Bal.in c.ad noſtrã.de probatio.nu.3.vbi dicit quòd licèt reus perſeueret ſemper in negãdo, tamen ſi eſt probatũ crimine per teſtes,debet cõdemnari,dum tamen ſit plene probatũ.Aliàs eſſet opus quòd confiteretur.Saltem per tormenta perſeuerãdo in confeſſione,& loquitur de legitimis indiciis, quæ indicia præcedere debent, & non ſequi,vt ibi per Bal.& malè faciunt aſſeſſores,qui malefico liquidato, malefactorem ponunt ad torturam. quia poſſunt redargui tempore ſyndicatus.Ang.in l.& ſi certus,in prin.ff.ad ſyllania.Secus ſi non ſit liquidatum maleficium, quia poſſunt torqueri malefactores idem vt mandatores indicent,& alioscomplices.Salua tamen ſemper cõſcientia.vt ibi per Ang.quia omnibus in rebus res eſt diſcretio ſumma.Et ſi iudex conuictũ torqueret,eſſet omnino abſoluendus.Niſi iudex proteſtetur &c.Boſſi. tit.de ſenten.nu. 70.vide omnino Soc.iun.in conſ.37.nu.19.in 2.vol. & not.quòd duplex eſt modus probandi delictũ contra aliquem.videlicet confeſſio,vel conuictio.fuſius Dec.in c.at ſi clerici.nu.j.de iudiciis. & Abb.in d.c.at ſi clerici.nu.3.quod no.ad ſtatuta facientia mentionẽ de conuictis,quod non cõprehendant cõfeſſos, cum hæc duo ſint diuerſa,confeſſio & cõuictio.ibi.Abb.nu.4.& ad pœnã capitalẽ infligendam ſufficit ſola confeſſio ſponte facta.Hoc verum ſi talis confeſſio ſit veriſimilis,vt dicit Bal.in l.ſi quis in hoc.nu 3.C.de epiſco.& cler.vide Pau.de Caſt.in Auth.ſi quis in hoc.C.de epiſc.& cler. & no.quòd ſtante ſtatuto,quod cõuictus de tali crimine puniatur tali pœna, deficiens in purgatione,nõ debet puniri illa pœna ſtatutaria,quia illa nõ eſt vera conuictio,ſed præſumptiua.Et ſtatuta habẽt locum duntaxat in caſu vero.Et cũ ſtatuta hodie puniant cõmuniter maleficia,non incidit quis in pœnã ſtatutariam,niſi perfecerit delictum.c inter nu.6 de purga.cano.vbi Soci.ſenior.

Corporalis pœna,& bonorũ confiſcatio nõ tranſit in hæredes mortuo delinquẽte ante ſententiã.cõmunis eſt opin.Burſatus cõſ.77.nu 21.

Corpus virginis glorioſiſſimę fuit aſſumptum in cœlum,ſecundum veram & catholicam & approbatam opinionem,& communem,vt per Abb.in cap.ne innitaris.de conſtit.& per Corſetum in reperto. Abb.ver.corpus virginis.

Corrigere quilibet tenetur peccatorem,iuxta regulam euangelicam, Si peccauerit in te frater tuus &c.Matthæi 18.& iſta eſt cõmunis opinio.de qua Rochus de Curte in tracta.de cõſuetud.nu.138.Et eſt ſub præcepto peccati mortalis,vt inquit Præpoſi.in c.ſi peccauerit.2.q.j. Areti.in c.nouit.de iudiciis communem dicit.Et vbi vertitur animæ periculum,& agitur ad correctionem peccati, poteſt procedi non præcedente diffamatione.Hoſtien.in c.ad noſtram.per illum tex. & ſequitur Abb.de accuſa.dicens eſſe notandum.& Hoſtien.in tit.de inquiſitione.§.& qualiter.Ang.in l.vacantia.C.de bonis vacan.lib.10. Dicit tamen Specula.in titu.de inquiſitione.§.nunc tranſeamus.ver. cæterum.quòd quando proceditur ad inquiſitionem ratione priuati commodi,licèt nulla præcedente infamia procedi poſſit,tamẽ præcedere debet charitatiua monitio.

Correctio moderata eſt permiſſa viro vxori, Domino ancillæ, magiſtro ſcholari,& patri filio. Si tamen pater corrigendum filium occiderit,extra ordinem punitur.communis eſt opinio.Clarus quæſt. 56.verſ.poteſt etiam.

Correctus interrogatus in his caſibus in quibus correcti non interrogantur,facit vt iudex poſſit inquirere.Blancus in tit. de indiciis. nu. 389.communem dicit.

Correctus de crimine admittitur ad denunciandum.Aret.in c.nouit.de iudi.communem dicit.

Corruptum ſe aſſerens vt dicat falſum,non creditur ei ad inquirendũ. vt eſt communis opinio.Burſat.conſi. 34.nu.23.

Credulitas etiam fatua excuſat à pœna doli.Cur.iun.in conſi.19, num. 4.communem dicit.Cauſa tamen iniuſta non excuſat à lata culpa,vt eſt communis opinio.de qua Menochius in 3. remedio retinendæ poſſeſſionis.nu.623.& ideo quis poterit puniri extra ordinem ex lege,vel ſtatuto iudicis arbitrio,inſpecta qualitate facti & perſonæ. Soarez in ver.credulitas.nu.330.Clar.q.6.ver.& generaliter ſcias.

Cridas ignorare præſumitur,qui pro maiori parte habitat in villa.Iaſ. in conſi.46.col.3.ver.ſecundò reſpondetur.in 3.vol. quòd probat.& ibi plura circa cridas & earum ſcientiam,vide Æmylia.conſi.124. & deciſ.Pedemon.71.per totum.

Crimen eccleſiaſticum eſt crimen hæreſis.communis eſt opinio. Burſat. conſilio 90.numero 16.

Crimina de iure canonico nunquàm præſcribuntur tempore,vt eſt cõmunis opinio.de qua Soc.ſenior in c.ſuper.nu.97.de crimine falſi,& ſic falſi crimen de iure canonico non præſcribitur, vt quis ſepmer omni tempore non poſſit accuſari.vt ibi.

Criminales cauſæ ciuilium definitionibus regulantur.Soarez in vreſi. criminales.num.333.communem dicit.

Criminis,vel ciuiliter damnatus efficitur infamis,vt eſt communis opinio.Soarez ver.criminis.

Criminalis cauſa dicitur,quando agitur ad pœnam fiſco applicandam. vt eſt communis opinio.Clarus §.fi.quæſtione j.verſiculo,quarta.& ſuprà in ver.cauſa.

Criminales cauſæ, ſi non ſunt meri & mixti imperij poſſunt delegari, ſed iudex ordinarius non poteſt eas delegare.vt eſt communis opin. Ratio eſt,quia cum huiuſmodi cauſæ cenſentur ſpecialiter conceſſæ maioribus magiſtratibus,cenſetur electa induſtria perſonæ eorum.Clar.q.41.inprin.

Criminalibus in iudiciis fidem non faciunt acta in iudiciis ciuilibus, vt eſt communis opinio.Soarez in eius theſauro,verſiculo, criminalibus,numero 332.

Criminis damnatus eſt infamis.communis eſt opinio.Soarez in verbo, criminis.numero 334.

Culpa in omittendo commiſſa non facit,vt quis teneatur damunm reſarcire, nec venit in lege aquilia.vt eſt communis opinio,de qua Gabriellius in conſi.159.num.3.

Culpa lata dolo non comparatur,cum de mortis, aut membro mutilando quæſtio vertitur,vt eſt communis opinio.Soarez in verſiculo,culpa.numero 335.

Culpa leuiſſima eſt,quando depoſitarius rẽ depoſitam in camera clauſa cum cadenatio non tentauit,an eſſet benè clauſa,vt eſt communis opinio.Curt.iun.in conſilio 256.num.11.in 3.vol.

Culpa caret,qui ſcit,& prohibere non poteſt.vt eſt communis opinio. Capra regula 56.num.47.

Cumulatio fieri poteſt in criminali iudicio,ſi iudex per inquiſitionem, & pars querelanter procedat.vt eſt communis opinio.Clar.q.3. ver. hinc infertur.vide Crauettam conſi.14.

Curator non poteſt pro minore facere pacem,quando minori aut eius familię eſſet dedecus inimicitias remittere.vt eſt communis opinio. de qua Piaggius de tutore & curato.q.15.nu.42. poſt Viuianum & Clarum.Sed hæc non recipitur ab eccleſia propter bonum pacis.

Curatores non poſſunt contrahere cũ minoribus,vel diſtrahere clã & mala fide.vt eſt communis opinio.idem Piaggius de tutore & curatore.q.15.numero 64.

Cuſtos carcerum carnaliter cognoſcens mulierem carceratam de conſuetudine ſuſpenditur.Et etiam punitur pœna mortis, ſi carceratus ob eius negligentiam aufugit,ſi detinebatur pro crimine capitali. Aliàs punitur extra ordinem.vt eſt communis opinio.Clar.q.68.ver ſi.cuſtos.Sed ſi cuſtos carceris fuerit negligens in cuſtodia,non debet ipſe cuſtos principalis puniri pœna mortis.Sed debet cuſtos officio priuari,vt ibi per Clar.vide ſuprà in verſ.carceris cuſtos.

D

DAmnatus de crimine ciuiliter eſt infamis. Ioan.de Imola in l. infamem.ff.de iudic.communem dicit.

Damnatus publico iudicio eſt infamis, ſi proceſſum ſit via ordinaria per accuſationem. Si autem per inquiſitionem ſit proceſſum, etiam ſit infamis, vt eſt magis recepta concluſio. quod intellige, ſi condemnatio ſit facta ſuper inquiſitione cõtra reum præſentẽ, & auditis ſuis defenſionibus. aliàs ſecus, vt eſt communis opinio. Clar.q.72.verſic. damnatus.

Damni appellatione in ſtatutis non venit furtum. Et ideò pro furto non poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis, ſtante ſtatuto, quòd credatur iuramento damnum paſſi; ſi furtum ſit ei factum, vt eſt communis opin. de qua Gratus reſponſo 155. in ſecũdo libro, numero decimoquarto. & illud magis, etiam ſi iurare debens, non ſit omni exceptione maior. vt ibi num. vigeſimoſeptimo & ſeq. Soarez verſ.damnum.nu.j. idem ſi iudex per reum requiratur vt accedat ad locum, in quo damnum datum dicat nullum. ibi.num. ſecundo.

Damnum vel iniuriam inferens alicui tenetur de damno & iniuria ſibi data in foro contentioſo, ſi ex leui, vel leuiſſima culpa ſit datum, Secus in foro conſcientiæ, vt eſt communis opinio. Clar.q.62.verſi. vnum autem.

Debitor obligans ſe ad carceres, renuncians ceſſioni bonorum, eſt contra bonos mores talis obligatio. Alciat.in c.cum contingat. de iureiur.num.69. communem dicit.

Decretum concedens liberationem ſeu indulgentiam delictorum, vel diſponens quòd banniti cancellentur de banno, non trahitur ad delicta vel banna futura, vt eſt communis opinio. Clar.q.59. verſ. ſucceſsiuè, quæro.

Decretum ex falſa cauſa latum, ſiuè contra præſentem, ſiuè contra abſentem feratur, eſt ipſo iure nullum, vt eſt communis opinio. de qua Vantius de nullitatibus proceſſus. fol.235.num.132.

Decreta, ordines, & cridæ pœnales, quæ fiunt contra venditores bladorum, intelliguntur etiam contra emptores, & è conuerſo. vbi ſunt cõtra emptores, vel conductores bladorum extra dominiũ, intelliguntur etiam contra vendentes ſcienter fraudatoribus, vt eſt communis opinio. de qua Plotus in lege, ſi quando. numero 169. C. vnde vi. folio.77.

Decimæ ſunt de iure diuino, & ideò peccat nolens eas ſoluere, vt eſt cõmunis opinio. Capra regula 96. numero j. & ſeq. nec valet conſuetudo in contrarium, vt ibi. numero nono, communem dicens. Et etiam clerici tenentur ad decimas prædiales, Capra regul. nonageſimanona, numero j. & ſeq. Et debet dari decima etiam de noualibus, vt per Curt.iun.in conſilio 333. numero 55. & ſeq. in tertio volumine, vbi communem dicit. Nec aliter præſcribi poteſt libertas non ſoluendi decimam, vt eſt communis opinio. Cur.ibi.num.75. etiam quòd adſit conſuetudo, cuius initij memoria non habetur, quando eſt decima prædialis, ſecus ſi perſonalis, vt ibi.

Decipere inter ſe nequeunt contrahentes in foro conſcientiæ. communis eſt opin. Soarez verbo decipere. numero 17. & præſertim quando ſunt boni viri. glo. communiter approbata in l. ſemper in contractibus. ff. de regul.iur. Anto. Burgos in c.cum dilecti.num.15. de emptio. & vend. fol.25.

Defenſio bonorum & rerum quoque admittitur, non minus ac corporis, & honoris, ita vt pro defenſione rerum ſuarum liceat alium interficere. cõmunis eſt opinio. Clar.in §.homicidiũ. verſi. hæc autem.

Defenſio cõſanguineorum eſt licita, ita vt quis auxilietur fratri ſuo, & interficiat alium cum eo rixantem, nõ incidat in pœnam homicidij. communis eſt opinio. Clar.in d.§.homicidium.ver.item locum.

Defenſionem allegatam vt quis probet non eſt neceſſe, vt iſta neceſsitas defenſionis in ſpecie probetur, ſed ſufficit, quòd ſimpliciter probet ſe feciſſe ad ſui defenſionem, vt eſt communis opinio, à qua non debet recedi. Clar.in d.§.homicidiũ.ver. ſed quomodo. & ad probãdum aliquem fuiſſe in diſcrimine vitæ, ſufficit probare, quòd eius aduerſarius veniebat armatus contra eum, vt eſt communis opinio. Cum quis nõ teneatur expectare, quod quis eum offendat. Sed ſi ipſi mortem minatur, mortem illi dare poteſt, vt eſt communis opin. Clar.in d.§.homicidium.ver.ſed quomodo.

Defenſionem quoque extranei ſuſcipere licèt, ita vt ſi quis alium inſultantem occidat, non incidat in pœnam homicidij ordinarij, vt eſt cõmunis opinio. Clar.in §.homicidium, ver.item locum.

Defenſione honoris ſui cauſa licèt alium occidere, quia periculum famæ æquiparatur periculo vitæ, vt eſt communis opinio. Clar.in §.homicidium.ver.idémque.

Defenſionem quis ſuſcipere pro alio non tenetur, vt eſt cõmunis opinio. de qua fuſius Dec.in c.quia quæſitum.num.7. de offic.delega. etiam de iure canonico, vt eſt communis opinio, de qua ibi per Dec. num.8. Soarez iſto verbo.num.25.

Defenſioni reus renũciare poteſt, vt eſt communis opinio, & practica, vt per Benedic.de Vado, de foro Sempro.in repetto. Feli.in ver.reus in criminalibus. quod procedit, quando reus ſponte confeſſus eſt delictũ, & iudex dedit ſibi terminum octo dierum ad faciendum ſuas defenſiones, deinde reus renuntiauit tali termino. Certè iudex poteſt eum facere iuſtitiari, quia renuntiat ſolum dilationi, ex quo conſtat, quòd nulla ſibi competat defenſio. & ita practicatur. Immo totus mundus ſeruat, q. ſponte & ſolenniter confeſſus delictum in iudicio, poteſt renuntiare defenſionibus in cauſa capitali, & non curatur, ſi extra iudiciũ fuit confeſſus per tormẽta. Vnde ſi latro, qui nullam poteſt habere defenſionem, vel homicida confiteatur maleficiũ, & iudex dat ei dilationem octo dierum ad faciendum ſuas defenſiones, poſtea die ſequenti facit eum renunciare dilationi, & poſtea eũ condemnat ad mortem, quòd licitè facit. Adde quòd ſi aliquis eſt cõfeſſus, & non obſtante confeſſione petit à iudice terminum ad ſe defendendum, quòd iudex poteſt ei denegare terminum, quia maleficium eſt notorium, & poteſt procedere ad condemnationem. Adde etiam quòd reus repertus in flagranti crimine, poteſt renuntiare dilationibus & defenſionibus. Immo nulla ſibi dari debet dilatio, vel defenſio, idem ſi reus diceret ſe nullam habere defenſionem. Bendi. vbi ſuprà.

Defenſio in cauſis criminalibus tolli nõ poteſt à Principe, vt eſt communis opinio. Soarez verbo defenſio.nu.24. Curt.iun.in conſi.225. in 3. per totum. vbi perſonæ & rerum defenſio nullatenus tolli poteſt, vt eſt communis opinio. ibi. nec ſtatuto tolli poteſt. Alberi. in l. ſcientiã.§.j.n.2.ff.ad l.aquil. fallit vt ibi per eũ. & poteſt fieri proclama, Quòd quicũque vult defendere talem, compareat. Bar.in l.ergo. per illum text.ff. quibus ex cau.maio. vbi text. tradit hanc practicam.

Defenſio nõ tollitur etiã palã delinquẽti. Soarez ver.defenſio.num.25.

Defenſionis iuſtum modum tranſgreſſus, non pœna ſtatuti, ſed mitiori plectendus erit. communis eſt opin. Soarez in ver.defenſio.nu.26.

Defenſioni in criminalibus quis renuntiare non poteſt, vt eſt communis opinio. de qua Soarez ver.defenſioni.num.27. niſi vt ſuprà. Clar. q.48.verſ.quæro nunc.

Defendere de iure & de facto promittens, armis defendere nõ tenetur, vt eſt communis opinio. Soarez verbo defenſionem. nu.28. Cagnol. in l.non videtur.num.5.ff.de regu.iur. communem dicit.

Defenſor poteſt allegare cauſam abſentiæ ſaltem, vt eſt communis opinio. Capra regu.65.num.19.

Defendi poteſt reus minor 25. annis, cõtra quem fuit formatus proceſſus abſque curatore. commus eſt opinio. Clar.q.50.in prin. ſed cõtrarium obſeruatur inquit Clar. Et tertius pro ſuo intereſſe poteſt defendere accuſatum, quãdo agitur de crimine criminaliter. Feli.in c.meminimus.nu.12. de accuſa. vbi cõmunẽ dicit. Item poteſt defendi, ſi proceſſus fuit contra eum formatus tempore quadrageſimę, vt eſt cõmunis opin. Clar.d.q.50.verſ.pariter. ſed contrariũ ſeruatur. Itẽ poteſt defendi, ſi proceſſus fuit tãtũmodo ſuper inquiſitione generali, nulla facta ſpeciali inquiſitione, quia non poteſt ſequi condemnatio, cum inquiſitio generalis formatur ad inueſtigandum, nõ autem ad puniẽdũ. & ita practicatur. Clar.d.q.50.verſ.itẽ quia. Quid autẽ in generali inquiſitione cõtra officiales ad ſyndicatũ. Clar.q.50 ver.itẽ quia. Quid autẽ in generali inquiſitione contra officiales ad ſyndicatũ. Clar.q.50.ver.ſcias etiã, vbi fuſius. Itẽ defendi poteſt reus in criminalib. Si ſtatutũ diſponit, quòd illi, qui dicitur offenſus, actio ſit denegãda, prout in bãnitis, & in illis, qui onera nõ ſoluerũt, quia nõ admittitur eorũ accuſatio, ſeu quærela. nec iudex poteſt ex officio procedere & inquirere. Et iſta eſt cõmunis opi. Clar.q.50.ver.poſſet etiã. Nã vbi nõ oritur parti actio ciuilis, ita nec actio criminalis Reipublicæ. Itẽ defendi poteſt præſcriptione 20. annorum. cõmunis eſt opin. Clar.q.51.in prin. quia accuſari & inquiri reus non poteſt poſt 20.an. actio autẽ ciuilis, quæ ex crimine deſcẽdit, durat vſque ad 30. annos. cõmunis eſt opin. Clar.q.51.ver.& hæc quidẽ. Et ſi quis reiterauit pluries idẽ delictũ, præſcriptio hæc 20. annos currit à die vltimi delicti. vt eſt communis opin. Clar.q.51.ver.ſed hic quæro. Adulterij autẽ accuſatio quinquẽnio tollitur cõmunis eſt opin. Clar.q.51. ver.poteſt. & ſimilia delicta ex ſtatutis de hoc loquẽtibus. Defendi etiã poteſt reus, ſi ſit perẽpta inſtãtia. vt eſt cõmunis opin. Clar.ibi.ver. alia etiã. ſed hoc nõ obſeruatur. quia inſtãtia nõ datur in criminalibus, vt ibi per Clar. itẽ defendi poteſt, ſi mortuus ſit accuſator, quia hæredes ſui accuſationẽ proſequi nequeũt, vt eſt cõmunis opinio, Clar.d.q.51.ver.pariter. Sed ex generali cõſuetudine iudex ex officio proſequi poteſt. & ideò illud reo nõ proficit. Et poteſt etiã alius intra 30. dies proſequi d.accuſationẽ, & poſt 30. dies etiã ſi de nouo vult accuſare, vt eſt cõmunis opinio. Clar.ver.quinimmo. Et ſi deſiſtat accuſator, poteſt iudex ex officio proſequi, ſi ab initio iudex procedere potuiſſet, communis eſt opin. Clar.ibi.ver.ſed quid ſi. Itẽ poteſt defendi delinquẽs ſi ſit mortuus ipſe malefactor, vt eſt cõmunis opin. ibi. ver.quæro nũc. fallit in crimine læſæ maieſtatis, Repetundarum, hæreſis, peculatus, & homicidij in ſeipſum perpetrati, vt eſt communis opin. Clar.ibi.ver.ſunt tamẽ. itẽ fallit in omnib. caſibus, in quib. pœna amiſſionis bonorum eſt impoſita à lege ipſo iure: quia mortuo

delinquente

delinquente poſſunt bona auelli ipſius hæredibus, vt eſt communis opin.& omnes fructus etiam refundere tenentur,à die commiſſi criminis,vt eſt communis opinio.Nec eſt opus declaratione criminis ante mortem rei,vt eſt communis opinio.Et in caſibus , in quibus poteſt memoria defuncti damnari,vel bona poſt mortem conſiſcari, intelligitur infrà quinquennium à die mortis defuncti,& non vltra,vt eſt communis opin.Clar.d.q.51.verſ.ſcias etiam.Defendi quoque poteſt reus,ſi probetur delictum non fuiſſe commiſſum , puta, quòd homo ſit viuus,quem dicebant occiſum,vel quòd domus non ſit combuſta,vt eſt communis opinio.Clar.q.52.in princ.idem per negatiuam coarctatam loco & tempore.Vt ſi teſtes dicant, Quòd nõ potuiſſet eſſe,vel fieri,quin teſtes ipſi vidiſſent,vel ſciuiſſent,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ.ſcias autem. Et negatiua hæc poteſt probari per confeſſionem, & dictum ipſiuſmet offenſi. communis eſt opinio.Clar.ibi.verſic. poteſt etiam. Et hoc in dubio,ſecus ſi de veritate appareret cõtrarium, vel eſſent contra reũ indicia valde vrgentia,& proxima delicto,quia non ſtaretur aſſertioni rei,quin poſſet ſaltem reus torqueri.Et ita practicatur.dicit ibi Clar. quia plerunque videmus, quòd facta pace offenſus dicit , vt rem gratam faciat reo,vel ita perſuaſus ab amicis,quòd non fuit ab eo offenſus.&c. Et in hoc dicit Clar.maximè verſari iudicis arbitrium,qui inſpecta qualitate facti conſiderabit,An talis exculpatio videatur veriſimilis, vel ne.Et ei ſit ſtandum.vide tamen tu omnino.Marſil.in conſi.17.quod fecit pro Scipione eius filio.& omnino etiam Rolan.à Valle in cõſi.47.per totum.in 3.vol.& Aſinium inter conſi.crimi. conſ.108.item poteſt defendi reus dicendo,quòd non conſtat de delicto. Clar. ibi. in verſi.præterea.item poteſt allegare & opponere,quòd non conſtat de nomine offenſi,vel occiſi.Sed non admittitur talis oppoſitio & defenſio.vt ibi per Clar.& ita ſeruatur in practica.Item allegare poteſt,quòd habet pacem ab offenſo.Clar.q.58.in prin.communem dicit.Et procedit quò ad accuſatorẽ.Sed tamen iudex nihilominus poteſt ex officio procedere,vt ibi Clar.ex conſuetudine hodierna.cętera dabit Nouellus in ſuo tract.ad defenſam.D.m.Alcia.in ſua pract. Biracinus & criminaliſtæ.

Defenſionis excedens modum,mitius punitur,vt eſt communis opin. Soarez verſic.defenſionis.numero 26.Marſil.ſingu.100. Alex.conſilio.119.in vlt.vol.

Defenſio rerum ſuarum cum morte etiam furis non permittitur de iure canonico.vide tamen Chircouium in ſuo communium concluſio.centuria.j.conclu.3.Graſſum communi opin.j.c.2.q.6.

Defenſio pro extraneis amicis ſuſcipitur,& per cõſequens poteſt quis pro amico tuendo alium occidere,vt eſt communis concluſio.Chirco.centuria j.concl.64.Graſſ.communi opi.lib.j.c.2.q.5.vide Dec.in conſ.678.per totum.& not.quòd promittens alium defendere, non tenetur adimplere promiſſionem,quantuncunque ſciat illum indigere,niſi fuerit requiſitus.Abb.in conſ.49.nu.3.in 2.lib.

Defenſio cuilibet eſt permiſſa. Graſſ.communi conclu.q.1.c.1.Amplia etiam contra Cardinalem,vt eſt communis opinio. ibi. q.2. Amplia etiam occidendo inimicum.ibi.q.4.Decius in conſi.482.num.15.cõmunem dicens.Pet.Duen.regu.191.& ſeq.Alex.in conſi.119. nume. 4.in vlt.vol.vbi allegat etiam Ciceronẽ ad hoc.Limita,quando poſſet euitari aliàs periculum.aliàs licet.ibi.q.3.limitá in bannito,vt eſt communis opinio.ibi.q.2.Sed vbi per legem,vel ſtatutum permittitur offenſa,non eſt licita defenſio. Paul. de Caſtr.in l.j.numero 6.C. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare.Nã defenſio affluẽter & copioſè danda eſt vnicuique. Pau.de Caſt.in l.omnes qui. C. de epiſco.& cler.nu.5.vbi etiam dicit,quòd nõ valet ſtatutum, quòd bannitus non audiatur etiam in defendendo,cum defenſio ſit de iure naturali,quæ non debet auferri.Et hæc quidem iudicialis defenſio eſt etiam de iure naturali,vt eſt communis opinio,de qua ibi per Caſt.in fi.cum quidem defenſioni reus in criminalibus non poteſt renunciare, licèt iudices maleficiorum(ſecundum ipſum ) quotidie faciunt renunciare.Caſt in l.pactum inter hæredem,numero 7.ff. de pact.& in l.non tantum.numero.4.ff.de appell.Iaſ.in l.quæſitum. numero 9.ff.ſi quis cautio.

Defenſio probatur ex teſtibus,licèt nõ deponant de defenſione neceſſaria,vt eſt communis opi.Graſſus communi opin.lib.1.c.2.q.11.cautius tamen eſt,ſi teſtis dicat aduerſariũ ei inſultum feciſſe,ideóque cauſa defenſionis interrẽptũ,vt ibi plura.vide Iaſ.& alios,in l.vt vim. ff.de iuſti.& iure.& quomodo defenſio interficientis aggreſſorẽ probetur,ponit Corne.in conſi.133.in 3.vol, & in aliis ſuis conſiliis. ad quæ te ducet reperto.in verbo defenſio.

Defendere promittens aliquem non tenetur de vi & violẽtia.(vt dixi) & eſt communis opinio de qua Rolan.à Valle in conſilio.43.numero 20.in 3.vol.Et licèt quis promittat defendere de iure & de facto,debet intelligi,ſi mota fuerit lis in iudicio de iure & de facto,ſcilicet in lite,non autem reſpectu violentiæ,& caſus fortuiti.quia nullo modo tenetur,vt ibi per Rolan.numero 21.Corſe in repert. Abb. in ver.verbo,promitto.nu.6.Et ſi Princeps recipit aliquos in profectione,non tenetur illos defendere,ſi ſibi moueatur guerra iuſtè.Secus ſi iniuſtè.Abb.in c. recipimus.de priuilegiis.nume. 3.& de Principe,qui promiſit ſubditos manutenere,& conſeruare.Corſe.vbi ſupra.vide Benedic.de foro Semproniano.in reperto.Felin. in verbo defendere.vbi latius.

Defenſio non poteſt tolli à ſtatuto Ferrariæ.ſub rub.de arbitrio poteſtatis Ferrariæ,in falſitatibus conceſſo.quia iudex non debet nec poteſt tollere defenſiones reo,etiam ex ſtatuto ipſo,ſecundũ omnes doctores. Rui.conſ.147.nu.6.& ſeq.in 5.vol.Marſil.ſingu.388.Caſt in l.j.§. ius gentium.nu.4.ff.de iuſti.& iure.niſi ex iuſta cauſa propter demerita,ſecundum Caſt.ibi.Et ideo debet dari copia indiciorum,vt poſſit reus inquiſitus facere ſuas defenſiones,vt ibi per Ruin.& ſit cautus tabellio,vel teſtes.vt pro ſuo intereſſe, quando ſcit cauſam falſi agitari,vt aſſiſtat defenſioni.Ange.in l.lucius.ff.de iis,qui not. infamia.Poteſt tamen variari modus defenſionis à ſtatuto. Benedic. de foro Sempro.in repert.Feli. in verbo defenſio tolli non poteſt per ſtatutum.& Fely.in c.dilecti.nu.7.de excep.

Defenſionibus autem competentibus,de præſenti benè quis poteſt renũciare generaliter in iudicio.& hac practica vtuntur hodie aſſeſſores,cũ faciunt damnandos ad mortẽ renũtiare termino,adiecta cauſa,quia nullam habent defenſionem.ita Ange.in l.ſed ſi quis.§.quæſitum.col.2.ff.ſi quis cautio.Caueant tamen(inquit)ne ſuper ſe & eorum filios conuertatur,ſi iniquè facerent.vide eundẽ Ange.in l. pactum inter hæredes.ff.de pactis.ſi autẽ antequã fiat executio, ipſum pœniteat,poteſt reuocare talem renunciationem,& ſe defendere,per iura allegata per Caſtr.vbi ſuprà.vide Iaſ.in l.iubemus.nu.7.C.de iudiciis.Benè verum eſt,quòd licèt expreſſè quis non poſſit in criminalibus renunciare appellationi,& defenſioni,nec valet pactum,tamen tacitè non appellando poteſt renunciare.Peruſi.in c.interpoſita.§.ille denique.nu.25.de appella.& ſtatutum tollens defenſionem reo non valet,cum nemini ſit auferenda defenſio neque bannito,neque excommunicato, & cuicunque crimino ſo. c.cũ inter.de excep. Abb.in c.dilecti.nu.13.eo.tit.limita,vt ibi pulcherrimè per Abb. vbi defenſio negatiua,defenſio naturalis,defenſio ciuilis,vt eſt præſcriptio ſtatutaria tolli poteſt.Et plures caſus in quibus reus poteſt renunciare defenſioni in criminalibus,ponit Felin. in c.quærenti.col. 2.nu.3.de foro cõpeten.Et poteſt renunciare defenſioni ſtatutariæ ipſe reus criminis,vt per Felyn.in c.ſi diligenti.de foro cõpe.& plura idẽ Feli.in c.cum dilecti.nu.1.de accuſa & not.quòd ſi quis promittat aliquem ſiſtere in iudicio,etiam in cauſa criminali,ſi eũ præſentare non poteſt.cum tamen defendere tenetur,& tunc excuſatur à pœna,vbi ſcilicet non requireretur rei præſentia perſonalis.Ang.in l.ſi eum.in prin.ff.ſi quis cautio.& no.etiam quòd defenſio etiã Diabolo non eſt deneganda,ſecundum Bal.de quo Felin.in c.qualiter.§. 2.de accuſa,etiam ſi eſſet Diabolus in iudicio.nec Papa,nec alij poſſunt tollere defenſionem reo, vt ibi per Feli.nu.15.Et defenſio eſt permiſſa etiam illi,cui illata eſt iniuria tamquàm prouocato, vt eſt communis opinio.Graſſus communium opin.lib.j c.2.q.7.

Degradatio in clerico reo criminis læſæ maieſtatis, non debet fieri actualiter,ſed verbaliter tantum,vt eſt communis opinio. Similiter propter aſſaſſinium non debet clericus actualiter & ſolenniter degradari,vt eſt communis opinio.Clar.q.36.ver.quæro tu ſcis.

Degradatione verbaliter tantũ facta,iudex laicus nullam adhuc habet in eum poteſtatem,niſi etiam illi tradatur.Sed ſi actualiter eſt facta, tunc poteſt eum iudex ſecularis punire abſque aliqua traditione, vt eſt communis opinio,Clar q.35.verſi.ſcias autem.Et duplex eſt degradatio,verbalis & actualis.Verbalis ſi Epiſcopus pronunciat ſententiam contra clericum,per quam remanet priuatus ordinibus clericalibus.Actualis quando actualiter degradatur perſonaliter, & ſpoliatur eccleſiaſticis beneficiis.Clar.q.74.in prin.Et clericus non debet degradari, niſi propter graue crimen,vt eſt communis opinio. Clar.ibi.ver.regulariter.

Degradatio autem hodie ex Concilio Tridentino actualis poteſt fieri à ſolo Epiſcopo adhibitis prælatis.Clar.ibi.verſi.ſed quæro.vbi dicit,quòd verbalis degradatio ſit aliter,vt ibi per eum.

Degradatio poteſt dici pœna corporalis in clericis,cum tradantur curiæ ſeculari,& poſtea ad mortem corporaliter puniuntur.Clar.q.70. verſ.credo etiam.

Degradatur etiam laicus Doctor propter delictum,& miles, quia inſignibus priuantur antequàm ſuſpendantur. Clarus quæſtione ſeptuageſimaquarta,verſic.ſcias autem.

Degradatus licèt amittat priuilegium immunitatis perſonalis, non perdit poteſtatem conficiendi Euchariſtiam. Sed poteſt conficere Euchariſtiam,vt eſt communis opinio.de qua Soci.ſenior.in cap.ſi quis presbyter.de cleri.excommunica.num.15.

Degradatus ab ordine eccleſiaſtico,non ideo eſt excommunicatus, & celebrans ipſo facto non incurrit excommunicationem. Sed ſi præmiſſa monitione perſiſtit in contumacia,debet excõmunicari, & ſic requiritur ſententia,vt eſt communis opinio.de qua Socin.ſenior in c.ſi quis presbyter.nu.5.de clerico excommunicato vel depoſito.

Degradare non poteſt inferior Epiſcopo,nec actualiter,nec verbaliter.

vt eſt communis opinio.Capra regu.84.num.37.

Delegari cauſa criminalis meri & mixti imperij a iudice delegato ab inferiore quàm Principe, non poteſt. In delegato verò principis ſecus eſt,quia delegare poteſt,vt eſt magis communis opinio. Clar.q.41. verſ.In delegato.Et in caſu,in quo merum & mixtum imperium delegari poſſit,poterit delegatus procederre vſque ad vltimum ſupplicium, vt eſt communis opinio. maximè ſi periculum eſſet in mora. vt in inſigni latrone.vt eſt communis opinio.Clar.d.q.41.verſic.ſed nunquid.

Delegari cauſæ criminales à judice ordinario nõ poſſunt,quæ ſunt meri & mixti imperij. Et in ordinario inferiore quàm Princeps,quia cẽſetur electa induſtria perſonæ,vt eſt communis opinio.Clar.q.41.

Delegatus ex maioribus magiſtratibus poteſt minuere pœnam reo delicti.vt eſt communis opinio.Dec.in c.de cauſis.nu.18.de offi. deleg.

Delegatus iudex eccleſiaſticus poteſt impetrare brachium ſeculare iudicis ſecularis ad executionem ſententiæ.Etiam ſi is non habeat id expreſſum in ſua commiſſione,vt eſt communis opin.de qua Menochius in ſuo de retinen.poſſeſſio.in 3.remedio,num.360.Debet tamen iudex laicus animaduertere antequam concedat hoc ſuum auxilium, an is delegatus & iudex,qui protulit ſententiam, fuerit iudex competens,quia ſi fuiſſet incompetens,brachium eſſet denegãdum.vt ibi.

Deegatus meri imperij cõſtitutus ad vltimum rectè progredietur ſupplicium,communis eſt opi.Soarez.in verbo delegatus,num. trigeſimo octauo.Clar.q.40.verſic.ſed nunquid.Capra regu.79.Alcia.in c. quòd ſedem.nu.83.de iudi.

Delegatus regulariter(vt dixi)non poteſt delegare cauſas criminales. vt eſt communis opinio.Capra regul.79.nu.j.fallit in delegato Principis.ibi.nu.3.communem dicit.Et ordinarius eas delegare non poteſt,vt eſt communis opinio.ibi.nu.5.fallit vt per eum.Et de iure canonico delegari poſſunt indiſtinctè cauſæ criminales, vt eſt communis opin.ibi.num.13.

Delegari poſſunt hodie ex generali cõſuetudine indiſtinctè omnes cauſæ meri & mixti imperij,etiam quò ad pœnã vltimi ſupplicij. Clar. q.40.in prin.de iure canonico etiam,& de iure ciuili per Principem, Bal.in c.decernimus.num. 18 .de iudi.Delegatus autem Principis poteſt delegare cauſas criminales.idem in delegato ab inferiore, vt eſt communis opi.ibi.ver.ſi verò iudex.& ver.in delegato.fallit in caſu neceſsitatis propter abſentiam iudicis.Pau.de Caſt.in l.iudices.nu.j. C.de fide inſtrumen.

Delegare non poteſt Epiſcopus laico cauſas criminales clericorum, etiam quòd ſit adiunctus clerico.vt eſt cõmunis opin.Clar.q.41.ver. quæro nunquid.Etiam clerico coniugato delegare nõ poteſt Epiſcopus,vt eſt communis opinio. Clar.verſ.ſed an.

Delegare poteſt cauſas criminales laicis ſummus Pontifex etiam meris laicis.vt eſt communis opinio.Non autem cauſas criminales clericorum Principibus puniendas.vt eſt communis opinio. Cla.q.40.ver. ſed quid dicendum.

Delegatus Principis in vna tãtũ cauſa criminali poteſt eſſe clericus. vt eſt communis opin.Clar.q.41.verſ.quęro quid è conuerſo.

Delegatus à Principe in cauſa criminali poteſt ſubdelegare.Iaſ.in l.j.ff. de officio eius,communem dicit. Licet Alberi.in d.l.1.dicat cõtrariã opinionem eſſe communem,quas Boeri.deciſ.6.nu.8.& 9.& nu.10. concordat.Dicens quòd tota cauſa non poteſt ſubdelegari. Articulus tamen cauſæ ſic.vide Capram concl.79.num.2.& 3.Vantium de nullita.proceſſus.fol.120.num.26.

Delegatus poſt tempus datum ad cognoſcendum,poteſt proferre ſententiam,ſi pœna eſt appoſita iudici.Feli.in c.de cauſis.de offi. deleg. communem dicit.

Delegari hodie poſſunt de iure canonico omnia,quæ ſunt meri & mixti imperij delegabilia,vt eſt communis opinio.Vantius de nullitatibus proceſſus.fol.129.nu.86.Capra regula 79. nu.13.D.m.Alciat.in c.quod ſedem.de offi.ordina.num.82.cõmunẽ dicẽs.Ant.de Tremolis in practica Bonacurſij,tit.de impe.& excep.quæ cõtra reſcrip.fol. 63.in glo.merum.litera à.& communem dicit Petr.Rauen.in ſuo aureo Alphabeto.in ver.delegatio. Vantius de nullitatibus proceſſus. fol.153.num.50.niſi in commiſſione dicatur,præcipimus tibi.Fel.in c.cum te.de reſcript.& in c.ſi pro debilitate.de offic.delega.cõmunẽ dicens.vel ſi ſit delegatus,cui oneratur conſcientia,quia non poteſt ſubdelegare.Soci.conſ.95.vol.j.col.3.communem dicit. vel ſi ſit electa induſtria perſonæ.Soci.ibi.communem dicens.

Delictum quod nam ſit leue,ſeu atrox,ex pœnæ qualitate & quantitate cognoſcitur.& iſta eſt communis opinio.vt dicit Soc.in conſil.157. num.5.& 6.in 2.vol.Clar.in §.j.ver.ſunt etiã.vbi etiam ponit exempla de hoc.& de delictis atrociſsimis ponit exempla.

Delictum eſt grauius quod committur in faciendo,quàm in omittendo.vt eſt communis opinio.Clar.in §.j.ver.eſt etiam.

Delicti qualitas eſt probanda.vt eſt communis opinio.Burſatus conſil. 20.num.12.D.Brunorus conſ.vnico,num.52.

Delictũ de noctè à teſtibus non probatur,non deponentibus de Luna, vel de accenſo lumine, vt eſt communis opinio. Burſa. conſilio 34. numero ſexto.

Delictum patris non nocet filiis in feudo.communis eſt opinio.Burſat conſilio.91.numero 14.

Delictum ſine dolo, culpáue in committendo non eſt criminale, nec punibile,vt eſt communis opin.Burſa.conſ.59.num.1.

Delictum extra territorium commiſſum , per iudicem originis puniri non poteſt ex magis communi opinione. Licet alij communiorem aſſerant.Burſa.conſil.59.num.2.& 4. & eo magis, ſi ſtatutum id dicat.communis eſt opinio,Burſa.conſ.77.num.5 .& 6.

Delictum ex propria ſola confeſſione,& qualificata punibile,nunquàm pœna ordinaria punitur,vt eſt communis opinio.Burſatus conſilio 77.numero 18.

Delictum à multitudine commiſſum,ſi principalis delinquens ſit incertus,non poteſt puniri,& omnes abſolui debent.communis eſt opin. Burſat.conſil.65.num.10.

Delicta extra commiſſa aggrauant commiſſum intra territorium. Vnde qui fecit plura furta extra territorium,poſſet ſuſpendi pro vno furto commiſſo intra territorium,quia furta extra territorium commiſſa faciunt eum famoſum, & quocunque vadat,ſequuntur eum. vt eſt communis opinio,de qua Baldus in l.fin.verſic.illud tamen.ff. de iuriſdic.omnium iudic.Felin.in cap.ſicut.1.colum.ver.glo. in ver. adulterio,de teſtibus.

Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.Perſonalis de adipiſcen. poſſeſſio.num.284.& num.406. communem opinionem probans. Quod intellige,vt ibi per eum.

Delinquens,qui eſt in pœnis vtriuſque fori obligatus,accuſatus in vno foro & punitus,poteſt & in atrocioribus criminibus ab eccleſiaſtico etiam iudice nihilominus plecti.vt eſt communis opinio.Soarez verbo,delinquens.num.45.

Delinquens & in loco delicti,& in loco originis,poteſt puniri pœnis, quas eius loci ſtatuta imponunt,vbi delictum ſit perpetratũ. communis eſt opinio.Soarez verſ.delinquens.

Delinquens alibi agens ad delicti locum tunc omnino remitti nõ debet,cum vterque locus,& in quo agit,& ad quem remitti poſtulatur,in eiſdem Principis ditione non eſt.communis eſt opinio. Soarez verbo delinquens,numero.47.

Delicta quæ grauia dicantur, iudicis arbitrio relinquitur, vt eſt communis opinio.de qua Soarez verbo delicta.num.80.D.m.Alcia.in c. cum non ab homine.num.28.de iudiciis,communem dicit.

Delinquens poteſt puniri in loco delicti,& in loco originis ſecũdum ſtatuta loci,vt eſt communis opinio.de qua D.meus Alcia.in capit. pernicioſam.nume.67.de offi.ordina.

Delictum itaque quatuor modis committitur, facto,dicto,conſilio, & ſcriptura,de quibus ſigillatim Bal.in l.opera.num.14.qui accuſa.non poſſunt.Quod ſanè delictum debet prius eſſe manifeſtum,& de delicto prius conſtare debet,antequàm iudex procedat criminaliter in omnibus caſibus,vt eſt communis opin.Clar.q.4.in prin.D. Brunorus à Sole conſ.vnico.n.52.& ibi.nu.ſeq.dicit ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ ſi ſit factum furtum ſcholari,quòd de damno ſtetur iuramẽto ſuo, vt non habeat locum ſtatutum,niſi prius conſtet de furto, quia delictum non præſumitur.l.meritò.ff.pro ſocio. Riminaldus nouiſsimus Ferrar.noſtræ decus, cum ſit optimus legiſta,optimus orator, optimus poeta, & optimus muſicus,quod ſit dictum in eius bonã gratiam & affectionem,propter proprium nomen meum,quòd habet.Iuxta illud Ariminen.in addi.ad Ange.de maleſi.in verſic. fama publica. numero 36. verſi.& libenter feci.vide per eundem Riminal.nouiſſ.in conſi.42.num.130. Riminaldus in quam, in conſi. 67. nume.52.& ſeq.Ariſtides ſanè Athenienſis philoſophus, Minucio. Fundano Aſiæ Proconſuli ſcripſit,Neminem occidẽdum niſi de accuſatore & crimine conſtaret,vt in hiſtoria mundi ſcribitur, in 6. ætate,fol.112.vbi de eo agitur.Poteſt tamen iudex ad quærelam partis procedere vel inquirere,vt pateſiat delictum,vt ibi dicit Clar. de hęreſi autem,adulterio & alio coitu,qui ſine fractura cõmittuntur, & de quibus nulla apparent ſigna, furto ſine fractura, percuſsione, quæ ſit alapa, vel baculo ſine liuore,verbali iniuria,vel ſimili, quia non poteſt cõſtare de delicto.Statim porrecta quærela,poteſt & debet iudex inquirere contra delinquentem. Aſſumendo informationes,& habitis indiciis,reum in carcetibus detrudi facere,vel citari, prout delicti qualitas,& diſcretio requirit.quæ quidẽ diſcretio cum ſit mater aſinorum,vt dicit Pauinus in tracta. de viſitatoribus. q.1. ſub nume.43.facilè non recipitur. Et tamen ſcimus certi, quod ſine diſcretione quis eſt vna beſtia.Bal.conſi.161.libr.3.col.2. Neuiza.in ſylua.libr.4.ſub nume.56.& qui non facit decentia homini ſimiliter eſt vna beſtia,vt dicit gloſſ.decentem.in Auth.de monachis. Homicidio autem perpetrato,debet iudex ire ad vidẽdum cadauer interfecti.Et illud dicitur viſum & non repertum.Vel domum cõbuſtam, vt eſt communis opinio.Clar.q.4.ver.quando verò.Vel poteſt mittere notarium,qui inſpiciat cadauer,& vulnera ſcribat.Nec refert ſi ignoretur nomen interfecti,vt eſt cõmunis opinio.Clar.ibi.dũmodo

conſtet

conſtet de corpore. Amplia & limita ſupradicta,vt per Anto.Grabiell. communium opi.libr.7.conclu.2.fol.775. Quando autem quis dicatur participare de delicto,& quomodo.Capra regu.80.& not.quòd quis deliquiſſe præſumitur,qui ex opere cõmodum ſentit.Alber.in l.j.§.ſi quis ita in ſuo.ff.ne quid in loco publico.vbi ex hoc infert ad eum,in cuius prato aqua reperitur irrigata.quod ſtatuto de auertẽte aquã alienã in ſuo prato puniatur.Et exceſſus notat delictum tam in cõmittendo,quàm in omittendo.Abb.in c.ſicut nobis.n.3.de ſupplẽda negligen.prelato.Differentiã autẽ habemus inter delictũ, crimen & peccatum,ponit Alex.in l.ſi mora.nu.14.ff.ſolu.mar.& not.quòd quando ſtatutum loquitur de crimine,oportet prius conſtare quòd ſit crimẽ,quia iſta exceptio eſt impeditiua litis ingreſſus.D.m.Alcia. in conſ.7.nu.12.in 7.lib.

Delicta præſcribuntur per viginti annos,vt eſt communis opinio.Boerius deciſ.26.nu.6.& hoc de iure communi,exceptis tribus,vt eſt cõmunis opinio.de qua Marſil.conſil.117.num.42.in 2.vol.Boer.deciſ. 26.communem dicit.

Delictum ſine dolo commiſſum,facit vt reus corporaliter etiam non ſit puniendus,Et quãdo delictum eſt commiſſum extra propoſitum & intentionem ipſius delinquentis,nam eo caſu poteſt iudex minuere pœnam,vt eſt communis opin.de qua Clar.q.60.ver.ſunt etiam.

Delictum commiſſum in offẽſam Pricnipis dicitur publicũ.communis eſt opinio.Clar in §.j.verſ.2.

Delictum non probatur per inſtrumentum,vt eſt cõmunis opin.Quando crimen conſiſtit in facto ſeparato ab inſtrumento,vt homicidiũ, furtum,adulterium,&c.Sed ſi crimen conſiſteret in animo,prout eſt hæreſis vtique.per inſtrumentum,in quo aliquis aſſereret aliquid hæreticum,poſſet probari ipſum crimen, Item ſi quis ratificet per inſtrumentum delictum commiſſum ab alio,vel ſi aliquis faceret inſtrumentum contractus vſurarij,poterit delictum vſuræ probari per inſtrumentum Clar.q.54.ver.j.

Delictum omne, quod fit principaliter in offenſam Dei,dicitur publicum,& quilibet de populo poteſt accuſare,vt eſt communis opinio. Clar.in §.j.ver.j.

Delictorum alia ſunt merè eccleſiaſtica,alia mere ſecularia,alia communia,alia nominata, alia innominata,vt eſt communis opinio.Clar. in §.j.ver.habes.

Delinquens confugiens ad ſtatuam principis,non debet inde auelli,vt eſt communis opinio.Clar.q.29.in fi.

Delinquens debitor,poteſt quandocunque dare de bonis ſuis inſolutum ſuis creditoribus, vt eſt communis opinio. Clarus.q.78.verſi. ſcias etiam.

Delictum ſi commiſſum eſt in confinibus,communiter ſeruatur,quod vterque iudex procedat.ne faciãt ſibi prẹiudicium in territorio.Boſſius de foro compe.nu.60.& ſeq.

Delinquẽs permutans bona aliqua poſt delictum,vel vendens,ſi bona permutata,vel precium venditorum reperitur in bonis confiſcatis, non debent moleſtari poſſeſſores eorum bonorum,quẹ delinquens alienauit,vt eſt communis opinio,Clar.q.78.ver.contingit.

Delinquens poteſt non modo à iudice loci,vt ibi deliquit,ſed & à iudice domicilij.ſui, tempore commiſſi delicti puniri, vt eſt communis opinio.Idque ſi reperiatur in loco domicilij,& etiã ſi ſit abſens.tũc enim citari poteſt.Clar.q.39.ver ſortitur.

Delinquens regulariter non poteſt,nec debet de ſociis interrogari,vt eſt cõmunis opinio.præterquàm in certis caſibus ob immanitatẽ exceptis.Diſtingue tamẽ.Aut agitur de crimine,quod principaliter cõmittitur in proprium cõmodum,vt monetam falſam cudere,furari. &c.Et tunc interrogare de ſociis licèt. Aut agitur de crimine, quod committitur tãtum in offenſam & odium alterius,vt eſt homicidiũ, adulterium,&c.Et tunc non poteſt delinquens etiam contra ſe confeſſus interrogari de ſociis.Et hodie aſſeſſores communiter videntur obſeruare.Sed in his criminalibus, quæ regulariter non ſolent committi abſque ſociis,delinquens poteſt interrogari de ſociis,vt eſt communis opinio.Et ita ſeruatur in practica,Aliqui verò dicunt, quòd quicquid ſit de iure,hodie de conſuetudine non ſeruatur.Sed delinquens in omni caſu de ſociis interrogaretur.Et ſi delinquẽs interrogetur de ſociis,non facit inditium ad torturam,Sed tantum ad inquirendum, vt eſt cõmmunis opinio.Clarus.q.21.ver.ſi verò.& ver.ſucceſſiuè.vbi fuſius.

Delinquens ſi perſequatur à familia ſui iudicis in aliud territorium,& ibi captus fuerit,non debet ab illo iudice, qui capturam ordinauit retineri.Sed relaxari & dimitti,vt eſt communis opinio.Non enim hoc caſu debet attendi principium ſed finis.Clar.q.29.in fi.

Delictum clam factum magis punitur,quàm palam in his, quæ ex ſui natura poſſunt eſſe licita & illicita,vt ſunt contractus.Non licèt tamẽ tutori contrahere cum pupillo,& clã cum eo contrahens magis punitur.Clar.q.60.verſi.ſed an forte.Si autem eſt delictum.quòd ſui natura ſemper ſit illicitum,vt blaſphemia,furtum,homicidium,& ſimilia.Et magis palam committens punitur,vt eſt communis opinio. Clar.d.q.60.ver.ſed an forte.

Denuntiare delictum alicuius ad acta poſſunt officiales, licèt vt plurimum ſint pauperes,& viles perſonæ.& quandoque etiam infames, vt eſt communis opinio.Et eorum dictum ſufficit ad inquirendum, vt eſt communis opinio.Si tamen abſoluatur reus, tunc denutiator ratione calumniæ condemnari debet in expẽſis,vt eſt communis opinio.Clar.q.7.verſ.vlt.

Denuntiatio euangelica in prælatis eſt de præcepto.D.m.Alcia.in c. nouit.numero 20.de iudic.communem dicit.Et nõ requirit trinam monitionem,vt atteſtatur Hoſtienſis.Sed ſufficiunt duæ.Panor.in c. in omni negocio.de teſtibus.numero tertio communem dicens. Et denuntiationem euangelicam facere poteſt,etiam criminoſus, cum denuntiat proprio intereſſe.D.m.Alcia.in.c.nouit.num.14.de iudic. communem dicit.

Denuntiare poſſunt non ſolum officiales,ſed etiam aliquibus eſt facta aliqua iniuria,vt eſt communis opinio.Clar.q.7.ver.dixi. Et tenetur iudex inquirere. & ſtante ſtatuto,quòd ſyndici debeant denuntiare maleficia,nec apponit terminum.Dic,quod intelligitur incontinenti à tempore ſcientiæ,non tamen tenentur denuntiare præcepti feſtinatione,ſed inquiſita veritate.facti.Bald.in l.cum ancillis num.5.C.de inceſtis nuptiis.

Denuntiare poteſt monachus,vt eſt communis opinio.Cla.q.7. verſic. item quæro.

Denuntiare poteſt laicus ſuum clericum parrochiæ prælatũ,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.7.ver.quæro etiam.

Denũtia officialis vel alterius,qualis eſſe debeat cõmuniter.Clarus.d.q. ſeptimo.verſiculo quæro nunc.Et not.quòd qui denũciauit.ſuper crimine,poteſt teſtificari ſuper eo.c.licèt heli.vbi Inno. no. de ſimonia. Alberi.in l. .§.incidit numero 2.ff.ad turpilia.& quando ſyndicus denuntiat poſt terminum ponat in denuntiatione,quod de nouo peruenit ad ſuam notitiam.Bal.in l.annus.ff. de calumniato. Item officialis,qui ex ſtatuto tenetur denuntiare maleficia.Tenetur etiam denunciare maleficia nõ punibilia.niſi notoriè conſtaret delictum non eſſe punibile, vtputa,quia erat bannitus occiſus,vt per Alex.in l.nequis.C.vt nemo priuatus.Statuto tamen dictante puniri ſyndicum non denuntiantem maleficia,ſyndicus non incidit in pœnam,ſi non denuntiat maleficium proprium,vel eius patris,vel filij. Stepha. de Federi.in tract.de interpretatione iuris.num.164.

Denuntiator,qui calumnioſè denuntiat,debet(vt dixi)in expenſis condemnari ſi reus abſoluitur,etiam quòd ſit officialis. etiam quòd ſit inſtigator aliquis,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.7.ver.vltimo.

Deportatio hodie non eſt in vſu,vt eſt communis opi.Clar.q.67.verſi. deportatio, ſed loco ipſius bannum. vt ibi latius.

Depoſitarius qui ſe obtulit depoſito,tenetur etiam leuiſſima culpa.Barba.in c.bona fides de depoſito communem dicit.Vezinus Hiſpanus in ſuo Ærario comunium opinionum.ver.iſto.

Depoſitarius qui recipit aliquid pro depoſito,tenetur etiã de leui culpa.Panor.in c.bona fides.num.3.communem dicit.Vezinus in Ærario communium opi.iſto ver.

Deprehenſio in crimine,non facit plenam probationem.Sed operatur, vt reus torqueri poſſit,vt eſt communis opinio.Et poterit puniri abſque ſententiæ prolatione,vt eſt communis opinio.Clar.q.8.ver.quẹro án quando .&in uer.ſcias tamen quod procedit in graui delicto,ſecus in leui.Et talis deprehenſio in crimine non facit plenam probationem(vt dixi)ſed tantummodo operatur,vt reus poſſit torqueri, vt eſt communis opinio.de qua etiam Alber.in l.defenſores.num.2. C.de defenſo.ciuitatum.Quod dicit eſſe verũ,cũ quis deprehenditur à priuato,ſecus ſi à iudice ſuum officium exequente quia tunc talis deprehenſio ſufficeret ad condemnationem,quia tũc crimen eſt notum ipſi iudici, Et ita vidmus ( inquit ) de facto ſeruari. Quando aliquis reperitur per iudicem arma portare, vel res prohibitas, quia ſine aliã probatione damnatur.

Deprehenſus in flagranti crimine,non debet habere copiam inditiorum,nec ei debet dari terminus ad ſe defendendum,ſi confitetur delictum.aliàs ſecus,vt eſt communis opinio.Clar.q.8.ver.ſed nũquid. & ibi.ver.quæro.dicit,quòd non requiritur alia ſententia,ſed poteſt puniri,vt eſt communis opinio.Sed aliter ſeruatur in practica.Nam declaratoria ſententia etiam requiritur in pœnis,quæ ipſo iure,inferuntur,vt eſt communis opinio.Anto.Gabriellius in ſuo communium.opi.lib.7.conclu.12.Amplia & limita,vt ibi per eum fuſius.Ana.conſ.21.nu.4.etiam ſi quis confiteatur,contenta, in inquiſitione fore & eſſe vera,vt ibi per eum.vide infrà in verbo ſententia declara.

Deprehenſus verò in crimine dicitur,qui de eo eſt conuictus, quando punitur crimen.Bar.in l.1.C.de petitio.bonorum ſubla.lib.10.num. 1.quod intelligit vbicunque ſtatutum punit crimen.Secus ſi lex punit deprehenſionem,quia in practica,tunc ille deprehenſus dicitur, qui in ipſo flagranti crimine deprehenditur,& ideò ſi ſtatutum dicit,quòd ſi quis fuerit deprehenſus arma portare,puniatur tẽta pœna,non punitur ſi probatur,quòd viſus fuerit arma portare, niſi in ipſorum geſtione reperiatur,& deprehendatur.& vide ibi per Apoſtillantes latius.Et dixi in meis quæſtionibus criminalibus ad ſtatu-

ta in

ta in verbo deprehenſus.

Deponi debent omnino prælati inſufficientes, vt eſt communis opin. Clar.q.73.verſ.prælati.Epiſcopus tamen non deponitur,niſi à Papa, vt eſt communis opinio.ibi.& Papa etiam non deponitur propter inſufficientiam,vt eſt communis opinio.ibi.

Dictum vel depoſitio rei alicuius criminis de correis, facit indicium contra nominatos correos ad inquirendum,vel ad inquiſitioně fun dandã,vt eſt cõmunis opinio.Quę procedit,ſiue delinquens ſponte, ſiue interrogatus à iudice ſocium illum nominauerit,idque tam in criminibus exceptis,quàm non exceptis,vt eſt cõmunis opinio.Clar. q.21.verſi. retenta. Ad formandum autem inquiſitionem, non eſt ſufficiens indicium. Et tale dictum non eſt ſufficiens indicium, ad torturam tam in non exceptis,quàm in exceptis caſibus,vt eſt communis opinio.facit tamen aliqualem præſumptionem,vt eſt communis opinio.Clar d.q.21.verſi.ſi verò.& ſeq.

Dictio perinde cum apponitur cum dictione per omnia.importat omnimodam æqualitatem.Igneus in l.1.§.ſeruus.nume.14.ff.ad ſyllania.communem dicit.Vezinus Hiſpanus in ſuo Ærario communiũ opinionum. quod no.pro ſtatutis criminalibus.

Dies ſignanter debet apponi in quęrela,ſi reus petat exprimi, vt eſt communis opinio.Clar.quæſtione 12.verſiculo .dixi etiam.Sed ſi accuſator dicat ſe non recordari,erit excuſandus.& ita communiter practicatur.Clar.ibi.

Dies,annus,& menſis,in inquiſitione apponi debet,vt eſt communis opinio.Burſa.conſi.34.num.27.& magis cõmunem eſſe opinionem dicit Plotus inter conſi.crimi.conſi.109.nume.4.vol.1.

Dies termini non computatur in termino,vt eſt communis opinio. de qua Vantius de nullitaribus proceſſus.fol.104.nume.160. in parua impreſſione Aldi.

Dies appoſitus in libello criminali,vel querela non probatus, non facit nullam querelam.Niſi extaret ſtatutũ talem diem ſignanter. in quo ſi quid criminaretur,puniretur,quia non probato die actor ſuccũberet. Clar.q.12. verſi.ſed quid. Et ſi fuerit formata inquiſitio, in qua dies & locus contineatur.Si reſpondens ſimpliciter cõfiteatur, non adiiciendo locum & tempus, ex hoc non probatur crimen in accuſatione,vel inquiſitione contentum.Riminal.conſi.203.nume. vigeſimoprimo.

Diffamatio loco accuſationis ſuccedit, quæ ſi præcedat contra aliquẽ poteſt iudex procedere.& ſuper ea informationes & indicia ſumere,vt eſt communis opinio.Clar.q.6.in prin.iudex itaque antequàm procedat contra reũ,debet aſſumere informationes ex officio ſuper infamia,& ſi reperiat eum diffamatum,examinet teſtes ſuper maleficio contra ipſum,deinde comperto eum eſſe de ipſo delicto diffamatum,examinet teſtes contra eum ſuper maleficio,& ſi procederet iudex contra nõ diffamatum de iure communi poſſet appellari. Et idem eſt,quando iudex procedit ex officio,quia debet præcedere diffamatio,vt eſt communis opinio.Clar.ibi. verſi.idem etiam. Fel. in c.qualiter & quando.de accuſa.nume.9.etiam quòd poteſtati detur liberum arbitrium inquirendi,vt eſt communis opinio. Fel. ibi. Exemplo ſcilicet villici,de quo in Euangelio,qui fuit diffamatus, vt per Abb. in eius practica.c.150.Riminaldus nouiſſimus.inter conſi. criminalia diuerſorum.conſi.69.numero 29.tomo 2. Et licèt teſtes, probẽt delictum, ſi tamen inquiſitus de delicto non eſt diffamatus, tales teſtes ipſi non præiudicant.quia quis non poteſt de aliquo crimine inquiri,niſi ſit de eo diffamatus.& iſta eſt communis opinio. de qua D.Brunorus à Sole in vnico eius conſi.nume.138.cum ſeq.& nume.147. fallit ſi princeps concedit hoc priuilegium iudici inquirendi non præcedente fama, poteſt procedere.Dummodo ſuperior hoc mandet motu proprio.Ang.in tract.malefic. in verbo fama publica.Feli.in c.ſicut Romana.nume.5.de reſcrip.fallit in inquiſitione ſuper fama abſque magna diffamatione, ſed ex modica præcedente, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſi.ſcias etiam.& q.31.verſicu. & eorum & cuiuſque.Item fallit in inquiſitione,quæ fit ad inueniẽdum crimen,quia non opus eſt quòd infamia præcedat.Clar.q.6. verſic. ſcias.Item fallit in inquiſitione ſuper hæreſi,quia diffamatione non eſt opus.Sed ſufficit ad inquirendum vehemens ſuſpicio,vt eſt communis opinio.Clar.d.verſ.item ſcias.Item non requiritur diffamatio,quando inquiſitio formatur iuſſu Principis(vt dixi)aſſertiuè non narratiuè loquentis, vt eſt communis opinio. Clar.d.quæſtio.6. verſic.prætereà ſcias.Et ſi procedatur abſque diffamatione procedit proceſſus parte non apponente,vt eſt communis opinio Clar.ibi.in verſ.vlterius.& non creditur iudici eſſerenti famã publicam præceſſiſſe,vt eſt communis opinio.Clar.q.31.ver.fama publica.Sed hoc nõ obſeruatur,quia conſtito de delicto,aſſumuntur informationes eodem contextu ſuper crimine & ſuper fama,vt dicit ibi Clar.Rolan. à Valle in conſ.4.nu.9.& nu.14.in 3.vol.itẽ diffamatio,quæ eſt orta à ſuſpectis,& conſpiratoribus,non dicitur fama,ſed vocatur calumnia Bal.in c.poſtquàm.nu.1.de electione& electi poteſta.Bal.in c.quoniã contra de probat.nec creditur iudici,qui apponit in inquiſitione,nõ quidẽ à maleuolis,ſed à fide dignis,quia quandoque neſciunt à quo vel à quibus ortum habuit infamia,vt per Alberi.in l. iuſtiſſimos.C. de officio rectoris prouinciæ.vide ad ſupra dicta Burſa.conſ.116.num 12.& conſ.94.num.37.& infra dicetur.

Dilationes in criminalibus ſunt arbitrariæ iudici,vt eſt communis opinio.Clar.q.48.ver.quæro quot.Etiam in crimine adulterij. Et ipſe dilationes ſunt communes vtrique patri,vt eſt communis opin. Clar. in verſ.cætera.Manochius de arbitrio iudicis. caſu 52.Et hoc ſecundum canoniſtas.Alias duæ accuſatori, tres reo dantur dilationes,

Difficultas excuſat à mora,quæ initio aderat, nec ſuperuenit in obligationibus facti,maximè ad eum finem.ne ſoluatur pœna, vt eſt cõmunis opinio.Gabriellius conſ.181.nume.14.

Diſpenſandi poteſtatem habens à Papa cum quibuſcunque in qualicũque ſtatu,non poterit diſpenſare in prohibitis à iure diuino. Vnde clauſula ſupplentes omnes defectus,refertur tunc ad ſolẽnitatem iuris poſitiui non naturalis vel diuini, vt eſt communis opinio.Grammarus in trac.extenſio.nu.193.ideò ſimpliciter diſpenſatus ad duo incompatibilia reſtringitur,vt non procedat in eadem eccleſia, vt eſt tandem communis opinio ibi.nume.194.

Diſpenſatio Romani Pontificis de crimine operatur,non ſolum in via inquiſitionis,ſed etiam accuſationis.Dec.conſ.136.vol.j.communem dicit.Soarez verbo diſpenſatio.num.81.

Diſpoſitio ſimplex non trahitur ad futura in materia pœnali,vt eſt communis opinio.de qua Iaſ.in l.ſi quis iniquũ.§.illud quoque.ff.quòd quiſque iur.nu.2.Amplia multipliciter,vt ibi per eum.

Diſpoſitio Auth.bona damnatorum.C.de bonis damnato.extenditur etiã ad collaterales.licèt de his nullum verbum in corpore vnde ſumitur,vt eſt communis opinio.Cagnolus in l.ea ſola deportationis. num.7.ff.de regu.iu.

Diſpoſitio Auth.bona dãnatorum.C.de bon.damna. non corrigit indiſtinctè iura antiqua.Sed tantummodo in illis caſibus,in quibus pœna confiſcationis eſt impoſita in conſequentiam alterius pœnæ.Et ideò in illis caſibus,in quibus à lege antiqua eſt expreſsè impoſita pœna confiſcationis bonorum,non ſunt correcta iura antiqua,vt eſt communis opinio.Clar.q.78.in prin.

Diſpoſitio.c.j.de homicidio.in 6.non ſolum hăbet locum in certo illo genere hominum,qui aſſaſſini dicuntur,ſed in omnibus homicidiis, vt eſt communis opinio.Quæ extenditur etiam ad Eſpicopum aſſaſſinum, vt eſt communis opinio.Clar.in §.aſſaſſinium.ver.quæro.

Doctores non debent torqueri,vt eſt communis opin.& conſuetudo in contrarium non valet,vt eſt communis opinio.Clar.q.44.ver.quęro an doctores.Soarez in ver.doctor nu.100.Rolan.à Valle in conſ.31. nu.3.in 3.vol.etiam ſi non legat.vt per Lenauſderium in eius tracta. de doctoribus & eorũ priuilegiis.facit text.in l.2.§.iuris ciuilis.ff.de orig. iur.vbi Scipioni Naſicæ data fuit domus publicè in via ſacra, quo facilius conſuli poſſet,non ibi dicit,vt legeret,& in ſcolis penes Iuuenes doceret,vt eum ſic notat Syluanus in conſ.20.num.6.in j. vol.Sed illud conſilium non eſt Syluani.ſed Nattæ.prout in conſiliis Nattæ.conſ.1.& quòd non poſſit torqueri doctor.plures ad hoc reportat D.Brunorus in vnico eius conſ.criminali.nu.18.communem probans.fallit ſi Doctor eſſet maleficus,magicus,aut incantator.Methodica iuris.par.3.c.29.nu.6.& in caſibus.in quibus veniãt torquendi,debent prius degradari,vt probat idem D.Brunorus à Sole in d. eius vnico conſ.nu.147.vide Pet.Lenaude,in d.tracta.de docto.q.26. par.4.& Lanfran. in ſua diſputa. vtrum preferen.ſit miles, an doctor.nume.26.

Diuidentes prædam cum aggreſſoribus viarum,puniuntur pœna mortis,quod facit contra bariſellos,qui de nocte diuidunt furta cum furibus quos ſecum ducunt. communis eſt opi.Clar.q.68.diuidentes.

Dolus vbi non eſt, ibi delictum eſſe non poteſt,Clar.q.31.ver.ſcienter & doloſè.& eſt communis opinio Iaſ.in l.j.num.3.ff.ne quis num.qui in ius voca.eſt vi eximat.Alex.in l.1.nu.4. C.ex.quibus cau.infa.irro. dolus enim adeſſe debet,vbicunque lex pro crimine pœnam imponit,vt eſt communis opinio.D.m.Alcia.in cõſ.6.nu.18.lib.7.Soc.iun. in conſ.37.nu.22.in 2.etiam in crimine falſi, vt ibi.Et omnes leges, omnia decreta,omnina ſtatuta,& omnia pacta,partium quibus caueatur,quòd iudex cognoſcat appellatione remota & quòd de nullitate dici non poſſit,ſed quòd potius ſententia debet executioni mandari. ſunt intelligenda,niſi iudex fuerit in dolo vel lata culpa.D.Cæſar Cõtardus.Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum, limi.10.nu. 4.& ſeq.fol.185.& ſtatuta pœnalia,licet ſimpliciter loquãtur,intelliguntur cum doli clauſula,vt dicit Bald.in l.illud.ff. quòd quiſque iur. Caſtr.in l.1.nu.10.ff.de legibus,vbi dicit,quòd ſtatutũ de homicidio intelligitur de doloſo & ſtatutum dicens,quòd ſi quis percuſſerit aliquem puniatur in centum licèt non requiratur dolus, ſufficit culpa. Alex.in l.j.§.quòd prætor.nu.2.ff.ne quis eum,qui in ius vo.eſt vi eximat.Item ſtante ſtatuto criminali, quòd ſi quis faciat tale quid puniatur.&c.ſi nõ facit mentionem de dolo an ſubaudiatur dolus ponit Ang.in l.1 col.2.ad fi.ff.de legibus.& ſi ſtatutum facit mentionem de dolo An quis,qui ſit in culpa compręhẽdatur.ibi Ang.pulcherrimè vide Menochium in 3.remedio retinendæ poſſeſſionis,nu.616. vbi ſi

ſtatutum

ſtatutum diſponat,quòd ſi quis aliquem percuſſerit puniatur in cétum non requiritur dolus,ſed ſufficit culpa.& ibi quomodo probetur dolus.Et dolus eſt duplex,ſcilicet re ipſa tantum.& re & conſilio.Caſtr.in conſi.411.in 1.vol.Quando autem lata culpa æquiparetur dolo.Bald.in l.in actionibus.col. 1.ff.de in litem iuran.excuſatur à dolo,qui credit bono viro & honeſto,vt eſt communis opinio Soc.iun.d.conſi.37 nume.22.in 2.item non comprehenditur in ſtatuto homo ſimplex,ſi vtatur ſtatutum verbo præſumat. Marſil.ſing. 187.nec comprehendit ſtatutũ iuſtè ignarum.Soc. ſenior in c. licèr. nume.22.de pœnis.Et credulitas etiam fatua excuſat à dolo,& tollit pœnam doli.Soarez verbo doli.numero 113. & quælibet cauſa fatua,beſtialis & iniuſta excuſat à dolo,plura in repertorio Bruni in conſi.feuda.in verbo dolus.Iaſ.in conſi.137.in 1.vol.& ſuprà in verſ. cauſa fallit. vt per Aret.in conſi.80.num.2.Bar.in conſi.91.in 1. Zaſi conſi.12.nume,105.in 1.& in conſi.vlt.in 1.vol.ſub nume.9. vbi dicit hanc eſſe regulam,quòd quælibet cauſa iniuſta & beſtialis excuſat à dolo,fallit vt ibi per eum. Marſil. ſingu. 176. & ſtatuta punientia grauiter delinquentes.Intelliguntur ſi doloſè fecerint. Cur. iuni. in conſi.235.nu.15.in 3.vol.Nam omnia ſtatuta,omnes leges,& omnia decreta,quæ de homicidio,falſitate,vel alio cirmine,ſeu damno dato ponunt pœnam mortis,mutilationis,vel aliam corporis afflictinam,aut confiſcationem bonorum,pœnam dupli, tripli,quadrupli. Intelligũtur vbi adſit dolus,vt eſt communis opinio.de qua Plotus in l.ſi quando.nume.765.C.vnde vi.& 768. vbi communem dicit. ſi quis non doloſus pro doloſo cõueniretur,quia non poſſet iurari in litem.Et qui dolum dicit,probare debet.Marſi.ſing.176. Dec.in conſilio.255.num.7.verſi.2.principaliter,vbi dicit hanc eſſe regulam cõmunem,quòd qui fũdatur in dolo,debet probare dolum. & duplex eſt dolus,eſt dolus verus,& dolus præſumptus.Exempla ponit Plotus in d.l.ſi quando.nume.813.C.vnde vi. Dolus autem non præſumitur,quoties aliquid de genere prohibitorum fit.Iaſ.in l.1.num.3. ff.ne quis eum,qui in ius voc.eſt vi exi.vbi fuſius. & qui non ſoluit gabellam præſumitur in dolo,vt de gabellis ſoluendis ſecundũ miſeriam illius temporis in toto orbe dicit Bál.in l.leges. nume.5. C. de legibus.ruſticus autem non præſumitur in dolo & fraude, & magis ſuccurritur ruſtico quã mulieri,propter eius ſimplicitatem. Lucius. inter conſi.crimi.conſi.162. numero 12. in his tamen quæ tangunt ad formam & rigorem iudiciorum non ſuccurritur mulieri,vel ruſtico.Fran.Mar.deciſio.Delphi.q.291. nume.2. in quibus autẽ caſibus quis præſumatur in dolo.ponit & enumerat.Alber.in l.dolum. ff. de dolo.vbi infinitos propemodũ enumerat caſus,in quibus dolus præſumitur.& vide in pluribus caſibus de quibus in conſiliis Crauettę, ad quæ te inducit index proprius in verbo dolus.Et qui portat mala noua,& triſtia eſt in dolo,& tenetur ad intereſſe.Ang.in l.1.col.1. ff.de eo,per quem fac.eſt.& omnis intricans ſuum patrimonium intelligitur in fraudem creditorum intricare.& idèo tenetur. Ange.in l.ſi.ff.de ſtipula.ſeruorum.

Dolus præſumptus poteſt remitti.Cagnol.in l.contractus.nume.101.ff. de regu.iur.communem dicit.

Dolus vbi requiritur,euidens eſſe debet. maximè vbi pœna corporalis infligitur ,vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.77.num.14.Corn.cõſilio.136.litera E.in 1.vol.etiam in crimine falſi,vt eſt cõmunis opini. Gabriellius in conſi.169.numero 17.

Dolus cum à lege requiritur ex parte agentis ſeu fiſci probari debet,vt eſt communis opinio.Burſa,conſi.94.nume.55.

Dolus præſumitur ſi interuenit leuiſſima culpa. Cur.iun.conſi.1461. nume.16. communem dicit.

Dolus præteritus poteſt remitti,ſed non futurus,vt eſt communis opin. Soarez verbo dolus.numero.105.

Dolus vbi non adſit.Sed lata culpa,quis non punitur pœna corporali, vt eſt cõmunis opin.Soarez verbo dolus.n.107.vide omnino Caprã, reg.78.nu.5 .vbi latiſſimè de dolo, culpa leui, leuiſſima,& reliquis.

Dolus vbi adeſt ,ibi enormiſſima eſt læſio,vt eſt communis opinio. Soarez in verbo dolus,nume.109.excelſus ac honoratus vir Riminaldus nouiſſimus.in conſi.5.nume.122.D.Ioſephus.Ludo.deciſ.Peruſi.18.nume.55.& 57.

Doli pœnam tollit fatua credulitas,vt eſt cõmunis opin. Soarez verbo doli.numero.113.& ſuprà.

Doloſus non ex propoſito excedens moderamen inculpatæ tutelæ, non punitur pœna mortis, ſed alia extraordinaria.Craſſus cõmunium concluſio.libr.1.c.2.q.9.

Dolus dans cauſam contractui,facit contractum ipſo iure nullum. ſecundum opinionem magis communem.Nicellus de concordia gloſſarum.numero.168.tomo 1.

Dolus qui dat cauſam actui,ex quo acquiritur nocet tertio,& ille tertius fit indignus in teſtamentis,vt eſt communis opinio.Gabriell. cõſilio.99.numero nono.

Dolor iuſtus excuſat in delictis à pœna ordinaria, & debet temperari pœna,vt in marito vxorem adulteram occidente, vt eſt communis opinio.Clar.q.60.verſi.ſed hic quæro.

Domicilij etiam iudex punit reum,quem alibi deliquiſſe conſtat.& cõtra reum poteſt ex officio inquirere,& ad inſtãtiam offenſi accuſantis poterit,vt eſt communis opinio.Soarez verbo domicilij.numero centeſimooctuageſimooctauo.

Dominus non tenetur pro delicto famulorum,vt eſt communis opin. Niſi dominus teneret in domo viros notoriè ſceleſtos,vt eſt cõmunis opinio.Vel niſi famulus domini occaſione,vel illo ſciẽte aliquid mali faciat.Secus ſi inſcio domino aliquid mali faciat , quia pro famulo non tenetur dominus,ſi prohibere non potuit,vt eſt communis opinio Clar.q.86.verſi.hinc infertur.

Domina cum ſeruo ſe commiſcens capite punitur,ſeruus autem comburitur,vt eſt communis opnio.Clar.in §.fornicatio.verſi. mulieris.

Dominus inueniens rem ſuam ſibi furto ſubtractam à fure,cum ea fugiente,poteſt auctoritate propria de manibus furis auferre,vt eſt cõmunis opinio.de qua per Iaſ.in conſi.20.vol.3.Petr.Rauen.in Alpha, aureo in verſi.fur.Ang.in l.qui vas ff.de fur.

Dominus qui dixit famulo,vade & non redeas domum,niſi ſentiam aliquid de illo negotio,ſi famulus occidit,vel vulnerauit aliquem,pręſumitur feciſſe mandato domini.tex.eſt.in c.ex literis.de exceſſi. prælato.& ibi Abb.nu.3.Ange.& Imola in l.ſi quis mihi bona.§. ſi quis mãdauerit.ff.de acquir.hæredi.Auguſti.de Arimino in Addi.ad Ang. de malefic.in verſi.Sempronium.21.q.nume.42.& eſt cõmunis opin. teſte Auguſtino ibi.& per Apoſtillantes ad conſi.29.nume.25.Pau. de Caſtr.

Domin⁹ regulariter nõ tenetur de his delictis,quæ facit fili⁹, ſeruus, vel aliquis de domo & familia inſcio ipſo,vel prohibere non valente, vt eſt communis opinio,de qua Corne.in conſi.40. libr.1.Cagnol. in l. culpa caret.nume,13.ff.de regu.iur.ſequitur Clar.q.86.in prin.limita vt per Clar.ibi,

Dominus tenetur pro facto ſerui,ſi ex illo facto commodũ ſentit.aliàs nõ,vt eſt communis & recepta doctorũ ſententia.de qua Menochi. in conſi,53.nume.15.

Dominus pro ſeruo,pater pro filio,Abbas pro monacho,ciuitas pro ciue,pro intereſſe proprio ad iudicem venire,& defendere poteſt,cõmunis eſt opinio.Rolan.à Valle in conſi.47.num.32.in 3.vol.

Dominus vnus ex dominis,vel conſortibus caſtri,vel villæ delinquens, ibi alius condominus,vel conſors poteſt punire quaſi delinquendo, quaſi ſe ſubmiſerit conſorti,vt eſt communis opinio,de qua Iaffred deciſ.116.

Domum inſultantis pœnam luit,qui inſultum ad porticum fecit, vt eſt communis opinio.Soarez in verbo domum.nume. 144.

Dormiendo crimen cõmittens excuſatur.Niſi ſit ſolitus in ſomno malè agere.quia culpa puniretur extra ordinem,vt eſt communis opinio. Clar.q. 60.verſi.quæro etiam.

Dos mulieris nubentis in caſu à iure prohibito ſcientis tamen factum, licèt errauerit in iure,ſi matrimonium carnali copula fuerit conſumatum applicatur fiſco,vt eſt communis opinio.Clar.q.80.verſicul. dos mulieris.

Dos mulieris ſimul cũ reliquis bonis confiſcatur,ſi delictũ cõmiſſum fuerit per eam ſoluto matrimonio,vt eſt communis opinio. Conſtãte autem matrimonio bona vxoris non publicantur,niſi in quinque caſibus. Et in illis caſibus ſimul cum aliis bonis etiam dos confiſcatur,vt eſt communis opinio.Clar.q.78.verſi.quæro ſi bona.

Dubius præſcribit ſine delicto.felin.in c.ſi.num.9.de præſump.

Duæ ſemiplenæ probationes,licèt in cauſis ciuilibus iunctę faciant plenam probationem,non tamen in criminalibus,vt eſt communis opinio.licet Albericus communem contrariam dicat.Alij dicunt, quòd ſi ſunt plura indicia,quorum quodlibet in ſua ſpecie ſit perfectum, ſufficiunt ad condemnationem.aliàs ſecus,vt eſt communis opinio. Clar.quæſt.63.ver.tu ſcis.

Duces,Marchiones,Comites perpetuo inueſtiti, cenſentur Imperatores in ſuo Ducatu, Marchionatu ac Comitatu , & omnia poſſunt in ſubditos ſuos,quæ poteſt Imperator in toto orbe.Curt.iun.in conſ. 61.num.9.Bellonus conſil.51.& 59. num.10. communem dicit.Soc. iunior in ſuo communium opinionum in verbo iura Imperij. num. 16.& in verbo Imperium merum. num. 19. vbi vtrobique communem dicit & in ver.Princeps. vbi fuſius proſequitur. Soarez in eius theſauro in ver.Duces.num.375.

Duellum omni iure eſt prohibitum,etiam à Concilio Tridentino,vt eſt communis opin.Soarez in ver.duellum.num.377.& communem dicit Iaco.Caſtil.in tracta.de duello,num.31,tomo 6.Plotus in l.ſi quando.num.704.communem dicit, & no. quòd diffidatio debet præcedere bellum.Dec.in conſil.575.num.11.

Duo vnum & eundem vulnerantes, temporis tamen interuallo , ita vt vulneratus moriatur tunc,ſi primum vulnus non erat lætalé, ſed tamen incertum an vulneratus ex eo moriturus eſſet, primus tenetur de vulnerato, alter de occiſo. Si verò erat indubitatum , quòd ex primo vulnere euadere non poterat , tunc etiam primus tenetur de occiſo, vt eſt communis opinio.Clarus in §.homicidium. verſic.ſed quid ſi reus probet.

Ebrietas

E

EBrietas excuſat in delictis,non in totum,neque à culpa,ſed à dolo tantum.Et ideò ebrius delinquens punitur extra ordinem,vt eſt cõmunis opinio,etiam quòd ipſe ebrius blaſphemet,vt eſt communis opin.Clar.q.60.ver.præterea quæro.fallit,ſi ſine culpa ſua eſſet factus ebrius,vt quia ſal eo inſcio in vino poſitus fuerat,quia tunc penitus excuſatur, Soarez verſ.ebrietas,num.1.Tiraquellus in ſuo de pœnis temperandis.& Chircouius in ſuo communium opinionum centu.1.conclu.97.

Eccleſia habet immunitatẽ ita vt in ea nemo perſonaliter capi debeat, vt eſt communis opinio.& ideò ad eam confugiẽtes ſunt ſalui,vt eſt communis opinio canoniſtarum & legiſtarum,& inde extrahi non poſſunt.Et ſi ab Epiſcopo,vel Abbate traditi ſunt ſeculari,non poſſunt puniri morte,vel corporali pœna affici,vt eſt communis opinio. Amplia etiam in eccleſia conſtructa.nondum tamen conſecrata,vel & interdicta,vt eſt communis.Idem in eccleſia deſtructa, quæ tamẽ ſperantur reædificanda. fallit in oratoriis priuatis,licèt in iis diuina celebrentur,vt eſt communis opinio.Limita prædictam immunitatem,non habere locum in latronis publicis & homicidiariis,vt eſt communis opin. Raptores tamen virginum,homicidæ & adulterij de iure canonico gaudent dicta immunitate,vt eſt communis opin. quę conſuetudine approbatur.Limita,in ipſa eccleſia delinquant,vt eſt communis opinio.Item limita.ſi delinquens in vna eccleſia ad aliam confugit,quia non gaudet immunitate eccleſiaſtica,idẽ ſi quis pretextu immunitatis eccleſiaſticæ delinqueret.Clar.q.30.per totũ.

Eccleſia admittit hæreticum redeuntẽ quocunque tempore, etiam ante executionem ſententiæ miſericordiam implorantem. ex magis communi.Burſa.conſ.90.n.54.licèt in hoc ſeruetur multum iudicis arbitrium.

Eccleſia non infert exilij pœnam,vt eſt communis opinio.Soarez verbo eccleſia.nu.4.

Eccleſiaſtico iudici non ſubiicitur,& quòd in eccleſia delinquerit,vt eſt communis opinio.Soarez in verbo eccleſiaſtico,num.22.

Effractores eccleſiarum cum ſpoliatione ſunt excommunicati, & vtrũque requiritur effractio & ſpoliatio,vt eſt communis opinio,Clarus q.77.verſic.effractores.

Edit reus in criminalibus fiſco inſtrumenta ad eius intentionem fundandam,vt eſt communis opinio.Clar.quæſt.27.verſic. ſed hic incidenter.& hoc ſiue cauſa ſit capitalis, ſiue etiam ſi ſit mera pecuniaria, vt eſt communis opinio. ibi. itidem & parti non tenetur edere. niſi acta communia non atteſtationes,confeſsiones, vel teſtium con frontationes.& ita ſeruatur.

Edictum iudex proponere poteſt ad inſtantiam partis , vt quicunque ſciuerit apud quam perſonam , vel in quo loco reperiatur talis res, quæ dicitur furto ſubtracta,debeat reuelare, communis eſt opinio. Clar.q.27.ver.ſed quæro. Quod intelligit ſcientem teneri reuelare, præterquàm ſi ab ipſo fure intellexiſſet.Et non modo poteſt fieri tale edictum,vt releuetur res furata,ſed vt releuetur etiam fur. communis eſt opinio.Clar.ibi.ver.ſed nunquid.

Effectus vbi non eſt,ibi non punitur affectus & conatus,vt eſt communis opinio.Soarez iſto verbo,& ſupra ver.affectus

Emens bladum cauſa reuendendi,vt penuria ſequatur, punitur in viginti aureis.Sed hodie non ſeruatur.Clar.q.80.in princ.

Emens rem furtiuam,requiritur,vt puniatur,quòd id faciat animo lucrandi,vt eſt communis opin.in l.1.vbi doct.omnes. ff.de furtis.Paſethus conſil.185.nu.7.Emens autem à filiofamilias rem ſurreptam, etiã patri ſcienter tenetur furti.Aret.in §.2.qui nu.2.inſtitut.de obligat.quę ex delic.naſcũtur.Si tamen emens ſit bonæ famæ,emẽdo rẽ furtiuam,contra eum non laborat ſiniſtra ſuſpicio.quòd in ſtrazarolis dicit procedere Salic.in l.fin.colum.3.ad fin.C.de quæſtio.Marſil. in l.qui falſam.num.45.ff.de falſis.Blancus in l.fin.numero 417.ff.de quæſtio. & ita in terminis terminantibus ſtrazarolorum conſuluit Paſethus conſilio 183.per totum.vbi etiam dicit, quod præſumitur emens emere iuſto precio.

Eleemoſinam quilibet dare & facere debet & tenetur,vt eſt communis opinio.de qua Anton.Burgos in cap.quòd hoc.num.29.de emp. & vend.Duobus ſcilicet cõcurrentibus,neceſsitate maximè ex parte proximi inſtante,vel quæ veriſimiliter inſtare in futurum credetur. Secundùm concurren. eſt facultas ex parte debentis facere eleemoſinam,alias non obligaretur,vt ibi.Et quis poteſt cogi officio iudicis præſtare eleemoſinam,non iure actionis,vt ibi.

Emphyteuta ignorans rem eſſe emphyteuticam , non ſoluens canonem infra tempus ſtatutum cadit in commiſſum. Sed tamen reſtituitur Ioan.de Imola. in capitulo potuit.de loca. numero 56. communem dicit. Vezinus Hiſpanus in ſuo Ærario communium opin. verbo emphyteuta.

Emphyteuta priuati,ſi deteriorat rem emphyteuticã, poterit priuari. Iaſ.in l.qui rem.nu.6.C.de ſacroſanct.eccleſ.communem dicit.Vezinus vbi ſuprà.

Emphyteuta poteſt expelli propter non ſolutionem canonis vnius nu mi.Iaſ.in l.qui rem aliquam.numero 16.C.de ſacroſanc.eccle. communem dicit.Cur.iun.in conſi.287.numero 26.in 3.vol.limitatur ſecundum ipſum quando ceſſaret ſoluere per errorem.

Emphyteuta eccleſiæ poteſt donare,ſaluo iure eccleſiæ.Iaſ.in l.qui rẽ numero 3.C.de ſacroſanc.eccle.communem dicit.Idem. & alienare irrequiſita eccleſia,cum reſerua.& poteſtatione, quòd omnia iura eccleſiæ ſemper ſalua & reſeruata ſint.Perſo.de adipiſcen.poſſ.num. 388.limita vt per eum.

Emphyteuta poteſt alienare irrequiſito domino,quando eſt ei conceſſum,vt poſſit alienare,cui voluerit.Iaſ.in l.qui rem.numero 7.C.de ſacroſanct.eccl.communem dicit.

Emphyteuta non cadit à iure ſuo per non ſolutionem vnius anni.Sed requiritur biennium.Dec.conſi.138.numero 7. communem dicit. An iudicis declaratoria requiratur ſuper caducitate.ponit Moronus in tract.de fide treuga & pace.q.32.numero 1.vbi dicit ſatis eſſe declaraſſe dominum eius voluntatem alteri concedendo,& eſt magis communis opinio,vt ibi per eum.numero 4.& dicit,quòd vbi quis inueſtituram intra tempus præfixum non petit,dicitur renunciare, quia contemnit.Bald.conſ.466.in j.vol.Rolan.à Valle in conſil. 18. in j.vol.Riminaldus nouiſſimus in conſil.22.numero 6.vbi communem dicit.& probat pluribus reportatis.

Emphyteuſis eccleſiaſtica non poteſt alienari, niſi in quatuor caſibus. Cur.iun.in conſ.130.nu.3.communem dicit.Clar.in §. emphyteuſis.

Emphyteuſis non tranſit in fiſcum in caſibus,in quibus ad extraneos tranſire non poteſt.communis eſt opin.Soarez ver.emphyteuſis.nume.75.Gabriell.conſ.123.num.6.

Emphyteuſis non incidit in commiſſum,antequàm dominus declaret emphyteutam cecidiſſe.communis eſt opinio.Soarez verbo emphyteuſis.numero 84.Et dominus directi,licèt canonem recipiat præteriti temporis,nõ ideo minus cecidiſſe emphyteutam vult.licèt ſecus ſi futurum.cõmunis eſt.ibi.nu.85.idem ſi dominus recipiendo præteritum canonem non ſit proteſtatus.communis eſt opi.ibi.nu.87.

Emphyteuta,deteriorãs rem,vel arbores,fructiferas cedens, poteſt expelli,vt eſt communis opinio.Soarez ver.emphyteuta.num.114.

Emphyteuta nunquàm dicitur cecidiſſe, niſi dominus declaret,vt eſt communis opin.Soarez ver.emphyteuta.nu.115.Riminaldus nouiſſimus.in conſ.94.nu.16.& ſeq.magis cõmunẽ dicens.n.26.ſubdens, quòd hæres.qui habet iuſtam cauſam ignorantiæ rei emphyteuticæ, ſi res ipſa incidit in commiſſum,poteſt reſtitui ex clauſula generali. ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. Et iſta eſt communis opinio, vt ibi per eum.num.28. & ad fructus à declaratione perceptos tantum tenetur.communis eſt.Soarez ibi.num.116.

Emphyteuta per biennium ceſſans à ſolutione annuæ præſtationis,poteſt à domino auctoritate propria expelli. Soarez in verbo emphyteutæ,num.120.communem dicit. Idem quando eſt finita emphyteuſis,vt eſt communis opinio,de qua Gozadinus in conſi.86.nu.9. Clar.d.§.emphyteuſis.

Emphyteuta poteſt legare emphyteuſim irrequiſito domino,vt eſt magis communis concluſio.Petrus Rauennas in Alphabeto aureo. in verſ.emphyteuſis.vide Socin.reg.434.Clar.& alios.

Emens equum à tranſeunte furto ſubtractum cum cautela,de qua Cœpolla cautela 10.non eſt ſecurus,vt eſt communis opinio. & theologorum recepta concluſio,Clar.in §.furtum.verſi. ſed hic incidenter.dixi ego aliàs in meo tract.de equo.q.333.& q.62.

Epiſcopus negligens non poteſt niſi à ſummo Pontifice deponi, vt eſt communis opinio.Clar.q.73.verſi.prælati.

Epiſcopus non poteſt delegare laico cauſas criminales clericorũ. communis eſt opinio.etiam ſi aſſociaret cum clerico,neque clerico con iugato,vt eſt communis opinio.fallit in Papa,vt eſt communis opinio.Non tamen poſſet conferre iuriſdictionem ordinariam principibus laicis in clericos ipſe Papa,vt eſt cõmunis opin.Clar.vbi ſuprà.

Epiſcopus non poteſt in criminibus communis fori laicos perſonaliter capi,aut carcerari facere,aut punire.Sed poteſt tantummodo cõtra eos procedere per cenſuras,vt eſt communis opinio.in clericis ſecus eſt.quia Epiſcopus poteſt illos capere.& in carcerem mittere, etiam abſque auxilio brachij ſecularis,vt eſt cõmunis opinio. Clar. q.37.verſi.vnum tamen.

Epiſcopi palatium licèt ſit commune.Tamen immunitate eccleſiaſtica gaudet,vt inde nemo extrahi debeat propter delictũ.etiam ſi in eo nulla ſit capella,ſi ſit cõſtructũ intra quadraginta paſſus ab eccleſia, aliàs ſecus.Clar.q.30.verſi.ſcias tamen.

Epiſcopi licèt de iure deberet pœnas pecuniarias,quas à clericis delinquentibus exigunt applicare, Cameræ Romanæ & nõ ſuæ.Tamen hodie de conſuetudine ſeruatur contrarium,vt eſt communis opin. Clar.q.80.verſi.in hàc autem.

Epiſcopus delicti priuationis beneficij digni poteſt ferre ſententiam, ſuper beneficio exiſtente extra ſuam dioceſim.Panor.in c.poſtulaſti de foro compe.communem dicit.

Epiſcopus poteſt abſoluere moniales exẽptas ab excommunicatione propter

propter iniectionem manuum in clericum.Panor.in c. de monialibus.de ſententia excommuni.communem dicit.

Epiſcopus non diſpenſat ſuper adulterio,niſi inueniatur conceſſum.Feli.in c.at ſi clerici de iudic.num.1.§.de adulteriis. communem dicit. Soarez ver.Epiſcopus.nu.154.ſed ante eũ Vezinus Hiſpanus in ſuo Ærario communium opinionum.verbo Epiſcopus.

Epiſcopus cum inceſtuoſo & adultero diſpenſat.Feli.in d.c.at ſi clerici. num.1.de iudi.communem dicit.

Epiſcopus non poteſt excommunicare laicum exemptum,ſi cum petit, non impartitur ſuum auxilium.D.m.Alcia. in c.pernitioſam.de offi. ordina.communem dicit.

Epiſcopus audiẽs miſſam priuatè,cum eſt excommunicatus,non eſt irregularis.Præpo.in c.ſi quis Epiſcopus.11.q.3.communem dicit.

Epiſcopus committens crimen læſæ maieſtatis contra Principem, non debet degradari actualiter.Sed ſolum verbaliter.Cur.iun.in conſ.139 num.1.communem dicit.Soarez verbo Epiſcopus num.155.

Epiſcopus poteſt diſpenſare ante depoſitionem cum adultero,vt eſt cõmunis opinio.de qua Soc.ſen. in c.clerici.nu.12.de cleri.excommunica.vel depoſi.Epiſcopus tamen non poteſt abſoluere ab atroci, & minori iniuria,non modo à mediocri,vt eſt communis opin.de qua idem Soc.in c.officij.nu.58.de ſententia excommunica.

Epiſcopus poteſt abſoluere percutiẽtem clericũ leuiter,ſi ſibi hoc committatur,& in caſu ſpeciali,quando iniuria non eſt enormis abſoluit, vt eſt communis opinio.de qua Soc.ſenior in c.peruenit.de ſententia excommunica.num.1.& 2.

Epiſcopus in arduis,& delictis grauibus,& pœna graui imponẽda non poteſt procedere abſque conſenſu capituli,vt eſt communis opinio. Anto.Gabriellius in ſuo communium conclu.lib.7.Conclu.36.

Epiſcopus diœceſanus excommunicãs exemptos in caſibus,in quibus regulariter non poteſt cognoſcere, vel excommunicat exemptum , qui ex priuilegio non poterat ab alio excommunicari,quàm à ſummo Pontifice,non tenet excommunicatio,vt eſt communis opinio. de qua Soc,ſenior in c.recipimus.nu.80.de priuilegiis.

Errer facti alieni excuſat ab omni culpa.communis eſt opi.Gabriel.conſi.172.num.28.

Examinando reum in cauſa criminali,iudex poteſt illi deferre iuramẽtum de veritate dicenda,vt eſt communis opinio.Clar.q.45.verſ.ſed quæro.licet hoc ſibi non placeat.

Exceptio quòd quis vigore ſtatuti bannitum licitè occiderit,vel offenderit,impedit litis conteſtationem,vt eſt communis opinio.Clar. in §. homicidium.ver.ſciendum.

Exceptio ſonans in delictum,quæ neceſſario non infert,non obſtat electo.D.m.Alcia.in tracta.præſumpt.regu.3.præſumpt.1.nume.7.communem dicit.

Exceptio nullitatis impedit ſententiæ executionem irretractabilem,puta ſi agatur de membro hominis,vt eſt communis concluſio.de qua Petr.Rauen.in ſuo aureo Alphabeto.in verbo exceptio.

Exceptio vſurariæ prauitatis oppoſita contra ſententiam ſuper inſtrumento contractus vſurarij,debet impedire executionẽ ipſius ſententiæ,quæ nũquàm trãſit in rem iudicatam.Et ideò pro executione impedienda poteſt adiri iudex eccleſiaſticus,qui inhibeat iudici laico ſuper exequutione.vt ſub excommunicationis pœna ſuperſedeat vſque ad ius cognitum.ſuper d.contractu.& iſte eſt modus antiquus ſecũdũ Ang.in l.4.col.fi.ad fi.in §.condemnatum.ff. de re iudica. qui Ang.licet dictum morem damnet.ibi.& Ange.ſequatur Barba.in cõſi.18.tameneorum ſentẽtiam refallit.Tiraquell.de vtroque retractu. vbi de retract.conuẽtionali agit.in gloſſ.2.nu.36.in fi.Natta cõſ.497. ad fin.vbi etiam dicit ſe conſulere,bonum eſſe fieri debere Principis decretũ ſuper hoc.Ne ſcilicet ſuper contractu vſurario interim exequatur.ſed ſuperſedeatur.Et debet prius peti abſolutio à iuramento,vt per Alberic.in rubric.C.de vſuris,col.3.Nam ſententia ex inſtrumento nullo,non debet exequi , cum inſtrumento tanquàm corpus ſine anima exiſtat,Rolan.à Valle in conſilio trigeſimonono, numero 41.in ſecundo volumine.

Exceptio quæ obſtat cedenti bannito,vt non audiatur,non obſtat ceſſionario ex cauſa oneroſa,vt eſt communis opin.de qua Boſſius tit.bãniti quid amittant.num.16.

Excipiens contra perſonas teſtium,non debet ſimpliciter opponere , quod ſint infames,periuri,ſed debet ſpecificare locum & tempus cõmiſſi delicti,& circonſtantias, vt eſt communis opinio.Clar.quæſt. 53.verſiculo j.

Excipientes contra teſtem aliquem,quòd ſit infamis,periurus.&c.non tenetur probare,quod communi omnium opinione habeatur & reputetur pro tali. Sed ſufficit,ſi probet,quòd infamis ſit ex tali cauſa, vel tali crimine,vt eſt communis opinio.Clarus quæſtione 53.verſi. ſed nunquid,

Excipiens contra teſtem de aliquo crimine,ſi non probet,tenetur actione iniuriarum, vt eſt communis opin.Niſi generaliter obiiceret in iudicio,vt eſt communis opinio.Clar.q.53.ver.caueant,

Excommunicatus non poteſt accuſare,quia non poteſt ſtare in iudicio vt eſt communis opinio.legiſtarum & canoniſtarum.Clar.q.14.ver. quæro nunquid.

Excommunicatus ob inobedientiam,quia ad iudicium non venit , de crimine,quo accuſatur reſponſurus,pro confeſſo habetur , ſi perſeuerat per annum in excommunicatione,vt eſt communis opinio.de qua Menochius conſ.94.num.44.

Excommunicatus rectè contrahere poteſt & valet contractus,vt eſt cõmunis opinio.de qua Panorm. in c.ſi verò.de ſentẽtia excommunica.Soarez.iſto ver.num.185.

Excommunicatus ſi eſt in loco inſigni non poteſt cõparere pro ſe in iudicio,ſecus ſi non ſit in loco inſigni.Fel.in c.intelleximus. de iudi. communem dicit.Soarez.verbo iſto.num.194.

Excommunicatus non poteſt opponere de nullitate ſententiæ.Fel. in c. intelleximus.de iudic.communem dicit.

Excommunicatus non poteſt agere contra actorem,vt proſequatur iudicium.Felin.in capi.intelleximus.de iudic.declara,ſeptima communem dicit.

Excommunicati actiuè.& paſſiuè habent teſtamẽti factionem. Durans de arte teſtam.ti.j.caute.10.Barba.in c.quia ingrediẽtibus.de teſtam. communem dicunt.Soarez in verbo excommunicatus. nume.184. Capra regu.103.num.174.& 188.communem dicens.

Excommunicatus pro notoria contumacia non requirit monitionem. Dec.in c.j.de iudi.num.25.communem dicit.

Excommunicatus poteſt eſſe arbiter,vt eſt communis opinio. Soarez ver.excommunicatus.num.186.

Excommunicatio ad tempus,finito tempore requirit abſolutionem, vt eſt communis opinio.Soarez verbo excommunicatio.

Excommunicatio,ſiuè bona, ſiuè mala ſemper eſt timenda, vt eſt communis opinio.Soarez verbo excommunicatio.nu.190.& eſt meticuloſa,etiam inconſtantem virum,vt eſt communis opinio,vt ibi.

Excommunicationis ſentẽtia lata ex iniuſta cauſa,& ſi teneat & adſtringat.Si ratione tamen aliqua ſit nulla,ſecus eſt,quia erit nullius effectus,vt eſt communis opinio.Soarez verſ.excõmunicationis.& ſi ſtatutum ſimpliciter imponit pœnam excommunicationis,debet intelligi de maiori.Soc.ſen.in rub.de ſentẽtia excommunica.nu.18.& ſeq.

Excommunicatus ob cauſam notoriam, non requirit monitionem, vt eſt communis opinio.Soarez verbo excommunicatus.num.192.

Excommunicatus contumax,ſi infra annum non ſit abſolutus,pro cõuicto habetur,vt eſt communis opin.Soarez verbo excommunicatus.num.193,

Excommunicatus clericus ipſo iure beneficij fructibus priuatur,vt eſt communis opinio.Soarez verbo excommunicatus.num.195.

Excommunicatus ſi appellauit,& nullam dicat ſententiam,& in extraiudicialibus,ſi cum proteſtatione admittitur,pẽdebit validitas eius vocis ab euentu.ſecundum communem ſententiam.Capra regu. 82. nu.28. Si abſque proteſtatione.& idem eſt.nu.29.in actibus in quibus non eſt euitandus,ſtatim valet,quod agit actiuè & paſsiuè. ſecũdum communem opinionem.ibi.num.31.& ibi fuſiſsimè, quãdo excommunicationis exceptio etiam poſt litem conteſtatam opponi poſsit,vel ne.

Excommunicatus à tota ſynodo diſpenſari non poteſt.glo. communiter approbata.in c.3.de cler.excommunica.mini.Sed hoc ſolum ſoli Pontifici eſt reſeruatum.Albanus in tract.de poteſtate Papæ. part. 2. numero 150.

Excommunicatus non debet ingredi.eccleſiam,vt eſt communis opinio,de qua Soc.ſenior in c.j.num.5.de clerico excommunicato.

Excommunicatio etiam per literas fieri poteſt,vt eſt communis opinio de qua Soc.ſenior in capit.perpendimus.numer. 151.de ſententia excommunica.

Excommunicatio ex falſa cauſa tenet,vt eſt communis opinio. Soc. in d.c.perpendimus.num.176.de ſententia excommunica.

Excommunicatus non eſt quis,ſi iudex dicat,excõmunico,vel abſoluo vel excommunico & abſoluo,vt eſt communis opinio.Soc.d. c. perpendimus.num.206.de ſententia excommunica.

Excommunicatio eſt pœna maior , quam habet eccleſia , vt communiter dici conſueuit. Clarus quæſtione ſeptuageſimaſeptima & duplex eſt,maior,& minor.Maior priuat à perceptione ſacramentorum & communione fidelium. Minor priuat à communione. tantum fidelium,vt eſt communis opinio.ibi.

Excommunicatur percutiens clericum,vel eum offendens,abſque vulnere,communis eſt opinio. Clarus quæſtione ſeptuageſimaſeptima, verſiculo percutiens.etiam quòd ſit primæ tonſuræ , nec poteſt abſolui,niſi à ſummo Papa.Etiam ſi ſit excommunicatus.ibidem verſiculo ſed nunquid.idem ſi actualiter non degradatum percutiat. ibi, verſiculo ſeq.

Excommunicatur clericus ſe ipſum percutiens. communis eſt opinio. Clar.d.q.77.ver.adde.

Excommunicantur qui percutiunt perſonas religioſas,quæ viuunt ſub regula.licet non faciant profeſsionem.Clarus d.quæſtione 77.verſi. vlterius.Non tamen excõmunicatur,qui ignorans clericũ in habitu

laicali

laicali incedẽtem percutit,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.77.ver. ſed an percutiens.idem ſi iuſtã & probabili ignorantia clericum percuſſerit,vt eſt communis opinio.ibi Clar.ver.ſucceſſiuè.idem ſi volens.percutere laicum errans percuſſit clericum,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.ſed quid.

Excommunicatur,qui clericum excommunicatum percutit,vel offendit. Clar.d.q.77.ver.ſed nunquid.communem dicit.

Excommunicatur,qui percutit clericum degradatum,cõmunis eſt opinio,vt ibi per Clar.q.77.ver.quæro etiam.

Excommunicari non debet pro leui iniuria illata per laicum clerico.& ideò poteſt abſolui ab Epiſcopo,vt eſt communis opinio.Clar.verſ. ſcias tamen.

Excommunicati ſunt religioſi,qui extremam vnctionem,vel Euchariſtiam miniſtrant ſine licentia preſbyteri Parochiæ,vel matrimonia ſolemnizant,communis eſt opinio.Clar.d.q.77.ver.religioſi.

Excommunicati ſunt,qui iniurioſè,aut temere Epiſcopum percutiunt. Clar.d.q.77.ver.percutientes.Niſi ſe defenderent, vt eſt communis opinio.ibi.

Excommunicantur ſpoliantes Criſtianos nauigantes pro honeſtis cauſis vel negotiationibus,vel Chriſtianos naufragium paſſos in rebus, & dicitur canon latæ ſententiæ.debet prius fieri monitio.Clar. d.q. 77. verſ.ſpoliantes.

Excommunicantur Chriſtiani, deferentes Saracenis habẽtibus bellum cum chriſtianis,arma,ferrum,&ſimi.etiam tempore belli. communis eſt opinio.Clar.d.q.77.ver.Chriſtiani.vbi etiam merces quæcunque tempore belli prohibentur deferri.alias ſecus poſt,ſi nõ ſint prohibitæ.communis eſt opinio.vt ibi.

Excommunicantur magiſtri & ſcholares Bononiæ, cõuenientes hoſpitem pro cõducendo hoſpitio aliorum magiſtrorum,vel ſcholarium, ante tempus conductionis elapſum,& magiſtrorum appellatione veniunt Doctores,vt eſt communis opinio.Clar.q.77.ver.magiſtri.

Excommunicantur ſciſmatici.communis eſt opinio.Clar.d.q.77.verſi. ſchiſmatici.

Excommunicantur facientes ſeruari ſtatuta, vel conſuetudines contra eccleſiaſticam libertatem.ideſt contra priuilegia conceſſa vniuerſi eccleſiæ.à Deo,Papa,vel imperatore,vt eſt communis opinio.Clar.d. q.77.ver.facientes.

Excommunicantur vſurpãtes de nouo ſibi ius patronatus à locis piis vacantibus. communis eſt opinio. Clar.d.quæſt.77.ver. vſurpantes. vbi fuſius.

Excommunicati ſunt contrahentes ſcienter matrimonium in gradibus conſanguinitatis,vel affinitatis prohibitis.Clar.d.q.77.verſiculo contrahentes.

Excommunicationis ſententia lata ex falſa cauſa, valet, quando ille qui excommunicat,etiam ſi ſciuiſſet cauſam non eſſe veram,fuiſſet nihilominus excommunicaturus , vt eſt communis opinio , Clarus. q.ſexageſimoſeptimo verſi. quæritur etiam,& d.ſententia nulla non ligat, lata ab homine,vt eſt communis opinio.ibi.ver.ſolet dubitari, & poteſt dici nulla etiam non præcedente abſolutione.& in ſententia excommunicationis requiritur citatio.ibi.ver.quæro nunc.

Excommunicatus poteſt eſſe arbitrator.quia poteſt contrahere, vt eſt magis communis opinio.de qua Ant.de Tremolis.in glo.arbitrium litera B.ad pract.Bonacur.titul.de impedimen. quæ ir.pe. compro. fol.135.

Excommunicatus tenetur vitare alium excommunicatum,vt eſt communis opinio.de qua.Abb.in capit.nulli.numero tertio de ſententia excommunica.

Excommunicatus actor eſt repellendus à iudicio,& cogitur agere per procuratorem,ne commodum reportet ex repulſione,vt eſt communis opinio.de qua Benedic.de foro Sempro.in reperto. Feli.in verbo excommunicatus an omnino ſit repellendus.

Excommunicationem incurrit communicans cum excommunicato. etiam extra crimen.ſecundum communem opinionem.Capra regula 81.num.8.

Excommunicare poſſunt prælati habentes iuriſdictionem fori contentioſi,vt eſt communis opinio.Socin.in c.ſuper eo.num.16.de ſententia excommunica.& delegatus poteſt excõmunicare, dummodo ſit delegatus à iudice eccleſiaſtico,& iuriſdictionem poſſit exercere, vt eſt communis opinio.Soci.in d.c.ſuper eo.num.37.

Excommunicatus debet euitare excõmunicatum,vt eſt communis opinio.Soc.in c.illud.num.11.de cleri.excommunic.vel depoſi.& dicitur quis participare cum excommunicato.non ſolum in facto, ſed dicto.etiam ſi quis dicat illi ſalue,aut aue.licèt illi nihil reſpondeat. Soc.in c.ad hæc.num.10.de priuilegiis.Soc.in c.inter alia,nume.12. eo.titulo.

Excommunicatus minori,licet eligatur ab eligentibus.Ignorantibus talem excommunicationem.Tamen non valet eius electio. ſecũdum communem opinionem.Soc.in c.ſi celebrat.de clerico. excommunica.num.39.

Excommunicato competit omnis defenſio, ſiuè realis ſiuè perſonalis ſit,vt eſt communis opinio.Soc.in c.ſacris.numero 363.de ſententia excommunica.& idem dicit in qualibet alia exceptione,quæ tendit ad ſuam defenſionem,nõ ad impugnationem,vt eſt communis opinio,de qua ibi.

Excommunicatus reus non poteſt reconuenire actorem,quia recõuentio non eſt defenſio,ſed impugnatio,vt eſt communis opinio.Soc.in c.ſacris.num.316.de ſententia excommunica.

Excommunicatus poteſt petere reuocationem miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto,vt eſt communis opinio.Soci.in c.ſacris.nu. 295.de ſententia excommunic.

Excommunicatus abſolutione obtenta, poteſt agere pro iniuria, ſibi tempore excommunicationis illata,vt eſt communis opinio.Soc.in d.c.ſacris.num.295.de ſententia excommunica.

Excommunicatus nõ poteſt intrare eccleſiam, etiam ſi intraret alia cauſa,quam audiendo diuina,vt eſt communis opinio.Soc.in c.ſacris.nu 125.de ſententia excom.

Excommunicatus poteſt iterum excommunicari,vt eſt communis opinio,de qua Soci.in c.cum pro cauſa.num.23.de ſententia excom.

Excommunicatio non ſuſpenditur poſt appellationem interpoſitam,vt eſt communis opinio.de qua Soc.in c.ſacro.numero 74. de ſentẽtia excommunic.Et debet appellari à ſententia excommunicationis infra decem dies à tempore ipſius excommunicationis computandos, vt eſt communis opinio.de qua ibi Soc. num.116.& eſt excommunicatio ita facienda,ex nunc decerno, quia ſi non ſatisfecerit in termino,quòd tunc ſit excommunicatus,vt eſt communis opinio. ibi. num.146.

Excõmunicatus poteſt appellare etiã quòd fuerit actor in cauſa principali,vt eſt communis opinio.Soc.in c.ſacris.numero.344.de ſententia excom.

Excommunicationis exceptio nõ habet obſtare reo, quominus poſſit ſe defendere,vt eſt communis opinio.Soc.in c.ſacris,num.361.de ſententia excommu.

Excommunicatus non poteſt opponere de cõpenſatione, vt eſt magis communis opinio.de qua Soc.in c.ſacris.numero 380.de ſententia excommuni.licet de æquitate ſecus dicat,quæ debet,ſeruari,& poſtea hoc declarat cum diſtinctione.

Excommunicatus poteſt compelli procuratorem cõſtituere,vt eſt communis opinio.Socinus ſenior in capit.ſacris.nume.392.de ſententia excommunic.

Excommunicatus non poteſt exercere ſuum officium in ſcribendo acta,& conficiendo inſtrumenta,vt eſt communis opinio.de qua Soc in c.ſacris.nu.407.& 408.de ſenten.excom.etiam ꝙ fuerit excõmunicatus in contumaciam,vt eſt communis opin.de qua ibi.num.411. Etiã quòd fuerit excõmunicatus tẽpore cõſtitutionis & acceptationis,Sed tẽpore exercitij,erat abſolutus,vt eſt cõmunis opi.ibi.nu.416.

Excommunicatus non poteſt eſſe arbiter,vt eſt communis opinio.Soci.ſen.in c.ſacris.nu.453.de ſent.excom.

Excommunicatus rectè contrahit,vt eſt communis opinio.Soc.in c. ſacris.nu.424.& nu.454.communiorem dicit.& num.457. cum ſeq.

Excommunicati procurator conſtitutus ſimpliciter ad plures cauſas cũ poteſtate ſubſtituendi, non poteſt ſubſtituere. communis eſt opin. Soc.in c.ſacris.num.424.de ſent.excom.

Excommunicati conſtitutio procuratoris nõ tenet,& poteſt exceptione repelli procurator.Sed ipſo iure non inficicit actum,& geſta per ipſum.Sed requiritur exceptio,vt eſt communis opi.Soci.in d.c. ſacris.num.416.& ſeq.de ſen.excom.& idem ſi tempore conſtitutionis non erat excommunicatus,ſed tempore acceptationis mandati erat excommunicatus,vt eſt communis opin.de qua ibi num. 419.

Excommunicationis exceptio etiam opponi poteſt,poſt lapſum termini peremptorij ad proponendas exceptiones dilatorias, vt eſt communis opin.Soc.in c.ſacris.nume.435.de ſententia excom.

Excommunicatus poteſt expedire actus,qui geruntur iure proprio,ſeu priuato,ad priuatum intereſſe,vt eſt communis opinio.de qua Soci. in d.c ſacris.nu.485.de ſententia excom.

Excommunicatus cuiuſuis,fortè excommunicatio ignoratur.non tenetur eam detegere.communis eſt opinio Soc.in c.ſacris.num.488.de ſen.excom.

Excommunicatus excommunicatione maiori ab homine debet regulariter abſolui ab excommunicatore,vt eſt communis opin. Soc. in c.officij.num.133.de ſent.excom.

Excommunicatum non poteſt abſoluere collegium Cardinalium ſede vacante,vt eſt communis opinio.Soc.ſen.in c.officij.num.29.de ſententia excom.

Excommunicata mulier poteſt abſolui ab Epiſcopo loci, quia non tenetur ire ad ſedem Apoſtolicam,vt eſt communis opin.de qua Soci. in c.officij.num.42.de ſen.excom.

Excommunicatum poſſimus communicare in conuertendo,prædicare,aut in confeſſione audire,vt eſt communis opinio.de qua Soc.in c.inter.alia.num.96.de ſententia excommunica.

Excommunicatio iniuſta non cauſat metum iuſtum,vt eſt communis opin.

Excommunicatio iniuſta non cauſat metum iuſtum,vt eſt communis, opin.de qua Soc.in c.ſacris.nu.505.de ſen.excom.

Excommunicatus.ſi Excommunicatio eſt publica & nota,debet euitari,non ſolum priuatim,ſed etiam publicè,ſi verò ſit occulta,& vni ſoli nota,debet priuatim tantum eum vitare,ſcilicet inter ſe & ipſum, vt eſt communis opin.Soc.in d.c.inter alia.nu.31.de ſententia excõmunica.Ita,vt nec contrahendo debemus participare cum excommunicato,vt eſt communis opinio.ibi.nu.42.Nec Epiſcopus cõmunicãdo excuſatur,vt eſt communis opinio.de qua ibi.num.81.

Excommunicatum occultum quis vitare debet,ſi ipſe ſolus vidit eum percutientem clericum,vel quid ſimile.non publicè,ſed priuatim debet eum vitare,Scilicet inter ſe & ipſum.Soci.d.cap.inter alia.nu.31. de ſententia Excommunica.

Excommunicatus,vbi eſt quis ad cõmodum aliquorum,ſi ipſi communicent cum ipſo excommunicato, non licet aliis cum illo communicare, vt eſt communis opinio.Socin.in cap.Periſtis.nume.6.& 7. de Priuiligiis.

Excommunicatus quis ſenſetur,Si iudex dicat,ſi non ſatisfecerit,te excommunico, vel te excommunicatum cognoſco. Soci.in c.perpendimus.num.215.de ſententia excommunica.communem dicit.

Excommunicatus non poteſt præſtare iuramentum,quod cedit ad eius vtilitatem,vt eſt communis opinio.Soci.in cap.ſacris.nu.98.de ſententia excommunica.

Excommunicatus non poteſt intrare eccleſiam,niſi vt audiret verbum Dei.hoc eſt prædicationem,ſeu ſermonem de verbo Dei,vt eſt communis opinio.de qua Socinus in cap.ſacris.nume 125.de ſententia excommuni.

Excommunicatus,cuius fortè excommunicatio ignoratur.non tenetur detegere excommunicationem ſuam ſi eligatur, prouidetur,inſtituitur,poſtulatur,Communis eſt opinio.Soci.in cap.ſacris num.488, de ſententia excommunica,vt ibi per Soci.

Excuſator admittitur ad allegandas cauſas abſentię tantummodo.communis eſt opin.Clar.q.33.in prin.vel infirmitatem imputari vel eius incarcerationem in loco vel alia. impedimenta propter quæ imputatus perſonaliter non poteſt comparere,etiam ſi vellet.quia quilibet alius poteſt proponere dictas exceptiones.cõmunis eſt opinio.Clar. ibi.Item admittitur ad eius innocentiam probandam, in omnibus caſibus in quibus abſens condemnari poteſt diffinitiuè.Nam iudex debet omnino quærere innocentiam rei,vt eſt communis opinio. Et quilibet de populo poteſt comparere tãquam inſtructor,& ſimplex defenſor,& innocentiam imputari,proponere,Clar.d.q.33.verſ. ſed quod plus eſt.vbi fuſius Poteſt tamen iudex repellere excuſatorem,& dicere, volo ipſum principalem,quod perſonaliter cõpareat. tãquam melius informatum,vt videam quo vultu,qua trepidatione loquatur,vt eſt communis practica,Clar.d.q.33.verſi.Quinimmo.Et admittitur excuſator abſque mandato, dummodo nõ tangat merita cauſæ.Clar.ibi.Et ſi excuſator vult.defendere reum,tenetur præſtare fideiuſſionem de iuditio ſiſti,& iudicatum ſoluendo,vt eſt communis opin.Clar.d.q.33.ver. Quæro nunquid.Secùs ſi abſentiã allegat. vel ęgritudinem,& ſimilia.Poteſt pater pro filio,dominus pro ſeruo, vxor pro viro, Abbas pro monacho,Epiſcopus pro Clerico,Princeps pro ſubdito,Ciuitas pro ciue,pro ſuo intereſſe defenſionẽ ſuſcipere.aliàs non,vt eſt cõmunis opin.Clar.d.q.33 verſ.vlt.quæro. Et vbi pœna corporalis infligitur pater poteſt pro filio cõparere & allegare priuilegiũ Clericatus.Similiter &aliud priuilegiũ allegari poteſt, ex quo notoriè conſtaret citatũ nõ eſſe ſubditũ Iudicis citantis, quia tunc etiam procurator,vel excuſator admitteretur.Et ſi excuſator allegat abſentiam,malitioſè eam allegare dicitur,quando appareret,quod citatus viſus fuit in loco delicti, eo die quo fuit commiſſum delictum,vel die præcedenti,vel ſequenti.Et ita ſeruatur.Clar. q.34.verſ.ſed pone.Et debet probari abſentia omnino.Clar.verſ.ſed nunquid,vbi communem dicit.

Excuſatur infirmus, probata infirmitate per teſtes,vel medicum,etiam in delicto capitali,ſimiliter ſenex,vt eſt communis opinio.Clar.d.q. 34.verſ.dixi etiam.

Excuſatur etiam in criminali citatus,ſi locus non ſit tutus.nec ſub fide publica tenetur comparere,communis eſt opinio.Clar.d.q.34.verſ. allegatur,Nam fragilis eſt ſaluiconductus cautio.

Excuſatur carceratus alibi,& hic citatus niſi carceratio fuerit procurata,vel affectata,vt eſt cõmunis opin.Clar.d.q.34.verſ.de carcerato.

Excuſatur à pœna delicti infans.communis eſt opinio.Similiter proximus pubertati pupillus, ſi delictum conſiſtit in omittendo,ſecùs in cõmittendo.Et impubes,ſi eſt doli capax punitur. alias non, communis eſt opinio,quando.ſ.eſt proximus pubertati, & quod delictũ conſiſtat in cõmittendo.Et in omnem caſum puniri debet citra mortem, vel mẽbri mutilationem, vt eſt communis opinio. Et hoc etiã procedit ſequuta condemnatione per contumaciam,vt eſt communis opinio.Clar.q.60.verſ.j.

Excuſator comparens,vt tantum excuſet abſententiam rei,nõ tenetur fideiubere,vel ſatiſdare,Secùs ſi etiam defenſionem ſuſciperet,vt eſt communis opinio.Clar.q.33.verſ.quæro nunquid.

Executio ſententiæ criminalis fit hoc modo.Si reus eſt in carceribus & ſentẽtia condemnatoria ſit pecuniaria, reus detinetur in carceribus,vſque quo fuerit ſoluta condemnatio,nec relaxatur,etiã ſi præſtatur idonea cautio,Nec reus habet quadrimeſtre tẽpus ad ſoluendũ. cõmunis eſt opin.Clar.q.95.in princ Sed ſtatim debet ſoluere,vel aliud modicum tempus iudicis arbitrio.vt ibi.Et ſi tenetur de barratatione bonorum prouidetur.Si verò eſt extra carceres.ſi in principio præſtitit fideiuſſorẽ de ſoluendo iudicato,vocatur fideiuſſor,qui eũ conſignet,qui nõ dimittitur,donec ſoluat.Si autem præſtitit fideiuſſorem de ſoluendo iudicato, vocatur fideiuſſor vt ſoluat & contra eum,ſi nõ ſoluit,conceditur executio.Et contra ipſum fideiuſſorem de iudicato ſoluendo poteſt fieri executio,ſine nouo proceſſu,vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione nonageſimaquinta in principio.Sed ſi reus non eſt in carceribus,neque ſub fideiuſſore, ſequuta condamnatione,ſtatim conceditur contra eius perſonam,& contra eius bona executio perſonalis, & realis.&c.Et ita hodie ſeruatur.Et qui nõ habet in ære luat in perſona.Clar.ibi.verſ.Sed quid.vel cõmitatur pœna.Quod nõ procedit in Officialibus ad Syndicatũ,quia detinentur in carceribus.Et ſi data ſit fideiuſſio in principio,vel poſtea aſtringitur.d.fideiuſſio.Clar.ibi verſ.Et ſcias.vbi cõmunem dicit.Et ſi pars aduerſa,cui aliqua portio cõdemnationis venit ſoluẽda,vellet, ꝗ portius reus corporaliter eſſet plectẽdus,cũ nõ eſſet ſoluẽdo,nõ debet iudex hoc obſequi,Sed debet reũ detinere in carcerib.Clar.d.q. 95.verſ.Sed quæro.Nec poteſt reus non ſoluendo cedere bonis, ſed corporaliter luere debet,vt eſt communis opin.Clar.d.q.95. ver.Sed pone.Et ſi reus deficiat in vno nũmo,eiã debet luere in corpus,vt eſt cõmunis opi.Clar.d.q.95.ver.quęro quid ſi iſte.Et ſi ſit ſoluẽdo reus malit tamen eligere pœnam corporalẽ,quàm pecuniariã,non debet audiri.Clar.d.q 95.verſ.quęro etiã.Sed ſi eſſet mulcta fiſco debita,nõ eſſet neceſſe propter paupertatẽ illam cõmutare in pœnã corporalẽ, ſed poteſt iudex illã diminuere,& etiã remittere.Et iſta eſt cõmunis opinio. Conſtito tamen prius de paupertate.Et fit etiã compoſitio, nõ minus quarta parte totius mulctæ.Et cõdemnatio,licet diuidi debeat inter fiſcum & partẽ aduerſam ipſius rei,debet tamẽ prius fiſco perſolui tota.Et ille,qui admittitur ad partẽ,debet ire ad fiſcum,& ſuam petere partẽ.Et ita de cõſuetudine obſeruatur.Clar.d.q.95.ver. ſolet etiã.Sententia capitalis executioni ſtatim mittitur.cũ ab ea non datur appellatio ex hodierna conſuetudine.Clar.d.q.95.in prin.

Exequi etiam debet ſententia,ſi Bannitus condemnatus in contumaciã veniat in fortiam iudicis,qui eum condemnauit.Et quidem ſtatim. Et faciat iudex bannitũ recognoſcere bannum,& fateri ſe eſſe illummet,qui in ipſo banno eſt nominatus Poſtea exequatur ſententiam, cõmunis eſt opin.Clar.q.96.verſ.quæro,Et ſi negat ſe eſſe illummet. de quo in ipſo banno,poterit iudex torquere,vt confiteatur ſe eſſe deſcriptum in banno.Et iſta eſt communis practica. Et ſi peteret ſe admitti ad nouã defenſionem,non eſſet audiendus.Stante ſtatuto,ꝗ cõtumax habeatur pro confeſſo.Clar.d.q.96.verſ.ſed nunquid,vide tamẽ ſupra q.41.verſ.quæro nũc,vbi Principis gratia poteſt admitti ad nouas defenſiones.& d.q.96.ver.Sed pone.Et bãnitus per vim ductus ad Territoriũ Judicis,qui eũ bãniuit,cũ eſſet extra Territoriũ poteſt exequi ſentẽtia cõdemnatoria.Clar.d.q.96.verſ.Sed quid ſi bannitus.Et ideo non debent confidere bãniti extra Territorum bannientis,vt ibi per Clarum.

Exequi debet Laicus ſententiã Iudicis eccleſiaſtici contra reũ per eũ ſibi remiſſum,& condemnatũ in crimine,quod ſpectat ad ipſum eccleſiaſticũ.Aliàs ſecùs,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.96.verſ.quid etã.Et ideo Inquiſitor,vel alius eccleſiaſticus, qui tradit hæreticũ ad curiã ſecularem,debet ſententiam indilatè exequi,cum tale crimen ſit merè eccleſiaſticũ,vt eſt cõmunis opin.Secùs ſi eſſet crimen merum,vel mixtum ſeculare,quia non tenetur exequi,Sed deberet prius de eo cognoſcere Laicius iudex,vt eſt cõmunis opini.Clar.ibi.verſ.quæro etiã in fine.Et iudex vnius Territorij nõ poteſt ſentẽtiam exequi cõdemnatoriã,& remiſſionẽ de reo factã.Niſi eſſent ambo iudices ſub vno Territorio,& ſubditi ambo eiuſdem principis,quia vnus poteſt exequi ſententiã alterius.Sed etiã à ſe ipſo,Si videt,quod executionẽ mereatur,vt eſt cõmunis opinio.Clar.d.q.96.verſ.Item quęro.

Executio ſententię capitalis debet differri per biduum,vel aliud breue tẽpus,vt reddat reus rationẽ.mercature,negotiationis,adminiſtrationis,vel hmõi,Clar.q.97.in prin.Item,vt accuſatio de aliquo per reũ facta cognoſcatur,vt eſt cõmunis opin.Clar.ibi verſ.Eſt etiã.Itẽ differtur executio,ſi reus nolit pœnitere,& peccata ſua cõfiteri Clar. ibi.Itẽ differtur.executio ſi mulier ſit prægnãs.Clar.ibi ver. differtur etiã.Itẽ differtur executio ſententiæ capitalis diebus feriatis in honorem Dei,vel ſanctorum,licet quandoque propter enormiſſimum crimen poſſit exequi,vt eſt communis opinio. Clar.ibi verſi. quæro etiam. Regulariter autem non debent iudices differre executionem ſententiæ capitalis,vt ibi per Clarum.verſic.Regulariter.

Executio etiam ſententiæ capitalis differtur,ſi reus confugit ad eccleſiã,vel Beroarij cũ eo in eccleſia tranſeunt.ducentes ad patibulum.

vt eſt communis opin.Clar.q.98.in prin.Idem ſi confugiat ad ſacramentum Euchariſtiæ per clericum portatum, vt eſt communis opinio.Clar.d.q.98.verſ.ſed pone.Licet non poſſet euadere reus iſto colore,quod ſuſcepiſſet ſacramẽtum Euchariſtiæ.Clar.ver.ſed quæro.Nec differtur executio,ſi reus dicat ſe votum feciſſe intrandi religionem.Clar.ibi.ver.ſed quid.Differtur autem ſententiæ capitalis executio,dum ad ſupplicium ducitur reus,obuium haber Cardinalem,qui pileum ſuum purpureum in capite ipſius rei imponi faciat & poſſet.Secundum Clar.ibi.verſicul.Vlterius,reus ad triremes mitti,Niſi eſſet reus criminis atrociſſimi,quia propter hoc non euaderet mortem.Item differtur executio,ſi quis meretricẽ accipere vult in coniugem.Clar.verſ.quæro etiam.Item differtur ſententiæ executio, ſi de Innocentia rei conſtat manifeſtè. communis eſt opin. Clar.d.q.98.ver.ſed nunquid,quæ debet per iudicem Principi referri,cum ipſe Iudex nequeat,cum ſit officio ſuo functus,vt ibi per Clar.differtur etiam executio, ſi laqueus ſit contritus,vel ſecuris non expleuit executionem.& ſimili.Si tamẽ prius ipſe reus ſit proteſtatus ſuam innocentiam.vt ibi per Clar.latiſſim.

Executio ſententiæ capitalis fit hoc modo.Antequam reus criminis ducatur ad patibulum,vel mortem,ei intimatur mors,& ei exhortatur à ſacerdote,vt conficeatur & communicetur. & pœnitentiam agat ſuorũ peccatorũ,& ſacramenta eccleſiæ ſuſcipiat Et hæc eſt laudabilis conſuetudo.Clar.q.99.in prin.& differtur in diem ſequentem executio ſententiæ criminalis , quando reus ſuſcepit ſacramentum Euchariſtiæ.Clar.ver.ſed quæro.Extrema autem vnctio non debet dari capitaliter condemnatis.& ita practicatur & obſeruatur.& pro executione facienda,non exiſtente carnifice,poteſt vilis perſona cogi,vt ſit carnifex,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.99.ver.ſed pone. & expenſa in executione capitali facienda,debet fieri à fiſco, vel cõmunitate.Clar.ibi.verſ.quæro hic.Et debet fieri executio in loco ſolito.Niſi eſſet publicus graſſator,& latro famoſus,quia in loco delicti fieri debet.Clar.verſ.item quæro.Et licet quis lege vel ſtatuto deberet comburi,prout in crimine hæreſis,& ſodomiæ,& falſi, debet prius reus ſtrangulari,& poſtea comburi propter animam. Et ne in deſperationem inducatur reus.Clar.verſi.vnum tamen.

Executio autem capitalis non fit animali irrationali,qui hominem occideret,vel aliud ageret.Niſi propter atrocitatem delicti,puta, ſi cũ animali coitum feciſſet.&c.Clar.d.q.96.verſ.quæro etiam.vide tamẽ Caſſane.conſ.j.Clar.etiam verſ.non eſt.& ſi quis foret condemnatus pluribus condemnationibus pecuniariis,eſſet facienda executio pro omnibus,niſi vna aliam tolleret.idem ſi eſſent corporales,vel incompatibiles,quia iudicis arbitrio in vna deberet fieri electio.cum quis niſi ſemel poſſit mori,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.99.verſi.vltimo quæro,vbi latius.

Executio ſententiæ capitalis eſt differenda,quando reus aliũ de aliquo crimine accuſaſſet.donec iudicium accuſationis ab eo cœptæ perficiatur,communis eſt opin.Clar.q.97.ver.eſt etiam.

Executio ſententiæ capitalis eſt differenda,quando officialis,cui à Principe eſſet mandatum aliquem decapitari,vel ſuſpendi, videret illud mandatum Principis eſſe iniuſtum,debet enim tunc Principi reſcribere,vt eſt communis opinio.Clar.q.97.ver.item eſt differenda.

Exilij pœnã propriè non infertur eccleſia,cõmunis eſt opin.Soarez ver. eccleſia.nu.4.Alciat.in c.cum non ab homine.num.188.de iudi. communem dicit.Vezinus in Ærario communium opinionum. verſic. eccleſia.numero 2.

Eximens aliquem indebitè detentum non eſt puniendus, vt eſt communis opinio.Clar.q.29.verſ.ſed quid.

Eximens ſe à manibus ſatellitum violenter,punitur,ſed mitius.Clar. q. 29.verſ.quæro etiam.

Eximens de manibus iuſtitiæ condemnatum ad mortem,vel cõfeſſum, ſeu conuictum de aliquo crimine,punitur pœna capitis.Clar.q.68. ver.Eximens communem dicit.

Exhortans aliquem ad delictum committendum,tenetur eadem pœna,ſi commiſſurus non erat delictum. Sed ſi erat omnino facturus delictum,non tenetur exhortans, vt eſt communis opinio. Clarus q.88.verſ.hoc autem.

Expreſſum in ſtatuto criminali dicitur,quod ineſt,tanquam neceſſariũ conſequens,vel antecedens,vt eſt communis opinio.glo.in l.Prætor ait in prin.ff.de operis no.nunc.In ver.Expreſſum.vbi no.Bart.Ange.& omnes.D.Laurentius Occa.Inter conſi.cri.conſi. 100. numero 30.vbi fuſius.Tomo 2.

Extenſio de vno caſu ad alium non prohibetur,& ſi in caſu extenſio ſit maior ratio.Gome. In c. Statutum. numero 39. de præſcrip. in 6. communem dicit.

Extenſio fit ex identitate rationis in materia correctoria,& odioſa, vbi agitur de ſalute animæ,& euitando peccato,vt eſt cõmunis opin.de qua.Cur.iun.in conſi.203.nu.20.In 3.vol.Et fit lata interpretatio in materia odioſa,quatenus proprietas,& vis verborũ ſignificat.Celſus & honoratus Doctor.Orator,Poeta & muſicus.Riminal.Vrbius nouiſſimus in conſi.23.num.272.Et no.quòd ex ſola diſsimilitudine in aliquo,non fit extenſio materia aliàs extendibili.Moder.lucen.de Inuentario par.7.numero 36.fol.230.facia.2.Et ideo in ſtatuto appellatione damnorum non veniunt expenſæ, quia propriè & ſtrictè debet intelligi ſtatutum.Socin.Senior in c.in noſtra. numero quarto, de Iniuriis & damno dato.

Extenſio fit in pœnalibus,vt eſt communis opinio.Viuius in ſuo Communium opi.lib.1.ver.Extenſio,vbi hoc declarat procedere in caſibus,vt per eum.Soarez in ver.Extenſio.numer.233.vbi fuſius & numero 241.D.Hieronimus de Monte,in ſuis variis quæſtionibus. q. 28.numero 19.communem dicit. Gratus reſponſo.155.numero 27. In 2.vbi contradicit,limita vt per Petr.Duen.Regu.286.& 287.Iaſ. in l.cum quidam,nume. 19.& ſeq.ff.de libe.& poſthu.vbi ponit Ampliationes & limitationes,vide Gratum Reſponſo.154. & Reſpon. 165.Et ſi non fuerit extenſio in materia pœnali,legi magna inferretur plaga, Soci. conſilio 406.numero 7.& conſilio 239.numero 4. vol.2.vide omnino Aberi.in l.Cæſar.numero 8.ff.de publica.vbi fuſiſſime de hoc,ſtatutum etiam pœnale extenditur ex identitate rationis.Gratus Reſponſo.65.in 1.vol.vide Dec.in conſilio 406.num. 7.Ex extenſione ſcilicet actiua tanquam fauorabile, quando eadem ratio in caſu,ad quem volumus extẽdere,& hoc ſi odium eſt rationabile.Caſt.in l.ſi quis à ſeruo.nu.7.C.de furtis & ſeruo corrupto. Limita in ſtatuto contra ius commune,quia non extenditur.Dec.in c.Tranſlato.in 2.lectura,num.7.de conſtitu.Item limita ſtatutum nõ debere ampliari,ſiue extendi ad exceptiones ibi non expreſſas,ſed reſtringi debet.Bart.in l.Cæſar,C.de vectiga.& commiſſis. Gabrielli. in conſi.17.in 1,numero & ſeq.vbi de ſtatuto,quòd non debet extẽdi in materia vſurarum.vide Benedictũ de foro Sempro. in Repert. Feli. in verbo.Extẽſio.vbi Extenſio fit in ſtatutis ad caſum omiſſum & odioſum ex maioritate rationis,etiam ſi eſſemus in correctoriis, quando alias diſpoſitio noua nihil induceret.Guido Papæ in tracta. de cõpromiſſa.literis.q.19.Tomo 13.vide etiã Alberi.in l.ſi quis non dicam rapere.nu.7.C.de epiſco.& cleri.vbi dicit, quòd in omnibus illis caſibus,vbi eſt omnimoda ſimilitudo, & ſubeſt eadem ratio, procedi debet de ſimilibus ad ſimilia. & vbi eſt ſimile legis. ſecùs ſi eſſet ſimile hominis,vt ibi latius.& ibi.nu.24.dicit communẽ eſſe regulã,quòd in odioſis & pœnalibus non fit extenſio.Niſi,vt ibi per eũ.vide omnino Corſetũ In Reperto.ad Abb.in verbo. Dictio præciſè vbi etiã,quando poſſit fieri extenſio in ſtatutis,& quãdo loquitur ſtatutũ per verbũ præciſè.vide Gabriell.conſi.180 nu.9. Et conſtitutio,quamuis pœnalis,etiã exorbitans, & correctoria,quæ operatur effectũ ſuũ in caſu expreſſo,extenditur etiã ad omnes alios caſus,in quibus verſetur idẽ fauor animæ,vt eſt cõmunis opin. de qua Cur.Iun.in conſi.244.num.20.in 3.vol.Et vbi ratio in conſtitutione expreſſa eſt generalis,licet deciſio ſit ſpecialis,fit extenſio ad omnes caſus,ad quos generalis ratio adaptatur,vt eſt communis opin. Cur. Iun.ibi.n.21.Item extenſio etiam fit in pœnalibus de vna perſona ad aliam,ne eluſoria reddatur diſpoſitio. Riminaldus nouiſſimus in conſ.21.nu.65.Et extenſio in pœnalibus fit ex identitate rationis,quæ ſui natura continet delictũ,ne delictũ remaneat impunitũ.Secus in materia quæ ex ſe non cõtinet delictũ.Sed ſolũ eatenus, quatenus lex diſponit,vt delictũ haberi aliquáve coherceri pœna,vt ſunt negationes iudiciales,quarũ aliquæ permittuntur à iure,& pertranſeunt impunitæ,& ſolum Deum habent vltorem.D. Phanucius. de Phanuciis Lucenſis.de inuentario.part.6.nu. 13.vbi latius.

Extrahens aliquem de eccleſia punitur morte, vt eſt communis opinio,Clar.q.68.verſic.Extrahens.Neque extrahi poſſunt rei à domibus Cardinalium.S.Rom.eccl.& ita hodie communiter obſeruatur. Clar.q.30.verſi.Item Adde.vide Alex.in conſi.145.per totum in vlt. vol.& eſt communis opinio.vt ibi per Alexan.num. 10. vide etiam Oldra.in conſ.154.Moro.in tract.de Fide,treuga & pace.q.103.Fallit in latrone publico,& nocturno depopulatore.vt ibi per Alex. & Oldr. Quiſnam verò ſit latro publicus,ponit Boſſi,in tit,de inquiſitione.numero 32.Fallit in quibuſdam aliis caſibus, vt per Caſtr. in Rub.de iis qui ad eccle.confugi.vide omnino. Abb. in c. interalia. nu.29.de immuni.eccle.vbi diſtinguendo dicit, quod eccleſiaſticus iudex tunc extrahere poteſt violenter de eccleſia,propter delicta in eccleſia commiſſa. quãdo reus eſſet ſacrilegus,& in eccleſia deliquiſſet,& ſacrilegium feciſſet.

Exempti ſepelientes excommunicatos,vel alios ſimiles,poſſunt ab ordinariis puniri,Secundum communem opin.Soci.in c. Recepimus. num.64.de Priuilegiis.

## F

FAciens,quod communiter fieri per alios videmus excuſatur à dolo & culpa.Riminal.conſi.164.num.42.in 1.

Factum alienum promittens,non valet promiſſio.Niſi adiiciatur pœna,quo ad pœnam,Cur.Iun.in conſi.124.nu.19.communem dicit.

Factum promittens alienum,& ſe facturum & curaturum, cum potam nec tenetur,quò ad pœnam,ſi fecit poſſe.Etiam,quòd adſit clauſula, quòd

quod faciẽdo poſsibilia non excuſetur, vt eſt communis opinio. de qua Inter conſi.crimi.conſi.145. nume.20.23.& conſil.142.nume.1. Contrarium tenet. D.Hercules de Sylueſtris noſter Ferrarienſis. In ter conſ.crim.conſ.97.nu.16.Et factũ alienũ promittens non obligatur.Fallit quinque modis,vt per Roma.in conſi.510.nume.22.

Falſis teſtibus creditur contra corrumpentem,vel ſubornantem, ad inquirẽdum,& torquendum etiam cum aliis adminiculis, vt eſt communis opinio.Clar in §.falſum.verſ.ſubornans.

Falſum teſtem vnum tantum producens,punitur ſtatuto, vt eſt cõmunis opinio.Clar.in d.§.falſum.verſi.producens. vide omnino Iaſ.in Auth.ſi qua mulier.nume.37.C.de ſacroſan.eccle.vbi dicit quòd ſtatutum de producente falſos teſtes,etiam habet locum in producẽte vnum falſum teſtem.& ibi plura congerit.nume.38.& ſeq.

Falſi pœna non plectitur,qui vnum in iudicio dixit,quòd contrarium extradixerat,vt eſt communis opinio.Clar. in §.falſum.verſic. teſtis Secus,ſi contrarium dicat eius,quòd dixerat in alio iudicio,vt eſt cõ munis opinio.ibi.

Falſi pœna non punitur,qui deponit ſuper negatiua. Niſi aliàs conuincatur,vt eſt communis opinio.Et in dubio verba teſtis ſuper negatiua ſunt intelligenda, vt euitetur ſalſitas, vt eſt communis opinio. Clar.in §. falſum verſi.ſolet etiam dici.

Falſi pœna non plectitur,qui circa ſubſtantialia ſalſum non dicit, vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum.verſi.ſed quid ſi teſtis.

Falſus non dicitur teſtis,nec notarius,ſi teſtis aſſerat aliter ſcripſiſſe Notarium, quam fuerit teſtificatus.communis eſt opin.Clar.in §. falsũ verſiculo Pone.

Ealſi pœna tenetur teſtis,qui falſum depoſuit,etiam non iuratus,modo falſitas ſit nocibilis,vt eſt communis opinio. Si non eſt nocibilis extra ordinem.Clar.§.falſum.verſi.Tu ſcis.vbi communem dicit.

Falſi pœna non tenetur notarius,ſi aliter quàm ſcripſit teſtis aſſerat, quia Notario potius creditur quam teſti,vt eſt cõmunis opinio.Cla· §.falſum.verſi.Ponẽ teſtes.

Falſi pœna tenetur teſtis,qui probatur falſum dixiſſe,licet non probetur,quod fuerit corruptus.communis eſt opinio.Niſi pars dicat falſum dixiſſe,& corruptum fuiſſe.communis eſt opinio. Si dicat vtrũ que ſimul dixiſſe.Secus ſi copulatiué.ſcilicet, teſtem falſum dixiſſe & corruptum fuiſſe,non ſufficit alterum probare.communis eſt opinio.Clar.§.falſum.verſi.quæro nunquid.Et not.quòd ſi iudex aſtringitur per ſtatutum præcisè ad terminum, quòd iudex condemnare debet. Saluo & reſeruato,quòd ſi poſtea apparet teſtem falſum dix iſſe,quòd condemnatio habeatur pro non facta.Et interim poteſt fieri executio.Baldus in lege prima numero ſeptuageſimoſeptimo.C. qui accuſare non poſſunt.

Falſi pœna non tenetur teſtis,qui falſum non dixit,licet pecuniam acceperit,ſed extra ordinẽ eſt puniẽdus. Clar.§. falſum. ver. Sed quid èconuerſo.Soci.iunior in conſi.37.in 2.& conſi.38.eo.vol.

Falſus teſtis de iure canonico non tenetur,niſi de falſo teſtimonio,non autem de damno inde ſequuto,vt eſt communis opinio. Clar.in §. falſum.verſi.Pœna autem.

Falſo inſtrumento vtens.poteſt interrogari.An eo vti velit pro vero?cõ munis eſt opinio.Et debet relegari,vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum.verſi.vtens.Et ſi reſpondit,quod vult vti inſtrumento & intendit,ſi & inquantum veritatem contineat,& non aliter, nec alio modo. An ſit ſufficienter reſponſum?vide Fulgo.conſi.177. & Cæpollam.Cautela.53.

Falſum cõmittit notarius,ſi apponat in inſtrumento numerationem, quæ facta non fuit.communis eſt opinio. Clar in §. falſum. verſicu. Notarius.Itidem ſi apponat præſentiam alicuius,qui erat abſens.cõ munis eſt opinio.Clar.verſi.ſic etiam.Itidem ſi non apponit clauſulas & ſolemnitates requiſitas in inſtrumento,incidit in falſum.communis eſt opinio.Licet non puniatur de falſo.niſi in caſibus expreſſis.communis eſt opinio.Itidem ſi conficit inſtrumentum de re illicita extra caſus à iure permiſſos,incidit in pœnam falſi. communis eſt opinio Clar.ibi verſi.Pariter.Itidem ſi negat ſe eſſe rogatum de inſtrumento,de quo in veritate fuit rogatus,punitur pœna falſi.Niſi eſſet bonæ famæ & opinionis,& eſſet factum de lõginquo. communis eſt opinio.Clar.verſi.Item Notarius.

Falſum committit qui abradit literas confirmatorias principis, vel literas iuſtitiæ,vt eſt communis opinio.Cla.in §.falſum.verſi. ſunt etiã. in verbo Abradens.vide Corne.conſi.45.in 3. Et not.quòd quando raſura fit à notario in inſtrumento, quòd in fine inſtrumenti, Notarius debet de ea facere mentionem.qualiter ipſe raſit tale verbum, vel talem lineam,in margine apponit.Et ita ſe habet hodie communis ſtilus notariorum.quando raſura eſt in loco ſuſpecto. Que cautela non eſt neceſſaria,vbi ex præcedentibus,vel ſequentibus poteſt elici veritas eorum,quæ ſunt cancellata.Abb.in c.cum venerabilis. nume.8.de religioſis domibus. quòd dicit notandum.

Falſum committens non nociuũ,licet excuſetur à pœna ordinaria. Tamen de culpa & temeritate venit puniendus pœna extraordinaria iudicis arbitrio. Iuxta qualitatem facti & perſonæ, vt eſt communis opinio.Apoſtillan.ad conſi.9.Pauli de Caſtr.nume.30.in 1.

Falſum committit diſſigillans literas alienas, vt illas aduerſario oſtendat.communis eſt opinio.Clar.in §.falſum.verſi.aperiens.

Falſi pœna tenetur aſcribens ſibi legatum in teſtamento alieno,Niſi teſtibus illud verè ſibi relictum probetur,vt eſt cõmunis opinio. Clar. in §.falſum.verſi.aſcribens.

Falſi tenetur prohibens aliquem teſtari,& punitur extra ordinem, & ei aufertur hæreditas,tãquã ab indigno.Et cõſtare debet quòd vellet teſtari & quòd fuerit prohibitus.communis eſt opinio.Clar.§.falſum. ver.prohibens.

Falſi tenetur,vendens rem duobus,vt eſt communis opinio.Clar.verſi. vendens.in §.falſum.

Falſi ſuſpicio pro veritate non habetur.communis eſt opinio. Clar. in §.falſum.verſi.trita.Dec.conſi.189.nume.1.in 1.vol.

Falſum ſumitur pluribus modis.Alex.conſi.73.nume.4.in 4.vol. Nec ſufficiũt cõiecturæ,vel ſuſpitiones ad probandum falſitatem.Sed requiruntur legitimæ probationes, & que neceſſariò concludant, vt eſt communis opinio.In ciuili verò ad elidendam aliquam probationem,falſi ſuſpicio pro veritate habetur.communis eſt opinio. Clar. in §.falſum.verſi.Item propter,Ruin.in conſi.86.per totum in 4.vol. vide Antonium Gabriellium.In ſuo communium conclu.lib.7. con 6.pagi.686.Socin.iun.conſi.61.in 2.volu.& conſilio 189. nume.61. nu.2. Niſi contrarium euidenter appareat. Punitur tamẽ quãdoque quis de crimine falſi ex ſola præſumptione.vt per Abb.in c.porrecta. nume.3.de confirma. vtili, vel inutili. Niſi accuſans de falſo haberet etiã præſumptionem pro ſe,quia tunc non puniretur.Bald.in lege ſi. quæſtio.5.C.de edicto Diui Adria.tollen.

Falſitatem committens perdit cauſam.communis eſt opinio.Clar.verſi. Item propter.Ruin.conſi.86.per totum in 4.vol. Quando eſt tamẽ commiſſa circa teſtes,aut inſtrumenta,non amittit cauſam. Secùs ſi circa acta cauſæ,quia tunc cauſam perdit, vt eſt communis opinio. Clar.in §.falſum. verſi Item propter. Et ſi falſi crimen morte extinguitur.l.1.C.ſi reus,vel accuſator fuerit mortuus.Cæpolla conſi.cri. 23.nume.5.Soarez verſi.falſi.nume.32.& 33.Boeri,deciſ.291.

Falſitas non committitur ſine dolo, vt eſt communis opinio.Clar.in §. falſum.verſi.Excuſatur.Et falſum non dicitur, ſi primordio veritatis adiuuatur.communis eſt opinio.Clar.ibi.verſi.Præterea.plura. Anto, Gabrie.lib.7.concl.Cõcluſione 4.& ſeq.Soarez ver.falſi. nu.18.

Falſitas excuſatur,ſi nemini præiudicat,vel præiudicare poſſet.communis eſt opinio.Clar.in §.falſum.verſi.Item excuſatur.D.Hieroni. Gabriell.in conſi.169.nume.20.Item excuſatur, ſi ſcriptura deficiebat in forma,& circa ſubſtantialia,& ſic ſi erat nulla, neque ex ea poterat inferri damnum alicui.communis eſt opinio. Sic & teſtis cuius depoſitio fuit nulla,vel nemini præiudicabat. non punitur de falſo, ſed extra ordinem ſtellionatus,vt eſt communis opinio.vide õnino Clar.ibi verſi.Item debet iudex omni ſtudio vigilare,vt reos à pena falſi excuſet.Et vt dicta teſtium ad concordiam reducantur: interpretatione & diſtinctione,ne falſum dixiſſe iudicentur,vt eſt cõmunis opinio.Clar.ibi.Et not.quod ſtatutum dicens,quod cõdemnatus pro falſitate non admittatur ad officia, intelligitur de condemnato pro falſitate ſtrictè.Bart.in lege quid ſit falſum.ff.ad legem Cornel. de falſis.

Falſam fabricans monetam punitur pœna deportationis,vt eſt cõmunis opinio.Et abradens monetam beſtiis ſubiicitur, vt eſt cõmunis opinio.Clar.d.§.falſum.verſi.Abradens.vide Gratum.Reſpon,72.per totum in 1. volumine.

Falſi pœna punitur expendens falſam monetam, extra ordinem, vt eſt communis opi.Clar.verſi.expendens.Alexan. conſi.121.in vlt volu. Et delictum dicitur conſumatum, portando quis falſam monetã ad locum prohibitum.Et hoc ſaltem eſt in dolo portationis,cum ſciret falſam eſſe,& ſic eſt condemnandus iudicis arbitrio.vide Bald.in cõſilio.155.in fine.in 3.vol.Menochium.vbi te index ad eius librũ de arbitrio iudicis te ducet.

Falſi criminis accuſatio tollitur viginti annis.cõmunis eſt opinio. Soarez verbo falſi.nume.34,

Falſi ſuſpicio habetur pro falſitate in ciuilibus. ſecus in criminalibus, (vt dixi) vide fuſius per Menoch.de adipiſcen. poſſeſſio. remedio.4. nume.700.Curt.iun conſi.166.& conſi.132. nume.10. communem dicens.Eichar.ad villalob.iſto verbo.Portius communium opinionũ lib.1.conclu.9 Neuiza.in conſi.8.nume.38.& in conſi.27. nume.13. & conſi.68.numero 24.vbi.dicit.quod quando falſitas eſt apparens, vt raſura inſtrumenti,præſumitur falſitas in eo.vide Hercula.de negatiua.num. 131.vbi ex Soci.iunio.conſi.45.num.8.lib.3.qui de cõmuni atteſtatur,dicit,quod falſi ſuſpicio non habere pro falſitate.vide etiam Pariſi.in conſi.162.in 4.Corn.in conſi.261.vbi de notario & teſtamento de falſo ſuſpecto.Gratum Reſpon.60.num.16.in 2.vol. vide Soarez verbo Falſi.num. 16.

Falſitas commiſſa circa ſcripturam,quæ de ſe non probat,non punitur glo.in c. quanto.vbi omnes.de iureiur. Pariſi. conſi.169, numero 61. in vlt vol.D.Hiero.Gabriell.in cõſi 169.nu.12.& ſeq.Soarez nu.14.

Falſitas in acceſſoriis non vitiat principale, vt eſt communis opin. Clar. in §. falſum. verſi. ſed quid ſi teſtis appoſtillantes ad Paul. de Caſtr. in conſi. 5. num. 27. & nota quòd inſtrumentum ſimulatum non comprehenditur in ſtatuto loquente de inſtrumento. Firma. in verbo inſtrumentum ſimulatum. & ſimulatio appellatione falſitatis, venit etiam in ſtatuto. Firm. in verſi. ſimulatio. num. 34.

Falſi pœna non tenetur teſtis non iuratus falſum deponens, cuius dictũ eſt nullum, communis eſt opinio. Graſſus communium opinionum. libro 2. c. 17. q. 21.

Falſitas etiam non nocibilis per teſtem, vel notarium commiſſa in actũ nullo, punitur non pœna falſi ordinaria, ſed extraordinaria. Bologñ. conſi. 30. communem dicit. Plotus in lege ſi quando. numer. 718. C. vnde vi. Soarez verſi. falſi crimen. nume. 14.

Falſi crimen vitatur interpretatione verbali quoquo modo accepta, quia eſt neceſſaria probatio euidens, & de neceſſitate concludẽs nec coniecturis & indiciis opus eſt, vt eſt communis opinio. Soarez ver. falſi. numero 18.

Falſi crimen non cenſetur indultum à Principe, licet delinquenti venia generaliter reo ſit conceſſa. cõmunis eſt opin. Soarez ver. falſi. nu. 31.

Falſantes literas inferiorum, non autem Principum, læuius debent puniri. ſecundum communem opinionem. de qua Soc. in c. ad falſariorum. nume. 9. de crimine falſi.

Falanſs literas Apoſtolicas per alios eadem pœna punitur, qua punitur falſans per ſe, vt eſt communis opinio. Soc. in c. ad falſariorum. num. 19. de crimi. falſi.

Falſitas in vna parte inſtrumenti, totum vitiat inſtrumentum, vt eſt cõmunis opinio. Felin in c. fraternitas. num. 16. de hæret. fallit in pluribus, vt ibi per feli. num. 17. & ſeq. & ſi quis dicat inſtrumentum, quo vteris falſum, quòd nihilominus potes eo ſecurè vti, & ſinè pœna, ſi non credas falſum quouſque apparuerit de contrario. Cautum tamen eſt proteſtari, quòd ſi apparet falſum, non intendis vti. Specula. de inſtru. edi. §. videndũ. verſi. ſi rectis, de quo Ioan. Fab. inſtit. de publi. iudi. §. item lex Cornelia. de falſis. num. 6. vbi etiam ponit, quæ ſit pœna committentis falſum. pulcherrimè diſtinguens.

Falſi pœna non incurrit, qui aliquid fecit, quòd alteri non nocet. l. damus. vbi Bart. & Docto. C. de falſis. Soc. conſ. 103. & ſeq. vbi fuſius. lib. 1. vt eſt communis opinio. Alex. conſi. 145. vol. 6. Soc. conſi. 105. Delictum enim effectu carens regulariter non punitur. l. qui falſam. ff. de falſis. Ang. in maleſi. in ver. falſario. Caſtr. conſil. 150. in j. vol. l. j. ff. quòd quiſq; iur. de pœni. diſt. j. & hæc verba. ita in mutatione vnius diei, in aliam diem in quadam apocha. D. Machellus patrocinio 40. per totum. Pariſi. conſi. 151. per totum. in 4. Nam falſus cõmiſſa circa ſcripturam, quæ de ſe non probat. non punitur. gloſſ. & Docto. in c. quanto de iureiuran. Pariſi. conſi. 169. nume. 61. in vlt. vol. Socin. conſi. 62. nume. 2. verſi. ſecundò hæc concluſio. Clar. in §. falſum, verſ. excuſatur, vbi dicit communẽ eſſe opinionẽ. ꝙ vbi non eſt dolus. ibi nõ poteſt eſſe falſitas. Socin. iun. conſi. 39. nu. 83. lib. 2. & quãdo dolus eſt de ſubſtantia delicti, vt eſt falſum, periurium, & ſimilia. tunc ſiue cauſa ſit iuſta, ſiue iniuſta, excuſatur à pœna. Burſa. conſi. 111. nu. 11. D. Hierony. Gabriell. in conſi. 180.

Fama publica probatur per duos teſtes. cõmunis eſt opin. Clar. q. 6. ver. ſciendum eſt autem. qui teſtes debent reddere ſufficientem cauſam ſciẽtiæ. Clar. ver. illud tamen. cõmunem dicit. Et eſt probata fama publica, ſi teſtes dicant, quòd audiuerunt dici publicè à maiori parte perſonarum illius loci, per eũ cognitarũ, vt eſt cõmunis opin. Clar. ibi. verſ. debent etiam. Et hoc publicè & non ſecreto, vt eſt communis opin. Clar. ver. itẽ requiritur. & debent nominare perſonas à quibus id publicè dici audiuerunt. alias nõ probant famã publicã. Clar. ibi. ver. amplius. vbi cõmunẽ dicit. Et non interrogari debent nominare perſonas, vt eſt communis opin. Clar. verſi. ſed quid. Et debent reſpondere quid ſit fama publica, vt eſt communis. Clar. ibi. verſicu. poſtremò. & fama ſola non ſufficit ad aures iudicis peruenta ad formandã inquiſitionem. Sed requiritur etiã clamoſa inſinuatio, vt eſt cõmunis opin. Clar. ver. item quæro. & fama cum vno teſte in criminalibus non ſufficit. Cherianus in ver. fama.

Fama ſola nõ ſufficit ad torturam, ſed cũ aliis adminiculis ſint. Clar. q. 31. ver. fama ſola. & eſt communis opin. ſecundũ Clar. & cõmunem dicit Grottus conſi. 33. nu. 3. & Plotus in l. ſi quando. nu. 891. C. vnde vi. & cõmunem dicit. D. Lauren. Occa. Ferrarien. inter conſ. cri. conſi. 60. nu. 55. & communem dicit. Riminaldus nouiſſimus conſ. 88. nu. 8. Et fama debet procedere à perſonis fide dignis & honeſtis, nõ autem maleuolis & ſuſpectis perſonis, vt eſt cõmunis opin. de qua Brunus inter conſ. crimi. conſ. 115. nu. 45. & 46. tomo 2. Nec probatur fama, ſi teſtes deponãt ſe publicè audiuiſſe, ſed debet dicere, quòd hoc audiuerunt publicè dici à maiori parte hominũ loci, vt eſt communis opin. de qua ibi per Brunum. nu. 46. & ſeq. vbi dicit hãc eſſe magis communem opinionẽ. & debet teſtis deponens ſuper fama nominare vnum, & poſtea ſubdere, & audiui à pluribus aliis, & à maiori parte populi, licet dicat de aliis nõ ſe recordari, niſi interrogetur à quibus audiuit, & reſponderet ſe non recordari, quia famã nõ probaret. Et fama non eſt ſufficiens indicium ad torturam, niſi cum aliis adminiculis (vt dixi) & eſt communis opin. Brunus ibi. nu. 52. Marſi. ſing. 97. vbi ponit fallentias. Nam fama ſola ſufficit ad inquirendũ, aut ad capturam. vt per Brunum. ibi. nu. 53. D. Ludoui. Catus inter cõſi. crimi. conſi. 99. nu. 32. & pluribus ſeq. tomo j. & an fama faciat indicium ad torturam, vel plenam, aut ſemiplenam probationem. tradit Bart. in conſ. 218. per totum. in j. part. fuſius Dec. in c. inter cætera. num. 19. de appella. Peruſi. in c. dilecti. nu. 9. de appella. & quomodo probetur fama. Lucius inter conſ. cri. conſ. 161. nu. 29. vide Donatum in ſuis regulis. li. 4. in verbo fama. fol. 301. & fama facit ſemiplenam probationem, vt eſt communis opinio, de qua Pet. Rauen. in ſuo Alphabe. aureo. fol. 188. ver. communiter. & per famam poteſt probari, quòd filius percuſſerit matrem. Ber. Diaz reg. 333. & quos effectus operetur fama. ponit Guido Pap. q. 301. Brunus d. conſ. 115. in 2. tomo. Et fama cum vno teſte facit plenam probationem. Et ſi crimen eſſet probatum pluſquàm ſemiplenè, cum vno ſcilicet teſte de veritate cum alio indicio, fama benè compleret probationem, & iungeretur cum teſte ad probandum in criminalibus. Et fama ſufficit ad committendum capturam. & quando agitur ad purgandum, & ſufficit ad torturam, ſi ſit vehemens fama. Benedic. de Vado. foro Sempro. in reperto. Feli. in verbo fama in criminalibus. Et ſi fama eſſet ſuper delicto, in quo quis aliàs eſſet cõſuetus delinquere, bene faceret indicium ad torturam, communis eſt opin. Clar. d. q. 31. verbo fama. Secus ſi delictum eſſet difforme. Niſi pœnitẽs eſſet triennio trãſacto. & extaret de eo bona fama, vox & conuerſatio. communis eſt opin. vt ibi per Clar. Chircouius centuria 2. conclu. 30. & fama cum vno teſte non probat plenè, niſi ſint aliæ coniecturæ, vel adminiculę, vt eſt communis opin. Clar. q. 63. verſ. hinc infertur. Graſſus cõmuni. opi. lib. 2. c. 19. q. j. & 3. & q. 4. vide Dona. in Enchiridio ſuo. lib. 4. in ver. fama. vbi ponit fallentias. & Turrium inter conſ. crimi. conſ. 81. nu. 49. vbi æquiorem & magis communem dicit, quòd ex fama ſola nullum reſultat indicium ad torturam. vide Pariſ. conſi. 153. in 4. vol. vbi fuſiſſimè. Corne. conſ. 68. in 2. vol. Brunus conſi. 115. num. 3. inter conſ. cri. tomo 2. Et ſi aliqui teſtes deponunt, quòd publicè dicebatur, quòd tales commiſerunt tale homicidium, vel maleficium, non probãt famã quia non ſequitur, aliquid publicè dicitur. ergo ita fama eſt. quia vnus vel duo homines poſſunt ita publicè dicere, vnde oportet dicere, quòd audiuit dicere à maiori parte hominum loci, vbi fama oritur, vt eſt communis opin. de qua Alex. in conſ. 2. nu. 16. in 7. vol. plura de fama ponit Ang. in l. ea quidẽ. C. de accuſa. fol. 263. & Felin. in c. veniens. nu. 12. de teſtibus. vbi quãdo fama faciat, vel nõ faciat ſemiplenam probationem. vide Soarez. ver. fama. nu. 37. & nu. 40. Riminal. nouiſſimus conſ. 88. nu. 44. Marſil. ſingu. 97. Blancus de indiciis. num. 313. & octo caſus in quibus fama facit plenam probationem ponit. Dec. in c. j. de appellat. vide Cur. iunior. conſi. 122. Burſa. conſ. 116. num. 21. & conſi. 34. nu. 19. & conſ. 87. nu. 47. & fama in cauſa ardua, nec cum vnico teſte probat, vt eſt communis opin. Burſa. conſ. 98. nu. 17. & conſi. 20. nu. 31. & conſ. 35. nu. 16.

Fama bona rei in ſpecie probata, multum prodeſt inquiſito, & indicia elidit, vt eſt communis opinio. Burſa. conſilio 116. numero 21. & cõſilio 34. numer. 19. D. Brunorus à Sole in vnico eius conſil. crimi. nume. 153. vide omnino.

Fama probatur, ſi teſtis dicat id publicè dici audiuiſſe, ex magis ſeruata opinione. Burſa. conſ. 87. num. 47. vide Cur. iun. in conſi. 344. num. 7. & ſeq. in 3. vol.

Famis neceſſitas excuſatur à furto, vt eſt communis opin. Burſa. conſilio 16. numero 31.

Falſitas non dicitur ſi quis teſtamento ſibi aſcribat, niſi ſcriptura ſit talis, quæ faciat fidem, vt eſt communis opinio. Boſsius de iis, qui ſibi aſcribunt in teſtamento num. 3.

Fama probatur per teſtes ſingulares, dummodo concordent in eũdem finem, licet in aliis diſcordent, vt eſt magis communis opinio. de quã Riminaldus nouiſsimus inter conſ. diuerſo. crimi. conſ. 85. nu. 16. tomo 2. idẽ dicit in iuriſdictione probãda mero Imperio, infamia, decimatione & ſimilibus. quia ad probãdum quid in genere & in vniuerſo teſtes ſingulares probant, vt eſt communis opinio. ibi. nu. 23.

Falſi pœna non tenentur inquiſitis, niſi damnum legitimæ per fiſcum probetur, vt eſt communis opinio, de qua Burſa. conſ. 112. nume. 12.

Falſi pœna vt quis teneatur, de illa liquidò conſtare debet, vt eſt communis opinio. Burſatus conſ. 122. num. 11.

Falſi pœna tenetur dicens falſum iudicium, licet non iurauerit, vt eſt communis opinio. Burſa. conſ. 89. num. 30.

Falſa cauſa notoria in ſententia illam nullam facit, vt eſt communis opinio. Burſa. conſ. 99. num. 28.

Falſum (vt eſt dictum) ſine dolo nõ punitur, & potius errore negatum, & dictum præſumitur, quàm doloſè, vt eſt communis opinio. Burſa. conſil. 112. num. 14. vide Rui. in conſ. 83. num. 1. in 4. vol. vbi conſuluit pro ſer. Dominico Corrigiario inquiſito de falſo. defendendo eũ à ſtatuto Ferrariæ, de hoc loquente. Cum in ſcripta alterius manu continebatur, quòd Borbus Calcagninus confeſſus erat ſe teneri, &

obligatum

obligatum eſſe in certa quãtitate pecuniarum dicto ſer.Dominico & eſſe eius verum debitorem pro pecuniis,& rebus ab eo acceptis, poſt celebrationem cuiuſcunque inſtrumenti facti inter dictas partes,renuntiando exceptioni non habiti & non recepti. &c. & cum promiſſione.&c.& ſub obligatione omnium bonorum &c.Et cum pacto,quòd ſcriptum habeat vim publici inſtrumenti,& cõtra illud nihil poſſit opponi.&c.

Falſi pœna extraordinaria punitus,adhuc puniri poterit ordinaria.communis eſt opinio.Boſſius de falſis.num.104.

Falſitas tripliciter puniri poteſt. Nam pro inſtrumẽto falſo poteſt quis puniri,quia fecerit,quia fieri fecerit,& quia illo vſus fuerit, vt eſt cõmunis opinio.Boſſius de falſis.num.115.vide Soci.iunio.in conſ.61. in 2.ſi quis etiam cęlat inſtrumẽtum alienum ad finẽ, ne veritas appareat,tenetur pœna falſi,quia plus eſt in totũ cælare, quàm aliquid inde abradere. Aut non fecit,vt veritas non appareat, ſed fortè eſt latro,qui credens ſubtrahere ſaccum cum pecunia, in quo erat inſtrumentum,quod non vult exhibere,vt furtum non manifeſtetur. & tenetur furti.Bal.in l.eum qui C.ad l.Corn.de falſis.

Falſitas non punitur,ſi quis in priuata ſcriptura,quæ nullam facit fidẽ dolo malo veritatem immutat,vt eſt communis opinio. Gabriellius in conſ.169.num.21.& ideo ſi mercator ſcribat,quod vnus fideiuſsit ſeu promiſit pro alio,cum non poſsit hoc ſcribere,nec alius.licet habeat Principis decretum,quòd libris mercatorum præſtetur fides, quod decretum,cum debeat intelligi cum quadam limitatione, & ſubauditione multum æqua & rationabili.videlicet,niſi contrarium videatur iudici ex probabilibus aliquibus cauſis.Alba in cõſ.95.non eſt falſa,quia eſt nulla,ideo puniri non poteſt,quia falſitas circa ſcripturã,quæ de ſe non probat,non punitur,vt eſt dictũ.per glo.& docto.in c.quanto.de iureiuran.Pariſius conſil.169.nume.61.vlt.vol.& ſcriptura libri mercatoris præſumitur facta præſente parte.Bal. in l. ſi quis.col.2.verſ.item quia ſcriptura.ff.de eden.ſed habens præſumptionem pro ſe non tenetur de falſo.Bal.in l.fi.col.2.q.5.ver. primo caſu.C.de edicto diui Adri.tollẽ.& in l.ſi pretor,in Apoſtillis ad fin.& licet etiam debitor Principis,vel rei publicæ ſcribat ſuper libro partitam non veram prima facie,licet verificari poſſit ex alio non dicitur falſarius,quia non dicitur fraudatus liber,cũ dolus adfuerit,cum poſtquam id quod principale,& in facto ſuo conſiſtens erat verum, non poteſt dici falſitas,licet ſecundum verum non eſſet.Puta ſi dixiſſet ſe eſſe debitorem de centum libris,acceptis à tali debitore Principis,quas dicit ſe appoſuiſſe ſuper tali banco,ſed non poſuit fortè quia habebat animum opponendi.iuxta l.pen.ff.de iuſti.& iur.relatione ſcilicet facta ad id quod non fecit,ſed quod facere debebat. ex eo enim quòd falſitas non conſiſtebat in facto ſuo ſecundariò.ſed in facti ſerie & veritate.quia non dicitur falſum,quia falſum nõ dicitur quod mutatur per modum veritatis.l.cum filius.§.hæres meus.ff.de lega.2.ſed eſt mendacium dicere,quòd oppoſuit in banco.licet primum fuerit verum,quod ſcilicet reperit, & cum potuerit conſtare de veritate per librum banchi,falſitas non dicitur commiſſa,ſed mẽdacium.quod non potuit eſſe nociuum Principi, & ideo non dicitur commiſſa barataria,nec furtum,poſtquàm etiam Princeps non eſt adhuc dominus pecuniæ debitæ,antequàm tradatur per officialem,ſed officialis qui recepit ad numerum.Ita in terminis conſuluit Pau.de Caſt.in conſ.9.per totũ.in 3.vol.de quo cõſ.facio magnum feſtũ quia caſus nunc ſub iudice pendet.Et iſte nõ eſt caſus,quòd quis incidat in pœnam legis Corneliæ de falſ.Soc.in rub.de crimine falſi. nu.5.Nã omne non verum non eſt falſum.Sed requiritur dolus in cõmittente.vt per Soc.ibi. & per tex.in l.nec exemplum.C.de falſis. Bal.cõſ.33.nu.2.Alex.conſ.73.nu.4.in j.Nam non ſequitur falſum cõmittit & de falſo punitur,qui verũ ſuppreſſit, quam qui falſum depoſuit,non tamẽ ſequitur,vt æqualiter peccet & puniatur. Tiraquellus de pœnis tẽperan.cauſa 44.nu.71.Et falſum nõ admittitur,quod admixtum habet aliquid veritatis,vel implicitè,vnde teſtis,qui depoſuit rem eſſe Titij.ſciens eſſe communem Titio,& aliis ſaluatur hac ratione à falſitate, vt eſt communis opinio.Phanutius de Phanutiis de Luca.in trac.de inuentario.par.6.q.130.

Fama bona,vox,qualitas,nobilitas,ac merita ipſius rei,eſt bona defenſio ipſius rei.Nam licet fama publica faciat indicium cõtra aliquem ad torturam,ſi contra probet quis ſe eſſe bonæ vocis,conditionis & famæ non poterit torqueri,vt eſt communis opinio.Clar.q 60.verſ. frequens.vbi dicit,quòd per probationem bonæ famę expurgantur & tolluntur inditia quamtumuis vrgentia contra accuſatum,vel inquiſitum,vt eſt communis opinio.Si tamẽ vltra famam eſſet aliquod aliud indicium,ſuper delicto poſſet torqueri, nõ obſtante probatione bonæ famæ.& ita ſeruatur etiam coram rigoroſis iudicibus.vide Burſat.conſ.34.nu.18.Boſsi.de inquiſitione.n.34.& ſeq.& Plotus in l.ſi quando.num.881.C.vnde vi.

Falſi pœna tenetur,qui accipit ſcripturas ſui aduerſarij,& collitigantis,& eas penes ſe retinet.Dum tamen ex tali facto generetur præiudicium domino ſcripturarum,& tunc poteſt agi contra detinentem ciuiliter & criminaliter,vt eſt communis opi.de qua Fran.de Mariano inter conſ.crim conſ.100.num.1.in 2.to.

Famuli Epiſcoporum gaudent priuilegio Epiſcoporum dominorum,Etiam ſi ſint meri laici.communis eſt opinio.Clar.q.35.Et hoc eſt ſpeciale,in eis.Secus in aliis famulis aliorum clericorum.vt ibi.Et alias dixi.fuſius in meo tractatu de ſeruis vel famulis.

Fœneratores criminaliter puniri nequeunt,communis eſt opinio.Soarez verbo iſto.num.315.

Fideiuſſor in prima inſtantia,non cenſetur repetitus in ſecunda,& eſt communis opinio.Etiam in criminalibus,Boerius deciſ.315. Pariſi. conſ.171.nu.30.lib.4.Clar.q.46.ver.Si tamen cautus.Et ideò.quando iudex maleficiorum recipit fideiuſſores,debet facere eos obligari ad omnẽ pœnã,quæ poſſet ſequi ratione proceſſus.vt docet Paul. de Caſt. poſt Bar.in l.rem in iudiciũ.ff.de in litẽ iuran.Et liberantur fideiuſſores de præſentando ſe ad mandatum Poteſtatis.& de ſoluẽdo omnem condemnationem,ſi poſtea reus fuit condemnatus,& eius bona confiſcata.Caſt.in l.ſi debitori.nu.1.ff.de fideiuſſo.Et no ꝙ ſi ſtatutum imponat pœnam centum pro vulnere,& mille pro homicidio,& aliquis accuſatus vel inquiſitus de vulnere dedit fideiuſſores,& eſt relaxatus,quia pœna eſt pecuniaria,& poſtea ille vulneratus eſt mortuus,& iudex condemnauit accuſatum in mille, non tenentur fideiuſſores, Caſt.in l.fideiuſſores numero primo ff. de fideiuſſo.vide tamen poſtea.

Fideiuſſores in inſtrumento pacis adhibiti in caſum contrauentionis ſecundum communem opinionem non poſſunt cogi ad ſoluendum pœnam,niſi legitimè & plenè conſtet de pace rupta,& de cõtrauentione per teſtes,vel veram cõfeſſionem principalis,pro quo fideiuſſerunt.Adeò quod eius ficta confeſsio,quæ inducitur ex contumacia,ſeu banno contra contumacem dato,non ſufficeret,vt eſt cõmunis opinio,de qua Rolan.à Valle in conſ.94.nu.24.in 3.vol.Et no. ꝙ fideiuſſor,qui fuit præſens, & ſcriptus fideiuſſor pro condemnatione ſoluenda,ſi non contradixit,obligatur.Bart.in l. 1. ff. de fideiuſſo.Arno.cõmẽtario.174.Et ſi carceratus offert fideiuſſores, & aduerſarius nõ comparet,poteſt iudex recipere,& illum relaxare. Caſt. in l.eum.pro quo quis.ff.de in ius vocan.nu.2.

Fideiuſſoribus relaxatur reus,& procurator admittitur vbi non imponitur pœna corporalis,vt eſt communis opinio,de qua Marſi. conſ. 75.nu.1.in 1.Et debent eſſe idonei fideiuſſores, aliàs non debet iudex maleficiorum relaxare reum accuſatũ Ange.in l.edicto,quæ eſt l.1.ff.in ius vocati vt eãt,vel ſatiſd.quia nõ intelligitur cautum, quãdo eſt vitioſè cautum.Ange.in l.quoties.ff.qui ſatiſd.cogan. Et recipiens fideiuſſorem minus idoneum,ſibi imputet.vt ibi per Ange.Et debet eſſe idoneus fideiuſſor facultatibus,poſsidẽdo ſtabilia,vel mobilia,vt mercator.Ange.in l.fideiuſſor.ff.eo.qui ſatiſda.cog. Et quis ſit pauper,vel diues iudicis arbitrio relinquitur inſpecta qualitate cauſæ,& cõditione perſonarum.Ange.in l.ſi verò.§.1.ff.qui ſatiſd.cogan.Menochius de arbitrio iudicis.Et debet quis dare fideiuſſores ciues,& non forenſes.Ange.in l.fideiuſſor.§.1.ff.qui ſatiſd.cog.& eſt communis opinio.de qua Riminal.nouiſsimus in conſ.93.nu.16.& ſeq.vbi facit differentiam inter fideiuſsionem neceſſariam & voluntariam,ſi neceſſaria,& tunc forenſis eſt idoneus.Et caueant officiales,ne relaxent carceratos cum fideiuſſore de iudicio ſiſti tantũ,quia liberantur per ſententiam condemnatoriam.Sed debent recipere fideiuſſores debitum ſolui,vt inquit Bal.in c.dilecti.nu.12. de appella. vbi dicit bonam practicam.& no.quia quidam poteſtas,qui hoc ignorauit,pro in cauta relaxatione cuiuſdam carcerati, in ſyndicatu fuit condemnatus,& deſolatus.vide Caſt.in conſ.328.in 2. vol. Vbi tradit cautelam,quòd iudex faciat apparere in actis,qualiter ex tali, & tali iuſta cauſa,quæ animũ ſuum mouerunt,pronunciat non eſſe talem perſonaliter detinendum.ſed ſub fideiuſſoribus dimittendum Et no.quòd ſi Notorius Curiæ maleficiorum recipit fideiuſſorem pro communi Ferrariæ, pro omnibus quorum intereſt, vel intereſſe poſſet,non committere malum in eius diſtrictu. Offenſus Bononiæ,non poteſt agere ex dicta ſtipulatione ad pœnam contractus. Bald.in lege prima §.huius ſtudij.ff. de iuſti. & iure. & dictus fideiuſſor non tenetur ad pœnam quanti pluris.Bal.in l.ſiuè in duplum.ff.qui ſatiſda.cogan.Et no.quod reus conuentus ſuo nomine,tenetur ſatiſdare iudicatum ſolui.Et licet pœna ſit parua & ipſe reus ſit ditiſſimus,non tamen debet Poteſtas dimittere propriam promiſsionem ſine fideiuſſore,quia iſta eſt forma data,quòd recipiatur fideiuſſor,à qua nõ eſt recedendum Bal.in l.minor.§.fi.ff.de procurato.Et licet quis ſit obligatus ad dandum fideiuſſorem.teneatur dare illum,qui ſit idoneus facultatibus.Tamẽ ſi aliquis ad iudicem ducatur,debet relaxari,ſi perſona ſibi coniuncta pro eo præſentando fideiubeat. Licet non ſit idoneus facultatibus. text.eſt in l. 1. cum duabus ſeq.ff.in ius vocati eant, vel ſatiſdent. de quo Curt. iun. in conſ.257.num.28.in 3.vol.

Fideiuſſor non intercedit,vbi venit imponenda pœna corporalis.Soarez ver.fideiuſſor.num.145.

Fideiuſſores in inſtrumento pacis adhibiti.in caſu contrauentionis,nõ poſſunt cogi ad ſoluendum pœnam,niſi legitimè & plenè conſtet de

pace rupta per teſtes,vel veram cõfeſſionem principalis,vt eſt communis opin.Rolan.à Valle.in conſ.94.num.24.in 3.vol. Adeò,quòd eius ficta confeſsio,quæ inducitur ex contumacia, ſeu banno cõtra contumacem,non ſufficeret,vt eſt cõmunis opin.Rolan.ibi.Et fideiuſſor promittens præſentare reũ toties quoties non liberatur,ſi domus reo fuerit aſsignata loco carceris.D.Hieron.à Mõte.In ſuis queſtionib.variis.q.28.Et quoties ſit reus perſonaliter captus,& incarceratus,eius fideiuſſores per hanc incarceratiõnẽ liberati eſſe dicũtur. D.Nonius in conſ.103.nu,8 Etiam ſi dictum fuerit toties quoties.

Feudum poteſt cõfiſcari,ſi tranſit ad extraneos,vt eſt communis opin. Boſsi.tit.de bonorum publica.num 53.& ſeq.D.Hieron.Gabriellius in conſ.172.num.39.communem dicit.

Feudum,ſi qua iuſta cauſa amittatur,puta læſæ maieſtatis , non fiſco, ſed domino defertur.communis eſt opinio.Soarez ver.feudum.nu, 67.Etiam ſi ſit antiquum,vt eſt communis opinio.Capra Regu.77, nu.35.D.Hierony.Gabr.in conſ.172.nu.40.vbi.hoc limitat.

Fideiuſſor promittens præſentare reum toties quoties, &c.nõ tenetur repreſentare eum,qui propter vulnus inflictum detinebatur,ſi deinde vulneratus ſit mortuus,vt eſt communis opinio.de qua D.Hiero. Gabriel.in conſ.181.num.5.

Fideiuſſores tenentur repreſentare reum,quem promiſerunt repreſentare toties quoties.ſi reus eſt bãnitus,ſi ſibi tamẽ fuerit factus Saluuſ conductus à Iudice de voluntate Principis,& fidantia oblata, vt eſt communis opinio.de qua D.Hiero.Gabriel.in conſ.181.nu.23.vbi allegat Ange.dicentem ita communiter ſeruari, qui data fidantia impoſsibilitas ceſſat ſiſtendi.in iudicio.Si tamen facta omni diligentia, ipſe reus bannitus nolit ſub aliqua fidantia cõparere,excuſantur ipſi fideiuſſores de præſentando toties quoties à mora,& per cõſequẽs à pœna,quia difficultas excuſatur à mora,& cõſequenter à pœna,vt ibi,nu,24,& ſeq.Et ibi dicit.nu.17 ꝙ licet quis promiſerit repreſentare reũ toties.quoties,quòd ſi ꝑ vulnere ſit reus accuſatus, ſic moriatur,vel in banno ponatur.Et poſtea reuerſus homicidium committat,non tenetur ipſe fideiuſſor.Etiã quòd ipſa fideiuſsio ſit præſtita in inſtrumento cum clauſulis generalibus,quia in his prætoriis ſtipulationibus generalia verba reſtringuntur ex æquitate.Caballi.de eo quod intereſt.nu.172,vide Gram.in conſ.66. nu.64. In ciuilibus vbi idem dicit.quòd æquitas ſeruatur,non rigor in iſtis iudicialibus & prætoriis ſtipulationibus.Et vide per eundem Gabriellium,vbi ſupra nu.17.18.& 19.Vbi pro D.Baptiſta ab Epiſcopo.

Fideiuſſor,qui promiſit fideiubere pro accuſato,ſi antequã fideiubeat, proteſtetur iudici,ſalua reuerẽtia,quòd ſi ipſum receperit in fideiuſſore.n,non intẽdit ſe teneri de tali fideiuſsione,poſtea fideiuſsit,nõ tenetur,vt eſt cõmunis opinio.de qua Iaſ.in l.qui in aliena.§.Celſus, nu.47,& ſeq.vſque ad fi.ff.de acqui.hære.Et licet iſta opinio neminem habeat contradicentem.Tamen Iaſ.dicit eam non eſſe rationẽ verã.Angeli tamẽ auctoritatẽ eſſe magnã fatetur.quæ ſua eſt opin.

Fideiuſſores rei delicti,liberantur condẽnatione,bonóve,aut mortè rei Sed propter accuſationem ſolam non , vt eſt communis opinio. de qua Gabriellius cõſ.181.nu.2.Et vbi reus eſt cõdemnatus,fideiuſſor remanet liberatus,vt eſt communis opinio,de qua fuſius Moronus de fide,treuga & pace.q.128.num.12.

Fides data hoſti,fidem frangenti non eſt ſeruanda, communis eſt opi. Soarez nu.177.Limita,niſi reipublicæ damnum ſit.vt ibi.

Fides data à iudice reo,vt confiteatur,non eſt ſeruanda,communis eſt opinio,Soarez verbo fides.num.178.

Fides quanta adhibeatur teſtibus,ſtatur,Iudicis arbitrio, vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.20.num.53.

Fideiuſſor in cauſa criminali,ſi is pro quo fideiuſſit,poſtea ſit imputatus de alio crimine, & bannitus, tunc ille fideiuſſor datus in prima cauſa non tenebitur conſignare illum,ſub pœna in fideiuſſione cõtenta.Immo ſequuta condemnatione contra reum,remanet liberatus fideiuſſor.nec aliter tenetur præſentare,vt eſt communis opinio. Clar.q.46.ver.quæro.

Filiæ ob parentum crimina,etiam læſæ Maieſtatis, non puniuntur , vt eſt cõmunis opinio.Soarez in eius Theſauro.in verbo.Filiæ.nu.303.

Filius præſumitur legitimus,etiam quòd mater ſit adultera,vt eſt communis opinio.Anto.Gabriell.in ſuo.Communium opi.lib.1.de præſump.conclu.14.Limita.vt ibi.

Filij ob delicta paterna quandoque puniuntur,& præcipuè in crimine hæreſis,vt eſt communis opinio.Rolan.à Valle in conſ.8.nu.45.in 3. vol.Nã in terris eccleſiæ,& Imperij filij & agnati excludũtur à ſucceſsione hæreticorum,vt eſt communis opin.de qua ibi.Rol.nu.43. Et econuerſo patres pro filiis.Vnde ſtante ſtatuto,quod pater teneatur pro delicto filij, ſtabitur confeſſioni filij in præiudicium patris. Soc.in l.1.§.abſens.nu.9.ff.ſi ex noxiali.cauſa agatur.

Filius occidens patrem,ſuccedit patri,licet tanquam indigno fiſcus auferat,vt eſt communis opinio.Ana.conſ.63.in prin.Clar,in §.homicidium.ver.Priuatur etiam.

Filius pro iniuria verbali patri,illata poteſt exhæredari,vt eſt communis opinio.Cur.iun.in conſ.148.in 2.vol.

Filij inceſtuoſi & alij nati ex damnato coitu & accuſabili,poſſunt parẽtes in ius vocare ſine venia.vt eſt glo.cõmuniter approbata. de qua Soc.in l.in ius vocari.§.prætor ait.numero quinto.ff.de in ius vocã. Fortunius,de vltim.fine in.cano.& ciui.nu.117. Et patri denegare alimenta.vt ibi.

Filius poteſt negare alimenta patri hæretico.Bened.de foro Sempr. in Repert.Fel.in ver.filius qui habet patrem hæreticum,communis tamen opinio eſt,quòd filius non poteſt præferre extraneum in eleemoſyna patri hæretico pauperi.vt ibi.

Filius natus in domo patris ex viro & coniuge in figura matrimonij, præſumitur generatus ex ſemine viri,& non concubinarij.Etiam ꝙ amaſius conſuetudinem cum ea habuerit,vt euitetur crimen,& inhoneſtas, vt eſt communis opin. de qua Pariſ. conſil.12. num.232. & ſeq.in 2.par.& Bal. in l.ſi matre. C.de ſuis & legiti. vide omnino Petr.Iaco.in ſua Practi.in tit.de Generatione.fol.87. & Concenna . lium.lib.2.c.9.

Filius ideò non cẽſetur illegitimus ex matris aſſertione,vel ſi ipſa fuerit adultera.communis eſt opin.Soarez verbo Filius.nu.182. & ſeq.

Filiusfamilias ex crimine damnatus nõ poteſt,vt ad delicti pœna ſe eximat res fideicommiſſo ſubiectas, & alienari prohibitas,vt eſt communis opinio.Soarez verbo Filius nu. 241.

Filij ante delictum patris , etiam læſæ Maieſtatis nati , vel concepti, non puniuntur,vt eſt communis opinio.Soarez verbo filij.nu.168.

Filij naturales & ſpurij puniuntur ob delictum patris,prout legitimi, vt eſt communis opinio.Soarez verbo filij.nu.270.

Filia impudica exhæredari poteſt,niſi reſipiſcat,vt eſt communis opin. Soarez verbo filia.num.287.& ſeq.

Filia ob parentum crimina,etiam læſæ Maieſtatis , non plectitur,vt eſt communis opinio.Soarez ver.filiæ.nu.301.

Filius poteſt facere pacem de patre offenſo mortuo,etiam ſi nolit eſſe patris.hæres,vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.quæro nunc.

Filiusfamilias poteſt accuſare alium criminaliter abſque conſenſu patris,vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione 14. verſic. Sed quid. Et ita practicatur.

Filij naturales tantum admittuntur ad accuſandum de morte patris,& præferuntur cæteris conſanguineis,vt eſt communis opinio. Non etiam ſi eſſent ſpurij,adulterini,vel inceſtuoſi, quia non admittuntur,vt eſt communis opin.Clar.q.14.verſ.quæro.an filij.

Filij naturales & ſpurij poſſunt pacem facere pro offenſis factis eorum matribus & patribus,quando ſunt certi filij,vt eſt communis opin. Cla.q.58.ver.ſcias autem.

Filius ob delictum patris & feloniam non priuatur feudo,vt eſt communis opinio. de qua Syluanus in tracta.de Feudi recognit.quæſt. 40.ad finem.

Filij naturales & ſpurij cõprehenduntur in pœnis impoſitis filiis, propter delictum patris,vt filij hæreticorum.Ioan.Coraſ.in l.liberos.nu. 11.ff.de Senato.communem dicit.

Filia contrahens matrimonium ſine licentia patris, non contrahit ingratitudinem ex qua poſſit exhæredari.Niſi elegerit virum turpem Panor.in capitu.1.de ſponſa.Petr.Rauen. in compe.titul.de Sponſa. colum.2.communem dicit.Vezinus Hiſpanus in ſuo Ærario.Communium opinionum.

Fiſco nõ probante,reus abſoluitur,vt eſt communis opinio.Burſa.conſil.65.num.3.

Fiſcus non rapit bona banniti expreſſè prohibita alienari,cõmunis eſt opinio.D.m.Alcia.in conſ.68.nu.1.& nu.8.& 9.

Fiſcus contra eximentem aliquem in ius vocatum, vel incarceratum poteſt iurare in litem,vt eſt communis opinio. de qua Plotus.in l. ſi quando.nu.588.C.vnde vi.

Fiſcus non priuilegiatur plus quàm dãnatus,in cuius ſuccedunt bonis communis eſt opinio.Soarez.verbo Fiſcus.nu.307.Et ideò à ſententia lata contra fiſcum non datur appellatio in terminis. l.1.ſi de momenta.poſſ.fue.appella.vt eſt communis opin. d.qua.D.Contardus. in d.l.j.q.21.per totum.fol.312.

Fiſcus qui habetur loco hæredis in bonis condemnatis,non poteſt facere,quòd condemnatus non poterat.Cur.iun.in conſ.120.communem dicit.

Fiſcus ad quem peruenerũt bona alicuius,ſi ea capit tanquam bona cõfiſcata tenetur ad onera legatorum & fideicommiſſorum, & creditoribus hæreditariis quaſi hæres,& habetur loco hæredis,vt eſt cõmunis opinio,& ſic tenetur ſoluere omnia debita cõdemnati.vt eſt communis opinio. Sed quando capit bona vacantia , eo caſu non tenetur ad legata,neque ad fideicommiſſa,vt eſt communis opinio & ſi deferantur ex ſucceſſorio edicto,ſcilicet deficientibus aliis ſucceſſoribus,nec tenetur fiſcus,vt eſt magis communis opinio.& practicabilis.Clar.q.78.ver.ſed ante.

Fiſcus non habet bona delinquentis tacitè hypothecata,vel obligata, vt eſt communis opinio.quæ eſt vera ante commiſſum delictum.ſed poſt,ante tamen quàm ſit inchoatum iudicium criminale , idem eſt Aut poſt ſententiam,& à die latæ ſententiæ fiſcus habet hypotecata

delinquentis

delinquentis bona, vt eſt communis opinio.Clar.q.78.ver.finali.

Fiſcus præfertur creditoribus delinquẽtis ex delicto,etiam in pecuniariis.Non præfertur creditoribus ex contractu,vt eſt communis opinio Clar. q.78.verſ.vbi.

Fiſcus ſi alicui ſuccedit quocunque caſu bona ad illum deferantur, nunquam tenetur vltra vires hæreditarias.Clar.q.78.ver.vnum ſcias.

Fiſcus vbi fideicommiſſum eſt ſimplex, quia continet ſolam tacitam prohibitionem alienationis,à lege capit bona banniti, quatenus viuat ipſe bãnitus vbi verò fideicõmiſſum ſit expreſſum in caſu alienationis,tũc nõ rapit fiſcus,ſed admittitur ſequẽs in gradu fideicõmiſſi. D.m.Alcia.in conſ.146.in 5.lib.vbi cõmunem & certã opinionem aſſerit. Et ſi fiſcus comparet pro ſuo intereſſe,reuocat ad ſuũ iudicem, ſcilicet ad procuratorem fiſci, idem eſt in eccleſia. vt per Dec.in conſil.vlt.nume.8.

Fiſcus poteſt vindicare rem incidentem in commiſſum intra quinque annos.Bar.in l.commiſſa.nu.4.ff.de publica, vbi & appoſtill.Bal.in l. j.ff.de rerum diuiſio.verſ.& no.quod fraudata gabella col.5.in prin. aliàs elapſo quinquennio nõ poteſt,quia etiam in bonis delictis fiſco propter vectigal non ſolutum præſcribitur ſpacio quinque annorum.Marſil.ſing.307.vbi latius.Benè verum eſt,quod iſtud tempus quinque annorũ intelligitur à die ſcientiæ fiſci.Natta conſ.225.nu. 2.in 1.vol.Marſil.conſ.87.nu.15.communem dicunt.

Flagranti in delicto deprehenſi abſque ſentẽtia puniri poſſunt,communis eſt opin.Soarez.verbo flagranti num.309.

Feudum antiquum ſecundum magis communem opinionem,propter homicidium vaſalli transfertur in agnatos , Rolan.à Valle in conſ.1. num.31.in 3.vol.& non in fiſcum.

Fornicatio cum meretrice non eſt de iure ciuili punibilis,vt eſt communis opinio,etiam quòd violenter.eam ſtuprauerit,vt eſt communis opin.Clar.in §.fornicatio.in prin.

Forenſis excuſatur à pœna ſtatuti loci.Niſi ſtatutum damnaret factum à iure damnatum ſecundum communem opinionem. Capra conclu.5.nu.34.& ſi ſtatutum damnat factũ per loca propinqua, ab eius pœna forenſis nõ excuſatur,communis eſt opinio,Capra ibi nu.35. vide Bar.& ibi per appoſtillan.in Auth.vt factæ nouę cõſtitutiones. nume.10.

Forenſis excuſatur ab edictis,& proclamationibus, vt eſt communis opin.in l.1.C.de Sutri.& in cap.1.de conſtitu.in 6.Pacethus in conſil.190.nume.16.

Forenſis non excuſatur à ſupina ignorantia ſtatuti pœnam imponentis,vt eſt communis opinio.Capra regu.5.num.34.& maxime ſi ſtatutum damnat factum à iure damnatum.ibi.

Forum quis ſortitur etiam in criminalibus ratione domicilij,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.39.verſ.ſortitur.vel vbi plurimũ.cõuerſatur de delicto alibi commiſſo.Cherianus.in ſuo communium opinionum, in ver.forum.quando fuit talis conuerſatio per decem annos.Pet. Duen.Regu.378.Soarez ver.Forũ.vide omnio Graſſum.in ſuo Cõmunium opi.lib.2.c.10.q.1.vbi ponit limita.& amplia.

Forenſes tenẽtur ſtatuto puniente delictũ vt ſi ſtatutum dixerit ſi quis furtum fecerit &c.vt eſt communis opin.Socin.Senior.in c.à nobis. nu.13.& ſeq.de ſententia excõmunica.Vide d.Gab.Caſa.inter conſ. crim.conſ.21.Tomo 2.Et quib.ſtatutis forenſes ligentur Roma.conſil.491.per totum.

Forenſis aliquid committens,quod non eſt prohibitum de iure communi,ſed tantum ex forma ſtatuti forenſis habens ignorantiam d. ſtatuti excuſatur,vt eſt cõmunis opinio.de qua D.Rolan.à Valle in conſilio 42.nume.26.in 3.vol.vbi ob id excuſatur forenſis à pedagiis & guidagiis.

Frater fratrem occidens,puniretur ſucceſſione fraterna,quæ debetur fiſco.& non filiis eius , communis eſt opinio.Clar.in §.homicidium. verſi.puniatur etiam.Boeri.deciſ.25.num.8.communem dicit.Soarez verbo.fratris.nume 341.

Frater nõ cogitur teſtificari contra fratrem in criminalibus,vt eſt cõmunis opin.Soarez in verſi.frater nu.338.

Frater pro fratre ad defenſam teſtis eſſe poteſt in criminalibus.communis eſt opin.Graſſus communium opi.lib.2.c.17.q.3.Et eſt vera opi. & menti tenenda.ſecundum Alex.in conſ.4.in 6.vol.nu.11.poſt Bal. vide omnino Dec.in conſ.469.n.7.& ſeq.in cauſa tamen ardua frater pro fratre non teſtificatur.Barba.conſ.46.nu.17.in 2.vol.Idem in crimine hęreſis.Bar.in tract.de teſtibus.nu.8.Benedi. de foro Sẽpro. In Reperto.Feli.in ver.frater.& fuſiſſimè Feli.in c.cum oporteat.nu. 3.de accuſa.vide Crotum in tract.de teſtibus in 4.par.nu.10.& ſeq.& in 3.par.nu.13.præſertim contra fiſcum.nu.150.Sed contra fratrẽ nõ cogitur teſtificari,vt eſt communis opinio,de qua ſupra,& Graſſus.q. 4.Portius.communi.cõclu.Reg.26.lib.4. Anto.Gabriell.Communiũ opi.lib.1.tit.de teſtibus conclu.14.lib.7.conclu.21.vbi ampliat & limitat.Petr.Duen.Regula.383.& regu.384.Et frater fratrem non poteſt denuntiare puniendum.Riminaldus conſi.566.num.8.in 3.vol.

Feudatarius & emphyteuta alienando ſub conditione,ſi domino placuerit, à caducitate excuſatur,communis eſt opin.Plotus conſi.108. nume.26.Inter conſilia crimi.in 1.vol.etiam ſi ſequeretur traditio vbi res non eſt difficilis recuperationis,vt eſt communis opinio.ibi. nume.25.

Fraus per indicia detegitur,ſicut & dolus, quorum indiciorũ poteſtas relinquitur iudicis arbitrio.ſecundum communem opinionem.in l. fi.C.& ff.de quæſtio.Calcane.conſ.84.communem dicit. Cephalus conſ.198.nu.16.Portius conſ.21.nu.33.vbi fuſius.Menochius de arbitrio iudicis caſu.116.& caſu 194.

Fugientes rei ad eccleſiam ſunt tuti & inde extrahi nõ poſſunt,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.30.verſ.1. vide tamen ipſum ibi.Et hoc.etiam habet locum in ambitu & confinibus ipſius eccleſię ibi ver.Hinc eſt. Et domus eccleſię,& palatia Epiſcoporũ,etiam quòd ſint ſeparata ab ea,dũmodo ſint intra quadraginta paſſus ab eccleſia,Clar.ibi.verſi. Scias etiam.Idem eſt ſi eccleſia nondum ſit conſecrata, nec officia diuina in ea ſelebrata. cõmunis eſt opin.ibi ver.quæro.Idem eſt in eccleſia interdicta,communis eſt opi.ibi. ver.Idẽ etiã.& eſt idem in eccleſia deſtructa. abſque ſuperioris auctoritate.cõmunis eſt opi.Clar. ibi.verſ.Maius eſt.Oratorium autem nõ habet hanc eccleſiæ immunitatem,vt reus ibi ſecurus ſit.Clar.ibi.verſ.ſed quid communem dicẽs,quia eſt locus priuatus,etiam ſi ibi diuina celebrẽtur officia.Omnes igitur confugientes ad eccleſias ſunt tuti,vt eſt communis concluſio,Clar.ibi verſ.quęro.Fallit in latronibus,aut viarum de populatoribúſque nocturnis agrorũ,& homicidiis,qui ex incidiis interfecerunt,vt ibi latiſſimè.& fallit in proditoribus,& homicidiis.ex inſidiis,vt eſt communis opinio.Clar.ver. Scias tamen.Idem ſi animo deliberato quis interfecerit aliquem. Clar.ibi verſic.punctus eſt, vbi communem dicit.Idem in inſidioſo,vt eſt communis opin.Clar.ver. Hoc autẽ.Idem in fure.quia non gaudet immunitate eccleſię,ſi conſenſus prælati accedat.Clar.ver.quæro an fures.Idem ſi quis delinquat in eccleſia,nõ gaudet eius immunitate.Clar.ibi ver.Item quæro.communem dicens. Idem eſt ſi vna eccleſia delinquat,& ad aliam cõfugiat,nõ gaudet immunitate eccleſiæ.Cla.ibi.ver.ſed quid.Idem, ſi ipſimet clerici delinquunt,poſſunt extrahi de eccleſia , vt eſt conſuetudo.Clar.ibi.ver.vlterius.Itidẽ,ſi iudęi cõfugiunt ad eccleſiã.ſunt extrahendi,communis eſt opini.Clar.verſ.Præterea. Excommunicati tamen gaudent immunitate eccleſiæ,ſi delinquunt,vt eſt cõmunis opinio Clar.d.q.30.ver.quæro etiam.Idem,ſi quis inſequutus à familia Curię maleficiorum fugit ad eccleſiam,eſt tutus,nec inde extrahi poteſt.Clar.ibi.ver.Pone communem dicens,Et iudex laicus in caſibus,in quibus rei non gaudent immunitate eccleſiæ,poteſt propria auctoritate delinquentes extrahere ab eccleſia,vt eſt cõmunis opi. Clar.ibi.ver. quæro nunc.Debet tamen modeſtè ſe gerere.& facere ſine tumultu, & offenſa perſonarum eccleſiaſticarum , Clar.ibi.Et vbi eſſẽt reſtituẽdi eccleſię debet eos reſtituere.Et debẽt dicti rei in eccleſia ſe recipientes interim cuſtodiri,& teneri ſub bona cuſtodia.vſque ad ius cognitũ & declaratũ.An gaudeãt immunitate?Cla.ibi ver. quæro modo.Gaudent etiã immunitate eccleſiæ carcerati fugientes ad eã.vel condemnati per eccleſiam tranſeuntes,vel per cęmiterium. vt eſt communis opin.neque violenter extrahi poſſunt,Clar.ibi.ver. ſcias autem.Et extractus de eccleſia in caſibus,in quib.poteſt extrahi,poteſt puniri,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ quęro modo. Et dictæ eccleſiæ immunitate gaudent,qui poſt delicta ad eccleſiam confugiunt.Sed etiam carcerati,immo & condemnati,& banniti capitaliter,& qui ad ſupplicium conducuntur.& tranſeunt per eccleſiam vel cęmiterium,vt eſt communis opinio.Clar.verſ.ſcias autem.

Fugientes ad ſarcerdotẽ Euchariſtiã in manibus portantem.gaudent immunitate eccleſiarum, vt eſt communis opinio.Clar.ver.vlt.quæro. Idem in eis,qui ad domos Cardinalium confugiunt.ibi. Clar.ver. Item adde q.30.Arno.ſolilo.80.

Fugientes ad ſtatuas principi ſunt ſecuri pro delictis.nec inde extrahi poſſunt.communis eſt opinio.d.q.30.per Clarum. verſi.vlt.ſed non ſeruatur.

Fuga famuli facit plenam probationem, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.fuga.num.376.

Fugere non tenetur inuaſus,communis eſt opinio.Soarez in ver.fugere. nume.381.Graſſus communi opinio. lib.1.q.4.cap.2.

Fugiens officialis,tenetur crimine læſæ Maieſtatis.Soarez ver.fugiens communem dicit.

Fuga rei cum fama adiuncta facit indicium ad torturam.Et ita ſe habet communis practica.Blancus in l.fin.nu.279.ff.de quæſtio.Nam ſola fuga, & fama ſola non facit indicium ad torturam. Amplia limita. vt per D.Ioan.Donatũ.In ſuis regulis li.4.in ver.fuga.Petr.Duen.regu.390.391.392.Soci.regu.303.Marſil.ſingu.115.vbi & ponit limita. Fuga autem poſt accuſationem,vel inquiſitionem formatã,non facit indicium,vt eſt cõmunis opin.Soarez verbo fuga.nu.371.Et ſi reuertitur reus,tollitur indicium ad torturam ibi.vide ipſum fuſius ibi.nu.372.& ſeq.Et ex fuga non poteſt fieri cõdẽnatio,vt eſt communis opin.de qua Benedic.de foro Sempronio.In Reperto.Feli.in verbo fuga.vbi de fuga.fuſiſſimè.Felin.in c.nullus.de præſump.nu.1.& ſeq.vbi cõmunem dicit,& limitat.Fallit multipliciter.Et primò,ſi ef-

ficialis eſſet notorius de Barataria,& pēdēte iudicio aufugeret.quia haberetur pro confeſſo.Item fallit in fractoribus carcerum,quia iſto caſu fuga probat delictum & facit,quòd ille habeatur pro confeſſo. niſi fugeret aperto oſtio carceris.Et oportet,quòd ad hoc, vt quis habeatur pro confeſſo,quòd ſit inquiſitus pro ſpeciali inquiſitione, & non generali.Fallit,ſi quis fugit de manibus familiæ,quia fuga nō facit indicium.Fallit,quando lex,vel ſtatutum punit ipſam fugam,tāquam ſpecificum delictum,non autem tanquam ſignum delicti.Fallit,quando agitur de probando crimine ſolius ſuſpicionis. videlicet an aliquis ſit ſuſpectus,vel non?vt ex iſta ſola ſuſpicione ſequatur aliquis effectus.quia fuga probata,eſt ſtatim probata ſuſpicio.Feli.d. c.nullus.de præſumptio.

Fugiens cum enſe euaginato & ſanguinolento poteſt torqueri , vt eſt communis opin.Blancus in l.fi.num.291.ff.de quæſtio.

Fugiens è carcere poteſt captus torqueri,quia fuga eius facit indicium ad torturam,vt eſt communis opinio.Rolan.à Valle conſilio 7. numero 8.in j.volumine Duen.regu 393.Soarez verſicul.fugientes numero 383.ſed non comprehendit ſtatutum,de iis loquens,eos, qui reuertendi animo diſceſſerunt,vt eſt communis opinio. ibi. Soarez numero 384.quæ ſibi non placet.

Fuga etiam ſine clamore ante accuſationem,vel inquiſitionē, facit indicium veriſimile & probabile,vt eſt communis opinio.Plotus inter conſilia cri.conſi.132.numero 26.

Fugitiuus poteſt capi tempore feriarum in honorem Dei. D.m. Alcia. in c.cum non ab homine.de iudi.num.71.communem dicit.

Fugæ ſuſpicio ad capiendum debitorem non probatur iuramento, ſed requiritur cognitio ſummaria cum iuramento.Iaſ. in l. apertiſſimi. C.de iudi.& Anto.de Tremolis in addi.ad prac.Bonacurſij tit.de recuſa.numero 3.communem dicit.

Frequentatio viæ eſt ſuſpecta, quando quis in ea fuit inuentus mortuus,& facit indicium ad torturam,vt eſt communis opinio. Boſſius de indiciis.numer. 51.Blancus in repert.l.fi.ff.de quæſtio.in verbo frequentatio viæ.

Fuſtigationis pœna non dicitur capitalis,vt eſt communis opini. Clar. q.70.in prin.ver.eſt etiam.& fuſtigatus poſt ſententiam,& ſic in pœnam efficitur infamis.Paul.de Caſt.in l.nullam.C.ex quibus cau.infamia irrogatur.num.2. Maranta fol.49.num.5.Quibus caſibus quis fuſtigetur ponit Clar.d.q.70.remiſſiuè licet.

Furto ſubtracta res poteſt quæri in domibus ſuſpectis per familiam poteſtatis ad inſtantiam domini,non autem eſt danda licentia ipſi domino perquirendi ob ſcandalum euitandum.Clar.in §.furtum.verſ. quæro.vbi communem dicit.& no.quòd actio furti cōpetit ei , cuius intereſt rem ſaluam eſſe. licet non ſit dominus.§. furti actio. inſtitu.de obliga.quæ ex delic.naſcuntur.

Fur præſumitur,ſi penès ipſum res furto ſubtracta reperitur.ſi eſt perſona malæ famæ.aliàs non,vt eſt communis opinio.& iſta mala fama facit indicium ad torturam.Clar.in §.furtum.ver. ſed nunquid. Soarez verſ.furto,num,409.

Furtum factum de re magna dicitur graue delictum,vt eſt communis. vbi latius.Clar.in §.furtum.verſi.quæro an.

Fur de iure communi punitur pœna mortis.Clar.in §.furtum.verſi.ſed quæro communem dicit.Quando eſt fur famoſus, & terſit furatus, vt eſt communis opinio.verſicul.ſed pone quid in terminis ſtatuti. Et licet de duobus furtis quis fuerit punitus, tamen pro tertio ſuſpenditur,quia aggrauant delictum,vt eſt communis opinio. Clar. ibi.verſic.quæro etiam.itidem ſi fuit pro duobus primis furtis per gratiam principis abſolutus. quia per eum commiſſo tertio furto, ſuſpendi debet,vt eſt communis opinio.ibi Clar.ver.ſed quid.& debent tria furta eſſe diſtincta re & tempore,vt eſt communis opinio. Clar.ibi. ver.vnum tamen.

Fur debet furca ſuſpendi,non decollari,vt eſt communis opinio. Clar. in §.furtum.ver.eſt igitur.& no.quòd ſuſpenſus,vel decapitatus, ſeu aliqua alià pœna afflictus pro ſcelere, dummodo ipſum pœnituerit, ſi illa pœna eſt ſufficiens pro delicto , prodeſt , vt in alià vita non puniatur de eodem delicto, quia ſcriptum eſt. Non iudicabit bis in idipſum.Abb.in c.ex parte.num.3,de ſepulturis.

Fur excuſatur à furto,ſi dominus rei furatæ erat ſuus debitor,& ab eo non poterat aliter ſatisfieri,vt eſt communis opinio,Clar.in §. furtum.ver.excuſatur.item excuſatur,ſi erat res amici,vel conſanguinei, vel res modici valoris.vel de voluntate domini rē accepit,vt eſt cōmunis opinio,Clar,ibi,in ver.excuſatur.item quis excuſatur à furto, ſi numerata ſibi fuerit pecunia,vt alteri reſtituat,quia cū ſit conſuetudo,quòd ad numerum deponatur pecunia penes aliqnem,ſi ea vtatur,non facit furtum,quia ex numeratione cenſetur tranſlatū dominium in dubio.& tantundem reddere tenetur.vt per Bal.in l. incendiū.C.de rebus credi.& eſt glo,in l.3.C.depoſi. Secus ſi pecunia non fuerit data ad numerum,ſed ſignata in ſacculo,quia tunc ſi quis eam recipiens vtatur,furtum committit,vt ibi per gl.& per Bal. vbi ſuprà,nu.3.quandoque tamen ex numeratione non cenſetur tranſlatum dominium,Pariſi.conſ.131.in 4.vol.

Fur domeſticus etiam debet puniri.Clar.d.§.furtum. ver.poſſet etiam, nam non excuſatur.

Fur etiam pro leui re non excuſatur.Sed punitur,vt eſt communis opinio.Clar.in §.furtum.ver.pariter.

Fur excuſatur propter neceſſitatem famis,vt eſt communis opin.Clar. d.§.furtum.ver.quandoque.

Furto cōmiſſo in caupona,hoſpes poteſt iurare,& ſibi creditur contra eum,vt eſt communis opin.Clar.in §.furtum,ver.pro complemēto.

Furtum eſt minus delictum quàm rapina,vt eſt cōmunis opin.de qua Soc.in c,tuæ diſcretionis.num.5.de pœnis.

Furor excuſat à delicto,ſi furor tunc adſit,vt eſt communis opin.Clar. q.60.ver.item quæro.itidem ſi poſtea ſit effectus furioſus,communis eſt,vt ibi.idem ſi poſt ſententiam ſit effectus furioſus licet bona poſsint ex ſententia confiſcari,vt eſt communis opin. Clar.ibi.verſ. ſed quæro.vide Graſſum in ſuis communibus opi.lib.2. c.6.q.4.

Fur repertus cum re furtiua alibi quàm in loco,in quo fecit furtum, non poteſt puniri,vt eſt communis opinio, vt per Graſſum in ſuo communium opinionum libro 2.c.10.quæſt.4.Marſil.ſingu.77.vnde fur qui furatus fuit Florentiæ,& portauit furtum ſecum Bononiæ puniri non poteſt.& dum iſte caſus de facto occurriſſet in ciuitate Ferrariæ.Illuſtriſsimus Dux Hercules ita iudicauit,vt atteſtatur Petrus Rauennas in ſuo Alphabeto aureo. in verbo fur,ſi furatus. vbi communem opinionem dicit.vide Boſsi.de furtis.nume.18. Riminal.conſilio 7.per totum.Capici.deciſ.Neapoli.104.Alex.inter cōſilia crimi.conſilio 71.numero 18.in 2.tomo,communem dicens. & not.quòd ſi quis ſcienter vendit rem alienam furtum committit,& de furto punitur,ſi ipſam rem tradat verè & non fictè per conſtitutum.Tiraquell.de conſtituto.in 3.part.26.limi.numero 3.vide Soarez,ver.furto.numero 407.& ſeq.& vide D.Brunorum à Sole conſi. vnico.num.52.& num.155.vbi ſi quis ſit repertus cum re furtiua, ſi tamen talis ſit bonæ vocis,conditionis & famæ.iſta inuentio non facit aliquid indicium ad torturam cōtra ipſum,vt eſt communis opinio,de qua ibi fuſius.vbi ponit exemplum in ſtrazarolis.

Fur non poteſt pœna mortis puniri pro primo furto , licet magno, vt eſt communis opinio,de qua Alexan.inter conſil.crimin. conſil.81. num.21.volum.1.

Furtum vel ſubtractio facta à perſona domeſtica,dicitur caſus fortuitus vt eſt communis opinio legiſtarum & canoniſtarum. de qua Iaſ.in conſil.42.num.3.in 1.vol.alias ſecus ſi fiat à perſona non domeſtica.

Furem occidere licet,ſi bona aliter ſaluari non poſſunt,vt eſt communis opinio.de qua Abb.in c.Interfeciſti.de homicidio fallit in clerico Idem Abbas in c.ſignificaſti num.2.eo.tit.

Fur furans ex neceſſitate famis non incurrit in pœnam, vt eſt communis opin.de qua Abb.in c.ſi quis.in ſummario extra de furtis.

Fur,qui cum furto reperitur, accuſari ac puniri poteſt , communis eſt opinio.Soarez ver.fur.nu.386.

Fures ita condictione conueniri poterunt,vt & concluſio,& condēnatio ad dandum fiat,vt eſt communis opinio.Soarez ver.fures.num. 387.vide tamen poſtea.num.388.

Fures iuramento in litem ſunt obnoxij,vt eſt communis opin. Soarez ver.fures.num.390.

Fures non ideò minus furti pœnis plectuntur , licet dominus rerum proteſtetur ſua voluntate furtum factum eſſe,& eius auctoritate,vt eſt communis opin.Soarez verbo fures.num.391.

Fures ob defenſionem rerum necari poſſunt,vt eſt communis opinio. Soarez in ver.fures.num.392.

Fures furtis committendi aſſuetis & famoſi,furca ſuſpenduntur, vt eſt communis opin.Soarez verbo fures.& ij loco ſunt,qui tria fecerūt furta,vt eſt communis opinio. ibi.num.394.cæteri fures nunquam debent ſuſpendi,vt eſt communis opinio. nu.395. etiam quòd furtum ſit immenſum,vt eſt communis opin.ibi.num.396.

Furibus pœna quadrupli hodie non infligitur nec tenentur ad eam, etiam in conſcientia,cum ſit ſublata, vt eſt communis opin. Soarez ver.furibus.num.397.

Furtum eſt licitum eius ſummæ,quæ liquido apparet,& aliter exigi nō poteſt,vt eſt communis opinio.Soarez verbo furtum.num.399.

Furtum ſi ab eo famulo vel ſeruo fiat,qui rem deferendam ad aliquē ſuſcepit.ſiuè famulus, vel ſeruus rem illam mittentis ſit,ſeu rem accepturi.Si eius tamen conditionis fuit,vt ſimilia negocia tranſigere ſoleret,furti damnum ille patietur,ad quem res mittebatur.non verò qui rem mittebat,vt eſt communis opin. Soarez verbo furtum. Limita niſi res illa.quæ portanda committitur,ac furto intercipitur pecunia ſit,aut res aliqua,quam in genere deberet eius miſſor, vt eſt communis opinio.ibi.num.401.& ſi æquitas videatur in contrariū. item limita.Niſi expreſsim conuentum eſſet, vt aliquis nominatim declaratus,vel ipſemet debitor rem apportaret.ibi.

Furti actio etiam pro re minima ſubtracta,gallina,vel ouo datur,vt eſt cōmunis opin.Soarez ver.furti actio.nu.404.Licet pœna minuatur. vide tamē ipſum,& hoc eſt,quia de minimis curatur quādo tractatur de conſeruandis regulis iuris communis,vt declarat Curt.iun.in cōſilio

ſil.287.num.19.

Furto ſublatam rem,qui bona fide emit,ſi res extet,illam reſtituere tenebitur,& ſi non extat,quatenus ſit factus locupletior rei,precium domino reſtituere tenetur,vt eſt communis opinio,Soarez ver.furto.num.406.

Furtum de nocte factum poteſt probari per teſtes domeſticos , vt eſt communis opinio.de qua Curt.iun.conſ.270.num.3.in 3.vol.

Furtum debet eſſe patens,& de furto prius conſtare debet,ſaltem legitimè ante omnia.Crauetta conſ.260.nu.40.in 2.& iſta eſt communis opin.de qua Ioan.Amicus conſ.131.num.7.nec de eo ſtatur iuramento accuſantis,quia eſſet teſtis in cauſa propria.contra l.nullus ff.de teſtibus.Gratus in conſil.10.num.12.in 2.vol.& eo minus,ſi eſſet mulier quæ accuſaret,& maximè peregrina. ideſt meretrix. Placa Epito.delic.cap.34. Soc.iun.in conſil.1.nu.102.in j.vol.facit,quod dicit Corn.in conſil 14.litera x.in 2.vol.& quando fit furtum oportet,vt præcedat domini acclamatio, vel vociferatio, vel lamentatio. Specula,in tit.de pignoribus.ver.& nota.& in tit.de furtis.ad fi.nu.25.Blancus in pract.crim.fol.35.num.25.ver.acclamatio.& not.quòd ſtatutum de fure habet locum in raptore,vt eſt communis opin. de qua Burſatus conſil.94.num.6.& ſeq.

Furor ſuperueniens reo pœnam corporis afflictiuam temperat , vt eſt communis opinio.Soarez in verſic.furor.num.411.

Furioſus licet tempore ſanæ mentis occidat aliquem,non poteſt pœnam corporalem pati.Iaſon in l.furioſum.C.qui teſtam.face.poſſunt, vbi communem dicit.

Fructus poſt id crimen admiſſum perceptos cuius bona damnatorum, non ipſo Iure,ſed per ſententiam proſcribũtur,adiudicari fiſco cum cæteris bonis oportet, vt eſt communis opinio.de qua Soarez verbo fructus. num.351. multò magis & indiſtinctè fructus eos fiſcus non vindicabit,quos poſt illud crimen collectos eſſe conſtiterit,cuius cauſa bonis ipſo iure delinquens exuitur, vt eſt communis opinio.ibi.num.452.

Frumentum prohibitum extrahi,etiam farina prohibita extrahi cenſetur,communis eſt opinio.Soarez verſic. frumentum.num.364. nec eſt opus,vt prohibitus comprehendatur,ſed ſufficit,vt teſtibus conuincatur,etiam quòd conſtitutio loquatur expreſſè de comprehenſis,vt eſt communis opinio.nume.365. Sed magis communis eſt in contrarium ibi.num.366.nec ſtatuto comprehendetur,qui frumentum ſui vſus cauſa exportauerit,per quem tranſitum conducit.vt eſt communis opin.Soarez verſic.illo.num.367.& ſeq.

Furtum dicitur caſus fortuitus tunc ſolum,quando à perſona domeſtica fit,vt eſt communis opinio. Cherianus in ſuo communium opinionum. verſic. furtum. & quando furtum dicatur facere incidens arborem.Ruinus conſilio 105.num.3.in 4.volum. Quomodo probatur caſus fortuitus,clandeſtinus,vel occultus. Alexand.conſil.146. per totum.in 6.volum.

Fur dicitur manifeſtus ille,qui viſus eſt furari,licet non ſit deprehenſus cum furto.communis eſt opin.Clarus in §.furtum,ver.j.

Fur non tenetur,niſi ad reſtitutionem rei furatæ, in foro conſcientiæ, vt eſt communis opin.Clar.in §.furtum.ver.pœna autem.

Furē vt occidere liceat illi,cui furatur, requiritur, quòd ſit nocturnus, & faciat pro defenſione corporis,vel rerum,& prius clamet.& quòd ipſum non cognoſcat.& per ipſam capere non poſſit,vt eſt communis opin.& ſi diurnus ſit fur, ſi ſe telo defendat occidi etiam poteſt. communis eſt opin.Clar.in §.homicdiium.ver.vltima eſt.

Furatus aliquid tempore neceſſitatis,non tenetur illud, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit,reſtituere in foro contentioſo,vt eſt communis opinio.Clar.in §.furtum.verſic.ſed vidi.

## G

GAbella eſt ſoluenda etiam in foro conſcientiæ, quando eſt appoſita ab habente poteſtatem imponendi. Bertachin.in tract.de gabellis. parte 9.q.j.communem dicit.

Gabellam non fraudat,qui pro vſu ſuo portat.Soarez ver.iſto communem dicit.Imola conſil.64.

Gabella ſoluitur detractis detrahendis.communis eſt opinio.Soarez. ver.gabella.num.3.& num.5.

Gabellam tenetur ſoluere emens ab eccleſia,licet ea ſit immunis,communis eſt opinio.Soarez verſic.gabella,num.6.vbi plura de gabella, & plura etiam per Rolan.à Valle.conſil.91.in 2.Duen.reg.100.

Gabella in contractibus emptionum per emptores omnino ſolui debet, vt eſt communis opinio. Nouellus in addit. ad regulas Duen. regu.6.& ab vtraque parte ſoluitur.vt ibi.fallit in eccleſia,quæ non tenetur ſoluere gabellam de contractibus & donationibus lucratiuis.& ſtatuta in contrarium non valent,vt eſt communis opinio,de qua Nouellus ibi.num.3.Dec.ſignanter in conſil.496.num.1.in vlt. volum.vbi communem dicit,Soc.conſil.72.num.3.in 4.vol. Burſat. conſil.42.& alibi.Æmylianus conſil.102.& eſt excommunicatus gabellarius qui exigit gabellam ab Epiſcopo.Imola conſil.84. Feder. de Senis in conſil.207. Dec.conſil.48. in 1. Zannet.in tract.de differentia inter ius ciuile,& canonicum.num.184. vbi dicit,quòd clerici non tenentur ſoluere aliqua datia, vel gabellas,licet in Italia practicetur communiter contrarium, vt not.glo.in clem.fi.de cenſibus, vbi dicit glo.ꝙ tota Italia eſt interdicta,& omnes ciuitates Italię ſunt interdictæ ipſo iure.Vnde celebrantes in eis ſcienter ſunt irregulares,nec poſſunt abſolui ab alio, quàm à Papa. c. is qui. de ſententia excommunica.in 6. &,ſepelientes eos ſunt excommunicati. clem.j. de ſepulturis.Deus ergo (inquit) prouideat tanto malo. Et clerici de bonis præbendarum ſuarum,quæ vendũt,vel vendere faciunt, non tenentur ſoluere gabellam, nec etiam ad portam. Francis. Platea in tract.de excommunicatione.tit.de exigentibus pedagia & guidagia. §.38.num.6.& quicunque à perſonis eccleſiaſticis, vel eccleſiis per ſe,vel per alium ſuo nomine,vel alieno pro perſonis,vel rebus,quas non cauſa negociationis deferũt,vel deferri faciunt, ſeu trãſmittunt,exigunt aliquod pedagium,ſunt ipſo facto excommunicati . c. quanquam.de cenſibus.in 6.vide Nicol.Diploua.in trac.excommunica.num.12.tomo 3.Gallum in conſil.11. & 12. Tiraq.de retract.§. 1.in glo,13.num.11. & ſeq. vbi communem dicit eſſe opinionem, quòd emptores rerum eccleſiarum tenentur ad gabellas. vide omnino Capram reg.96.& Soc.in cap.nouerit.num.5. de ſententia excommunica.vbi dicit,quòd ipſo facto ſunt excommunicati publicani,qui pedagia, vel guidagia,& cætera ſimilia faciunt ſoluere clericis.Similiter nec ſcholares & aliæ perſonæ habentes immunitatem à gabellis & datiis ex priuilegio , prout noſtri doctores ex decreto. Illuſtriſſimi Ducis Herculis conceſſo collegio iuriſtarum Ferrariæ. quia iſti nullo modo tenentur ad gabellas. & hoc etiam de conſuetudine antiqua.quę ſemper eſt obſeruanda.Decius conſil.48.in j.vol. Nouellus vbi ſuprà.num.4.

Gabellas fraudare non licet ( vt dixi ) & eſt communis opinio. Soci. reg.164.fallit vt ibi,Et gabella eſt onus,quod imponitur pro rebus perſonę.Ruin.conſi.112.nu.1.in 5.vol. & not.quòd ſi in inquiſitione, ſeu inuentione fraudatæ gabellæ, deducitur dolus & fraus appẽſatè.Et probaretur ſupina ignorantia,p quam ille, qui fraudauit vectigal,aliquo modo non poſſet puniri, niſi in tantum quantum commiſiſſet fraudem,& non tamẽ occaſione d.inquiſitionis poſſet ſequi condemnatio.quia fuit præpoſita vna actio & probata alia.vel vna accuſatio , & alia probata , vt eſt communis opinio.de qua Aret.in conſi.153.nume.vlt.col.fi.verſi.& eſt aduertendum. plura per Riminal.conſi.33.in 1.vol.per totũ.& not.quòd ſtante ſtatuto,quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella,non debet de eodem contractu ſæpius ſolui gabella.Sed debet intelligi ſtatutum de cõtractibus ſeparatis,non autem de connexis,aut acceſſoriis.& qui tendunt ad vnum & eundem finem.Riminal.conſi.86.in 1. & ſtatutum ſimiliter non habet locum in contractu conditionali, quia contractus conditionalis non eſt contractus. Aret.conſil.11.num.2. Menochius, de adipiſcen.poſſ.in 4.remedio.num. 307.quia conditio nihil ponit in eſſe,& in ſuſpenſo tenet omnia,vt ibi per eum.Similiter priuilegium conceſſum fiſco tranſit ad ſingularem ſucceſſorem,prout feudatarius & emphyteuta & ſimiles.Riminal.in conſi.415.per totum. item not. quòd extrahens frumentum pro vſu ſuo non incidit in pœnam ſtatuti gabellarum. ſi poſtquam extraxit frumentum pro vſu ſuo mutauit propoſitum,& illud vendidit.Marſil.ſingu.86.quia requiritur dolus & fraus in eo, qui non ſoluit, vel ſoluere non vult gabellam.Abb.in conſil.68.nu.2.in 1.volum. nec ſufficit, quòd quis ſit in culpa etiam latà.vt ibi. nec eſt veriſimile, quòd quis velit notoriè fraudare gabellam.& conſequenter ſuam communitatem, vt ibi.num.3.& præſertim,ſi eſt ſolitus ſoluere gabellam. Et ſtatur iuramento ipſius conducentis prò vſu ſuo, quòd prius habuerit propoſitum pro vſu ſuo vti velle,vt ibi per Marſil.& per Alberic. in 1. parte ſtatutorum.q.72.facit,quod inquit idem Marſil. ſing.450. vbi plura deducit,quòd ſimplicitati ſemper eſt recurrendum. Et contra fraudantes datia & gabellas ſufficiunt probationes per coniecturas, quia talia clam cõmittuntur.ideo lex eſt contenta facilioribus probationibus.& indiciis.Marſil.ſingul.568.Licet fraudans gabellas iniuſtas nõ peccet. Abb.in conſ.13.n.5.in 2.vol.& licet pro rebus prò ſuo vſu non ſoluatur gabella, (vt dixi) Bart.in l.1.§.cum in eadem. num.2.ff.ad l.Rho.de iactu.Bertach.in reperto.in ver.bladum. verſi. 1.debet tamen pro eis accipi bulleta.Riminal.conſ.8.num.16.alias res incidit in commiſſum, vt ibi per Riminal. & in conſil.26. num. 17.& ſeq.& vide Roland.à Valle in conſil.80.num.48.in 3.volum.& cum gabella ſit res odioſa , in dubio eſt iudicandum contra gabellam ipſam. & ideo etiam in ſtatutis de gabellis non proceditur de ſimilibus ad ſimilia.Curt.iun. in conſil.329.nu.5.& ſeq in 3.volum. & ideo etiam pro datione in ſolutum, non debet ſolui gabella,licet adſit ſtatutum,quod de venditione ſoluatur gabella,quia eſt ſtrictè interpretandum,& ſtrictè non comprehenditur datio in ſolutum. Dec.conſi.18.nume.3.in 1.vol. Ferrettus in tract.de gabellis. quia odia ſunt reſtringenda.c.odia.de reg.iur.in 6.vbi D.m.multiſcius.D. Iacobus.Cagnazinus decus non modo Ferr. ſed totius ordinis iu-

riſconſultorum extat.Et priuilegium immunitatis competit etiam emptoribus. Dec.conſ.48.in j.vol.nec debet interpretari priuilegiũ, ita quòd noceat ipſi priuilegiato.Dec.conſi.458.num.13.Dec conſi. 438.num.7.vbi de ſtatuto gabellarum,& quòd non procedatur de ſimilibus ad ſimilia.Item ſi ſtatuto caueatur.quòd pro qualibet libra ſoluatur quid,ſi res,de qua ſoluitur,& fiat contractus,non aſcendit ad libram,nõ debet ſolui gabella.Bar.in l.ita autem.in prin.ff.de admini.tuto.Et de promiſſione de vẽdẽdo non ſoluitur gabella, quia promiſſio ipſa de vendendo non eſt vẽditio.Gomez. in tract.de emptio.& vendi.num.28.fol.175.& in tit.de qualitate fructuum contractuum.verſi.Tertius effectus.fol.260.Item reſoluto contractu per pactum appoſitum in contractu,ſi diſplicuerit infra tres menſes ſecuta diſplicentia,contractus habetur pro non facto,& ideò non ſoluetur gabella,neque de iure communi,neque ſtatutario.Riminal.cõſi.86.nu.21.Alexan.in l.in inſula,§.h.nu.2.ff.ſolu.matri.Et ſi dicatur in contractu,vt liberum ſit venditori intra certum tempus,vel quãdocunque precium reſtituere,& cõtractus ſit ipſo iure reſciſus,vel precij pars remaneat apud emptorem,ea lege, vt niſi intra certum diem reſiduum ſoluatur,res ſit in empta & omnis diſſoluta obligatio,quia nulla gabella ſoluitur ex contractu diſſoluto.Rom.conſi.78. Docto. in l.fi,§.fi.C.communia de lega.argu.l.3.C.de pac.inter emp.& vendito.Sed contra videtur tenere Riminal.conſi.85.num.17. Ange. in Authen.de Nuptiis.§.quia verò.in fi.vide tamẽ Riminal.in d. conſ. 86.Item ſi quis emit rem pro precio declarando per tertium,interim nulla debetur gabella,nec poteſt ille talis cogi referre & declarare precium. Niſi hoc eſſet factum in fraudẽ gabellæ,de qua debet omnino prius conſtare,quia non præſumitur fraus.Et not.quòd creditur ſcripturis Exactorum gabellæ de ipſa exactione,licet non ſint notarij.Et ita communiter obſeruatur.Ange.in l.ſi quis ex argentariis. §.Nummularios.ff.de eden.Et licet propter non ſolutum vectigal ipſo iure dominium rei vectigalis tranſire debeat in fiſcum, non tamen transfertur ipſo iure poſſeſſio. Ange,in l.commiſſa.ff.de publica.Item not.quòd ſi quis impetrauit licentiam,vt poſſit portare decem modios frumenti Ferrariam,& portauit viginti,quòd totum amittere debet & confiſcatur.Ange.in l.fin.C.de Nautico fenore. vbi idem dicit habere locum,ſi cum licitis illicitas ferat merces.Et ſtante ſtatuto,quòd ſi quis vendiderit rem in mercato,ſoluat tantum nomine gabellæ,quomodo hoc intelligat in mercato,vide per Ange. in Auth.vt non fiant pignora.Item ſi per ſtatutum eſſet ſoluenda gabella de quolibet contractu,Non habebit locum in diſtractu , cũ non ſit nouus contractus.Caſt.in l.1.nu.2.C.de pac.inter empto. & vendi.Secus, ſi fieret pactum de retrouendendo,vt ibi quia eſſet nouus contractus & veniret ſoluenda gabella, & non diceretur reſoluere primum. vide Caccialup.in trac.de tranſac.in 4.q.num.3.vbi dicit,quòd ſi conſuetudo loquendi,ita ſe habet, quòd nomine contractus intelligatur omne inſtrumentum,vt communiter dicunt Doctores.Tunc appellatione contractus in ſtatutis comprehenderetur, etiam diſtractus,quod dicit notandum. Item ſtante ſtatuto,quòd inuentus portare frumentum extra diſtrictum, habebit locum, etiam ſi non perfecerit actum portandi extra diſtrictum,quia illa verba etiam verificantur.quando actus eſt in fieri.Sed ſecus eſt ſi ſtatutum diceret,ſi quis portauerit extra diſtrictum.Alexan.in l.qui Romæ. §. Calimachus,num.5.ff.de verb.obligat.Item ſtante ſtatuto,quòd debeat ſolui gabella de mutuo.Nunquid in pane conſiſtat mutuum? Reſpon, quòd ſi in ciuitate eſt limitatum põdus panis,eſt mutuum, ſi non,eſt contractus innominatus & accommodatio.Iuxta illud Lucæ in Euangelio,c.11.Amice accommoda mihi tres panes &c.An habens priuilegium immunitatis reale & perſonale,& exẽptionis amplum Decretũ,poſſit vendere fructus rei priuilegiatæ abſq; alicuius dacij , vel gabellæ ſolutione?Reſpon.ꝙ ſic Æmilia.conſi.107. Et ratio eſt ſecundum D.m.Alcia.in conſi.18.numero 8.libro 4.quia cauſa fructuum non debet ſeparari à proprietate. Item ſtante ſtatuto, quòd in loco cõtractus debeat ſolui gabella,& in loco deſtinatæ ſolutionis non,illa debet ſolui in loco cõtractus,nec alibi,vt eſt communis opi.de qua Riminal.nouiſſimus conſi.93. numero 24. Item no.quòd Mulio portans res meas contra decretum,tenetur fiſco ad æſtimationem rerum,vt ſic damnum ſit ſuum, & non meum,quia Mulio tenetur de periculo rerum,quas portat,vt eſt communis opinio.de qua Bertachi.de Gabellis in 9.par.princ.in §.1.numero 14.Et no.quòd ſi repertus in via non patitur ſe perſcrutari à Gabellario, non dicitur fraudaſſe gabellam,ſed punitur de ſola reſiſtentia.Et hoc ſæpe de facto contingit.vt dicit.Idem Bertachi.ibi nu.23. Et ſi quis habet immunitatis priuilegium vel inſtrumentum contractus immunitatis à Principe conceſſum non videtur valere, vbi includeret caſum publicæ vtilitati contrarium.Et dato,quòd valeret,poſſet reuocari ipſa immunitas ex cauſa belli,peſtis,vel alterius magnæ neceſſitatis inſolitæ reipublicæ ſuperuenientis , Plotus in l.ſi quando num.22.C.vnde vi.vbi ſubdit num.18.quòd vbi Decretum diceret, quòd immunitas eſſet ab omnibus,& quibuſcunque omnibus,tunc ipſa immunitas extenderetur,etiam ad onera,ratione belli,peſtis, & alterius magnæ neceſſitatis Reipublicæ,propter ipſa verba geminata ab omnibus & quibuſcunque oneribus.Fallit,vt ibi.Et no. quòd pœna non ſolutæ gabellæ,etiam tranſit ad hæredes.Abb.in conſilio 68.in 1.par.

Gabellam contractus ſoluere tenetur,qui in loco ſtatuti verè contrahit,non qui fictè,nec cum alibi contrahitur , cum pacto,& contractus intelligitur in loco ſtatuti factus,vt eſt communis opinio. Gabriellius conſilio 20.nume.9.

Gabella non ſoluitur,cum ex re vendendi pacto venditur.Si tamen ſoluitur non reperitur,vt eſt communis opinio.Soarez. verbo gabella.numero quinto.

Gabella vni ex gabellariis ſoluta debitorem eius non liberat,nec ab vno ex eis inſolidum peti poteſt,vt eſt communis opinio.Soarez verbo gabella.num.9.& ſeq.Sed de conſuetudine contrarium ſeruatur. ibi latiſſimè.numero 11.

Gabella an ſoluatur de leguminibus. ſtante ſtatuto , vel proclamate, quòd ſi quis extraxerit Bladum abſque ſolutione,vel licentia incurrat in talem pœnam.vide Firma.in Reperto.verbo Bladum.Et in Reperto.Alberi.per Caſtellionem. Et not.ibi.Alberi.Abb. in c. multiplici.de decimis.Alber.in qq.ad ſtatu.lib.2.q.5.vbi appellatione Bladi venit legumen,vel millium, maximè ex communi vſu loquendi. qui attendi debet.ibi.nu.6.ſecundum quem proclamata intelliguntur.Et bladum eſt,quod terra ſeritur.Bertachi.in trac.de gabellis Mẽbro.2.8.par.ſub num.17.vbi bladum largius habet ſignificatũ quàm frumentum. vide Iuli. Ferre.de gabellis,num.38.& nume.37.dicit, quòd ſi ſtatutum diſponit,quòd ſi quis portat vnum currum frumẽti cadat in pœnam decem,& perdat frumentum.Non habebit locũ in aliis bladis, vtputa in ordeo,ſpelta triſigo,mellega,lenta,ſatacino, leguminibus,vt de faſellis & ſimilibus,niſi in frumento,vt ibi quia ſtatutum eſt ſtrictè interpretandum,& cum ſit pœnale non ſit extẽſio,niſi ſecundum ipſum aliter ſe haberet conſuetudo. patriæ , vſus loquendi,& rationis identitas.Item ſtante ſtatuto, vel proclamate, quòd debeant denuntiari blada officio,non comprehendit fœminã abſentem à loco vltra duas dietas,quia præſumitur ignorare proclama.Æmilia.conſi.124.per totum.

Gratia, ſeu remiſſio delicti,ſiue indulgentia à Principibus duobus fit modis.Vno modo,quando Princeps alicui facit gratiam pro delicto,& ſpecialẽ remiſsionem,ſeu indulgentiam.Secundo modo,quãdo Princeps ex aliqua cauſa,puta pacis initæ,aut ducẽdæ vxoris, aut natiuitate primogeniti,aut in ingreſſu poſſeſsionis alicuius ciuitatis facit gratiam generalem,& appellatur Decretum gratioſum,Clar.q. 59.verſ.ſcias autem.Et ſi Princeps dicat alicui,facio tibi gratiam pro delicto,dicitur plenè reſtitutus,etiam quo ad bona,communis eſt opinio.Clar.d.q.59.ver. Quæro etiam quo ad bona.vide Paulum Grillan.in tract.de relaxa.carcera.tit.de beneficio & indulgentia Principis.q.2.§.ſecundo quæro.vbi idem dicit,quia verba dubia in materia gratioſa,ſunt latiſſimè interpretanda,& ſic videtur re bannitus etiã quo ad bona reſtitutus.Niſi Principis conſuetudo aliter ſeruaret, vt ibi Clar.& bannitus,vel reus dicitur plenè reſtitutus ex gratia Principis,etiam quò ad bona incorporata fiſco. vel in alium alienata,ſi hoc in ea expreſſè dicitur, vt eſt communis Clar.ver.Item quæro.vt ſi diceretur,quòd pleniſſimè reſtitueret ſpecificando bona.&c. Marſi ſingu.246.Iaſ.in l.poſthumo.num.39. C. de bono poſſeſ.contra tabu.vbi allegat Barba.dicentem ſe obtinuiſſe Ferrariæ.Felin. in c.de his,ad fin. de accuſa.Si quis autem non reperiatur deſcriptus in libris condemnationũ.Maſſariæ Farrariæ nô dicitur , rectè bannitus & ideo non poteſt impune offendi , nec aliquod ſibi beneficium denegari,nec aliquod præiudicium inferri. vt in volumine ſtatutorum. d. ciuitatis ſub rubr.De iis , qui non reperiuntur ſcripti & in lib.3.de quo ſtatuto etiam meminit Menochius de arbitrio iudicis,q.90.num.12.lib.1.Et omnis forma à lege, vel ſtatuto cenſeri debet in dubio ſubſtãtialis, & de eſſentia actus.Feli.in c.quo ad conſultationem.num.12.de re iudic.Et bannitus reſtitutus per gratiam non recuperat fructus ex bonis iam alienatis,vel non alienatis,vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.quæro etiam.Nec recuperat hæreditatem ſibi iam delatam tempore banni, & alteri proximiori quæſitã, vt eſt communis opin.Clar.verſ.ſed quæro. nam reſtitutio ipſa per gratiam nunquam trahitur retro in præiudicium iuris quæſiti. Grãmati.deciſ.103.num.119.communem eſſe probans opinionem.vide Gabrielli.in conſi.112.num.1.& ſeq.& Boſſi. de iudiciis num. 101. an & quando gratia alicui facta non ſeruata forma ſtatuti valeat. Dec.conſi.10.num.1.& ſeq.in j.vol.Et not.quòd abſque pace poteſt Princeps facere gratiam reo imputato,& præſertim,quando pœna nondum eſt applicata parti.Gabrielli.in conſi.172.nu.49.Et ſi quis faciat pacem adiecta conditione,quòd nolit eum,cum quo fecit pacem venire in ciuitatem non valet,& ideò eam reiicere poteſt Princeps & gratiam facere.D.m.Alcia.in conſil.134.lib. 5. Et multa propter pacem permittituntur,quæ aliàs non concederentur.D.m. Alcia.conſi.135.nu.12.li.5.Et no.ꝙ qui vult gratiã impetrare,oportet vt exprimat omnia in ſupplicatione,quæ potuiſſent veriſimiliter retrahere

trahere animum Principis ab eius gratiæ conceſsione ſi ea ſciuiſſet. Clar.d.q.59.ver.debes autem.vide Fran.Mar.deciſ.537.& 573. in j. par.vide Burſatum in conſi.54.num.10.vbi dicit, quòd gratia conceſſa bannito,intelligitur,quo ad pœnam, nec extenditur ad bona, niſi de eis ſit facta mentio,ex communi opinione.vide Plotum. in l. ſi quando nu.9.& ſeq.Menochi.de recuperan.poſſ.in 10.Remedio. num.111.& pluribus ſeq.fol.102.& 103.

Gratię factę à ſtatutis,vel decretis non trahuntur ad delicta futura,vt eſt communis opinio.Si quis autem prætextu talis decreti gratioſi deliquerit,non eſt ei indulgendum.Et in generali conceſsione gratiæ non intelligitur crimē falſi quoque remiſſum, ſed requiritur ſpecialis remiſsio,propter enormitatem delicti,vt eſt communis opinio. Clar.q.59.verſi.fortius dico.cum.ſeq.

## H

HAbitans extra territorium vnius Principis,poteſt puniri lege municipali pœna confiſcationis,&.indignationis Principis,ex communi opinione.Burſa.conſ.24.nu.26.

Hæreticus dicitur, qui malè ſentit de fide,vt eſt communis opinio. de qua Clar.in §.hæreſis.in princ.qui dicit ſimplicem fornicationem nō eſſe peccatum,vel periurium non eſſe mortale peccatum,vt eſt cōmunis opinio.ibi Clar.non eſt autem hæreticus,qui dicit cauſa ſolatij. ſolatiemus & gaudeamus,quia nihil habet de nobis deus facere, ſi quis non ex animo,ſed iocoſe magis dixit,& qui eum ſic defenderet,de iure diſputando non eſſet hæreticus. Alberi.in l.ſi teſtamentū ff.de cond.& demon.

Hæreticus non eſt,qui non eſt baptizatus.communis eſt opinio. Clar. in §.hæreſis.verſi.Ad hoc.Nam ad hoc,vt quis ſit hæreticus requiritur,quod ſcienter erret in fide catholica,& aſſerat vera pro falſis,incerta pro certis,& econtra communis eſt opinio Clar.ibi. Et quod in ea opinione ſit pertinax, vt eſt communis opinio.Clar.ibi verſic. Item dubius in fide,ſi eſt pertinax eſt hæreticus,vt eſt communis opinio.ibi Soarez ver.iſto num.108.& 109.

Hæreſis crimen eſt merè eccleſiaſticum,& ideo laicus nō eſt iudex cōpetens,vt eſt communis opinio.Clar.in §.hęreſis verſi.Hoc crimen. Inquiſitor tamen ſuper hæreſi deputatus,non poteſt ſe intromittere de diuinationibus & ſortilegiis,non ſapientibus hæreſim manifeſtā. vt eſt tex.in c.accuſatus.§.ſanè.de hęreti.de qua re Iaſ.in l.huiuſmodi. §.fi.nu.18.ff.de lega.1.vide Abb.in c.1.nu.4.de Sortilegiis.vbi ponit, quando iſta ſortilegia ſapiunt hæreſim manifeſtam. & Squilacea. in tract.de Sortilegiis.& in tracta.de Fide.c.1.nu.1.D.m.Alcia.in c.pernicioſam.nu.73.de offi.ordi.communem dicit.Et Inquiſitor hæreticæ prauitatis deputatus per Papam in aliqua prouincia,vel dioceſi, dicitur habere delegatam & non ordinariam iuriſdictionem. Abb. in c.cauſa reſtitutionis.n.1.de reſtitu.in integr.& in c.cum I.& A.de ſententia & re iudi.nu.9.Et talis Inquiſitor hodie deputatus à Papa debet.ſimul procedere cum Epiſcopo,& ad actum præiudicialem non debet vnus procedere ſine alio. Abb.in c.excommunicamus,in fi.de hære.Nec poteſt ipſe Inquiſitor deponere ipſum Epiſcopum negligentem,nec contra eum procedere.nec quiſquis alius excepto Papa,vt eſt communis opinio.de qua Abb.ibi nu.13.

Hæreticus imputatus non poteſt diuiſim ab Epiſcopo,vel Inquiſitore innocens abſolui,vt eſt communis opinio.Clar.in §.hæreſis. verſic. Scias tamen.Soarez verbo hæreſeos.nu.110.

Hæreticus pertinax comburitur,vt eſt communis opinio.Clar.d.§.hæreſis.verſic.ſed quæro.Sed ſi reſipiſcat,& abiuret euitat pœnam , vt eſt communis opinio.punitur tamen extra ordinem.Niſi eſſet relapſus,quia omnino eſt cremandus.Etiam ſi pœniteat,& ad fidem eccleſiæ redire velit.Et ſuis bonis venit etiam priuandus , vt eſt communis opinio.ibi Clar.

Hæretici ad pœnitentiam admittūtur,etiam poſt condemnationem,vt eſt communis opinio,niſi ſit relapſus.Clar in d.§.hæreſis.

Hæreticus admittitur,& poteſt abiurare,ſi cōfitetur hæreſim incurſam. Sed negans nō auditur,vt eſt communis opi.Clar.d.§.hæreſis. Et admittitur etiam poſt ſententiam, vt eſt communis opin. Syluanus in conſ.89.in 2.vol.vbi de admiſſione redeuntium ab hæreſi ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ euitat pœnam mortis , & bonorum confiſcationem.vt ibi per Clar.verſi.ſed quæro in fi.

Hæreticus ſignum ſibi pro pænitentia deferre nolens,vel aliter ſibi iniunctum obſeruare,non eſt ignis flammis dandus,niſi cum hoc aliæ concurrerent coniecturæ,per quas conſtaret ipſum de fide non rectè ſentire.Clar.in §.hæreſis,verſi.Idem etiam communem dicens.

Hæreticus impœnitens non ſtatim debet tradi curiæ ſeculari,cum non dicatur relapſus,ſed prius eſt monendus & pluries hortandus, vt ad fidem reuertātur & vbi pœniteat,ad reconciliationem eſt admittendus.Clar.in §.hæreſis,verſ.idem etiam.

Hæreticorum bona confiſcantur,& eis ſtatim interdi citur adminiſtratio,vt eſt communis opin.Clar.in §.hæreſis.verſ.item bona.nec filiis aliquid relinquitur,vt eſt communis opinio.vt ibi ver. Et ſcias.Officiis licet,& beneficiis non priuantur,etiam per ſententiam.ibi verſ. item clericus,vt eſt communis opinio quam tempera in filiis poſt hæreſim,vt eſt communis opinio,ibi verſ.quæro nunc.

Hæretici vxor,quæ iudicio eccleſiæ fuit à viro ſeparata , poteſt ingredi religionem,vt eſt communis opinio.ibi verſ.item & ob hæreſim vxor à viro ſeparatur.Clar.d.§.hæreſis.

Hæreticus ſi eſt clericus officio & beneficio priuatur,vt eſt communis opinio.Clar.in §.hæreſis ver.item,clericus.

Hæreticis non eſt ſeruanda fides à priuatis, vt eſt communis opinio. Clar.in d.§.hæreſis,verſ.Præterea.Soarez nu.118.

Hæreticus notorius non poteſt defendi à procuratore,vel aduocato.alias ſic cum licentia inquiſitoris.Clar.in §.hæreſis ver.vlterius.

Hæreticus poteſt inquiri ex mitioribus probationibus,& duobus teſtibus conuinci poteſt,vt eſt communis opinio.Clar.in §.hæreſis, ver. habet etiam.Et poſt mortem etiam damnatur eius memoria. etiam ſi ſit præſumptus hæreticus,vel contumax.

Hæreticus occultus qui verbo,aut facto aliquo ſignum hæreſis non oſtendit,non incidit in pœnam aliquam, vt eſt communis opinio. Clar.in §.hæreſis ver.quæro an occultus.

Hæretici facta,ſunt baptizare imagines,rebaptizare pueros, & ſimilia facere,vt eſt communis opin.Clar.in §.hæreſis,ver.ſed hic incidēter.

Hæreticus cenſetur,qui inuocat diabolū,vt ſciat futura.Clar.in §. hæreſis,ver.ſucceſſiuè.Secus ſi vtitur incantationibus ad amorem,quia inuocatur tūc diabolus ad id,quod ei maximè cōuenit,cū ſit propriè tētator animarū.Et in hoc crimine ſortilegij,pœna eſt vtriuſque fori.vt eſt cōmunis opin.quæ pœna non eſt confiſcationis bonorum. Sed vel fuſtigatio,vel mitra quis decoratur.vt ibi. Et no.per incātationē animū mulierū ad libidinem flecti, & ideò non trufferis, cum audis iſtas facturas fieri,quia veræ ſunt,vt dicit Ange.in l.eorum.C. de maleſi.vbi etiam dicit,poſſe incantari grandines,vt non noceant, quòd intellige in virtute diuina.Itē oſtendens latronē per diuinationē,non tenetur iniuriarū,quod eſt verum ſi eſt latro,alias acrius debet puniri.Ang.in l nemo,de maleſi.Et cōtra facientes imagines ceræ,qui pungendo eas,vitas hominū labefactāt,puniuntur.l.multi.C. de maleſi.vbi Ange.& ideò non derideas iſta.Et nō eſt malū ſcire,ſed operari,vt ipſe ibi declarat.Et dicit Ioā.Fab.in §.Itē lex Cornelia inſtit.de publi.iud.ꝙ ibi not.eſſe mirabile.ꝙ homo poſſit mori per verba,ſeu incātationes.vide plura in tract.de lamiis.& in tract.de ſortil.

Hereticus condemnatus per iudicem eccleſiaſticum,non debet de illo cognoſcere iudex laicus.Iaſ.in l.magiſtratibus.numer. 10.ff.de iureiuran.communem dicit.

Hæreticus , accuſari vel damnari non poteſt,qui animo de fide dubitat,& in pectore ſuo cōtinet,nec dicto,aut facto limitis tranſgreditur. Soarez verſi.hæreſeos.nume.111.

Hæreticus damnatus ab eccleſiaſtico ob id crimen,nō in aliud periculum incidit,vt eſt communis opin.Soarez in ver. hæreſeos. nu. 115.

Hæreticus condemnatus de hæreſi,poſt modum reuerſus,& eccleſiæ catholicæ incorporatus,honores & dignitates,& priſtina bona recuperat,& eo mortuo admittuntur eius filij, & alij hæredes & ſucceſſores,vt eſt communis opinio.Rolan.à Valle in conſi. 63. numer. 27.in 3.vol.Pariſi conſi.1.num.288.in 4.volu.

Hæretic⁹ qui tenetur abiurare,eſt quādo noua opera & falſa de fide catholica gignit,credit,vel ſequitur,ex mente omniū.Burſa.conſ.38.nu. 9.Formā autē abiurādi hæreſim tradit Gundiſſaluus in tract.de hæreti.q.20.nu.7.& ibi tradit,quiſnam dicatur relapſus.nu.5.Tomo 15.

Hæreticus,niſi apud omnes diffidatus,& declaratus appoſtata,nō poteſt occidi,nec priuari bonis,vt eſt communis opinio.Burſatus conſilio 14.numero 19.

Hæretici bona applicantur fiſco,vbi ſunt ſita,vt eſt communis opinio. Burſatus conſi.43.nu.14.

Hæreſis crimen,& crimen læſę maieſtatis æquiparantur,vt eſt communis opinio.de qua Iaſ.in conſi.106.nu.3.in 4.vol.

Hæredes tenentur pro pœna,maximè confiſcationis bonorum,mortuo delinquente ante ſententiam,quando pœna eſt ipſo iure impoſita, & de iure communi.Burſa.conſi.77.num.13.Secus in aliis caſibus. quia non tenentur,ex communiori opinione.ibi nu.20.licet pro pecuniaria teneātur,ſi lis eſt cōteſtata, vel delinquens ſit confeſſus delictum,vt eſt communis opin.Burſa ibi.nu.21.

Hæreditas vi,vel metu alicuius eidem relicta,fiſco tum demum applicatur,cum qui vi,vel metu eſt inſtitutus proximior ſit teſtatori,alias ſecus.communis eſt opinio.Soarez ver.hæreditas.nu.9.

Hæreditate priuatur,Aui nepos ob commiſſum à patre homicidium,vt eſt communis opinio.Soarez ver Hæreditate.nu.34.

Hæredes & ſi ex defunctorum delictis iure ciuili non teneantur, Secus de iure canonico,vt eſt communis opin.Soarez ver.hæredes.nu.97. Non tamen vltra vires hæreditarias confecto,vel non confecto inuentario,vt eſt communis opinio.ibi nu.99. Et licet regulariter hæres non teneatur ex delicto defuncti,niſi quatenus ad eum peruenit hoc procedit,ſi ſine contritione mortuus eſt.alias ſecus,vt per Soci. in c.à nobis.nu.29.vbi dicit,ſingulari nota dignū,& quotidie poſſe

contingere

contingere & multi falluntur.de ſententia excommunica. Et quòd hæres non teneatur ex delicto defuncti,eſt communis opinio.vt per Clar.q.51.ſecus de iure cano.etiam quòd lis cum defuncto conteſtata non fuerit,vt eſt communis opinio.ibi Clar.ver.vlterius.D.Oſaſcus deciſ.Pedemon.149.& 152.num.3.Capra reg.67 nu.1.vbi communem dicit.Amplia.vt ibi.nume.10.ſi defunctus non pœnituerit, nec ſit confeſſus,vt eſt communis opin. & num.15.Non tamen tenetur aliàs vltra vires hæreditarias,etiam quòd non fecerit inuentarium,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ.ſcias tamen.Et ſi plures ſint hæredes,& vnus eorum non ſit ſoluendo,alius tenetur exonerare conſcientiam defuncti,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.51.verſi.ſed pone.

Hæres inſtitutus metu alterius perdit hæreditatem, vt eſt communis opinio de qua Boſſius tit.de iis,qui prohibent aliquem teſtari.nu.4.

Hæres delinquentis tenetur ſolum lite non conteſtata,quatenus ad eũ peruenit dato,quòd inuentarium non fecerit.Boſſius tit. de pœnis. numero 34.

Hæres banniti vniuerſalis pro ſuo intereſſe,poteſt vti literis & reſcriptis ad nouas defenſiones bannito cõceſſis,mortuo etiam ipſo bannito,forte propter confiſcationem, nam poteſt eas appreſentare, & innocentiam docere , nam mortuo bannito , non conceditur ſecundum conſuetudinem, nam ſi velimus tales literas eſſe , ſiue per reſcriptum ſiue priuilegium, tanquam contra decreta tollentia appellationem, & hæres poterit pro ſuo intereſſe vti,vt eſt communis opinio, de qua Boſſi. de remediis iuſtitiæ contra ſententiam ex conceſſione Principis nume.15.

Hæres non compellitur ſatisfacere pro mortuo,in quo non apparuerunt ſigna contritionis.Panor.in c.à nobis de ſententia excommunica.communem dicit,licet ipſe teneat contrarium. debet tamen epiſcopus hæredem impenitentis cogere ad exonerandam animam illius pro modo facultatum ab ea relictarum. vt tenet Lupus in c. per veſtras.§.65.numero 159.Limi.24.de ſententia excommunica.vbi ita omnes ſcribentes velle dicit.

Hæres tenetur de damno dato à defuncto,etiam ſi nec ad ipſum , nec ad mortuum aliquid peruenerit ſecundum ius cano.Panor.in c.à nobis de ſententia excommunica.communem dicit.

Hæres mariti poteſt accuſare adulterium vxoris commiſſum in vita mariti,etiam ſi ignorauerit adulterium Boeri. deciſ.338. numero 7. communem dicit.

Hæreditate aui priuatur nepos ex parricidio commiſſo à patre. Boeri. deciſ.21.num.8.communem dicit.

Homicidium non doloſum, & ſine animo occidendi punitur mitius, vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium,verſi.culpa dicitur. quando adeſt leuis,vel leuiſſima culpa,ſecus ſi lata culpa,vt eſt communis opinio.Et ideò iaciens lapidem verſus hominum turbam,ex quo ictu homicidium ſit ſequutum,punitur extra ordinem , vt eſt communis opinio.Clar.ibi. qui & alià ponit exempla.Soarez verſi. homicidium.num.119.& ſeq.

Homicidium ex propoſito dicitur committi,quando quis animo deliberato,non obuius,occidit inimicum,etiam quòd inſidiæ non præceſſerint,vt eſt communis opinio.Clar.d.§.homicidium.ver.ex propoſito,& ille non eſt tutus in eccleſia,vt eſt communis opinio.ibi.

Homicidium proditoriè effectum dicitur,quando nulla præcedente inimicitia quis alium interficit,vel in itinere tanquam ſocius itineris ſocium interficit,vel in menſa,vel à tergo percutit,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium.verſ.Proditoriè.

Homicidium veneno committens punitur capite,ſecus ſi is,cui venenum eſt datum non moritur,quia extra ordinem non punitur,vt eſt communis opin.Clar.in d.§.homicidiũ ver.punitur autẽ homicida.

Homicida nobilis etiam punitur pœna capitis, vt eſt communis opin. Clar.in §.homicidium.ver.ſed quæro.Nec valet ſtatutum,quòd pœna pecuniaria tantummodo puniatur.Clar.ibi.verſ.ſed nunquid.

Homicida,ſi eſt clericus non ipſo iure perdit beneficium,ſed venit priuandus per ſententiam,ſi eſt ſimplex homicida, vt eſt communis opin.Clar.in d.§.homicidium.ver.de iure autem canonico.

Homicida filius priuatur hæreditate paterna,quæ fiſco applicatur,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium ver.priuatur.Et etiã eius filij,& ſic nepotes non ſuccedunt auo,vt eſt cõmunis opin.ibi.Clar. idem in filiis fratris occiſi,vt eſt communis opin.& homicida maritus amittit lucrum ex bonis vxoris,& illud applicatur hæredibus ipſius vxoris,non autem fiſco,vt eſt communis opin.ibi.

Homicida tenetur ad intereſſe animæ occiſi.ſcilicet pro eo orare,& facere orare vt pro eo fiant ieiunia, eleemoſinæ.iuxta vires eius facultatis.Item ad medicum & medicinas,& ad alia,quæ eius curam ſpectant,vt eſt communis opin.Clar.d.§.homicidium ver. tenetur cõmunem dicens.& Chircouius Centuria.5.conclu.50. & fuſius Rolan.à Valle.in conſi.39.per totum in 2.vol.Nouellus regula 128. vbi ponit fallen.Plotus.in l.ſi quando.num.694.C. vnde vi & nu. 695. & nu.696.& idem in vulnerante.ibi num.967.& ſeq.

Homicida,qui ad ſui neceſſariam defenſionem interficit inimicum,excuſatur,etiam in foro conſcientiæ,vt eſt communis opinio in vtroque foro,de qua Clar.in §.homicidium verſic. excuſatur, & Soarez ver.homicidium.num.122.& ſeq.Idem ſi ad neceſſariam defenſionẽ ſuarum rerum id faciat,vt eſt communis opinio.ibi ver.hæc autem concluſio.Idem ſi pro honore quis alium interficit,vt eſt communis opinio.ibi verſi.idémque.Idem,ſi quis defendendo eius conſanguineum,vel alium in rixa quempiam occidat,vt eſt communis opinio.Clar.ibi ver.item locum.Idem,ſi quis ſe defendendo neceſſariò clericum occidat,Papam,vel imperatorem,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.præterea etiã.Nec hic erit excõmunicatus,vt eſt cõmunis opin.ibi.Idem ſi quis interficiat in rixa mediatorem,ſeu tramezantem,vt ſe defenderet ab inſultante,vt eſt communis opinio. Clar.ibi ver.adde.Idem ſi inſultatus potuiſſet fugere,quia excuſatur ab homicidio,ibi ver.atque adeo,vt eſt communis opin.ibi.

Homicida non habet neceſſe probare, quòd fecit homicidium ad ſui neceſſariam defenſionem,ſed ad ſui defenſionem, vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium.ver.ſed quomodo. Nec eſt probare neceſſe,ſe fuiſſe in diſcrimine vitæ,ſed ſufficit probare,quòd aduerſarius veniebat contra eum armatus,vt eſt communis opinio. Clar. ibi.Nec quis etiam tenetur expectare,quòd percutiatur.Sed ſufficit, quòd iuſta cauſa ſit timoris,vt ibi communem dicens.

Homicidæ defenſio debet eſſe moderata circa modum, tempus & locum,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium.ver.ſcias tamẽ. quòd ſi exceſſit modum,punitur de exceſſu culpoſo,& doloſo.communis eſt opin.vt ibi.Nam inſultantem me cũ baculo,non licet mihi cum gladio ferire,vt eſt communis ibi.item ſedata rixa non licet inſultato ex interuallo vulneratus inſultum facere vulneranti,quia illud eſſet ad vindictam,& non ad defenſam,vt eſt communis opinio.ibi.

Homicida conſtitutus coram iudice negat homicidium commiſiſſe,& conuictus dicit ſe feciſſe homicidium ad ſui defenſionem, debet audiri,vt eſt communis opinio. Clarus in §. homicidium. verſiculo ſed hic occurrit.

Homicida excuſatur ſi inſidiatorem occidat,qui eum expectabat,vt interficeret.nec poterat euitare,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium.verſiculo poteſt etiam.Secus ſi vitare poſſet, quia extra ordinem puniretur.

Homicidio commiſſo,ad quod adfuerunt plures.ſi liberatè & ex propoſito omnes tenentur de occiſo,ſiue vnum ſit læthale vulnus,& alia nõ læthalia,& ſiue omnes vulnerauerint,ſiue vnus, ſiue ſit dubiũ. Clar.in d.§.homicidium.verſ.alià etiam defenſio.Si autem aliqua certitudo non eſſet de eorum deliberato occidendi propoſito. Et tunc omnes torqueri poſſunt ſuper qualitate animi deliberati,qui ſi non cõfiteantur, extra ordinẽ puniuntur ratione incertitudinis.Quando autem vnicũ eſt vulnus & plures fuerunt in rixa,& vulneratus moritur,omnes extra ordinem puniuntur,vt eſt communis opinio. ſi autem appareat quis fuerit inceptor rixæ,valida iuris præſumptio arguitur contra ipſum,vt ipſe fuerit ſolus homicida,& ideo ſecundum iuris rigorem debet decapitari,vt eſt communis opinio , quá tamen non recipit Clar.ibi.Et quando ſunt plura vulnera partim læthalia,& partim non,& conſtat,qui fuerint vulnerantes in vtroque caſu,& de occiſo tenentur læthaliter vulnerantes,alij de vulneribus.& iſta eſt communis opin.Clar.ver.aut verò.Et iſto caſu auxiliatores loco cenſentur,qui non læthaliter vulnerauerunt. ideò extra ordinem pecuniaria plectendi erunt iudicis arbitrio.vide Marſil.ſing.403.

Homicida reputatur qui intulit vulnus,ex quo mors ſit ſequuta, vt eſt communis opinio,& punitur vt homicida.Poteſt tamen ex communi ſententia doctorum probare mortuum fuiſſe ex malo regimine, vel mala cura,vt eſt communis opinio,ſecus ſi vulnus nõ erat mortale,quia non tenetur de occiſo,vt eſt communis opinio.in dubio autem an eſſet læthale vulnus.vel ſi non apparet de aliqua negligentia aut culpa,& vulneratus non tenetur de occiſo.& punitur vulnerans extra ordinem.& an vulnus eſſet mortale & læthale.ſtatur medicis,vt eſt communis opinio.Clar.ver.ſcias autem.qui debent eſſe duo.ſecundum communem opinionem de iure,ſecus de conſuetudine.quia ſtatur vni,etiam de iure,quando vnus ſolus adeſt in loco, vt eſt communis opinio.& debet iurare medicus, vt eſt communis opinio,ſcilicet de credulitate tantum,non de veritate præciſè,vt eſt communis opinio.ibi niſi in principio iuraſſet officij,in hoc tamen maximè iudicis officium verſatur.communis eſt opin.ſi verò poſt vulnus illatum breui ſpacio moriatur vulneratus,vulnerans tenetur de occiſo.& ſi moritur infra quadraginta dies, præſumitur mortuus ex vulnere læthali,vt eſt communis opi.ſi autem poſt vulnus per triduum ambulauit,& poſtea ſit mortuus,præſumitur non ex [illegible]nere deceſſiſſe,vt eſt communis opinio.& lata ſententia ex relatione peritorum,qui depoſuerunt deceſsiſſe ex vulnere , contrarium poterit probare reus.vt eſt communis ſententia.quam opinionem non recipit.Clar.ibi.niſi ante ſententiam,quia poſt ſentẽtiam nullus admitti debet ad ſe defendendũ,ſtatuto hoc prohibẽte.& reo in carcerib.

ſe de-

ſe defendente.& ſi vulnerans læthaliter non vulnerauerit, & alius apparens interemit, qui tamen non fecerit ex mandato,& primus nõ tenetur de occiſo.ſed ſecundus, aut primus læthaliter vulnerauit, ex quo ictu euadere abſque dubio vulneratus non poterat mortem.& iſte de occiſo tenetur,vt eſt communis opinio.Cla.in §.homicidium. ver.ſed.quid ſi reus.

Homicida non eſt priuatus beneficio ipſo iure,ſed requiritur ſententiã. D.m.Alcia.in cap.cum non ab homine nume. 15.de iudi communem dicit.

Homicidium excuſatur ſi quis nocturnum furem occidat, pro defenſione perſonę vel rei,& clamet prius, & eum non cognoſcat per ſe nec per teſtes, & eum capere nequeat.vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidum, veſ.vltima eſt defentio. Furem autem diurnum licet occidere,ſi ſe telo defendat,vt eſt communis opin.& quis dubitet an velit furari vel occidere perſonam.& nõ poterat euadere abſque propriæ vitæ diſcrimine, vt eſt communis opinio,ibi.idem eſt ſi pro recuperatione perſonæ vel rerum ſuarum hoc faciat,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.

Homicidium excuſatur etiam ſi pater filiam adulteram perimat,in adulterio deprehenſam,& adulterum eodem impetu,& filia ſit in poteſtate,& in eius domo,& in rebus venereis reperta,etiam quòd eſſet clericus adulter.communis eſt opinio.Clar.in §.homicidium.verſ.dixi etiam.Etiam ſi eſſet iudex vel magiſtratus,vt eſt communis opin.idẽ quoque iuris eſt in marito, qui deprehendit vxorem in adulterio, quia eã impune perimit,etiam ſi adulter eſſet clericus,communis eſt opin.Clar.verſ.ſed quid.& omnia ſupradicta procedunt in foro fori, ſecus in conſcientię foro,vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.ſed hæc quidem.& pater vel maritus,hoc alicui committere vel mandare nequeunt,vt eſt communis opinio.Clar.ver.dubium.niſi mandaret pater filio.Contrarium tamen ſeruat conſuetudo,quia etiam alteri extraneo committitur.vt ibi per Clar.

Homicida etiam excuſatur,ſi occidit bannitum,vt eſt communis opin. Clar. verſ.plerunque.in §.homicidium.& ſtatuta hoc permittẽtia tenent,.vt eſt communis opinio,Etiam cum præmio,vt eſt communis opin.ibi.Etiam ſi ſtatutum dicat, quod bannitus offendi poſſit, quia etiam excuſatur hommicida,vxor verò banniti adulterari ſtatuto nequit.& bãnitus eſt,hoſtis ciuitatis,communis eſt opinio,vt per Clar. ibi.ver.ſtante hoc ſtatuto.Filius tamen non ideò patrem bannitum occidere,poteſt, licet communis opinio ſtet contra.Nec vaſallus dominum,ſtante d.ſtatuto.inimicum verò bannitum pace reconſiliatũ impunè offendi poſſe.d.ſtatuto permittente clarum eſt,vt eſt communis opinio.Dummodo ex alia cauſa fuerit bannitus,pro qua fuit pax inita bannitũ quoque impunè offendi poſſe proditoriè. cõmunis ſe habet opin. dummodo fides ei nõ ſit data. bãnitum autẽ à Principe gratiatum,ſed nõ cancellatum de libro reorum bãnitorum ſciens offendere quis nequit.vel ſcire volens,aliàs punitur extra ordinem,& antequam ad iſtud perueniatur.quis accuſatus,eſſe debet inquirens, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ.item quæro.nec tenet proteſtatio bãniti,quòd ſit gratiatus,niſi gratiam oſtendat,quia hoc non obſtãte impunè occidi poterit.Clar.ibi.ſed quid.communem dicit.Homicida verò banniti,cuius bannum eſt nullum,ſciens occidit,debet puniri pœna ordinaria.Ignarus autẽ extra ordinem, vt eſt cõmunis opin.quam refallit Clar.ibi.verſ.maior.quam dicit in practica ſeruari.Et pendente appellatione bãni,bannitus offendi nõ poteſt.Idem eſt pendente tempore ad appellandum,vt eſt communis opin.quæ hodie ſtatutis eſt ſublata.quia in criminalibus non datur appellatio ex ſtatutis,item nec bãnitus,qui ſit in fortiam bernariorum impunè offendi poteſt, vt eſt communis opinio.Clar.d.§.homicidium ver. quæro.etiam bannitum verò interſiciens extra territorum,à quo eſt bãnitus,nõ debet decapitari,cõmunis eſt opin.Clar.ibi.ver.vlterius quæro.Bãnitum autem occidens ex ipſo ſtatuto ſe eximit à banno, Sed præmium nõ cõſequitur bannitus banitũ occidens,vt eſt cõmunis opinio.Clar.ver.fuit etiã.Bannitum etenim occidens ex ſtatuto permittente impunè oſtendi in centum bannitum,ex duabus cauſis, vna in quinquaginta,alia.in aliis quinquaginta , non fit cumulatio, vt poſſit offendi,quia in odioſis non fit ſummarũ cumulatio.vt quis ex ſtatuto puniatur.Si tamen iudex pro multis maleficiis ſeparatis illum condemnaſſet in ſumma centum,quæ omnes comprehenderet, & ſummam centum excederet,excuſaretur tũc occidens bannitum, vt eſt communis opin.Clar.ver.ſed quæritur. Exceptio vtique hæc offendi bãnitum,cuius à ſtatuto permiſſa ſit offenſio,eſt perẽptoria, & impedit litis conteſtationem,vt eſt communis opinio.Clar.verſi. ſed quæritur.Quę tamen exceptio etiam per procuratorem opponi poteſt corã iudice procedente cõtra ipſum reum.& per quemcũque cõparentem,tãquam quelibet de populo,vt eſt cõmunis opin.Clar. ibi.ver.itẽ ſcias.Nec eſt permiſſa impunè bannito in his terminis defenſio,vt eſt comm.opi.Clar.ver.in hoc.Sed dura ſibi videtur iſthæc opinio.Nec aliter occidens bannitũ per iudicem inquiri poteſt,ſtatuto etiam dicente bannitum licitè offendi poſſe,vel bannitum aliter ſimpliciter non audiri,vt eſt communis opinio Clar. in d.§.homicidium.ver.alia quoque.

Homicida omni iure tam humano quã diuino debet mori,vt eſt communis opinio. de qua Boſſius tit.de homicidio.num.109.

Homicidium fieri mandans chriſtiano,vt chriſtianum, vel alterius ſectæ hominem occidat,data certa mercede,aſſaſſinus dicitur, & pœnas aſſaſsini dabit.Soarez in verbo homicidium.

Homicida poſt homicidium effectus furioſus,punitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis,vt eſt communis opinio. Nouellus in tract.ad defenſam.nu.40.Tiraquellus in tract.de pœnis tẽperandis iſto loco.Diaz reg.321.322.vbi etiam de præſtante opem homicidio.& de eo,qui ſibi mortem conſciuit.Corne.conſ.195.in 2.& Dec.in conſ. 438.per totum.

Homicida beneficio ipſo iure non priuatur.ſed ſententia eſt priuandus, vt eſt communis opin.Franc.Mar.deciſ.Delphina.398. in 2.par.nu.1. & ſi ex certa forma ſtatuti procedi poſsit contra homicidam , prius debet cõſtare illud homicidiũ fuiſſe commiſſum,vt per Menochium de adipiſcen.poſſ.in 3.remedio. num.169.

Homicida(vt dixi)qui non eſt in dolo,ſed in culpa puniri non debet, niſi pro modo culpæ,vt eſt communis opinio.Boſ.tit.quomodo procedend.per actio.in delic.nu.38.Paul.de Caſt.in conſil.277.in 2.Dec, conſ.9.nu.1,in j.vol.vbi dicit quòd ſtante ſtatuto,quod præciſè punit,homicidam,debet intelligi,quando dolo,& ex propoſito homicidium committit,aliàs ſecus.vt ibi. ſecus etiam ſi non habuit animum occidendi,vt ibi,qui ponit,quando quis non habet animũ occidendi.Et calore iracundiæ prolata & facta,non debent ſtatim executioni mandari.Corſe.in reperto.Abb.in ver.calore iracũdiæ.& Docto.in l.quicquid calore.ff.de reg.iur.vide Dec.in conſ.482.nu.7. & eſt ſingulare dictum,quòd vbi abſt dolus, quis de homicidio nõ puniatur.Dec.conſ.622.num.1. & ſeq.vbi dicit concluſionem eſſe veriſsimam.nu.3.Et ibi ſubdit,quòd maritus qui interfecit mulierem depræhenſam in adulterio,non eſt decapitandus. Et ſtante ſtatuto, quòd ſi quis fuerit inuentus committere homicidium,capite puniatur.Dic quòd inuentus dicitur,qui committit,licet non repertus fuerit in flagranti crimine.Sed vbi inuentio vnà cum eo,quòd ſit,facit crimen,neceſſe eſt,quòd inueniatur,vt ſi ſtatutum dicit,ſi quis fuerit inuentus arma portare,tanta pœna puniatur, quia tunc ſine inuentione crimen non eſt,quoniam ſtatutum crimẽ facere voluit. ita dicit.Ang.in Auth.de ſanctiſsimis Epiſcopis.§.reuerendiſsimus.vide omnino Rimin.in conſ.8.& not.quòd ſi quis diutino tempore aliquis in reatu fuit , pœna eius eſt ſubleuanda & alienanda. Rochus de Curte in tractatu de conſuetudine.num.69.to.j.

Honoris ſui defendendi cauſa eſt licitum aliquem occidere.cũ periculum famæ vitæ periculo æquiparetur,vt eſt cõmunis opinio.& ideò ſi immineat periculũ alicus iniuriæ perſonalis,poterit quis licitè aggreſſorem occidere.Cla.in §.homicidium.ver.idémque plura de honore.Chaſſaneus in pin.ſui catalogi gloriæ mundi.

Hoſpes recipiens valiſiam, capſam,vel ſimilem clauſam & diſsigillatã reddens.tanquàm doloſus tenetur,& contra eum tanquàm doloſum iuratur in litem.communis eſt opinio.Clarus in §.furtum.verſiculo pro complemento.vbi dicit magis communem opinionem. Nec eſt neceſſe,quod hoſpes aperiat valiſiam cauponi,vt ſciat, quæ res ſint in valiſia,vt eſt communis opinio.de qua ibi.Soarez verſic. hoſpes. numero 128.

Hoſti fides non eſt ſeruanda frangenti,vt eſt communis opin. Clar, in eius theſauro.ver.hoſti.num.130.vide tamen poſtea.

## I

IActans ſe faciliter,& lubricum linguæ nõ debet ad pœnam trahi,licet de hoc tali leuis ſumẽda eſſet quæſtio. Imola & communiter Docto.dicunt in l.ſi.ff.de hære.inſti.Nouellus in prac.in fol.20.num.36.

Incendium culpa incendiarij factum,incendiarius tenetur ad emendũ damnũ inde ſequutũ,vt eſt comm.opin.Nouellus in addi.ad Duen. regu.18.& incendium culpa inhabitantium prouentum eſſe communiter tenetur.vt ibi,fallit quando aliter & alio modo ex forma ſtatuti cautum reperitur.ſecũdum communium Docto.Boer.q.26.nu, 17.Nouellus ibi.in 7.fal.Soc.regu.178.

Incendio probato,eſt fundata intentio contra inhabitantes,niſi probẽt quod abſque eorum culpa,vel ſuorum incendium ſit ſequutum , & ita pacticatur.vt dicit Benedic.de foro Sempro. in repert.Felino in ver. Incendium.fallit in caſibus, in quibus quis non tenetur de leuiſsima culpa commodatarius , tamen tenetur de leuiſsima culpa. idem eſt in furto. & ita Ferrariæ aliàs obtinuit Ange.Aretin.vt ipſe aſſerit. in §.præterea, inſtitu. quibus mo. re contrahi. obligat. per gloſſ.ibi ſingularem.Si tamen conductor domus,in domo conducta tempore noctis dimiſit ſolum duos pueros.vnum annorum duodecim,& alium annorum viginti, non dicitur ſaltem in leui culpa, vt teneantur de incendio,quamuis dicti pueri minus diligenter ignem cuſtodierunt.quia conſuere patresfamilias diligentes habere familiam, tam maiorum , quam minorum in domo . veluti in

tuto

tutore fugio.Anch.in conſil.394.inci.conductor domus.Bened.vbi ſuprà.vide Cirillũ in eius ſumma criminali.& Car.iunio.conſ.229. per totum.in 3.vol.

Incendium præſumitur ortum ex culpa inhabitantium,vt eſt communis opinio.de qua Gabriellius conſi.159.num.j.idem ex culpa conuerſantiũ,& non culpa leui,ſed leuiſſima,vt eſt communis opinio, vt ibi. Et præſumitur incendium ortum culpa in certæ perſonæ non certæ,nec culpa ipſius patris familias,vt eſt communis opinio. de qua ibi.nume.7.

Ignorantia in delictis excuſatur à dolo,vt eſt communis opin.& ſi fuerit ignorantia conſtitutionis, vel decreti abſque culpa,proculdubio excuſat reum ad omnem pœnam euitandum,vt eſt communis opinio.Si autem delictum,quod punitur per conſtitutionem,vel decretum eſſet prohibitum,etiam de iure communi, ignorantia non excuſaretur.Clar.q.85.verſ.ſecundus.caſus.communem dicit.

Ignoranti datur reſtitutio in integrũ ex clauſula,Si qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur,etiam in criminalibus,vt eſt cõmunis opin.de qua Marſil.in conſ.99.num.23.& no.quod quando ſtatutũ punit factum non damnatum aliàs à iure communi,non ligatur ignorans,vt eſt communis opinio.de qua Soci.in c.à nobis.nu.48.alias ſecus vt ibi per Soc.de ſententenția excommunica.vbi etiam dicit,quòd vtrum quis præſumatur ſcire, vel ignorare ſtatutum bonus iudex arbitrabitur ex mora,quam traxit in loco,ſi fuit ſcilicet modica vel magna. Et indubiis dicit ſtãdum eſſe iuramento ſuo. Arbitrabitur.enim iudex,ſi erat de loco vnico,ſi communiter erat prohibitio in locis, & vt ibi latius per Soc.

Imaginem Chriſti,aut ſanctorum percutiens,frangens aut vulnerans, punitur pœna mortis, Clar.q.68.verſ.imaginem.

Immunitas eccleſiæ adeò extenditur,vt ſi quis condemnatus ad ſupplicium ducatur,& tranſeat per eccleſiam vel cimiterium,non poſſit inde extrahi,vt eſt communis opinio·Clar.q.30.verſ.ſcias autem.Soarez verbo incendium num.20.

Incendiarij locorum ſacrorum ante denunciationem abſoluuntur ab Epiſcopo.Sed poſt denuntiationem Papa ſolus abſoluit,vt eſt communis opinio.Clar.q.77.ver.incendiarij.

Incendiarij puniuntur pœna mortis.Clar.q.68.ver.incendiarij.quando data opera commiſſerunt incendium,ſecus ſi culpa vel caſu.

Incertitudo ſeu dubietas temporis poſiti in inquiſitione reddit ipſam nullam,vt eſt communis opin.de qua Gratus reſponſo 59.nu 13. & propter incertitudinem plurium delinquentium abſolutio quandoque fit.Marſil.ſing.217.& vide in ſing 218.

Inceſtis nuptiis,quarum impedimentum eſt,pœna confiſcandorum inponitur.Soarez in verſ.inceſtis.nu.35.communem dicit.

Inceſtus committitur inter perſonas ſanguine coniunctas,& etiã cum moniali,vt eſt cõmunis.opini.de qua Iul.Clar in §.inceſtus. verſ.ſed nunquid.Et pœna inceſtus eſt pœna mortis,vt eſt cõmunis opinio. & clericus deponitur,vt eſt cõmunis opin Clar ibi.ver.ſed quæro.& contrahens inceſtas nuptias confiſcantur ſibi eius bona ipſo iure. cõmunis eſt opi.Clar ibi.ver.& ſcias.& contrahens inceſtas nuptias ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit,valet matrimonium, cõmunis eſt opi.Clar.ibi.verſ.ſed quid ſi aliquis.Et pœna inceſtus non habet locum in ſponſalibus,ſed conſummato matrimonio.communis eſt opinio.Clar.ibi.ver.hæc autem.Excuſatur inceſtus ſi contrahens ignorat factũ,vt eſt cõmunis opin. Clar.ibi.ver. Excuſatur.Nec amittit bona,ſi ignorabat ius vel factum,cõmunis eſt opin.Clar.ibi,nec puniuntur, qui inceſtas contraxerunt nuptias,ignorantes cõſanguinitatem,qua detecta perſeuerant in matrimonio Clar.ibi.

Inceſtus etiam committitur,ſi mulier ſe committat cum clerico in ſacris conſtitutio,vt eſt communis opinio.Clar. in §.inceſtus.ver. ſed nunquid in fi.qui tamen dicit hanc eſſe ſimplicem fornicationem.

Inceſtus pœna eſt pœna mortis,communis eſt opinio. Si inceſtus committatur cum alia fornicationis pœna,puta adulterium,vel ſtuprum, vt eſt communis opinio.De iure autem canonico,in clerico eſt pœna depoſitionis. Sed ſi inceſtus committatur, contrahendo inceſtas nuptias,punitur ad formam Auth.inceſtas.C.de inceſtis nup.quæ non eſt ſublata per Auth.bona damnatorum.C.de bon.damnato,vt eſt communis opinio.immo contrahens tales nuptias ipſo iure amittit dominium bonorum ſuorum abſque ſentẽtia declaratoria, vt eſt cõmunis opin.& d.Auth.an habeat locum tantum in inceſtis nuptiis de iure ciuili tantum,vel etiã de iure canonico.Quidam dixere,quòd in vtriuſque, vt eſt communis opin.aliqui verò contra quòd in illis tantum,quæ de iure ciuili inceſtæ ſunt.Et hanc opinionem communiorem dicit.Clar.in d.§.inceſtus.verſ.ſed quæro.quę ſit pœna cum duobus ſeq. qui ſubdit, quòd quando abſunt doctores ex vtraque parte,qui atteſtantur communem opinionem,quòd ante omnia eſt recurrendum ad conſuetudinem tanquàm optimam legum interpretem.Soarez verbo inceſtis nume.34.

Inceſtum committens non vxoratus adulterij pœnas plectitur vt eſt cõmunis opin.Soarez ver.inceſtum.num.25.vide tamen poſtea.

Inceſtas nuptias contrahentes à rei familiaris amiſſione iuris vel facti error,etiam ex craſſa,ac lata culpa profectus excuſat,quàmuis à lucri iactura non excuſet,vt eſt communis opinio.Soarez verbo inceſtas.num.31.Licèt mulier à doctis amiſſione ob huiuſmodi contractas nuptias non excuſare iuris errorem ſcribant,vt eſt communis opinio.Soarez ibi.nume.32.

Inceſtis nuptiis,quarum impedimentum parentum alter ignorauit,ſuſcepti liberi,quò ad parentes ipſos legitimi habentur,vt eſt communis opinio.Soarez verbo inceſtis.num.33.

Inculpatio offenſi in mortis articulo facit indicium ad torturam,vt eſt communis opin.de qua Nouellus in tract.ad defenſam.nu.89.fo.58. aliis ſcilicèt concurrentibus.Turrius inter conſil.cri.conſil.81.nume.27.tom.2.

Indicia duobus modis quærit iudex,quando ſcilicet non eſt certus delinquens inquirendo indicia,generaliter contra eum quando eſt certus ſpecialiter.Nec in indiciis, & circa indicia poteſt dari certa doctrina,ſed arbitrium eſt iudicis,vt eſt communis opinio.Clar.q.20. in prin.Et tria ſunt genera iudiciorum.Leuia.grauia,& grauiſſima, Leuia ſufficiunt ad capturam,ne reus arripiat fugam. Et ſufficiunt ad inquirendum.Id eſt ex officio,vt aſſumantur informationes,& ſi non ſunt vrgentia, ſuſpitiones potius dicuntur quàm indicia, & ſi vrgent,magis dicũtur præſumptiones,vel argumenta.Grauia autem ſufficiunt ad tranſmittendum inquiſitionem reo abſenti,vel ſi ſit captus,ad examẽ ſubeundum tanquàm reum,& ad torquendum.Et iſtud propriè dicitur indicium,vt ſit plus quàm ſimplex præſumptio. & minus quàm ſemiplena probatio,vt eſt communis opinio.Clar. d.q.20.verſic.1.Grauiſſima verò indicia ſufficiunt etiam ad condemnationem,vt ibi.

Indicia leuia ſufficiunt ad inquirendum, quia ſufficit aliqua probabilis ſuſpicio,vt rationabiliter iudex credat delictum à tali fuiſſe commiſſum contra quem inquirere intendit,vt eſt communis opin.Clar.q. 20.verſ.ad inquirendum,Indicia autem non ſolum ad inquirendum, ſed etiam ad torquendum, ponit Plotus in l.ſi quando, nume.869. & pliuribus ſeq.

Indicia quantumcunque indubitata non faciunt,vt quis pœna corporali puniatur,vel ordinaria, ſed extraordinaria.Clar.q.20.ver.ſcias tamen.vide poſtea ibi.

Indicium ad torturam facit vnus teſtis contra reum,etiam aliàs inhabilis,& minus idoneus quoad inquirendum. Clar.q.21.ver.vnus communem dicit Pariſ. conſil.151.num.1.& ſeq.in 4.vol.Et facit indiciũ ad torturam contra perſonam vilem,licet duo teſtes requirantur,qui deponerent à remotis.Cyrillus In ſumma criminali titu.de quæſtionibus.§.5.nume.8.fol.153.

Indicium ad torturam facit teſtis,qui dicat audiuiſſe percutientem Caium de nocte,& dicat ſe cognouiſſe ad vocem,ſi notam vocem habebat Titij adeo vt decipi nõ poterat,vt eſt communis opi. Clar.q.21. verſic.ſed quid.Et ſi dicat vidiſſe talem committentem delictum de nocte,non facit indicium ad torturam,niſi deponat quòd lucebat Luna,vt eſt communis opinio.ibi.

Indicium facit ſocius ad torturam,vt eſt communis opinio.In caſibus tamẽ,de quibus per Clar.d.q.21.ver.dictum ſocij.Regulariter autem dictum ſocij criminis nõ facit indicium ad torturam,contra ſocium eiuſdem criminis,niſi cõtra eum alia ſint indicia, & ita communiter tenetur Nouellus in tract.ad defenſam.fol.57.nume.83.Interrogari autem ſocius,ſuper ſociis non debet,vt eſt communis opinio.niſi in criminalibus exceptis.Clar.ibi ver.ſeq.Et ibi ponit, quando ſocius faciat indicium contra ſocium ab eo nominatum.Et ibi dicit Clar. quòd iudex nunquam debet interrogare ſocium de ſociis nominatum non præcedẽtib.aliquibus iudiciis,quia eſſet potius ſuggeſtio, quàm interrogatio,& faceret proceſſum nullum.vide omnino Clar. ibi.Nec eſt ſufficiens dictum ſocij indicium ad tranſmittendum inquiſitionem reo,niſi in caſibus exceptis. Clar.ver.ſi verò Ad aſſumẽdas autem informationes dictum ſocij, qui vltra illud crimen eſſet periurus,facit indicium ad inquirẽdum,ſed nõ ad tranſmittendum inquiſitionem.Clar. ibi.ver.ſcias.tamen, communem dicit.Et talis nominatio ſocij criminis in caſibus non exceptis,non facit indicium ad torturam,ſed ſolum ad inquirendum Licet aliter ſe habeat conſuetudo,quod torqueatur nominatus.Et in criminalibus exceptis talis nominatio concurrente aliqua præſumptione, facit indicium ad torturam,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.ſed quid.

Indicium non facit dictum mandatarij contra mandantem commiti delictum.Niſi alia concurrant,vt eſt communis opinio.Clar.in q. 21.verſic.& ex hac.Licet in criminibus exceptis leuiores ſuſpiciones ſufficiant.

Incidium faciunt duo ſocij criminis contra ſocium,non autem ob hoc poteſt condemnari,vt eſt communis opinio.Clar.q.21.verſ.ſed pone. Et debẽt eſſe iurari,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.quæro nunquid.Et ad hoc,vt dictum ſocij faciat indicium ad torturã,debet eſſe tortura confirmata. Clar. verſic.ſcias etiam. Et adeò non facit indicium ad torturam,ſocius criminis nominãs ſocium,Etiam ſi perſona nominata eſſet malæ famæ , vt eſt communis opinio.de qua

Roma

Roma.in l.& ſi certus ff.ad ſylla.glo.Anto.de Tremol. ad Bonacur.titu.quibus mo.ſuo no.for.41.Niſi in caſibus expreſſis.vt ibi.

Indicium non facit ad tranſmittendam inquiſitionem reo aſſertio vulnerans,qui reconualeſcit.Niſi ad inquirendum,& ad aſſumandas informaciones cõtra imputatũ. Secus ſi moritur vulneratus,& in morte aſſerat ſe vulneratum fuiſſe à tali , quia talis aſſertio eſt ſufficiens ad inquirendũ, ita practicatur.Clar.q.21.verſ.aſſertio.Eſt etiam ſufficiens ad excuſandũ à calumnia & temeritate hæredẽ mortui , qui motus eſt ad excuſandum eum, qui fuerat diffamatus à vulnerato cõmittente,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.21.verſ.aſſertio.Ad cõdemnationem autem non eſt ſufficiens.Nam talis aſſertio vulnerati morientis,non probat plene delictum,vt eſt communis opinio.Clar.ibi verſ.pręfato.Nec facit talis aſſertio vulnerati indicium ad torturam, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.

Indicium facit ad cõdemnationem fuga militis in bello,vt eſt cõmunis opin.Clar.d.q. 21.ver.fuga.Item fuga facit ſuſpectum tutorem,vt eſt communis opinio.ibi.Itẽ fuga facit ſemiplenam probationẽ in his, quæ,aliàs requirunt plenam probationem,vt eſt cõmunis opi.ibi.Et hoc intellige in fuga ante formatam inquiſitionẽ, vel aſſumptas.de eo informationes,ſecus ſi poſt.quia non eſt ſufficiens ad torturã, vt eſt cõmunis opinio..Et hæc omnia intellige in cauſis capitalibus,ſecus in nõ capitalibus,quia fuga cum fama publica facit indicium ad torturam.& ſi quis ante vel poſt inquiſitionẽ,vel aſſumptas informationes ſe præſentat,magna eſt innocentiæ ſuæ præſumptio,& elidit omnia indicia contra eum,vt eſt communis opinio.ibi.

Indicium etiam ad condemnationem facit fuga incarcerati,qui effracto carcere,& ruptis vinculis arripit fugam.ſi tamen reuertitur,nõ ſufficit ad condemnandum,ſed ad torquendum.valde, vt eſt communis opinio.Clar.in d.q.21,ver.3.& fuga facit contra reum plenam probationẽ,ſi eſt legitimè in carcere detentus,aliàs non.quia tunc potuit licite fugere nec aliàs tenetur redire,vt eſt communis opinio.Clar. ibi.Etiam ſi iuraſſet redire.Et hæc intellige de fuga in carceribus publicis, ſecus ſi de priuatis aufugit carcerib.communis eſt opin. Nec habent locum prædicta in tentante aufugere,vel in eo, qui carceres apertos inuenit,vel qui carceres frangere cœpit,& tentauit,vel qui fractis carceribus rediit,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.

Indicium contra officialem,qui fugit,fuga facit.qui voluit ſyndicari, & ideò in litem ſyndicatorib. quærelantibus iuramentũ deferri poteſt, communis eſt opinio.Clar.q.21.verſ.Præterea.

Indicium facit grauis inimicitia. capitaliſve, ſed non leuis, communis eſt opin.vt poſſit inquiri,& inquiſito reo tranſmitti.Et ad aſſumendum informationes,communis eſt opin.Clar.q.21.ver.inimicitia Inimicitia autem non facit indicium ad torturam aliquo pacto.Clar. q.21.ver.inimicitia.& eſt communis opinio.Bene tamen ob inimicitiam committitur captura, & aſſumuntur informationes, & iudex debet arbitrari,quòd faciat ſufficiẽs indicium,inſpecta qualitate perſonarum & delicti. Et facit etiam indicium ad torturam inimicitia, quando delictum fuit clam commiſſum,& nullus alius imputatur.

Indicium facit contra confitentem ſufficiens ad torturam, quãdo delictum fuit clam commiſſum,& nullus alius imputatur.

Indicium facit contra confitentem ſufficiens ad torturam confeſſio extraiudicialis,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.21.ver.confeſſio.Poteſt tamen reuocari,docto.de errore.

Indicium facit cõfeſſio facta coram iudice incompetenti ad torturam, cõmunis èſt opin.Clar.q.21.verſ.ſed hic quæro.Niſi eſſet extorta.cõmunis eſt opinio.Clar.ibi ver.hanc tamen.Et poſſet tunc reuocari coram competente iudice.Clar.ibi ver.ſed quid,& eſt communis opinio,nec faceret indicium ad torturam,docto.etiam de errore.

Indicium facit ad torturam confeſſio clerici,facta coram iudice laico, vt eſt communis opin.Clar.q.21.ver.hanc tamen.Confeſſio tamẽ facta coram iudice,non in figura iudicij,non obeſt,niſi,quia facit indiciũ ad torturam.communis eſt opinio.Clar.d.q.21.ver.ſed hic cadit.

Indicium ad torturam facit,ſi quis confiteatur in tormentis,& poſtea extra iudicium ductus ad ratificandum reuocat confeſsionem,& negat delictum,quia poteſt torqueri & cogi ad perſeuerandum in ipſa confeſsione.Et hoc intellige,quòd poſsit torqueri tanquã ſi nouum indicium ſuperuenerit,non autem vt tandiu ſit torquendus , donec in ipſa perſeueret cõfeſsione.Et poteſt repeti,vſque ad tertiam torturam nec eſt procedendum vſque in infinitum.ſecundum Cla.d.q. 21.ver.vlterius,prout faciunt,qui reum in tormentis confeſſum die noctéque torquendo fuligant,donec perſeueret , quia non poſſunt hoc facere de iure,

Indicium faciũt minæ eius,qui aliàs eſt ſolitus minas exequi,& qui fuit malus in eodem genere mali , vt eſt communis opinio,de qua Clar. ver.minæ.Vnde poteſt torqueri minans q.21.

Indicium facit ad inquirendum pax,& tranſactio facta ſuper delicto cũ offenſo de ipſa iniuria,vel offenſione.Non tamen facit indicium ad torturam,ſi facta eſt tranſactio ſuper delicto,ſuper quo licet tranſigi aliàs ſecus,vt eſt communis opinio.Cla.q.21.ver pax.Et vide ibi cautelam pro pace,& tranſactione facienda ſuper pace,quòd non obſit.

Indicium facit ad inquirendum mendacium,ſeu variatio, inconſtantia & titubatio rei.communis eſt opi.Clar.d.q.21.ver.mendacium.An autem faciat mendacium ad torturam. Eſt arbitrarium iudici. qui circũſpectus eſſe debet,& inſpicere qualitatẽ perſonæ & rei,ſuper qua eſt mendaciũ ſeu variatio.Et ſi veriſimiliter,poteſt reus obliuiſci, & an ſit circa ſubſtantialia? Et an incontinenti ſe correxerit. quia eſſet emẽdatio correctio incontinenti,& nõ mendacium.Et dicit ibi.Cla. quòd ſi eſſet iudex , vix ex ſolo mendatio. vel variatione reum torqueret.niſi aliquod aliud adminiculum concurreret.Aduerte tamen quòd ſi ab initio imputatus negaret, quòd propter negationem nõ eſſet torquendus,ſi non præcedebant legitima indicia,& de delicto prius non conſtabat. quia pro ſua defenſione poterat negare. Et in dubio debemus,præſumere in meliorem partem.ideſt nõ fraude negatum.Ita Guido de Suza.in tract.de iure emphit.nu.52.ad fi.Tom. 8.Et negãs illud,quod ſi confeſſus fuiſſet,non potuiſſet ei præiudicare.non facit indicium hæc ſua negatio,nec ei præiudicat. vt dicit in Marſ.in conſ.num.67.& ſeq.& conſ.15.nu.15.Mantua conſ.213. circa fin.in 1.vol.vbi dicit hoc eſſe veriſsimum. refert & ſequitur. Lucius inter conſ.crimi.conſ.160.num.35.vlt.tomo.Et aliàs reſpondi in ardua cauſa.Et ſola inconſtantia,titubatio,& trepidatio rei,abſque dubio non eſt ſufficiens indicium ad torturam.Sed facit aliqualẽ præſumptionem,vt eſt communis opin.Clarus dicta quæſtione ſecunda,ver.cæterum.

Indicium ad torturam facit viſus exire de domo,vbi reperitur quis occiſus cum enſe nudo ſanguinolento,cum pallida facie, quæ domus non habet,niſi vnum oſtium. Clar.q.21.ver.ſi aliquis.Eſt tamen ſecundum eum,iudici arbitrarium,vel eum torquere,vel condemnare,ſeruatis ſeruandis, pœna ſcilicet extraordinaria.Inſpecta qualitate facti & perſonarum.vide Burſatum conſ.20.num.21.

Indicium facit ad torturam res furata penes aliquem reperta. Niſi doceat à quo perceperit,vt eſt communis opinio.Cla.d.q.21.ver.vltim. fallit,ſi ille penes quem ſit reperta res,ſit bonæ vocis,conditionis,& famæ,quia etiam quòd non doceat à quo habuerit,non facit contra eum indicium ad torturam,vt eſt communis opinio.Clar.ibi. idem ſi eſſet reperta apud aliquem,qui eſſet ſolitus emere & vendere tales res mobiles,& illam palã teneret,quia illo caſu nulla ex eo ſuſpicio contra ipſum oriri poſſet.vt ibi per Clar.

Indicium à remotis,ſeu adminiculum licet minimum , & leue faciens ad cauſam,de neceſsitate debet per duos teſtes probari ad hoc,vt de eo habeatur ratio,vt eſt communis opinio.Cla.q.22.in prin.vnus tamen teſtis de veritate deponẽs,quòd vidit Titiũ vulnerãtem Seium. vel audiuit Sempronium blaſphemantem,talis teſtis facit indicium ad torturam,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſi.teſtis,autem de aliquo actu remoto à maleficio,vel proximo non facit indicium ad torturam.ſed duobus eſt opus,vt eſt communis opinio. Clar.ibi.& ad hoc,vt vnus teſtis faciat indicium ad torturam,debet eſſe integer & omni exceptione maior,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.Sed vide per eum remiſſiuè.

Indicia ſolemniter recepta , debent præcedere capturam. aliàs iudex non poſſet deuenire ad torturam , vt eſt communis opinio, de qua D.Brunorus à Sole in conſ.vnico crimin.num.100.

Indiciorum copia eſt danda reo, vt eſt communis opinio. Clar. q.49. in prin.Aliàs tenetur iudex in ſyndicatu.Alexã.conſ.65.nu.1.in 1.vol. Etiã.ꝙ.iudex habeat arbitrium ex ſtatuto liberum & abſolutũ.vt ibi fuſius per Alex.Dicit tamen Ang.in l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.li. 10.cautos debere eſſe iudices & Rectores ad hoc,vt ab eis non poſſit capi & peti copia diffamationis,quòd in inquiſitione dicant.Hæc eſt quædã inquiſitio,quam facit & format talis poteſtas ex ſuo mero officio.Refert Alex.in conſ.120.nu.1.in vlt.vol.Feli.in c.qualiter.nu.9. de accuſa.Et vide Dec.in l.1.col.3.nu.14.C.de eden.Et no quòd Notarij non debent furtim dare copias aduerſariis.l.1.§.is qui.ff.de publi. iudi.& in l.aliquid,§.teſtium.ff.de pœn.& no.Ioan.Fab.in §.lex Cornelia.ff.de publi.iudi.Et debet dari copia indiciorum.etiam abſque eo,ꝙ aliqua cauſa allegetur.niſi hæc quòd vult defendere reum.Blãcus in l.fin.num.26.ff.de quæſtionibus.Et conſuetudo in contrarium non valet,quòd non ſit danda copia indiciorum,vt dicit Alex.de Nouo in conſ.86.fallit vt per D.Donatũ de indiciis lib.3. Regularũ ſuarum in verſi.copia indiciorum. & lib.4.verſi.indicium. Carre.in practic.cri.fol.40.vbi plura no.digna.Etiam in crimine hæreſis eſt dãda indiciorum copia.Non autem ſunt edenda teſtium nomina,vbi adſit periculum,vt quia inquiſitus ſit potens.Idem eſt in aliis criminibus,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.49.verſi.habérque locum. Et practica eſt,quod dentur nomina teſtium confuſa,& ſeparata à dictis teſtium ob potentiam reorum,ne poſſint ſcire,quid ab vnoquoque eorum dictum fuerit.Clar.ibi, & copia indiciorum non datur ante torturam,niſi reus petat,vt eſt communis opinio. Clar.q.49. verſic. ſed nunquid.& tunc omnino eſt danda, ſimiliter ante cõdemnationem, etiam omnino dari debet, etiam ſi nõ petatur. & hoc ſiue ſit conuictus, ſiue confeſſus. & ita ſeruatur ſecundum Clarum. ibidem verſiculo ſed nunquid. Et debet decerni copia indiciorum.

vt ſi

vt ſi pars velit accipiat eius expenſis.vt ibi per Clar.& vide Rimina. nouiſſi.conſ.88.num.59.Soarez verbo.indicium.num.44.

Indiciorum copiam petens ſibi decerni & proceſſum,nō tenetur exprimere cauſam,quia tacitè cenſetur,ſe velle defendere,& elidere indicia aliter quàm per torturam.Clar.q.49.ver.ſed quęro.vt eſt commu nis vſus.& ſi plures rei ſunt vnius delicti,& vnus eorum ſit præſens alij verò contumaces,non debet differri proceſſus rei præſentis,donec illi qui ſunt cōtumaces condēnentur,ne ſi publicetur proceſſus, poſſint cōtumaces inſtrui de indiciis cōtra eos exiſtētibus,& ſubornare teſtes,& deinde comparere,ipſius autem contumacib.cōdemna tis,fit publicatio proceſſus quoad præſentes datúrque eis copia deletis tamen prius,quantum commodè fieri poteſt,nominibus contu macium atque is omnibus,quæ ad eos pertinent, quatenus tamen quoad præſentes per huiuſmodi deletionē non tollatur,vel in mini ma facultas defenſionis.Clar.q.49. ver.ſed pone.Item nunquam pu blicare proceſſus,neque dare copia indiciorum,quæ iudex ſumpſit ſuper proceſſu informatiuo,niſi poſtquam ſunt,eo legitimè citato,re petita.Et ita practicatur.Clar.ibi.ver.itē ſcias.Et non datur copia pro ceſſus reo,nec etiam ipſi accuſatori,ſi illam petat,niſi publicato pro ceſſu.Etiam ſi illam petit pro intereſſe fiſci,vt poſſit alia ſubminiſtra re.indicia.communis eſt opinio.Clar.d.q.49.verſ.danda eſt.Et ita ſer uatur.Et quæ de proceſſu dicta ſunt, non intelliguntur de proceſſu ſuper inquiſitione generali ad inueſtigandum, quid fecerit delinquens,quia copia dari non debet,vt eſt communis opinio. Clar.ibi ver.hæc autem omnia.

Indicium omne,præſertim,cùm à facto ipſo eſt remotum, duobus teſtibus probari debet, vt eſt communis opin. Soarez ver. indicium numero 41.Carolus in addi.ad Alexan.in conſilio 5.volum.1.numero 4.communem dicit.

Indicium facit ad torturam ſolitus delinquere, vt eſt communis opinio.Soarez ver.indicium.numero quadrageſimoſecundo, licet Clarus ibi.contra teneat,num.43.

Indicia & mala fama in ſpecie probata, tollitur per bonam famam in ſpecie probatam,vt eſt communis opin.Burſat.conſil.20.num.13.

Indicia à remotis non ſufficiunt ad torturam,vt eſt communis opinio. Burſat.conſil.29.nu.43.Blancus in tract.de indic.num.148.commu nem dicit.vel num.150.

Indicium non oritur ex dicto teſtis inimici,maximè ſi ſit capitalis,vt eſt communis opin.Burſat.conſil.20.num.24.& conſil.69. nu.31.Etiam capitalis.conſ.20.num.17.

Indicium à remotis non probatur vnico teſte, communis eſt opinio. Clar.de quo Burſa.conſ.24.nu.22.

Indicium non facit allocutio ſecreta ad aures,niſi tria concurrant, ex magis communi.Burſa.conſ.20.num.18.

Indicium non facit mandatarij dictum contra mandantem, extra confeſſionem,excommuni.Burſa.conſ.20.nu.2.

Indicium non facit ſola mala fama.ex communi opinio.Burſat. conſil. 35.num.16.

Indicium,etiam de propinquo duobus teſtibus omni exceptione maioribus probari debet,ex cōmuni opinione.Burſa.conſ.38.nu.2.quæ dicantur noua indicia.Papias in for.inquiſitionis ſuper verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio.num.21.fol.137.D.Brunorus à ſole in vnico eius criminali conſ.nu.129.vbi dicit,quòd quodlibet indicium propinquum vel remotum, debet probari per duos teſtes conteſtes, vt eſt communis opinio.

Indicium ſufficiens ad torturam eſt,quòd quis ſit ſolitus delinquere, Blancus de indi.nu.148.communem dicit.

Indicia quæ ſint ſufficientia ad torturam remittuntur arbitrio iudicis, vt eſt communis opinio.de qua Rimin.nouiſſi. conſil.88.num.22.& Menochius de arbitrio iudicis caſu.270.

Indicium ad torturam facit vnus teſtis de viſu,cum aliis adminiculis,ſi ſit omni exceptione maior.Rolan.à Valle.conſ.7.nu.3,vt eſt commu nis opinio.alias,ſi non eſt omni exceptione maior, non facit indiciū ad torturam.vt ibi per Rolan.nu.10.& mulier non eſt omni exceptione maior.Rolan.in conſ.24.in 1.vol,num.36.

Indicium ad torturam faciūt duo teſtes à remotis,vt eſt communis opi nio.Rol.à Valle in conſilio 24.numero quarto, in primo,volu.& D. Hierony.Gabriell.in conſilio 183.numero primo qui communem dicit etiam in crimine hæreſis,vt eſt communis opinio.de qua idem Gabriellius in conſil.178.num.4.Cur.iun.in conſil.309, num.2.in 3. vol.communem dicit.

Indicia ad torturam in genere ſuo debent eſſe clara & talia,quæ de iure ſubſiſtant ſicut in criminalibus ad condemnandum probationes debent eſſe luce meridiana clariores,vt eſt communis opinio, de qua Rolan.à Valle in conſ.4.num.36.in 3.vol. Et præſumptio minus eſt quam iudicium Brunus.inter.cōſ.cri.115.nu.82.

Indicium ad torturam non facit teſtis,dicens,ſe fuiſſe corruptum à tali,vt eſt communis opinio.Rolan.à Valle.in conſilio 4. numero 46. in 3.volumine.

Indicium ad torturam nō facit dictum vulnerati,licet excuſet à calumnia accuſantem ex neceſſitate,non autem ex voluntate, vt eſt communis opin.per Rolan.à Valle in conſ.3.num.47.in 3.vol.

Indicia,quæ communiter ſufficerent ad torturam,non habent locum contra hominem bonæ cōditionis & famæ,vt per illa poſſit torqueri.D.Laurentius ab Occa Ferrarien.inter conſ.crim.conſi.60 nu. 65. Tomo 2.communem dicit.

Indicia in cauſa criminali,etiam,quòd ſint indubitata,tamen ex illis nō poteſt fieri condemnatio. Chirco.centu.2.conclu.9.communem dicit.& no.quòd plures ſpecies probationum tunc ſimul iunguntur ad faciendum vnum indicium ad torturam, quando vnumquodque de per ſe eſt in ſe perfectum.alias non ſecundum communem opinionem.de qua D.Lauren.ab Occa Ferrarien.inter conſ.crimin. conſil.60.num.64.

Infamis efficitur condemnatus,etiam pro modica iniuria, vt eſt communis opinio.de qua Feli.in c.cum te.numero 9.de re iudic.Clarus in §.iniuria,verſiculo Item condemnatus Fallit,quando condemnatus quis fuit,non ſeruatis de iure ſeruandis,vt eſt communis opin. de qua Viuius libro primo communium opi.in verſi.infamia iuris. Cla.q.72.ad.fi.

Infamis in criminalibus, vbi exceptiones eſſe debent omni exceptione maiores,teſtis eſſe non poteſt,vt eſt communis opinio.Soarez in verſiculo infamis.nume. 53. Accuſare tamen poteſt de iure ciuili infamis,vt eſt communis opinio.Secus de iure cano.vt eſt communis opin.Soarez.ibidem num.54.55.& 56.Et no.quòd maior eſt amiſſio famæ quàm oculorum.l.infamia C.de decurio.lib.10.

Imperium merum eſt poteſtas gladij animaduertendi in facinoroſos homines Alciat.in ca.quòd ſedem.numero 58.de offi. ordina.communem dicens,

Indicare delictum & minis,& præmiis alliciētur,qui nouerint,& cum ipſo delinquente nouerint,indicare non tenebūtur,nec eiuſmet delicti participes,præmiis pollicitis,fruentur,immo puniri etiam poterunt,quemadmodum & illi,qui delinquētem non conuicerint,vt eſt communis opinio.Soarez.ver.indicare.nu.39.& 40.

Indicias violanti,indiciæ impunè violantur. communis eſt opi.Soarez ver.indicias.num.48.

Infamia aboletur à quouis populo,non cognoſcente ſuperiorem,quę ex ſtatuto prouenit eiuſdem populi,vt eſt cōmunis opinio. Soarez. verbo infamia.nu.49.licet ſubiectus ſit alteri populo.

Indulgentiæ proſunt,& quò ad Deum,& quò ad pœnitentiam. temporalem,vt eſt communis opinio.Soc.in c.quod autem.nu.8. de pœni. & remiſsio.& poteſt quis agere pœnitētiam iuxta canonē.d.c.quod autem & indulgentias exceptas reſeruare pro peccatis, de quibus non egit perfectam pœnitentiam,& per indulgentias eneruare ſtudeat,quòd poteſt facere,vt eſt communis opinio.de qua Soc.in d.c. quòd autem num.9.de pœni.& remiſsio.

Infamis infamia iuris,tam de iure ciuili,quàm canonico, repellitur ab accuſando, vt eſt communis opinio.infamis tamen infamia facti rectè accuſat de iure ciuili,ſecus de iure canonico,vt eſt communis opinio,Clar.q.14.ver.ſecundus caſus.Burſat.conſilio 20.num.51.communem dicit.

Infamis non ſolum repellitur à teſtificando in criminalibus, ſi ſit infamis infamia facti,vt eſt communis opin.Cum tortura tamen admittitur infamis.Clar.q.25.in prin.

Iniurians non ex hoc liberatur,quòd iniuriam proferat, niſi id ſciret, quod reipublicæ intereſt.communis eſt opinio.Burſat.conſilio 94. numero 29.

Infamis ab honore repellitur,ſiuè ſit infamis infamia iuris,ſiuè facti,vt eſt communis opinio.Calefactus inter conſ.crim.conſ 57.nu.10.Iaſ. in l.j.nu.43.C.de ſumma trini.communem dicit.Villalobos in ſuo communium opi.ver.infamis.nu.29.

Infamis non efficitur cōdemnatus de leui iniuria. Ant.de Tremolis in gl.ad pract.Bonacur.titu.qui.mo.ſuo no.litera B. vbi communem & æquiorem in iudicando & conſulendo dicit.

Infans non poteſt puniri ex delicto, communis eſt opinio,Clar.q.60. verſ.1.vbi & proximo pubertati & pupillo.

Infamiæ pœna grauis eſt.Clar.q.72.in prin.tergiuerſator punitur pœna infamiæ,vt eſt communis opinio.q.77.ver.tergiuerſator.itē damnatus publico iudicio efficitur infamis ſi fuit accuſatus ordinariè, idem ſi per inquiſitionem fuit condemnatus de publici iudicij crimine, vt eſt communis opin. Clar.q.70.ver.damnatus. ſi fuit præſens reus alias ſi abſens,vt eſt communis opin.ibi,Clar.

Inferior à Principe non poteſt reſtituere reum famæ, vt eſt communis opinio.Benedict.de foro Sempro.in reperto.Fel. in J verbo inferior. fallit,vt per eum.

Infirmus ſi ſit inquiſitus etiā de capitali delicto,poteſt ſe excuſare, nec tenetur perſonaliter comparere.Sed poteſt facere fidem de infirmitate,ſiuè per teſtes,ſiuè per medicum,vt eſt communis opin.Clar.q. 34.verſi.dixi.

Ignorans delinquens excuſatur à dolo.communis eſt opin.Clar.q. 60. verſ.quæro nunquid.fallit vt ibi per eum.

Ingratitudo

Ingratitudo præterita poteſt remitti,futura non.Cagnol.in l.contractus ff.de regu.iur.num·104.communem dicit.

Inimicitia ſola non facit ſufficiens indicium ad torturam,vt eſt cõmunis opinio.Portius communium cõclu.lib.4.regu.27.Anto.Gabriell. communium opi.lib.7.concl.18.Plotus in l.ſi quando.num. 880. C. vnde vi.magis communem dicens.Riminaldus nouiſſimus in conſ. 88.num.5.& pluribus ſeq.& præſertim quando inimicia eſſet leuis, vt eſt communis opi.de qua ibi Plotus.Boſſi.de indiciis.num.47.vbi dicit ita practicari.Euerar.in centuria legali.in loco tempore ad tempus.verſi.hinc etiam,vbi dicit ſe habuiſſe in facto.Soarez ver.inimicitia.num.65.quænam ſit grauis, & quæ leuis amicitia iudicis arbitrio relinquitur, vt eſt communis opinio.ibi.numero 65. nulla autẽ inimicitia aptum ad tormenta indicium facit, vt eſt communis opinio.Soarez ibi.num.67. Clar.quæſt.24. ver.item quæro.Blancus de indiciis.num.175.

Inimicus ſi ſit capitalis,repellitur à teſtificãdo in criminalibus,vt eſt cõmunis opinio.ſecus ſi ſit leuis inimicitia,vt eſt cõmunis opinio.& ſi ſit inimicus reconciliatus etiam repellitur,vt eſt communis opinio. Et debet eſſe elapſum triennium ad hoc,vt præſumatur bene reconciliatus,& tunc admittitur poſtea,vt eſt communis.opinio.Cla.q.24. ver.ſed quid.

Iniuria fit duobus modis,aut re,aut verbo, in libello iniuriarum debet apponi annus,mẽſis,& locus illatæ iniuriæ, vt eſt communis opinio. Clar.in §.iniuria. ver.vlterius.Et condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis,licèt non ſit atrox iniuria.Cla.ibi.ver.item condemnatus.Limita,vt per Clarum.q.72.ver damnatus.

Iniuriarum actio tollitur per lapſum anni,vt eſt communis opinio. ſi criminaliter agitur,ſecus ſi ciuiliter,quia eſt perpetua,& iſte annus in criminali eſt perpetuus continuus.Cla.ibi.ver. tollitur. Cæpolla conſi.71.& tollitur per conuerſationem habitam cum offenſore, vt eſt communis opinio.ver.item tollitur etiam per remiſſionem.Chirco.centu.5.conclu.52.& 53.in ſuo communium.opi.

Iniuriarum tenetur etiam ille,qui dicit ſe non feciſſe animo iniuriandi Cla.in §.iniuria.ver.quæro nunc.vel qui nunc. proteſtatur ſe non animo iniuriandi feciſſe.Clar.ibi.ver.ſed pone.communem dicit.

Iniuriarum nõ tenetur prouocatus,ſaltem pœna ordinaria.Cla.in d. §. iniuria.ver.quæro etiam.

Iniuriarum non tenetur dicens veritatem de aliquo,quãdo intereſt rei publicæ.quòd delictum pendatur.Cla.in §.iniuria.verſi.item quæro. & eſt communis opin.& debet probari tale delictum.communis eſt opin.quæ opin.communis,de iure communi procedit.vt ibi. Anto. de Tremol.in gl.ad pract.Bonacur.tit.quibus mo.ſuo no.litera D.fallit multipliciter vt ibi.

Iniuriarum etiam tenetur pœnitens ſaltem mitius licet puniatur, vt eſt communis opin.Cla.in §.iniuria.ver.quæro quid ſi iniurians.

Iniuriam inferens officiali tempore eius ſyndicatus,debet puniri pœna capitis.Niſi officialis ante ei intuliſſet iniuriam.Clarus quæſtio.68. ver.iniuriam.

Iniuriarum actione tenetur,qui mendacium alij exprobat.Licet & verè prouocatus illum mentiri dicat,vt eſt communis opi.Soarez ver. iniuriarum.nu.13.mitius tamen punitur.item ſagaces,qui in auricula eorum inimicis iniuriam dicunt,vel etiam multum planè loquẽdo in modum cuiuſdam rationis.Nam tenẽtur ex edicto,de quo Ange.in l.item apud.§.ex his.ff.de iniu.& ſi quis dicat.alicui.Tu es claudus,ſecus,vel mutus, & ſimilia quæ ſunt peccata naturæ & defectus aut fortè per accidens,quia tenetur iniuriarum.Ang.in l.eum qui.ff. de iniur.& ſtatutum dicens,ſi quis dixerit alicui verba iniurioſa,puniatur tali pœna. Non comprehendit ob loquentem,vel conuicium dicẽtem,de abſente,nec tenetur pœna ſtatuti,quia tale ſtatutum eſt ſtrictè interpretãdum.Soc.in c.j. de maledicis.nu.3.& debet intelligi ſtatutum de iniuriis cum dolo.Bal.in conſ.443.nu.4.in 4.vol.& qui tacitè de nocte viam frequentant,vel ante domum dominarum matutinatas faciunt, iniuriarum tenentur,quoniam ex nimia frequentia nonnullam prębent infamiam. Ang.in l.item apud.§.meminiſſe. ff.de iniur.Cla.in §.iniuria.

Iniuriarum actionem remittere poteſt curator,vel tutor indiſtinctè , ſi ſit in vtilitate pupilli vel adulti pacem inire.Soarez verſ.iniuriarum. num.81.communem dicit.

Iniurians remittens non videtur ſimul actiones inde ſibi competentes puta ad damna & intereſſe remiſiſſe.communem dicit. Maſſinger. obſerua.10.centuria.4.

Iniurioſa verba alicui exprobans etiam vera, animo tamen iniuriandi proferens nec ſit reipublicæ vtile ſcire,tenetur iniuriarum(vt dixi)& eſt communis opi.Placa Epito.delicto.c.j.num.3.Couarru.variarum reſol.c.2.nu.6.lib.j.fallit ſi dicebat cauſa ſe iactandi,puta dicendo mulieri.Ego non adulteraui, nec feci homicidum. Vber.de Bobio.conſi.7.inter conſ.criminalia.Secus ſi cauſa vituperãdi. Corn.conſ.80.in 3.vol.Iaſ.in l.ſi quis extraneus.ff.de acqui.hæredi.num.7.Alberi.in q. ad ſtatu.in 2.par.q.4.

Iniuriæ plures diurſæ ſpeciei eodem impetu & continuatione, ſi iterentur,tunc pluribus pœnis eſſet afficiendus iniurians , communis eſt opi.Chirco.communi.opi.centu.2.concl.75.

Iniuriarum actio,quando intentatur ad vindictam,ſiue ciuiliter ſiuè criminaliter , non poteſt poſtea alia via agi, ſed vna tollitur per aliam, quia vtraque tendit ad vindictam,vt eſt comm.opin.Chirchouius in ſuo communium opinionum centuria 5. conclu. 54. communem dicit,& probat fuſius.

Iniuria quando eſt notoria,& pœna eſt arbitraria,tunc quis iudex eſſe non poteſt in cauſa propria,vt eſt communis opinio. Chirchouius communium opinionum cẽturia 5. concl.quinquageſimaquinta,& hoc ſanè intelligitur,quando pœna,quæ imponitur pro delicto notorio ſit certa,ſecus ſi arbitrio iudicis imponatur.

Iniuria quando eſt facta officiali,non prætextu dignitati,ſed odij particularis,iudex quis eſſe non poteſt in cauſa propria,vt eſt communis opinio.Chircouius communi opi.cent.5.conclu.56.

Iniuriæ ſibi factæ notoriè quis eſſe iudex poteſt,vt eſt communis opi. Chircouius communium opi.cent.5.concl.57.

Iniuriam facit qui obiicit crimen,ſiuè in genere,ſiuè in ſpecie.communis eſt opi.vt per Docto.in l.3.ff.de libe.poſthu.Paſethus con.182.

Iniuriarum non tenetur qui proteſtatus fuit non inferendæ iniuriæ animo facere,ſed iuris ſui conſeruandi gratia ac defendendi.quod intellige,quando obiectum crimen verum fuiſſet,ac eſſet probatũ, vt eſt communis opinio,de qua Boſſi.de iniuriis.Paſethus conſilio 182. num.23.allegat Boer.conſilio 4. numero 37.& 38. nam iniuria non infertur ſine dolo.Alexan.conſil. 209.numero 12.in 6.vol.l. illud ff. de iniur.Menoch.de arbitrio iudicis. caſu 263.numero 23. vbi & de Statuto Ferrariæ meminit ſub rubrica de officio poteſta. Ferrariæ. Decius inter conſilia criminalia. conſilio 102.numero octauo. Tomo 2.Beluiſi. in practica crimin.titu.de iniur.columna quinta circa prin.libellum autem in actione iniuriarum & poſitiones ponit Abb. in ſua practica.c.35.& 36.Et no.quòd communis libellandi conſuetudo pro iniuria etiam,vt quantitas exprimatur , vt eſt communis opinio. Socinus ſenior in capit. olim. numero vigeſimoquarto de damno dato.

Iniuria præſumitur ſemper iniuriandi animo facta.Niſi cõtrarium probetur.vt eſt communis opi.Cla.in §.iniuria ver.quæro nunc.

Iniuriarum actio anno tollitur, vt eſt communis opin. ſi ſit criminaliter intentanda,ſecus ſi ciuiliter,quia eſt perpetua , vt eſt communis opinio. Et annus eſt continuus. Clarus.d.§. iniuria. verſiculo item condemnamus.

Iniurians,ſi dicat ſe pœnitere, aut ſe calore iracundiæ dixiſſe, non debet puniri pœna ordinaria,vt eſt communis opin.Cla.q.60.verſicu. eſt etiam.& q.16.verſiculo Item cum quæro,& in §.iniuria.ver.finali.licet Clarus neget eam eſſe communem opinionem.

Iniurians ſi proteſtetur ſuper iniuria,vt ſi dicat.Tu mentiris,ſaluo honore tuo. &c. Talis proteſtatio non releuat. Sed ſi extant aliquæ coniecturæ ex quibus comprehenderetur,quòd non dixiſſet animo iniuriandi proteſtatio prodeſſet,vt eſt communis opi. Cla.in d.§.iniuria.ver.ſed.pone.

Iniuriarum actio prætoria anno tollitur(vt dixi)& eſt communis opin. de qua Soc.in c.ſi culpa.nu.30.de iniuriis & damano dato.Niſi quis ſe pulſatum,aut verberatum dicat, vel irruptionem factam in ipſius domum conqueratur, vt eſt comm. opin.Soarez verbo Iniuriarum. nu.70.in caſibus autem ciuilibus eſt perpetua.Soarez ibi.nu.71. Et licet actio iniuriarum tranſmitti nequeat, alij tamen cedi poteſt,vt eſt communis opin.Soarez ibi.num72.

Iniuriarum tenetur actione, qui mẽdacium alteri exprobrat, quamuis verè & prouocatus illum mẽtiri dicat,vt eſt communis opinio. Soarez in verſiculo iniuriarum.numero 73. Amplia quamuis in iudicio ad excludendam actionem,vel ad exceptionis alicuius opem crimẽ mendacij ſit improperatum,vt eſt communis opinio.ibi.numer.74. Punietur tamen mitius,ſi mendacium probauerit,vt eſt communis opi.ibi.num.75.

Iniuria,vt puniatur,debet inferri doloſè,& animo iniuriandi,vt eſt cõmunis opi.de qua Soc.conſ.118.num.7,in 1.vol.

Iniuriarum actio ideò non tollitur,ſi quis dicat, ſe ex animo iniuriam non feciſſe,niſi id liquidò probet,vt eſt communis opi.Soarez verbo iniuriarum.nu.76.idem,ſi antea proteſtatus eſt, ſe nolle inferre iniuriam,vt eſt communis opin.ibi.num.77.

Iniuriarum in libello, annus , menſis , & locus neceſſariò eſt inferendus,vt eſt communis opi.Soarez in ver.iniuriarum.num.78.

Iniuriam factam officiali,ipſe officialis,ſi eſt facta ſibi iniuria,vt officiali,vel eius familiæ,& ſit notoria, ipſemet eum punire poteſt ſecus ſi ipſi,vt priuato inferatur.Et in omnem caſum,non debet ſibi ius docere,ſed debet committere alteri cognoſcẽdum,vel facere recurſum ad ſuperiorem,Cla.q.35.ver.ſolet etiam.Et præſertim parte petente vel ſibi dari adiũctum Libellum in iniuriarum actione.ponit.Alex.in conſ.212.in 2.vol.

Iniuriarum etiam non atrocium damnatio infamiam irrogat , vt eſt communis opi.Soarez ver.iniuriarum.nu.79.vnde ſi quis iniuriam

ſit damnatus,& pecuniam ſoluere nequeat,luet in corpore,nec bonis cedere poterit,vt eſt communis opin.num.80.

Iniuriam illatam parentibus pupilli,vel adulti remittere, ac pacem de ea facere curatores poſſunt & tutores indiſtinctè , ſi vtilitas maior ſit,quam vindictam ſumere,vt eſt communis opinio. Soarez verbo Iniuriarum.num.81.

Iniurias remittere quiuis cogi non poteſt à iudice gubernatoréve , vt eſt communis opinio. Soares verſicul. iniurias. Remittens tamen iniuriam,etiam in foro conſcientiæ,damna & intereſſe,& quæ ad rē pecuniariā ſpectant,conſequi poterit,vt eſt communis opinio.Soarez ibi nu.53.iniuriam autem remiſiſſe is cenſetur,qui cum iniuriāte conuerſatur,vt eſt communis opinio.ibi nu.84.

Iniuriā notoriā quis,qui ſuperiorē cognoſcit punire poteſt,vt eſt communis opinio.Socin.in c.innotuit,de maledicis.nu.14. Et iniuria fit tripliciter.re,verbis & literis,vt eſt communis opinio.Socin. in rub. de iniuriis.num.3.

Inquiſitionis remedium,vt quando ex mero iudicis officio procedit,iudex eſt remedium extraordinarium,tam de iure ciuili, quàm etiam canonico,vt eſt magis communis opinio.Et ideo pars accuſare volens iudici inquirenti præfertur,vt eſt communis opin. Sed ex cōſuetudine hodie contrarium obſeruatur,ex qua iudici eſt permiſſum in quocunque caſu procedere ex officio,& ſic per inquiſitionem.Et ita inquiſitio nunc eſt remedium etiam ordinarium, prout ipſa accuſatio,vt eſt communis opinio.Clar.q.3.ver.debes autem cum ſeq. Soarez verbo inquiſitio.nume.96.

Inquiſitio regulariter iure ciuili à iudicis officio inſtitui ac formari nō poteſt,vt eſt communis opinio.Soarez verbo inquiſitio.nu.97. Secus de iure canonico ob publicam vtilitatem,vt eſt communis opinio.ibi.nu.98.Sed etiam de iure ciuili & conſuetudinario, vt ſupra dictum eſt,in quolibet caſu inquiſitionem facere licet iudicibus, vt eſt communis opinio.ibi.nu.99.Et ſemper debet præcedere aliquod indicium, vt ſpecialis poſſit formari inquiſitio contra aliquem, generalis autem ſine,vt eſt communis opin.Soarez ibi.nu.100.Fallit,ſi Princeps committat inquiri contra aliquem motu proprio,nulla habita indiciorum,vel diffamationis cognitione,vt eſt communis opinio.Soarez ibi.num. 101.Marſi.ſingu.14.

Inquiſitio eſt nulla,ſeu accuſatio,aut querela,ſi actio ſit præſcripta,vel ſublata,vt eſt communis opin.Soarez in verbo inquiſitio nu.102.

Inquiſitus non ideò minus damnatus efficitur infamis, ſi de crimine publico ſit damnatus,quàm ſi eſſet accuſatus,vt eſt communis opinio.Soarez verbo.Inquiſitionis.nu.103.

Inquiſitus in loco Domicilij à iudice patriæ debet condemnari,& puniri pœnis loci,vbi deliquit,vt eſt cōmunis,opin. Soarez verbo inquiſitio.nu.104.

Inquiſitio eſt nulla de iure communi,ſi non præcedit diffamatio,vt eſt communis opin.Burſa.conſ.94.nu.37.Etiam quòd ſit formata per duos teſtes omni exceptione maiores,vt eſt communis opin.Gratus Reſponſo.57.nu.9.& 11.in 2.vol.ſi iudex ex officio ſuo proceſſiſſet.

Inquiſitio nec annū,nec menſem delicti continens parte inſtante,ſi nō declaretur,non procedit,vt eſt communis opi.Burſa.conſ.34.nu.27.

Inquiſitor tenetur perquirere conſilium iuriſperitorum,licet illud ſequi non teneatur,vt eſt communis opin.Burſa.conſ.24.nu.3.

Inquiſitor ſuas vices alteri demandat,vt eſt communis opi.Burſa.conſilio 24.numero 32.

Inquiſitio(vt dixi)formari poteſt quolibet caſu de iure ciuili,canonico & ex conſuetudine,vbi præcedit infamia,vel alia præſumptio,vt eſt communis opinio,de qua Boſſi.tit.de inquiſitione,numero 8. Alberi.in l.ex lege.§.ſi publico.ff.ad l.Iul.de adulte.Et ibi etiam ponit caſus,in quibus proceditur ſine accuſatore.Et quidem formari poteſt generalis & ſpecialis inquiſitio,vt per Abb.in c.graue.numero 9.de præben.Et non eſt generalis,quando exprimitur certa perſona , ſed ſpecialis,& inquiſitio poteſt iterari ex noua infamia,vel nouis indiciis.Abb.in c.literis.nu.2.de celebra.miſſa.Et no.quòd clauſula, quæ in inquiſitionibus apponitur,diabolico ſcilicet ſpiritu inſtigati,non minuit peccatum,ſed ſignificat dolum.Bal.in c.1. de cohabita. cleri. & mulie.nu.1.Item not.ꝙ ſi quis falſo ſit inquiſitus,& fuit impeditus ſe defendere,non obſtante ſententia condemnatoria,ſibi ſuccurritur,& poteſt reſtitui.Bal.in l.proponebatur.3.col.ff.de iudi.Et no. etiam,quòd inquiſitio generalis poteſt formari contra officialem,& poſtea ſpecialis.Et ita ſeruat conſuetudo,vt dicit Bal.in c. quoniam, num.58.de probatio.vbi etiam dicit.num.61. quòd prudens iudex non debet ſine ſecreta informatione inquirere contra certam perſonam,& de iſta ſecreta informatione,non debet facere fidem,ſed creditur ſuæ conſcientiæ.Et ex iſta inquiſitione generali,non poteſt ſequi condemnatio,quia eſt tātum præparatoria,nō iudicialis & ſolēnis,quia non eſt facta contra certam perſonam.Bal.in l.congruit. ff. de offic.præſi.Nam dicta generalis inquiſitio eſt facta ad inueniendum,nō ad puniendum,nec ſuper ea eſt pars citāda,nec recipiuntur teſtes in figura iudicij,ſed ſolum ad informationem curiæ , & ideo non poteſt ferri diffinitiua ex ea,vt dicit ibi Bald.

Inquiſitio procedit contra furem,in qua dicatur furem furto ſubtraxiſſe contra voluntatem domini,licet non ſit aliquis dominus nominatus.Clar.q.4.verbo quando verò.

Inquiſitio fieri debet ſtatim conſtito de delicto,quæ fieri poteſt in omnibus caſibus,vt eſt communis opin.Clar.q.5.Cherianus Communi opinione, Regula 1.Blancus in l.fi.in prin.nu.5.ff.de quæſtio.vbi etiam dicit,quòd hodie de conſuetudine in quocunque caſu proceditur per inquiſitionem.Et ita quotidie ſeruari in locis Lombardiæ dicit.Marſi.in proœmio ſuæ Practi.num.4.ver.ſcitore.Et etiam hodie non poteſt iudex ex officio per inquiſitionem procedere,niſi in certis caſibus,vt per Barto.in auth.de collatoribus & aliis capitulis. in §.iubemus.num.1.Et inquiſitionem debet præcedere diffamatio,vel quærela partis,vel denunciatio,& ſimi.Aliàs proceſſus eſſet ipſo iure nullus.Clar.d.q.5.ver.ſcias.Item fama,clamor, querela partis, vel denunciatio,officialis debent præcedere inquiſitionem.Quotis tamen conſtat de delicto ipſo iudici,poteſt formare inquiſitionem generalē.Alberi.in l.congruit.ff.de offi.præſi. & in l.ea quidem. C. de accuſa.Et habita aliquo indicio contra aliquem,debet citare ipſum ad ſe defendendum.Et ita ſeruat totus mundus,Clar.d.q.5.ver.poterit.Et examinātur teſtes ſuper delicto quis ſcilicet illud commiſerit, & quid de eo ſciant,neminem nominando, quia ſi nominant , vel certus ſit delinquens,formatur inquiſitio ſpecialis contra eum , & teſtes examinantur,quid ſciant ſuper tali delicto,vt eſt cōmunis opi. Clar.d.q.5.ver.poterit igitur.Et ſufficit hoc indicium ex teſtificatione teſtium ſuper inquiſitione prædicta generali,ad capiendū imputatum abſque ſpeciali inquiſitione,vel ad inquirendū contra eū ſpecialiter,vt ibi dicit Clar.Vide omnino Ang.in malefi.ver.fama publica.n.10.fol.75.Vbi tradit cautelā iudici antequā formet inquiſitionē.

Inquiſitionem debet præcedere fama publica,vt eſt communis opinio.Clar.q.6.Cur.iun.conſi.324.num.1.in 3.vol. Practica tamen hodierna aliter ſeruatur, vt per Clar.ibi.vide Petr. Duen.reg.298.299. & 300.& 301.Soci.Iun.in conſi.37.numero 1.& ſeq. in 2.vol.Etiam in crimine falſi,vt ibi.

Inquiſitionem format Iudex ſuper denunciatione,tam officialis quam alterius hoc modo. Nam facta denunciatione,iudex ſuper ea aſſumit informationes , & indicia, & poſtea ſuper ipſis format inquiſitionem,vt eſt communis opinio,vt per Clar.d.q.6.verſicul.1. vide Ange. in malefic.ſuper verſi.ad denunciationem. numero 21. vbi tradit cautelam,quòd quando nō habet iudex alium teſtem idoneū, niſi officialem,poſitum ad denunciandum, quòd non procedat ſuper ipſa denunciatione per viam denunciæ,ſed per viam inquiſitionis,ex mero officio propter publicam famam præcedentem, & poterit dictum nuntium denuntiantem in teſtem examinare,quod dicit menti tenendum.

Inquiſitio formatur ſuper denuncia vilium perſonraum,& infamium, vt eſt communis opinio.Clar.q,6.ver.quæro igitur.

Inquiſitio formatur ad dictum denunciantis,quò ad recipiendum informationes contra reum,vt eſt.communis opinio.Clar. q. 6. verſi. habes igitur.Non autem quoad condemnandum ipſum reum corporaliter.Et quomodo procedat iudex ſuper inquiſitione ad denuntiam,& qualis ſit communis practica,vide per Clarum q.7. verſicu. quæro nunc.

Inquiſitio eſt iudicis officium,non actio.Clar.q.12.ver.Item quæro.cōmunem dicit.Nam iudex procedens ſuper inquiſitione,dicitur procedere iudicis officio nobili,non mercenario. Caſus autem in quibus quis poſſit puniri abſque accuſatore,ponit fuſiſſimè Ange.in l. ea quidem. C.de accuſa.Et no.quòd in cauſa inquiſitionis poteſt iudes ex officio ſuo citare reum,& promotorem inquiſitionis,ſupplet enim in hoc ex officio ſuo.Abb.in c.veritatis.num.5.de dolo & cōtu. vbi & apoſtillantes.

Inquiſitio poteſt formari per iudicem ciuilem & in cauſa ciuili,ſi poteſt aliàs per inquiſitionem procedi coram iudice in criminali. Clar.q. 18.ver.vnum tamen.

Inquiſitio non formatur,niſi prius conſtito de delicto,& legitima præcedant indicia,vt reus poſſit citari,vt eſt communis opin.Clar.q.20. ver.ad formandum.D.Hiero.Gabriell.conſi.177. numero 4.aliàs eſt nulla.Paſethus conſil. 190.numero 1.vbi numero 2.dicit.inquiſitionem formari non poſſe ex dicto ſocij criminis aut participis criminis. Etiam ſi iudex procedat ex mero ſuo officio, & in inquiſitione hoc exprimat,vt per Alex.in conſi.138.num.10.in 6.vol.& in conſi.120.num.1.in vlt.vol.Procedit tamen inquiſitio parte non opponente.quando eſt præſens.alias ſecus.num.13.Alex d.conſ.120. nu. 1.in vlt.vol.& ſi inquiſitio formatur ex commiſſione & mandato Principis nō requiritur,quòd fama præcedat.quod intelligitur,quādo Princeps aſſeruit , & dixit conſtare ſibi de tali delicto, aliàs non procedit inquiſitio.Dec.conſ.170. num.j. col.2.verſ.Nec obſtat. in j. vol.& in conſ.189.col.fi.verſ.nec obſtat.in j.vol.Ex vehementi tamen ſuſpicione hodie ex conſuetudine abſque fama præcedente iudices inquirunt , & ſufficiunt indicia leuia , puta diffamatio delicti, vel ſi moriens aſſerat talem vulneraſſe , vel inimicus ſit capitalis.

Clar.

Clar.d.q.20.ver.ad formandã,indicia debilia ſufficiũt ad capturam, nam ad capturam ſufficit quælibet informatio,& poteſt citari tunc reus abſens,qui ſi non ſe præſentet,notatur fuga, quæ vnà cum aliis indiciis ſufficit ad tranſmittendum inquiſitionem, vt eſt communis opinio.

Inquiſitionis formulam tradit Clar.q.31.& eius clauſulas ſingulariter proſequitur.ibi in verbo hæc eſt quædam inquiſitio, ad quem te remitto breuitatis cauſa & ad cæteros criminaliſtas,& Papiam in forma inquiſitionis. Et in inquiſitione debet exprimi nomen propriũ, cognomen,patria & habitatio,ſi fieri poteſt.ita vt perſona ſit prorſus cognita & certa.Et ſi ignoratur nomen, debet deſcribi perſonã per ſigna,ſtaturam, veſtes,habitationem,& alias circunſtantias,quæ poſſunt exprimi,vt ſic conſtet de corpore,& ſic tunc præcedi poteſt ad condemnationem.Clar.q.31.ver. contra & aduerſus. communem dicit.& ſi ſit erratum in nomine,& aliis non confidat,condemnatus euadere executionem volens,quia pœnitebit, vt ibi. Et debet in inquiſitione exprimi annus & menſis,prout in accuſatione,vt eſt communis opinio Clar.d.q.31.verſi.quòd anno præſenti. & locus etiam debet apponi.& debet in inquiſitione exprimi,quòd ſcienter & dolo sé imputatur deliquirit.Clar.d.q.31.ver.ſcienter & doloſè deliquerit reus.Clar.d.q.31.ver.ſcienter & doloſè.quòd no.ad ſtatutum de receptatoribus bannitorum,quia debet probari,quòd ſcienter & dolo sè receptauerit, vt ibi.& not. quòd inquiſitio in fine debet habere clauſulam.ſuper quibus omnibus & ſingulis,vt per Ang.in malefic. ſuper iſta clauſula. Nam iſta clauſula eſt loco concluſionis,vt eſt cõmunis opinio.de qua Clar.d.q.31.ver.ſuper quibus.vide Carrerium fol.46.num.8.vbi dicit,quòd quando adeſt clauſula, ſuper quibus õnibus & ſingulis connexis.annexis,dependentibus.emergẽtibus.incidentibus.& occaſionalis,tunc ex eadem proceſſu poteſt de morte ſequuta vulnerans puniri,& inquirens habet præſumptionem pro ſe quòd faiat bono animo.Bald.conſi.246.in 4.vol.& iſta clauſula ſuper quibus omnibus & c.operatur quòd ſi eſt probatum delictum, licet non ſit probata qualitas,poterit ſequi condemnatio, vt eſt cõmunis opinio.Clar,d.q.31.d.ver.ſuper quibus omnibus. Nam iudex non videtur ſe aſtringere etiam ad certam diem,& ideò ſi probetur de alio die,poteſt ſequi cõdẽnatio,idẽ in accuſ.ſi apponatur d.clauſula,ſuper quib.õnibus & ſingulis,petit ſibi ius & iuſtitiã miniſtrari. Idẽ ſi apponatur clauſula non ſe aſtringens ad probanda ſuperflua.idem ſi accuſator exprimendo diem & locum,addat prout conſtiterit & probabitur. & iſta eſt practica Vicentina. vide Franc.Aret.in l.Pantonius §.rei per duellionis.col.3.ff.de acqui.hered.& Ang.de malefic. ſuper d.clauſula.& Clar d.q.93.ver.ſed pone.& ſimiliter inquiſitio,quæ habet clauſulam ſecundum formã iuris & ſtatutorũ tenẽt. Et talis clauſula de conſuetudine admitti debet.Clar.d.q.31.verſi.inchoata.& in inquiſitione non eſt opus aliqua inſcriptione.communis eſt opinio. Clar.d.q.31.verſi. inchoata.

Inquiſitus captus,vel ſe præſentans, debet ſtatim conſtitui.& ſibi fieri, quòd vulgo conſtitutum vocat, in actis notarij annotatum. Et de quibus conſtitutis.Nouellus in practica.& Birracinus ac cæteri. Et ſi comparet reus,& neget contenta in inquiſitione fore & eſſe vera, prout narrantur.Nihilominus interrogatur,& examinatur ſuper eadem inquiſitione,& ita ſeruatur.Clar.q.45 ver.ſcias autem.Et ſi reus conſtitutis nolit reſpondere interrogationibus ſibi factis, negando, vel affirmando,vel dubiam faciat reſponſionem,vel nihil reſpondeat,vel per verba dubia,puta non ſcio,vel nõ recordor,poteſt torqueri,vt reſpondeat affirmatiuè,vel negatiuè,non ad eruendam veritatẽ quia neceſſe eſt,vt legitima præcedant indicia, ſed vt reſpondeat ſuper delicto affirmatiuè vel negatiuè,etiam ſuper circonſtantiis delicti,de quibus ſit veriſimile ipſum recordari,puta quia interrogatur de facto proprio,de modico tempore,& de rebus,de quibus alij cõſueuerunt communiter recordari.& ita ſeruandum eſſe dicit.Clar.ibi ver.ſed pone,vbi ſubdit, quòd aliqua animo debent ſubeſſe indicia contra reum,aliàs non tenetur reſpondere,niſi præcederet diffamatio,vel tale quid,quòd loco diffamationis exiſtat. vt ibi per Cla.

Inquiſito non datur terminus ad deliberatè reſpondendum in criminalibus.Cla.q.45.ver. ſed hic quæro.

Inquiſito non datur copia inquiſitionis vel indiciorum. Sed conſtituitur & interrogatur & examinatur,ante datas defenſiones & copiam indiciorum.Et ita quotidie practicatur. Clar.q.45.ſed quid. Et ſi iudex aliter faceret.male faceret,vt dicit idem Clar. ibi.

Inquiſito,vel accuſato,defertur iuramentum de veritate dicenda, ſecũdum hodiernum & communem ſtylum Italiæ.Clar d.q.45.verſi.ſed quæro.Et ſi falſum reſpondet in eius examine,non poteſt tanquam periurus plecti.Sed propter tale mendacium torqueri poteſt. Clar.q. 45.ver.quid ergo.

Inquiſitus nõ debet capi in verbis,& interrogari taliter, vt inuoluatur, & inducatur ad confitendum delictum,& ſuper ipſo delicto ſpecialiter interrogari,quia id ſuggerentis eſt potius,quàm interrogantis, Niſi de facto proprio.Nec iudex debet ſe taliter gerere, quòd propter rei reſpõſiones,ei auferat defenſiones.nec debet extorquere eius confeſſionem,vt ſi reſpondeat ſe percuſſiſſe talem. Interroget an ex percuſſione deceſſerit?vel ex vulnere ſit mortuus.Sed ſtare debet ſuper generalibus.Quis ſcilicet fecit tale delictum.Clar.d.q.45.verſic debet autem.

Inquiſitus,conſtitutus,& interrogatus negans delictum, debet iudex examinare teſtes ſuper veritate delicti,vt eſt communis opinio.Cla. d.q.25.verſi.cæterum.Sed cauti iudices ante inquiſitionem recipiunt informationem teſtium,& in ſcriptis redigi faciunt,ne poſtea dicãt cõtrariũ. Et habita formatione formãt inquiſitionẽ. Et ſi pœna ſit corporalis faciunt citari reũ re non verbo,ne fugiat & poſtea faciunt illum reſpondere inquiſitioni. Et ſi neget,iterato examinant teſtes,eo citato ad videndum iurare teſtes.&c.Clar.q.45.verſi.cæterum. Nec ſufficerent ad torturam dicta teſtium habita pro informatione habenda,non iurata,quia debẽt repeti cum omnibus qualitatibus requiſitis.quia illa tortura etiam de ipſis teſtibus facta antea,& omnia agitata ante litis conteſtaiionem,& omne non habetur in aliqua cõſideratione, vt ibi per Clarum. latius. Et teſtes debent examinari per iudicem,repeti tamen poſſunt per notarium in iudicio informatiuo. Et teſtes non debent repeti ſi contumax fuit condemnatus, & petit ſibi admitti ad nouas defenſiones, quàndo fuerunt examinati pro informanda curia maleficiorum.quia imputat ſibi contumax,qui non ſe defendit,quia in odium eius contumaciæ licet admittatur,non debent repeti. Et ſi confrontatio teſtium,vt infra litera T. qua facta, antequam reus in carceribus recommendetur,vel fideiuſſoribus relaxetur, obſeruatur,quòd reus inquiſitus det iudici licentiam procedendi vſque ad ſententiam incluſiuè. monens eum pro ſingulis diebus & horis,etiam ab eo abſente, & non citato. Et ita obſeruatur,Clar.d.q.45.ver.facta autẽ. Et tam circa receptionẽ teſtium,quam quæcunque alia.Et idem obſeruatur in accuſatore. quia ſolẽt cauti iudices ſcribi facere in actis,qualiter accuſator dat ei licentiam expediendi proceſſum,etiam ipſis abſentibus, & ita õnia expediunt,& ſententiam poſtea proferunt,eo non citato. Et Clarus hanc cautelam de accuſatore non refellit,ſed aliam, quia abſque ea hodierna pract. aliter obſeruatur vt ibi per Clar.quia monitio generalis vel huiuſmodi ſcribitur à notario,& conſignatur reus.& ſi talis monitio non fieret,omnia acta poſtea facta, corruerent reo legitimè non citato.

Inquiſitio formata nullis præcedentibus legitimis indiciis eſt nulla,cõmunis eſt opinio,vt per Rolan.à Valla conſi.17.nume. 8.in 3. volu.

Inquiſitio formata eſt nulla non præcedente diffamatione (vt dixi) cõmunis eſt opinio. ſiue ſit ordinarius,ſiue delegatus iudex. Menochius in conſi.100.nume.58.etiam ſi ex officio procedit iudex,vt eſt cõmunis opinio. D.Laurentius ab Occa ferrarienſis.inter conſi. crimi. conſi.60.nume.26.tomo.2.& no.quòd ſtatutum prohibens accuſationem,prohibet inquiſitionem.Caſonus de inquiſitione.num.8.vide Benic.de foro ſempro.in reperto.felin. in ver.inquiſitio an debeat.vbi ponit fallentias.

Inquiſitio tamen non præcedẽte diffamatione procedere poteſt. Si adſit ſtatutum,quòd permittit inquirere non præcedente diffamatione, vt eſt communis opinio.Alciat.in c.pernicioſam.nu.47.de offi. ordi.

Inquiſitio eſt iudicium extraordinarium.Panor.& Dec.in rubr. de iud. numero.7.& D.m.Alciat.in c.pernicioſam.numero 14.de offic.ordi. communem dicit.

Inquiſitio debet procedere ex bono Zelo charitatis,& nõ ex maleuolentia,vt eſt communis opinio.Portius conſi.110.nu.26. & no. quòd non datur tempus ad deliberandum ei, qui reſpondet inquiſitioni, quia cum interrogatur de facto proprio,de eo debet eſſe certus, ideo debet reſpondere.Caſtr.in Auth.offeratur.num.5.C. de litis cõteſta.& datur vel non datur copia ſecundũ ſtilum curiæ. vt ibi.nu.11.

Inquiſitionis tenor in citatione inſerri non debet.& iſta eſt communis opinio.Sed debet reus citatus explorare & inquirere cauſam. propter quam fuit citatus.Blancus in pract.crimi.fol.11.num.22.

Inquiſitio non requirit,quòd omnia requirantur quæ requiruntur in accuſatione,vt eſt communis opinio.Benedic.de foro Semproni.in repert.Feli.in verbo inquiſitio an debeat.

Inquiſitio ſolemnis,licet non debeat committi propter infamiam ortã à maleuolis,vt eſt communis opinio.de qua Feli.in c.cum in iuuentute.de præſump.Tamen occulta indagatio committi poteſt, vt ibi per Feli.ex illo textu.

Inquiſitio tollitur ſpacio viginti annorum,prout accuſatio,vt eſt communis opinio.de qua Baldus in tract.preſcrip.in .§. ſecundò quæro, num.2.tomo.16.fol.94. Limita vt ibi per eum. Actio autẽ quòd metus cauſa perſonalis,tollitur ſpacio decem annorum.Rui.conſi.113. nume.9.in 5.vol.

Iuquiſitio non fit de iure communi,niſi contra præſentem,vt eſt communis opinio.Clar.q.11.in prin.ſed ſecus de conſuetudine. quia etiam fit contra abſentem.

Inſidiatorẽ preuenire licet & interficere.cõmunis eſt opi.Clar.in §.homicidium.ver.poteſt etiam.Soarez ver.inſidias.nume.105.

Inſtantia perimitur etiam ex negligentia iudicis.Gramm. voto 31.com-

munem dicit.& no.quod de iure communi non eſt dare inſtãtiam de iure canonico,vt eſt communis opin.Zanner.de diffe.inter ius ciui,& cano.num.43.ſecus de iure ciuili etiam in criminali.

Inſtigator non eſt citandus niſi proteſtetur,quod velit citari,& vbi ſuccumbit,debet in expenſis condemnari,vt eſt communis opin.Clar. quæſtione decima.ver.quæro nunquid.Blancus in pract. crimin.fol. 6.numero 39.

Inſtrumento ſtandum eſt,cum cõſtat primum teſtem eſſe falſum,& ſecundus non ſit inſtrumentarius,cum inſtrumento duo ſufficiant,vt eſt communis opin.de qua Fulg.conſ.136.num.4.

Inſtrumenta facta per notarium condemnatum de falſo non valent,ſi fiant poſt condemnatum,& in iam factis oritur falſi ſuſpicio, vt eſt communis opinio.Gargias inter conſilia criminalia. conſilio 123. num.16.tomo j.

Inſtrumentum non reddit ſuſpectum contradictio vnius teſtis,quoties tot ſuperſunt,quot neceſſarij ſunt ad actum , vt eſt communis opinio.de qua D.Gabriellius conſilio 169.numero 70.Ruin. conſil. 13. num.7.in 5.vol.

Inſtrumentum redditur falſum per duos teſtes inſtrumentarios,vel nõ inſtrumentarios.Niſi adſint alij duo teſtes coadiuuantes inſtrumentum.Villalob.in ſuo communium opin.verſic.inſtrumentum.nume. 74.Qui teſtes debent eſſe omni exceptione maiores,Graſſus communium opi.lib.2 c.18.q.12.communem dicit.Riminal.conſil.1.nu. 25.Benedic.de Vado foro Sempro.in reperto.Fel.ver.inſtrumentum per quot teſtes.

Inſtrumentum falſum in vno ex ſubſtantialibus præſumitur in totum falſum,vt eſt comm.opin.D.Gabriellius in ſuo cõmunium opin.lib. 7.concl.3.Amplia & limita,vt ibi.per eum.Soc.iun.in conſ.41.nu.4. in 2.vol.prout & teſtis.in dubio autem debet pronunciari pro inſtrumento,Gratus reſponſo.9.num.183.in j.vol.

Inſtrumẽtum qui abraſerit vel expunxerit,falſi pœnas dabit,vt eſt communis opin.Soarez ver.inſtrumentum.num.144.

Inſtrumentum non probat delictum, vt eſt communis opin.Soarez in ver.inſtrumentis.num.152. Hæreſis autem inſtrumento probatur, vt eſt communis opinio.& vſura. communis eſt opinio. Clarus q. 54.in princ.

Inſultatus non ſolum ipſum inſultantem licitè occidere poteſt, ſed etiam alium non offendentem,ſi ab eo inſultante, ſe aliter defendere non poterat.niſi ipſum interficeret,vt eſt communis opi. Clar.in §. homicidium.ver.adde.

Inſultatus poteſt inſultantem licitè occidere,etiã ſi fugiendo ſe ſaluare poterat, vt eſt communis opin. quia inſultatus non tenetur fugere, etiam ſi ſine periculo poſſet,vt eſt communis opin.Cla.in §.homicidium.ver.atque adeò.Pariſius conſ.165.num.23.in 4.vol.vbi communem dicit,Cherianus cõmunium opin.ver.fuga.& in verſi.homicid. Fel.in c.ſuſcepimus.de homicidio.

Inſultatus , ſi vt non interficeretur, oppoſuit ſe aliquis medius, quem interficit,non punitur de homicidio,vt eſt communis opin.Cla.in §. homicidium.ver.adde.

Inſultantem cum baculo non licet percutere cum gladio, ſi inſultatus aliter ſe defendere queat,vt eſt communis opin.Clar.in d.§.homicidium.ver.ſcias tamen.

Interdictum licèt non ſeruetur ab eo,propter cuius delictum eſt poſitum tamen debet ſeruari ab aliis.Si verò nõ ſeruatur ab eo, in cuius fauorem eſt latum,non debet ab aliis ſeruari , vt eſt communis opin. Soc.in c.petiſtis.num.1.de priuilegiis.

Interpretatio & diſtinctio inſtrumenti ſemper per iudicem ita fieri debet vt falſum euitetur,vt eſt communis opin.Cla.in §.falſum.ver.itẽ debet,Nam interpretatio ſemper fieri debet,vt excludatur delictum, vt eſt communis opin.de qua Gratus rèſponſo.50.num.20.in 2.vol.

Interdicti eccleſiaſtici pœna eſt inter cenſuras eccleſiaſticas.& eſt ſeparatio à iure,vel à iudice facta à certis ſacramentis, & omnibus diuinis officiis,& eccleſiaſtica ſepultura.Cla.q.76.in prin.

Interrogatio non requiritur.An quis velit vti.&c.quando quis inquiritur,quòd fieri fecerit falſum inſtrumentum, nec admittitur abſtinentia,ab vſu,vt eſt communis opi.de qua Gargias inter conſi.cri.conſ. 123.num.7.tomo j.

Interrogatoria pro teſtib.examinandis in criminalibus,non dãtur.Cla, q.23.per totum.Interrogatoria autem vnde emanarint.ponit Montanus in l.non videtur defendere.ff.de reg.iur.

Ira,quę ex iuſta prouenit cauſa,nõ quidem excuſatur in totum,ſed facit vt delinquens mitius puniatur,vt in viro occidente vxorem in adulterio deprehenſam,ſecus ſi non proueniat ex iuſta cauſa,tunc in nihilo excuſat.Alij ſimpliciter dicuntur, quod factũ calore iracundiæ non ſit punibile.Clar.quæſtione 60.ver.eſt etiam, Soarez verbo ira. numero 189.

Innocentiæ cauſas quilibet interuenire poteſt ad allegandum pro reo inquiſito,vt eſt communis opinio de qua Iaſ.in l.2.in 3.col.C.qui teſta.face.poſſunt.Marſilius.in conſilio 90.numero 71.in ſecundo vol. & licet quis à ſtatuto habeat pro confeſſo & cõuicto,ac ſi verè eſſet confeſſus & conuictus.Tamen admittitur probatio in contrarium. videlicet de innocentia illius.Tiraquellus de retractu. §.4. in gloſ. j. numero duodecimo.

Inuadendo rem ſuam , ſi quis ſit homo ſimplex & groſſus, poteſt credere ſibi li ere,vt eſt communis opinio.Socinus in conſi.122.num. 22.in 4.vol.

Inuentarium debet fieri de bonis accuſati,vt eſt communis opin.Soarez verbo accuſatus.num.34.

Inuentores rerum ab aliis deperditarum,ſi eas celauerint, vel proclamationibus,aut alia ratione palam non fecerint,furti tenentur.Et ſi facta diligenti inquiſitione dominum non inueniant, tenentur eas vendere,& earum præcium in pauperes diſtribuere,vt eſt communis opin.Soarez.in ver.inuentores.num.185.

Inuentus non dicitur,qui non eſt apprehenſus, licet teſtibus conuincatur,vt eſt communis opin.Soarez communium opi.verbo inuentus.nu.187.& no.quòd ſi ex forma ſtatuti eſt licitum cuilibet inuentum dãtem dãnum in prædio, aut poſſeſſionibus percutere.Si quis inuentum dantem damnum in prædio ſequutus fuerit,& percuſſerit extra prædium,non propter hoc punitur.Soc.ſen.in c.rixanti.nu. 20.de iniuriis.& damno dato.Ad quòd ſtatu. vide Calephatũ deciſ. 4.poſt conſilia criminalia.in 2.tomo.

Interdictum ſpolij,ad hoc vt habeat locum nõ eſt neceſſe, vt poſſeſſio quæratur violento quando violentia fuit facta animo deiiciendi poſſeſſorem ſua poſſeſſione,vt eſt communis opin.de qua Nicellus in tracta.de qua concordia gloſſarum.num.435.

Ieiunans in ieiuniis,poſtquàm non eſt hora præfixa ab eccleſia,poteſt hora nona,& in nonis ſumere cibum abſque peccato,vt eſt communis opi.& generalis obſeruantia.de qua Zannetti.in trac.de foro cõſcien.nu.74.tomo j.vbi etiam dicit,quod ſumere aliquid de ſero pro collatione magis ad ſuſtentationem,quàm ad delicias,non eſſe peccatum,nec frangeret ieiunium:dummodo fiat temperatè,ſecundum conſuetudinem loci.

Ieiunans ob piſcium penuriam.lacticiniis vti poteſt,præterquàm quadrageſimali tempore,vt eſt communis opinio.de qua Zanner.in tracta.de foro conſcientiæ.nu.79.tomo 1.lacticinia autem ſunt, caſeus oua,lac & ſimi.

Ieiunare die veneris non eſt de præcepto ſed de conſilio,vt eſt communis opinio. de qua Zannet.in tracta. de foro conſcientiæ. numero octuageſimotertio.

Ieiunans toties non peccat mortaliter.quoties comedit in die fracti ieiunij ſine cauſa,niſi ſemel,niſi comedens nouo contemptu mentis pluries comederet:quia tunc toties peccaret mortaliter,vt eſt communis opin.de qua Zannet.in tract.de foro conſcientiæ.num.102.

Irregularitas eſt de iure poſitiuo,vt eſt communis opin.de qua D.Hierony.à Monte in ſuis variis quæſtionibus.q.30.num.2.

Iudæos de ciuitatibus Principes expellere non poſſunt.ſed eos tolerare debent,niſi ex cauſa.Pariſi.conſ.2.nu.16.in 4.vol.Et ſummus Pontifex debet perſuadere ipſis Principibus ne eos expellant ſecundum veram & magis communem opinionem,vt ibi.vide Marquar.de Iudæis.Nec poſſunt cogi ad aliquod ſignum deferendum,vt cognoſcatur ab aliis,niſi ex cauſa,vt per Fulgo.in conſil.159.vbi loquitur de Iudeæis in ciuitate Ferrariæ commorantibus,qui non poſſunt cogi ad aliquod ſignum deferendum.vide D.Rolan.à Valle in conſil.25. num.32.in 3.vol.

Iudæus furtum committens,& poſtea effectus chriſtianus poteſt puniri,vt eſt communis opin.de qua Rui.conſ.113.nu.3.in 5.vol.vbi dicit contrariam opinionem eſſe mitiorem & æquiorem. Niſi metu pœnæ hoc feciſſet,& in fraudem potius,quam intuitu Dei , vt pœnam corporalẽ euaderet.vide Marquardũ de Iudæis. Iudæus autem opẽ præſtans & recipiens res furatas eadem pœna,qua fur venit puniendus non poteſt,nec debet puniri.Rimin.conſ.80.per totum.in j.vol. Item ſi efficiatur monachus.Marſil.ſing.134.Quid ſi Iudæus ignorabat furtum,ductus craſſa & ſupina ignorantia non probabili rem ipſam furatam vel raptam emerit,dicetur autem craſſa & ſupina ignorantia,quando cõmuniter alij vicini dicebant & credebant,quòd res eſſet de præda & bello iniuſto , vel quando eccleſia hoc prohibebat,& tales publicè excommunicabat.Vnde non excuſatur emptor tali ignorantia ductus ſi de hoc nihil cogitabat quando emit, nec inquiſiuit quãtum potuerit,eſt in culpa,& tenetur reſtituere Lupus in tract.de bello & bellatoribus.§.ſi bene.nu.4.vide omninò.Archiepiſcopum Florẽ.in eius ſumma.par.2.tit.8.c.4.§. 5. vbi de ſericis agit.vbi dicit,quòd emens ſericum licitè emit.dummodò non emat ab his,quos veriſimiliter credit fuiſſe furatos,vt à filiatoribus,textoribus,vel à reuenditrice,vide Ana.conſ.70.nu.27.Rinus conſilio 82. per totum.in quinto volumine. vbi de hæbreorem furtiuam emente.Hebræi tamen Ferrarienſes ex Ducali decreto poſſunt in foro & apothecis palã emere , & excuſantur ſi ignari ſint rerum furto ſubtractarum.Similiter ſtrazaroli.vide ad propoſitum D.Contardum in reperti.lege prima.ſi de momenta.poſſeſſio.fue.appella. in amplia , ſeu quaſi.num.86.fol.60.& Paſethum conſ. . . .

Iudæos pro criminibus eccleſiaſticis; pro quibus etiam Principes ſeculares poſſunt punire, eccleſia poteſt etiam ipſis imponere pœnam corporalem, dummodo in vindictam ſanguinis nõ procedat. Et ideò Papa habet poteſtatem ſuper Iudæos, & alios, infideles, ſi peccarent cõtra legem naturæ, vel ſi Iudæi faciunt contra teſtamentum vetus, quod obſeruãt, vt eſt communis opinio. de qua Aret. conſ. 157. nu. 3. col. 2. verſ. præterea. Et Iudæi obligantur iuramento. Abb. conſil. 39. num. 2. in j. vol.

Iudei vſurarij poſſunt condere teſtamentum, vt eſt communis interpretatio, & conſenſus hominum, contra quem iudicare eſſet valde durũ vt in Italia communiter Iudæi publicè exerceãt fœnus. Aretin. conſil. 157. num. 1.

Iudæus delinquens debet puniri à iudice laico, non eccleſiaſtico, vt eſt communis opinio. Clar. q. 35. ver. modò quæro.

Iudæus poſt ſuſceptum baptiſmũ, non eſt puniendus pro delictis antea commiſſis, vt eſt communis opinio. Sed bene tenetur ad reſtitutionem, & emendationem damni, ad quam tenebatur ante baptiſmũ. vide Dec. in conſ. 130. in j. vol. vbi dicit communem eſſe opinionem, quòd poſt baptiſmũ poteſt iudex accuſari de furto, & ſimilibus. quia aliàs præſtaretur occaſio delinquendi. vide ſuprà. Soarez verbo Iudæus. num. 215. vide Menochium de arb. iudi. caſu 290. Ferra. caute. 24. num. 4. Viui. ver. accuſari. Rui. conſ. 13. num. 3. lib. 5.

Iudæus qui rem cum meretrice habuit, eſt puniendus in pœnam pecuniariam iudicis arbitrio imponendam, vt eſt magis communis opinio, de qua D. m. Alcia. in conſilio 11. numero 3. libro 7. vide Rolan. à Valle conſil. 35. in 2. vol. & Anto. Gabriell. in ſuo communium opin. lib. 7. conclu. 21. Corne. conſil. 114. in 1. vol. Alex. conſi. 13. per totum. in vlt. vol.

Iudæi ſuſtentantur ex gratia & pietate, niſi chriſtianis immineret periculum vel ſcandalum, vt eſt cõmunis opin. de qua Corſetus in tractatu. de poteſtà. regia. num. 18. tomo 5. Et cum abuſi fuerint gratia, priuilegium amittere debent, tanquam ingrati, vt eſt communis opin. de qua Corſetus ibi.

Iudæi prohibentur omnino percipere vſuras exceſſiuas & immoderatas, vt in nouella impreſſa ex græco & latino compoſita. D. Iuſtinian. vt particulares vſurarum ſolutiones in duplum computentur. C. N. CXXI. Iuſtiniani imperatoris incip. cum decuriones. & finit. dat. 17. Calen. Maij Conſtantinobilis. V. C. conſ. & extat decretum cuiuſdam optimi Principis perpetuum prohibitorium. editũ anno 1507. 3. Aprilis. regiſtratum in regiſtro quodam, quod habet initium ab anno 1506. per totum 1526. fol. 12. & licet Princeps concederet priuilegia ipſis iudæis ſuper hoc ampliſsima, & fœcũdiſsima, & locupletiſſima. Cũ clauſulis prægnantiſsimis, & efficaciſsimis, vt nihil fortius. Si oriatur controuerſia ſuper dictis priuilegiis. Et ipſe Princeps concedens ad præces ſupplicantium, reſcribat, fiat ius, vel talis iudex iuſtitiam faciat, cenſetur tacitè derogaſſe ſuis priuilegiis, & committere quòd fiat ius, ideſt, quòd tribuatur vnicuique, quod ſuum eſt. Neuiza. inter conſ. Bruni. conſ. 12. num. 179. & pluribus ſeq. vnde ſe ipſe Princeps maunlt ſua priuilegia prorſus exequi, debet ordinariæ iubere quòd de facto ſeruentur iudicis officio executiuo, & executiuè procedatur prout in his terminis conſuluit Pau. de caſt. in conſ. 397. col. 2. in 2. Nam quod non poteſt Princeps directò, poteſt per indirectum, ordinando, quòd talis non audiatur à magiſtratibus, & officialibus ſuis. Pariſ. conſ. 1. num. 38. vol. 4. Rui. conſ. 123. col. 3. vol. 3. Anto. Gabriell. in ſuo communium opin. lib. 3. titul. de iure quæſito non tollendo. conclu. 1. numero quarto. & Alex. in terminis vſuræ vſurarum. in conſilio 107. per totum. in 2. vol. & per ſupradicta deducetur. An ſint infra dentes retenta, vel extra clarè expreſſa ſupradicta per me deducta ſint.

Iudæus omnibus ſtatutorum immunitatibus, vel odiis, vel priuilegiis quibus alij incolæ vtuntur gaudent, vt eſt communis opinio. Soarez verſ. iudæus. num. 191. vbi diffuſè.

Iudæus ad eccleſiam confugiens immunitate non gaudet, vt eſt communis opinio. Soarez ver. iudæus num. 205. Cla. q. 30. ver. præterea.

Iudæus in criminalibus non eſt teſtis idonæus contra chriſtianum, vt eſt communis opinio. Soarez verſiculo iudæus. numero 208. vide tamen ibi poſtea.

Iudæus rem habens cum chriſtiana, non vi, nec ſtuprator exiſtens, nec adulter, nec matrimonium cum ea contrahens, morte nõ punitur, vt eſt communis opin. Soarez in eius theſauro. ver. iudeus. num. 218. Et ſi adulterium cum ea committat, pœnas ſtatuti loci dabit, non iuris communis. vt ibi num. 219. Clar. in §. fornicatio. ver. cum iudæis.

Iudæus committens adulterium cum chriſtiana in ciuitate, vbi adſit ſtatutum, quòd adulterium puniatur pœna pecuniaria, non poteſt puniri pœna iuris communis, quæ eſt pœna mortis, ſed pœna ſtatuti, vt eſt communis opin. Clar. in §. adulterium, ver. pone. vbi dicit ad triremes perpetuò condemnandum. Secus ſi cum iudæa, quia pœna iuris communis procederet.

Iudæus blaſphemus debet puniri à iudice ſeculari, & non eccleſiaſtico, vt eſt communis opin. Soc. conſ. 119. num. 26. in 4. vol. & num. 33.

Iudex eccleſiaſticus, ſi aliquem condemnauit, & poſtea remittit illum iudici ſeculari puniẽdum, iudex ipſe ſecularis non tenetur ſtare proceſſui facto coram eccleſiaſtico, ſed poteſt de nouo cognoſcere, vt eſt communis opinio. Quod intellige in his criminibus non merè eccleſiaſticis, ſecus in hæreſi, & ſimilibus. Licet legiſtæ teneant contrarium, vt eſt communis opin. Tamen communis eſt canoniſtarum opinio in contrarium. Immo, quòd etiam ſecularis iudex non poſſit commutare pœnam pro crimine hæreſis, vt eſt communis opinio. Si verò eſſet crimen ſeculare, vel mixtum, non tenetur ſecularis iudex præſtare auxilium Epiſcopo, ſi fiat ſibi fides de proceſſu, vt eſt communis opi. Cla. q. 96. ver. quæro etiam.

Iudex excedens modum in tortura conſueta, tenetur in ſyndicatu, vt eſt communis opinio. Et ſi reus tunc moreretur, puniretur iudex, vt homicida, ſi verò vt culpoſus, ob culpam puniretur, ſecũdũ modum culpæ. Et ideo rectè faciunt iudices, qui iubent Notario in actis redigere qualitatem & quantitatem torturæ, vt communiter ſeruatur. Cla. q. 64. ver. iudex autem.

Iudex in cauſa criminali poteſt propter paupertatem rei, pœnam pecuniariam mitigare, & diminuere, ſi mulcta ſit fiſco debita, nec tenetur illam commutare in pœnam corporalem, vt eſt communis opi. Cla. q. 95. ver. Hæc autem.

Iudex in cauſis criminalibus, qui primam tulit ſententiam, debet in cauſa appellationis citari, quando ex officio proceſſit, vt eſt communis opi. Sed alij verò dicũt ſimpliciter. quòd iudex, vel ſyndicus fiſci, cuius intereſt ſit citandus, quòd ita practicatur. Clar. autem dicit, ſe nũquam vidiſſe citari iudicẽ, niſi ageretur de condemnando ipſo iudice propter ſordes, vel iniuſtas cõdẽnationes, ſed fiſcus, cuius intereſt eſt bene citandus. Cla. q. 94. ver. quæro nunc

Iudex in caſu, quando pœna committitur iudicis arbitrio, poteſt tunc etiã imponere mortis pœnam, vt eſt cõmunis opin. Quæ limitatur, quando delicti qualitas, aut circunſtantia talis ſit, vt de iure cõmuni, vel conſuetudine eſſet pro eo delicto pœna mortis imponẽda. Aliàs ſecus, vt eſt communis opinio. Contra autem, quòd ipſe iudex non poſsit arbitrari pœnam mortis, cõmunem dicere plures de quibus Cla. d. q. 83. ver. ſed quæro. vide Graſſum in ſuo communi opi. li. 2. c. 6. q. 1. Affl. deciſ. Neapol. 276. num. 6.

Iudex iudicare debet in criminalibus ſecundum acta & probata, etiam ſi ſciat veritatem eſſe in contrarium, vt eſt communis opinio. In tantum, quòd etiam, quòd ipſe ſciret aliquem fore innocẽtem, ſi ex probationibus crederet bona conſcientia illum condemnari poſſe. poterit eum condemnare, vt eſt communis opinio. Poſſet tamen in iſto caſu iudex inſtare apud ſuperiorem, vt ipſe exoneraretur ad huiuſmodi iudicio, & cauſa alteri delegaretur, vt eſt communis opin. Cla. q. 66. ver. ſcias autem.

Iudex male iudicans ex imperitia, tenetur parti arbitrio iudicis, vt eſt communis opin. Clar. q. 83. ver. iudex.

Iudex maleficiorum non poteſt condemnare reum, ad reſtitutionem, vel ad damna partis. Niſi, quando illum condemnat per ſuam propriam confeſsionem, & non per fictam ex contumacia. Nam iudicis officium non deſeruit, niſi veræ confeſsioni, vt eſt communis opi. Cla. q. 2. ver. & hæc.

Iudex maleficiorum non poteſt de reſtitutione rei furtiuæ cognoſcere. niſi incidenter, idque ſiue per modum accuſitionis, ſiue per modũ inquiſitionis procedatur, vt eſt communis opi. Clar. q. 2. verſ. & hæc in fi. Boſsius. de Decreto mediol. num. 31.

Iudex non poteſt offenſum, vel læſum cogere ad querelandum, vel accuſandum, vt eſt communis opi. Etiam quò ſit hæres læſi, vt eſt communis opi. Cla. q. 15. ver. item quæro.

Iudex poteſt etiam ex officio repellere accuſatorem illegitimum. Etiam parte non opponente, vt eſt communis opin. Cla. q. 15. in prin.

Iudex poteſt, etiam in criminalibus tanquam ſuſpectus recuſari, vt eſt communis opinio. Cla. q. 43. in prin.

Iudex poteſt facere edictum, & promittere præmium ei, qui delinquentem capiat & tradat, vt eſt communis opinio. Clar. q. 29. verſic. ſed ſi quis delinquens.

Iudex, qui facit aliquem iniuſtè torqueri, capite punitur, vt eſt communis opin. Clar. q. 64. in prin.

Iudicem ſuperiorem Papa non habet, præter Conſilium generale Et ideò ſi de hæreſi accuſatur, vt poteſt accuſari, & de nullo alio crimine accuſari poteſt. Concilium eſt iudex competens, communis eſt opinio. Cla. q. 35. ver. 1.

Iudicandum eſt ſecundum acta & probata, etiam ſi de veritate aliter priuatim conſtet, vt eſt communis opin. Cla. q. 66. ver. iudex.

Iudex propter enormitatẽ delicti poteſt iura tranſgredi, & iſta eſt communis opin. Cla. in §. 1. verſ. ſunt etiam.

Iudex, quando lex ponit pœnam extraordinariam, poteſt etiam capitalem infligere, glo. communiter approbata. in §. in ſumma. inſti. de iniur. Alcia. conſ. 24. nu. 7. lib. 7. Maran. in pract. fol. 45. num. 53. Menochius. de arbi. iud.

Iudex, qui condemnauit aliquem, ſi adiicit moderationẽ per dictionem

ſaluo,nihil refert,quòd in ſeparata oratione hoc fecerit.& hæc quidem eſt magis communis opinio.D.m.Alcia.in conſi.4.nu.18.lib.8.

Iudex ſecularis in crimine mer · eccleſiaſtico,dum iudex eccleſiaſticus petit ſibi impartiri ſuum auxilium,nō poteſt ſe intromittere in proceſſu.Sed ſolum exequi mandatum.ſecundum canoniſtas.ſecus tamen ſecundum legiſtas.D.m.Alcia.in c.pernicioſam. de offic. ordi. nu.110.communem dicit.

Iudex habens merum & mixtum Imperium in aliquo loco, poteſt cognoſcere de omni delicto inter ſubditos ſuos,niſi in genere illo cauſarum,in quo aliquis eſt ſpecialiter electus iudex,& hoc,quando ex forma conceſſionis iudex ordinarius eſt priuatus iuriſdictione in illo genere. Sed ſi non eſt priuatus,talis iuriſdictio dicitur alteri data addēdo eam ſuperiori,& ſic vterque erit iudex,vt eſt communis opinio,de qua Boſſius de foro compe.nu.2.

Iudex eccleſiaſticus,ad hoc,vt inquirere poſſit,& procedere contra fratrem,& contra clericum in habitu laicali repertum delinquere,& cōtra eum in foro ciuili proceſſum,debet de nouo proceſſum per eum inchoari,& de nouo indicia recipere,vt eſt communis opinio, de qua Rui.in conſi.7.nu.6.in 5.vol.

Iudicari debet in dubio contra fiſcum,vt eſt communis opinio.de qua Iaſ.in conſilio 99.columna fi.verſi.præterea.Neuizi.in ſylua libro 6. pag.583.Maximè quando tractatur de lucro captando.Iaſ.in conſi. 167.in fi.in 4.vol.

Iudex incompetens cenſetur quis,etiam pro iniuria ſibi illata,vt eſt cōmunis opinio,de qua Comes inter conſilia crimi.conſi. 8.nu.3. per tex.in l.qui iuriſdictioni,ff.de iuriſdic.omnium iudi. & c.qualiter & quando ſecūdo de accuſa.ibi,non tanquam idem ſit actor & iudex, quod loquitur de cauſa inquiſitionis. Chirco.in ſuo communium opi.lib.2.Centuria.5.conclu.57.Rolan.à Valle conſ.47.nu.6.in 2.vol. Clar.q.35.ver.ſolet etiam Pariſ.in tract.ſyndica.§.Notorium Affli.ſuper conſtitutione Regni.lib.3.in conſtitutione eos tantum,fol.187. Natta conſi.294.nu.1.D.m.Alcia.in Practica.tit.de Notoriis criminibus.verſi.quod verum intelligo.Gandy.de malefi.tit.de pœnis reorum.nu.26.Rolan.à Valle.conſi.48.in 2.vol.Et debet cauſa in his terminis de facili à Principe committi.vt dicit Clar.q.35.ver.ſolet etiā. Ne vltra demeritum producatur pœnalitas.c.menſuræ.de peni.diſt. 1.Bal.conſi.144.in fi.in 2.parte.

Iudex debet quærere innocentiam rei ex officio,& nemine petente, vt eſt communis opinio,de qua Brunus conſ.feudali.69.nu.2.

Iudex debet arbitrari ſecūdum quòd eſt conſuetum arbitrari & interpretari.Ange.Aret inter conſ.cri.conſi.51.num.26.vol.1.vbi communem dicit,etiam in criminalibus.vt ibi.nume.27.

Iudices ordinarij non poſſunt inquirere, niſi fama præcedente. D. m. Alcia.in c.pernicioſam.nu.34.de offi.ordi.communem dicit.Fallit in Iudicibus,qui poſſunt inquirere non ſeruato ordine.D.m.Alcia.in d. c.pernicioſam.num.47.communem dicit.

Iudex originis non poteſt contra originarium inquirere ratione delicti extra territorium commiſſi,vt eſt magis cōmunis opinio, de qua Tobias Nonius conſi.98.nu.1.

Iudici, teſti & Notario non creditur,qui dicat ſe tuliſſe ſententiam iniuſtam, vel falſum teſtimonium, vel falſum confeciſſe inſtrumentum.vt eſt communis opinio,de qua Plotus in lege ſi quando, numero 651.C.vnde vi.

Iudex maleficiorum non poteſt condemnare reum ad rei reſtitutionē, vel ad damna partis,niſi quando illum condemnaret per ſuam propriam confeſſionem,& non per fictam,vt in contumaciam,vt eſt cōmunis opinio.Clar.q.2.ver.& hæc.

Iudex non poteſt cognoſcere de reſtitutione rei furtiuæ. Niſi incidenter,& procedatur ad quærelam partis, vel per viam accuſationis, vel ex officio & ſic per inquiſitionem,vt eſt communis opin. Clar.d.q. 2.verſi.& hæc quidem.

Iudex,ſi videt aliquem maleficium committere, non poteſt eum punire.Sed habet informationes capere,& contra eum procedere , & ſibi dare copiam poſtea proceſſus.Cla.q.8.ver.ſed pone,vbi communem dicit.Et ſi videt reum delinquere abſque teſtibus, non poteſt eum punire.Sed cautela eſt,vt amoueatur iudex à magiſtratu , & alius eius loco ſubſtituatur,& tunc ipſe poterit eſſe iudex teſtis , & reus plecti.Cyrillus.in ſumma criminali.tit.de quæſtionibus.§.6.numero 1.fol.154.

Iudex antequam ſpecialiter inquirat.& ſic aſſumat iudicia cōtra reum, debet citari reus de iure communi,vt eſt communis opinio.Clar.q. 11.ver.item quæro.Sed de conſuetudine non ſeruatur.Si reus comparet,quia teſtes examinati pro informatione habenda, antequam iudex formet inquiſitionem,abſque rei citatione non faciunt indicium ad torturam,& nullam faciunt fidem, quò ad condemnationem,ſi tamen reus eſt contumax bene eſt.Neque reus eſt citandus ad formandam inquiſitionem.vt ibi.

Iudex non excuſatur,quin teneatur in ſyndicatu,ſi pars appellauit ab eius ſententia,& poſtea deſeruit appellationem,vt eſt communis opinio,de qua Coratius de communi opinione lib.2.tit. 9.nume. 27. contrarium eſt verum,quando habuit opinionem Præceptoris ſui, vt ibi per eum,communem dicens.

Iudex non tenetur in ſyndicatu,ſi non reperitur communis opinio,& ipſe tenet eam partem,quam vult.Ang.in l.cum prolatis.ff.de re iudi.Abb.in c.1.col.4.de re iudi.Bald.in l.fi.C.de pœna iudicis qui malè iudica.Alexand.in d.l.cum prolatis.communem dicit.

Iudex ſiue accuſator poteſt procedere contra calumniatorem, idem cū crimen probatur per inquiſitionem. ſecundum communem opin. Capr.conclu.74.num.9.

Iudex domicilij & originis poteſt de delicto punire ſubditum, qui extra eius Territorium deliquit,vt eſt communis opinio.Graſſus communi.opi.lib.2.c.8.q.1.contrarium tamen magis communem dicit. Nouellus inter conſi.crim.conſ.169.Tomo 1.& Grammaticus.deciſ. 36.num.9.& 10.Vide Rimina.in conſil.439.Boſſi.de foro compe. in addi.vbi probat magis communem opinionem eſſe. Corne. conſi. 114.in 1.Socinus regu.87.Aſini inter conſi.crim.conſ. 108. num.4. Tomo 2.Ber.Diaz in pract.crimi.cano.c.8.& c.9.vbi dicit magis cōmunem quòd non poſſit,Rolan.à Valle in conſil. 19.in 2.qui tenet hanc partem vti communiorem,& magis communem , quòd non poſſit,tenet Tobias Nonius conſ.98.num.1.Nec iudex commiſſi delicti impedire poteſt iudicem originis,quo minus contra delinquentem extra Territorium procedat.Sylua.conſi.103.nume. 4.in 2.vide Alexan.conſi.166.in vlt.vol.

Iudici, vel teſti,dicenti in articulo mortis iniquam protuliſſe ſententiā, vel falſum dixiſſe teſtimonium,non creditur.D.m.Alcia.in tracta.de præſump.regu.3.præſump.4.nu.7.communem dicit. quia morienti creditur ad ſuum præiudicium,non ad alterius.Blancus in ſuo de indiciis.num.303.communem dicit.

Iudex eccleſiaſticus de crimine habens cognitionem,non poteſt reum laicum capere,& in carcerem mittere,vt eſt communis opin. Graſſus communi.opin.lib.2.c.8.q.8.Sed bene clericos poteſt.

Iudex de iure communi debet omni via,ſtudio ac diligentia,perquirere & inueſtigare veritatem Rei & innocentiam,vt eſt communis opinio,de qua d.Rolan.à Valle in conſ.47.numero 9.in 3.vol.& Brunus in conſi.feuda.69.numero 2.Marſil.in l.1.§.fi.numero 71.ff. de quæſtio.Arno.ſoliloquio.7.9.& 53.Etiam ſtante ſtatuto excludente omnes exceptiones.Marſi.ſingu.59.Et ſi præcedit inquiſitio,vel accuſatio nulla,ſequuta contumacia,reus non habetur pro confeſſo. Marſil.conſilio 81.numero 60.Et licet procurator non admittatur pro reo.Tamen admitti debet quiſquis pro reo,ad allegandum cauſas abſentiæ,& cauſas cauſæ,vt eſt communis opinio.Rolan. à Valle vbi ſupra numero 17.vbi plura.Vide Marſil.ſingu. 354. vbi inuenit contra iudices legum tranſgreſſores & in repe.rub. de fideiuſſo. in fi.& in fi.ſuæ practicæ.vide ad propoſitū Vitali.de malefi. in proœmio.num.9.& ſeq.Ange.conſi.309.in fin.Bal.conſi.277.in 5.Areti.cōſi.147.Boer.deciſ.206.nu.10.Marſi.in pluribus conſiliis exagerans contra iudices,qui Innocentiam reorum non inquirunt.vide Moronum de Fide, treuga & pace.q.185.per totum.

Iudex ex nulla cauſa poteſt aliquid vltra ſalarium ab aliquo accipere, nec cum cauſa,nec ſine cauſa,vt eſt communis opinio.per tex. in §. ſcriptum exemplar.il 2.in Auth.vt iudices ſine quo.ſuffra.Niſi eſculenta & poculentā.Paſcthus conſi.181.nume.1.& ſeq.

Iudex ex officio poteſt procedere ſuper accuſatione legitimè inſtituta deficiente accuſatore,vt eſt communis opinio.Corſe.in addi.ad Reperto.Abb.in ver.abolitio.vbi communem dicit.vide Bar. ad reprimen.verbo.Neglexerit.nu.5.

Iudex non debet citari,etiam ſi ad inſtantiam partis procedatur in crimine falſi,licet poſſit aſſiſtere cauſæ ipſe iudex.Dec. conſi.143. num. 2.in 3.vol.communem dicit.

Iudex non debet eſſe clementior lege,vt eſt communis opin. de qua Marſil.ſing.182.Fallit vt ibi.Nec debet capi facere quempiam iniuſtè,aliàs tanquam libertate ſpoliatus poteſt & debet reſtitui.Bart. q. 6.nu.1.Lapus fuit captus.

Iudex non obſtante tranſactione,vel pace,poteſt ex officio procedere, vt eſt communis opinio,de qua Alberi.in l.tranſigere.numero ſecundo.C.de tranſa.

Iudex delicti poteſt punire delinquentem,licet alias non ſit de iuriſdictione ſua,non ſecundum ius commune,vt eſt communis opinio,de qua Abb.in c.licet numero 24.de foro compe.Non tamen debet iudex exequi condemnationem,ſi cognoſcit reum iniuſte condemnatum,Abb.in c.de cætero.num.5.de ſentētia & re iudica. Soarez verbo iudex num.237.& ſeq.

Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata,vt eſt commūs opinio,de qua Ioan. Fab.inſtitu. quibus mo.tutela finitur in princip. numero primo.

Iudex ſecularis,qui habet ſolum exequi ſententiam contra hæreticum, quæ eſt facta per inquiſitionem hæreticæ prauitatis, poteſt cognoſcere de iniuſtitia proceſſus,vt eſt communis opinio.legiſtarum,de qua Benedic.de Vado foro.Sempro.in Reperto. Feli.in verbo Iudex ſecularis ſed contrarium tenent canoniſtæ. vt ibi per eum.Soarez

verbo

verbo Iudex,nume.234.

Iudex quis eſſe poteſt in cauſa ciuili, parte nõ opponente,ſecus in criminali,vt eſt communis opinio,de qua Benedi.de Vado foro Sempro.in Reperto .Felin.verſ.iudex vtrum poſſit.

Iudex,quando pœna eſt commiſſa eius arbitrio,poteſt arbitrari vſque ad mortem, vt eſt communis opinio,de qua D.Hierony.à Monte in ſuis variis.quæſtionibus 16.num.7. Sed communiorem eſſe in contrarium poſtea dicit ibi num.49.

Iudex alter in magiſtratu,alterum vbi ſit iuriſdictionis diuiſa adminiſtratio,punire non poteſt,vt eſt communis opinio,Soarez verbo,iudex nume.239.

Iudex,vt veritatem habeat,poteſt impunitatem reo promittere,vt eſt communis opinio.Soarez in verſ.iudex.nume.245.Non tamen poteſt ex tali extorta confeſſione reum condemnare, vt eſt communis opinio.ibi.nume.246.

Iudicem corrũpens,vt iuſtam, vel iniuſtam ferat ſententiam,amittit cauſam,vt eſt communis opinio. Soarez in ver.iudicium.num.254.

Iudex per quæcunque verba prægnantia,quę ſibi fuerint commiſſa,nõ poteſt lædere partem contra iuſtitiam,vt eſt communis opinio, de qua Capra regula 18.nume.33.

Iudex non poteſt cognoſcere de ſua iuriſdictione,quando contra ipſum iudicem , ad eius iuriſdictionem declinandam, opponitur talis exceptio,quæ notaret ipſum iudicem,vt exceptio infamiæ,vel alterius criminis,cum eſſet ſuſpectus,vt eſt communis opinio.Capra regula 19.nume.12.

Iudex ſecularis non tenetur exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici,quãdo pro condemnato eſt præſumptio contra ſententiam D.m.Alcia. in cap.perniciosam.num.122.de offi.ordi.communem dicit.

Iudex licet habeat arbitrium,debet tamen ſeruare ius commune in maleficiis,vt eſt communis opinio.Clar.q.31.verſi.arbitrio.atque balia. Alba conſi.69.num.5.& conſ.95.num.2.Menochius de arbi.iudi.q. 9.& alibi in eo.lib.Et ſi per ſtatutum habeat arbitrium in aliquo crimine,non tamen debet eſſe nimis gratioſus.ſed pœnam commẽſurare cum delicto.Caſtrenſis.in lege.ſi fugitiui,numero 12.C.de ſeruis fugiti.

Iudex,ſi ſibi videtur,non poteſt adhibere fidem inſtrumento publico, quamuis inſtrumentum non pronuntietur falſum,Ana.conſil.49.& ibi bologni.Alba in conſ.95.num.4.& conſ.70.num.9. vide Albam conſil.99.

Iura limitatoria.ſeu eſſentialia , nunquam videntur ſublata per legem nouam,nec per Decretum nouum,nec per conſtitutionem nouam, nec per ſtatutum nouũ,Etiam ſi in eis eſſent clauſulæ.non obſtantibus legibus, ſtatutis, aut Decretis, quia ius alicui ſpecialiter competens,nũquam videtur ſublatum,etiam in criminalibus, Plotus inter conſilia criminalia.conſ.110.num. 4.tomo.1.

Iuriſdictio agita cœpta dicitur per citationẽ.ſecũdum veram & magis communem concluſionem Doctorum vtrique cenſurę.Nec ſufficeret actus citerior,nec requiritur vlterior.Anto.de Tremolis ad pract. Bonacur.in glo,delegans litera D.tit.de impe.excep.

Iudicium eſt legitimus actus trium perſonarũ,Auctoris,rei & iudicis, etiam criminale,vt eſt cõmunis opin. Abb.in eius practica.c.1.nu.1.

Iudex ex cauſa etiam,non poteſt pœnã minuere,mutare,aut remittere. Quando ſtatuta ſunt intelligenda ad literam,prout iacent.quia ſunt intelligenda ſecundum vulgarem opinionem & cõſuetudinem.quia eo caſu ſtatuti verba ad literam ſunt intelligenda,& pœnã remitti non poteſt.Nouellus regula 41.ad regulas Duen.

Iudicium eſſe poteſt de iure Canonico inter patrem & filium, in eius patria poteſtate conſtitutum in terris eccleſiæ,vt eſt communis opinio.de qua Bap.de S.Blaſio in tract.contradic.Contradictione 12. vbi communem dicit.Zanneti.in tract.de differentia inter ius cano. & ciuile.num.39.Tomo.1.communem dicit.In criminali tamen filius non poteſt regulariter patrem accuſare. Fallit , vbi adeſſet peccatum.vt ibi.

Iudex,qui operam dedit,vt accuſatus,vel inquiſitus aliquis falſo accuſaretur,per quod poſtea innocens ad mortem condemnaretur,punitur pœna capitis.Idem,ſi per pecuniam, vel iracundiam innocentẽ ad mortem condemnauit.Idem,ſi indebitè aliquem ad torturam ponit.Clar.q.68.verbo iudex.

Interdicta eſt eccleſia,vel ciuitas,aliquid committens cõtra Epiſcopum ſuum,vt capiatur,percutiatur,vel banniatur.vel ſi quis detinet Epiſcopum.Dummodo ſit dominus illius ciuitatis.Clar.q.76.vbi cõmunem dicit.Et detentione ceſſante,ceſſat interdictum ipſo iure.abſque declaratione,vt eſt communis opinio.vt ibi eſt legere.

Iuramentum addit forum foro,& facit vt virtute ipſius laicus poſſit in vtroque foro conueniri laico & canonico,vt eſt communis opinio. de qua Iaſ.in conſ.9.num.3,in 1.vol.Quod intellige,vt ibi per eum. Et iuramentum obligat quem præciſè ad factum,vt eſt communis opinio.vt ibi num.10.Et iuramentum habet executionem paratam, vt eſt communis opinio.de qua Iaſ. d.conſil.9. nume.3.in 1.vol.Et iuramentum impedit moræ purgationum,vt eſt communis opinio, de qua Iaſ.in cõſi.28.num.1.in 1.vol.de iure ciuili,ſecus de æquitate canonica.quia ille eſt periurus qui contrauenit iuramento,& eſt infamis ipſo iure,vt eſt communis opinio.Villalobos commun. opi. in ver.periurus.num.75.Et periurus non poteſt petere abſolutionẽ à iuramento,vt eſt communis opinio.de qua Fel.in cap.1.num.28.de iureiuran.col.11.verſi.quæro.de quo Gozadi.in conſil.69.nume.21. Cur.Senior.conſil.43.nume.1.

Iuramentum in litem poteſt deferri etiam contra minorem annorum 25.adultum tamen,ſeu doli capacem,qui dolum vel delictum cõmiſerit in faciendo,puta committendo violentiam,vel damnum dando. quia talis non excuſatur à pœna legis vel ſtatuti,nec à iuramento in litem.etiam per viam reſtitutionis in integrum.Plotus in l.ſi quando num.683.C.vnde vi.communem dicit.

Iuramentum in litem poteſt deferri etiam in cauſis criminalibus.Barr. in l.ait prætor.ff.de iureiuran.vbi & apoſtillan.Probato ſcilicet delicto per partis confeſſionẽ,vel per duos teſtes, ita quòd nõ ſufficit dictum vnius teſtis cum iuramento,in ſupplementum probationis,ad probandum ipſum crimen.Poteſt tamen iurari in litem contra delinquẽtem,ſeu criminoſum,doloſum,vel malitioſum. aut fraudatorem,vel reum criminis cuiuſlibet,probando ex ipſo iuramento damna,intereſſe ac expenſas rerũ ablatas,vel deuaſtatas,& rerũ quantitates,precium & æſtimationem.& alia quæ cõmodum partis iurantis pecuniarium reſpiciũt,vt eſt communis opnio.de qua Plotus in l.ſi quando.nu.686.Etiam quod criminaliter actum eſſet,nõ ſolum pro conſequenda rei, æſtimatione,puta dupli,tripli,vel quadrupli,parti tamen & nõ fiſco applicandi,vt eſt communis opinio.de qua Plotus ibi.nu.687.Amplia etiam aliter,vt ibi per eum.Et limita vt ibi.num. 686.vide Alex.in conſil.65.nu.j.in 1.vol.vbi dicit magis communem opinionem eſſe,quòd in criminalibus,quando adeſt accuſator, non defertur iuramentum.

Iuramentum in litem defertur contra raptores,robatores,vi bonorum probato prius delicto per teſtes vel confeſſionem , ſuper rebus ſibi derobatis , vel raptis, & ſuper qualitate,quantitate, precio,& ęſtimatione,etiam reſpectu dupli,tripli,aut quadrupli,& alterius pœnæ pecuniariæ parti læſæ applicandi,vel applicandæ,licet non fiſco, vt eſt communis pinio.de qua Plotus in l.ſi quando.num.710.C.vnde vi.Bona tamen vita ex mala procedens,facit alicui eſſe credendũ, vel non credendũ ſacramento ſuo.Ang.in l.ſi quos forte.C.de poſtlimi. reuer. & qualiter quis probari poſſit bonus ponit. Ang. in Auth.de monachis.§.cogitandum.

Iuramentum de veritate dicenda,poteſt deferri reo in criminalibus,vt eſt communis concluſio. Marſi.in l.quęſtionis.num.83.ff.de quæſtio. licet hoc ſibi diſpliceat.Dicẽs,quòd pluries finxit ſe velle deferre tale iuramẽtum,& poſtea retrahebat ſcripturam,nolens vt ſuper ea iurarent rei.vide tu tamen Neuiza.in ſylua nuptiali.lib.3.ſub.num.44. vbi refert Adrianum Papam quolibet III. Clar.29. dicentem.quòd iudex tale iuramentum deferre poteſt,etiam ſi ſuſpicetur,quòd deierabit licet ſecus in parte,quia iudex debet communi hominum vtilitati proſpicere.Et ita magis cõmunem opinionem dicit Clar.q.45. verſ.ſed quæro.Fallit in rea muliere grauida,vt eſt communis opin. Iuxta illud vulgare.grauida ſum,nolo iurare.Monteleo.in pract.crimi.arbi.parte 4.tit.exceptiones aduerſus dictũ facinus muliebre.Et licet in criminali debeat iurari de veritate,nõ de credulitate. Et ita moris iudiciorum,imo leuerit & antiquitas exiſtat.Fallit in caſu in quo credulitas ſola ſufficit ad inducendũ delictum.Ang.in l.Marcellus.in §.j.ff.de actione rerum amotarum.De conſuetudine autem ſeruatur, quòd accuſator tempore quo corrigit accuſationem, iurat vera eſſe contenta in ea,nec aliud iuramentum poſtea exigitur. Caſtr. in l.1. columna ſecunda,numero 9.C.de iureiuran.propter calumniam.& not. quòd ſtatutum diſponens circa iuramentum eſt nullum ipſo iure.Abb.in cap.tua. numero 8.de decimis, & eſt communis opin. vt per Apoſtillan.ibi.

Iuratur in litem contra doloſum,vt eſt communis opinio.Plotus in l.ſi quando.num.138.C.vnde vi,etiam quòd quis hoſpiti valiſiam clauſam conſignauerit,& alia ſimilia clauſa, & nõ aperta.ſi fuerunt diſſigillata & aperta.Plotus in l.ſi quandò.num.399.communem dicit etiam quòd ipſe hoſpes,nauta,ſtabularius,vel depoſitarius,non diſſigillaſſet vel ammouiſſet,ſed eius famulus,gargionus,vel quiuis alius, vt eſt communis opinio.de qua idem Plot.num.400.fallit,vt ibi per eum num.401.& ſeq.Idem contra depoſitarium,propter moram in re danda,aut tradenda,vel reſtituenda,quæ dari aut tradi,vel reſtitui debuit,quia dicitur dolus in omittendo,& ſic ob dictam moram poteſt in litem iurari,vt eſt communis opin.Plotus ibi.num.613.idem in eo,qui lacerauit inſtrumentum, quia ſtandum eſt iuramento aduerſarij de contentis,in dicto inſtrumento lacerato.Decius conſilio 521.numero decimooctauo.

Iuramentum contra Doloſum ratione doli in faciendo vel omittendo, vel clandeſtinitatis,poteſt deferri.Etiam ſi probaret in genere ſe eſſe bonæ vocis , conditionis & famæ , quia talis probatio in genere nõ tollit ſpecialem probationem doli ,nec facultatem iurandi,vt eſt

communis opi·Plot.d.l.ſi quando.nu.678.C.vnde vi.Et no.quòd modeſtius eſt non iurare,quàm iurare.& modeſtius eſt referre,quàm iurare.Aug.in l.illud.§.1.ff. de conſtitu.pecunia.

Iuramentum non cenſetur repetitum in treuga prorogata,vt eſt communis opin.de qua Moronus de fide treuga & pace.quæſtione 188. numero decimotertio.

Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur in criminalibus accuſatori ſemiplenè probanti,vt eſt communis opinio. Clar. q.63.in prin. & communem dicit Marſil.in l.maritus.numero 13. ff. de quæſtio.fol.131.vbi dicit communem eſſe opinionem,quòd in cauſa merè criminali criminaliter intentata non deferatur iuramentum in ſupplementum probationis.Niſi eſſet pluſquàm ſemiplenè probatum,& probus eſſet accuſator,communis eſt opin.Clar.vbi ſuprà ver.ſcias autem.quam tamen non admittit Clarus in pœna corporali etiam leui,ſi eſſet pœna imponenda pecuniaria. communis eſt opinio. Clar.ibi.verſi.ſcias autem.Quicquid Cephalus dicat de communi. conſi. 141.nu.20.& no.quòd multa requiruntur ad hoc,vt iuramẽtum in litem habeat locum,inter alia requiritur, quòd quis potuerit cogi ad factum præciſè,& circa actionem cadat affectio. Secundò, quòd natura actionis hoc accipiatur,vt quia actio ſit bonæ fidei directa.Et in quibus ſecundum naturam eorum poteſt quis ad reſtitutionẽ cogi præciſè,alias ſecus.Vel quòd actio ſit arbitraria , vt actio in rem,vel alia arbitraria.Tertiò,quòd volens iurare ſit habilis ad iurandum.Quartò,quòd arguatur dolus aduerſarij, & quòd dolus requiritur in non parendo iudici in arbitrariis,ita Alex.in conſ.214.nu. 5.in vlt.vol.Plot.in l.ſi quando.C.vnde vi.

Iuramento accuſatoris in materia furti nõ creditur,quò ad ipſum furtum probandum;ſecus quò ad illius qualitatem. communem dicit Duennas.in l.in actionibus.numero 50.ff.de actio.

Iuramentum purgationis defertur reo accuſatore non probante,etiam ſi nihil probet reus,vt eſt communis opinio.Clar.q.63.ver.ſolet etiã. Et non adſint indicia contra reum ad torturam.In cauſa hæreſis maximè obſeruatur.Clar.ibi.vide Maran.in Speculo.fol.213.numero 17. tit.de iuramento.Plot.in l.ſi quando.numero 407. C. vnde vi. Formam autem purgationis remiſſiuè refert.Clar.ibi. & hoc iuramentum purgationis obſeruatur etiam in laicis.Et ſi extent contra reum indicia,quæ ex ſuis defenſionibus non ſint ſublata, vel eliſa non eſt locus d.iuramento.ſed deuenitur ad torturam.Clar.ibi.verſ.licet autem.Et de purgatione.D.m. Alcia.in practica.titu. de purgatione, Et quis poteſt ſe purgare vno de decẽ modis per teſtes, per inſtrumẽtum,per præſumptionem,per facti euidentiam,per iuramenti delationem,item oſtendendo ſe ex bonis parentibus procreatum. Oſtendendo ſe eſſe hominem bonæ famæ,bonæ,conditionis & honeſtæ. Si probat ſe alibi fuiſſe tempore commiſſi criminis,quã in loco vbi fuit commiſſum,ſi probet ſe affinem,vel de parentela interfecti , vel aliàs amicum ſpecialem antiquum. Vltimò ſi probet ſe hominem pacificum,& quietum & talem,qui nũquàm commiſit,dixit, nec fecit, nec dicere,ſeu facere conſueuit alicui iniurias reales,& verbales, rixas,inuaſiones,rebelliones,ſine iuſta ac legitima cauſa,& talia qualia ſunt illa,ad quæ imputatur.& quòd pro tali fuit ſemper,& adhuc eſt communiter habitus,tentus & reputatus, & haberi, & reputari conſueuit inter illos,qui habent notitiam.Ita Beluiſius in practica. titu.de probatione negatiua.numero 21.& ſeq.Et ibi de iuramento purgationis,quod non poteſt referri.numero 28.Iodocus in Enchiridio criminali.c.41.& ſeq.Ad purgationem autem indicendam quæ ſufficiant.Roma.conſilio 351.Sed an purgatus de crimine per ſacramentum ex eodem facto poterit accuſari.Alberi.in rubr.ff.de iureiuran.& not.quòd vbi præcedebat diffamatio de crimine, requiritur, quòd accuſatus, etiam accuſatore non probante,debeat præſtare iuramentum purgationis.iuxta l.præſenti.§.ſicubi.C. de iis qui ad eccle.confu.Alex.in l.qui accuſare.C.de edend.D.Hiero.Gabriell.in cõſi.160.numero 1.& ſeq.& ibi numero 7.dicit,quòd propter leuem ſuſpicionem,etiam in crimine hæreſis non defertur iuramentũ purgationis,vt eſt communis opinio,& num.9.ſubdit, quòd aliquando purgatio indicitur ex abundanti alicui,qui eum, vel petit , vel certè non renuit,vt ab omni ſuſpicione etiã leuiſſima & varia liberetur.Et hodie numerus compurgatorum eſt arbitrarius , vt eſt communis opin.de qua Hoſtien.in ſumma.titu.de purga.§.quoties,Soc.ſenior. in c.quoties.nu.14.de purga.canonica.

Iuramentum ſuppletorium non defertur accuſatori in cauſis criminalibus,vt eſt communis opinio.quòd procedit abſque difficultate in criminalibus,criminaliter intentatis,vt eſt communis opin. Sed inciuiliter intentatis non,ſi non eſſet actio famoſa,& ſi plus eſſet quã ſemiplenè probatum,& eſſet probatus accuſans.Tunc poſſet deferri iuramentum ſuppletorium,vt eſt communis opin.quæ practica vbi ageretur de pœna corporali,etiam leui,non eſſet facile admittenda. Sed ſi agatur in cauſa criminali,quæ pœnam pecuniariam tantum haberet imponendam,poſſet deferri tale ſuppletorium iuramentũ, vt eſt communis opin.Clar.q.63.in prin.

Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis,vt eſt cõmunis opi. de qua Soc.iunior.in ſuo communium opi.in verſi.iuramentum.nume.9.Et iuramentũ operatur,vt à promiſſis nullo modo recedi poſſit,niſi obſeruantia promiſſionis vrgeret in ſalutis æternæ detrimẽtum,vt eſt communis opinio.ibi.nu.10.

Iurare debent rectores & magiſtratus ſecundum iura.Auth. præſides. C.de epiſcopali audientia.Et ad formã ſtatutorum vbique gentium. Alberi.in d.Auth.nam in officiis ſecularibus tres actus interuenire debent.Electio,acceptatio,& ingreſſus in officiis.Caſt.in l. Publius Mæuius.numero 4.ff.de condi.& demonſt.quando autem quis dicatur officialis,etiam antequàm ingrediatur,vide ibi.qui rectores ſecundum Alberic.ibi debent eligi de nobilioribus & melioribus ciuitatum.vt in dict.Auth.in prin.vide per D.Oſaſcum in deciſ.Pedemõ.1.& quòd ſint diuites,vt ſi malè adminiſtrãt poſſit ſatisfieri reipublicæ.Et debent eligi meliores & ſapientiores,& qui Deum timeãt, & ſint forenſes. Et qui non ſint contumelioſi,ſed moderati,& benigni,ſiue humani.l.ſi bene.vbi Saly.ff.de vſuris.per illum tex.& tales, prout Cicero in pluribus locis, præſertim in ſuo de officiis.& qui nolint eſſe ſapientiores lege.quia etiam quòd ipſis detur arbitrium, ipſi nõ poſſunt facere contra ſtatuta,niſi ex cauſa,vt dicit Salyc.in l. ſi hominem. numero 2.ff.mandati.Licet hodie communis reputatio facit eos haberi pro idoneis & habilibus,vt eſt tex.in l.ſi arbiter.vbi Caſtr.C.de ſententiis & interloquut.Sed aliud eſt eſſe talẽ, aliud haberi pro tali.Caſt.in cõſilio 89.numero 3.in 2.Cagnol.in l. res iudica.ff.de regu.iur.Et quid habeat agere,quãdo quis eligit aliquem ad aliquod officium.ponit Monteleo in ſua arbi.praxi.part.1. pag.52.Et quando quis eligitur ad aliquod officium,ſemper intelligitur tacita conditio iuris,ſi illud benè exerceat.nec in eo negligenter ſe habeat.vide fuſius per Crauettam conſi.132.numero 8.& ſeq. Præſumitur tamen pro electo ad aliquod officium,quòd ſcilicet ſit dignus & ſufficiens.D.m.in tract.de præſumpt.regu.3.præſump. 19. qui autem benè eligit eſt laudandus,vituperandus autem qui malè eligit.glo.in Auth.de iudicibus.§.j.in verſ.focam,& not.quòd officia hodie peti poſſunt à doctoribus,& nõ incidunt in l.Iuliam de ambitu.Vaſquius in tract.de ſucceſſio.par.2.lib.j.§. 17. numero 13. & ſeq.pagi.38.Et pauper doctor præſumitur officium affectaſſe.Barto. in l.ſpadonem.§.eſt autem.ff.de excuſa.tuto.Et officialis petens officium,ſi malè ſe agat,tenetur de dolo,lata culpa & de leuiſſima etiam culpa,quando procurauit habere officium.vt per Æmylia. conſilio 140.vide Cagnol.de origi.iur.vbi de officialibus plura.Maneat ergo vnuſquiſque domi ſuæ tutus atque ſecurus,& ſua dignitate lætetur.l.1.C.de præto.& hono.præturæ.libr.12.quem text.not.ibi Lucas de Penna.quòd dignitas honoraria lætitiam præſtat.Nam qui adminiſtrationem habet,plerunque parit amaritudinem & laborem,necnon ſtudium,curam,miſeriam, vigiliam & calamitatem patitur, vt per Boer.in tract.de ordine graduum vtriuſque fori.par.2.nu.28.vbi fuſius.vide Ioachinũ Operum de iuris arte.lib.3.tit.de vitiis , qui ab his leges ſuſtinent,vitari debent,in fin.& Follerius,& cæteri fructus officiorum guſtarunt amare.Domi tamen manendum eſt , cui cuncta ſunt proſpera,vt dicit Sophocles.Summa autem poteſtas nõ eſt alicui longo tempore cõmittenda,nec ſummũ arbitriũ,ſicut benefaciunt Alemani,qui omni mutant ſibi ſuperiores ſuos,& hoc faciunt,ne nimis ad ſuperbiam aſcendant,quia ipſi multum odiunt ſuperbiam,& refutant in partibus ſuis,& ideò pacificè viuunt populares,& gaudent. vt dicit Baldus in lege prima.ff. de offic. præfec. præto.nam officia & honores non debent continuari,& eorum fieri continuatio,vt probat Tiraquellus in ſuo de iudicio in rebus exiguis. verſi.Sexageſimoſecundo,Quia officiales durant tantum per annum,vt in l.defenſoribus.cum glo.C.de defenſo. ciuita. Ioan. de Platea in l.neminem.in 2.no.C.de ſuſcepto.& Archiatris.libr. 10. & not.quòd ſi quis vult tempus differri,puta,vt Poteſtas exeat de ſuo magiſtratu & regimine,debet petere ab eo,vt aſſignetur tẽpus, infra quod poſsit accuſare,& tunc iudex tenetur aſsignare terminum habile,vt eſt cõmunis opin.Blancus in practi.criminali.fol.6.nu. 41. vide Cæpol.cautela 25.& not.quòd Poteſtates non habent iuriſdictionem incontinenti cum ingrediuntur ciuitatem,ſed poſtquàm iurarunt,& adminiſtratio ſibi decernitur,vt dicit Ange.in Auth. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.iuſiurandum.Et debent ſeruare formam cõmiſsionis & reſcripti,qu a aliter quàm ſit ſibi commiſſum,non poſſunt facere.vt dicit Caſt.in l.ſolet pretor.ff.de iuriſdict.omniũ iudic.

Iuramentum conſcientiæ & purgationis defertur nautæ,ſi non habet indicium,vel præſumptionem contra ſe. Aliàs ſecus,quia aliis indiciis,vel per torturam,& ita quotidie practicatur. Blancus in pract. crimi.fol.38.

Iuramentum non defertur in cauſa famæ,Blancus de indiciis.num.175. communem dicit.

Iuramentum ſi ex diſpoſitione legis,vel ſtatuti defertur,poteſt tamen aduerſarius probare contrarium.Tiraquellus de vtroque retractu.§. 4.in glo.1.nu.2.communem dicit.

Iuramentum in litem de re ſubtracta,non defertur.quando non conſtat liquidò de re ſubtracta,vt eſt communis opinio, de qua Plotus

in

in l.ſi quando num.757.C.vnde vi.& Gratus cõſ.10.num.7.& num. 12.in 2.vol.vide Imolam conſ.2.& Grauetam conſ.287.num.5.

Iuramentum iocosè prolatum obligat,ſaltem ad veniale peccatum.gl. in c.nam.§.fi.25.diſt. Viuius communi.opi.par.2.opi.242.

Iuramentum non defertur in ſupplementum probationis in criminalibus,vt eſt communis opin.Soarez in ver.iuſiuran.num.312.

Iuriſiurando non eſt neceſſarius tactus ſcripturarum, vt eſt communis opinio.Soarez ver.iuriſiurando.nu.329. Niſi ſecus diceret ſtatutum, prout ſtatutum Ferrariæ depoſitionibus.vbi corporaliter quis tenetur iurare ad ſancta Dei Euangelia.quod iuramentum excludit Iudæos,& eorum procuratores qui non poſſunt in eorum animas iurare,ſtante d.ſtatuto,Felin.conſil.30.nume. 9. prope fin.ver. non ob glo.per gloſſ.in Authen.iuſiuran. quod præſtatur. vbi etiam Angelus no. quòd iudæi non poſſunt per Deum iurare. Marquardus in tracta.de iudæis.in 2.par. cap.octauo, numero 15.Nec ſatis eſt per æquipollens expleri, vt eſt communis opinio. de qua Soarez in eius theſauro.ver.iuſiurandum.nu.271.Vezinus ante eum in ſuo Ærario communium opinionum.& ante Villalob.per 20.annos.in verſ. iuramentum quacunque enim forma iuramẽtum fuerit delatum, niſi ea præſtetur,non valet.l.3.§.fi.& l.ſeq.ff.de iureiuran. Sublata autẽ omni ſuperſtitione,hodie iuratur per inuocationem diuini nominis, cum relatione iuramenti ad Euangelia,ſiue in genere ad verbũ Dei. Methodica iuris.part.5.c.26.nu.10.& iuramentum requirit formalitatem verborum,nec recipit extenſionem,ſed potius reſtrictionem. vt eſt tex.per quem no.ibi communiter.Docto.in c.pen.de iureiurã. Cur.iun.conſ.269.nu.12.ad fi.in 3.vol.An ille qui venit contra fidẽ datã ſit periurus,& cõſequenter infamis?Reſpon.quòd ſic.Cur.iun. in conſ.186.nu.21.in 3.vnde ſi quis deficit illi,qui ſe reddit ſub fide, promittẽs ſub fide ſua illi nõ deficere,eſt periurus.& infamis. vt ibi.

Iuramentum de veritate dicenda defertur in criminalibus reo inquiſito, vel accuſato, aut quærelato,vt eſt communis opin.Soarez verſic. iuſiurandum.num.307.

Ipſo iure pœna impoſita à ſtatuto afficit hæredes,vt eſt cõmunis opi. Soarez.ver.iure.num.347.

Iuramentum non firmat contractum ſimulatum.Bellonus conſ.48.nu. 4.vt eſt confeſſio dotis in fraudem creditorum.Rubeus in conſilio 120.communem dicit.

Iuramentum debet habere tres comites,veritatem,iuſtitiam & iudicium.Cur.iun.in conſ.141.num.9.communem dicit.

Iuramento denunciantis euangelicè creditur.D.m.Alcia.in titu.de præſumpt.regu.3.præſump.16.num.1.communem dicit.

Iuramentum ex iſtis verbis,quòd contrahentes iurant omnia & ſingula fore & eſſe vera,operatur,vt non poſſit dici contractus ſimulatus. Curtius iunior in conſilio 108.numero 13.& conſilio 116.numer.5. communem dicit.

Iuramenti effectus, licet tolli non poſſit per ſtatutum laicorum, tamen poteſt ſtatui,quòd in contractu minoris,in quo interuenit iuramentum,præſumatur minor inductus dolo,vt valeat ſtatutum.Cur. iun.in conſ.118.num.6.communem dicit.

Iuramentum non firmat contractum,qui non poteſt fieri fauore publico.D.m.Alcia.in c.cum contingat.de iureiuran.num.83.communem dicit.Niſi fauor publicus veniat in conſequentiam.Alciat.ibi.nume. 92.communem dicit.

Iurans non reuocare teſtamentum,licet tale iuramentum ſit cõtra bonos mores,& contraueniens ſit periurus. Tamen actus tenet.D.m. Alcia.in c.cum contingat.nu.83.de iureiur.communem dicit.Ant.de Tremolis in Addi.ad Bonacurſ.in pract.tit.quibus mo.ſuo nomi.nu. 22.in ver.contra proprium factum,communem dicit.

Iuramentum dolo interpoſitum fuiſſe,intelligitur de dolo ex propoſito,& non de dolo re ipſa,vt eſt communis opin.de qua Cur.iun.in conſ.301.num.6.in 3.vol.

Iuriſdictio poteſt etiam in criminalibus prorogari, vt eſt communis opinio.Et tacitè & expreſſè, vt eſt communis opinio. Quò ſcilicet ad præiudicium partis,non autem Reipublicæ,vel iudicum, & dummodo illæ iudex,in quem ſit prorogatio,etiam aliàs haberet iuriſdictionem in ſimilibus cauſis criminalibus.aliàs ſecus.communis eſt opinio.Si tamen per inquiſitionem ex mero officio procedatur,non habet locum prorogatio,vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione 42.in fine.

Iuris error quilibet à mala fide errantem excuſat,vt eſt communis opi. Soarez ver.iuris.num.344.

Ius adeundi hæreditatem,ſi aliqua ſit delata delinquenti tempore confiſcationis,ſi tale ſit,quòd in extraneos tranſeat, & in fiſcum tranſit, ſecus ſi neque ad extraneos hæredes tranſire poſſet, vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione ſeptuageſimaoctaua. verſiculo ſæpe contingit.

Iuuare alium quis non tenetur vtroque iure,vt eſt communis opi.Soarez ver.iuuare.num.348.& in ver.defendere.

Iuratur in litem contra furem,vt eſt communis opi.Clar. in §.furtum. ver.item contra.quando ſcilicet res furata non extat.vt ibi.

L

Laboratores ſecantes ligna in nemore alieno de mandato alterius, excuſantur à pœna.Dec.in l.velle.numero tertio.ff.de regulis iuris. Chirco.Centuria ſecunda.conclu.5.communem dicit. Moronus de fide,treuga & pace.q.162.num.8.Limita,quando ſcirent alium habere ius in re,& abſque eius mandato,vel iuſſu quid in ea faciunt,quia non excuſantur à dolo,vt eſt communis opinio. de qua D. Roland. à Valle in conſilio.54.num.2. in 1.volu.vide Corne. conſil.119.in 3. vol.Et iſti laboratores habent actionem iniuriarum contra dominum,qui eos immiſit in fundum alienum verè,& tenetur dominus offerre ſe liti pro illis accuſatis.Rim.in conſ.576.

Laicus non poteſt accuſare clericum de aliquo crimine,niſi ſuam, vel ſuorũ iniuriã proſequatur.communis eſt opinio.Immo etiam, ſi crimen illud ciuiliter tãtum proponeret,vt eſt communis opinio. Sed ſi in tali crimine ius publicum verſetur,tunc quilibet laicus, etiam extraneus poteſt accuſare clericum,vt eſt cõmunis opi.Fallit in clerico parochiano,qui poteſt per prælatum ſuum denuntiare,vel accuſare,vt eſt communis opin.Cla.q.7.

Laicus non admittitur in teſtem contra clericum in cauſa criminali criminaliter intentata,vt eſt communis opi.Secus ſi ciuiliter ſit intẽtata,vt eſt cõmunis opi. Clar.q.24.ver.præterea quæro. Graſſus communi.opin.lib.2.c.17.q.31.Fallit.vt per Marſil.ſing.98.vide benedi. de vado foro Sempronio in reperto.Felin.in ver.laicus.an poſſit accuſare clericum.

Laicus iudex,vel laici iudicis miniſtri nõ poſſunt torquere clericũ mandato ſui Epiſcopi,vt eſt communis opi.canoniſtarum.Communis tamen obſeruantia aliter ſe habet.Cla.q.64.ver.ſed hic.

Laici poſſunt puniri per Epiſcopum. D.m.Alciat.in c. pernicioſam de offi.ordi.communem dicit.

Laici hæretici bona ad fiſcum domini temporalis pertinent,vt eſt communis opin.Burſatus.conſ.43.num.36.

Laicus exigens collectas à clericis prohibitas excõmunicatur. Capra regu.96.num.76.communem dicit.Si monitus non deſiſtat,& ſufficit vnica monitio pro omnibus,ſecundum communem opinionem cum termino habili ibi.Capra num.79.& num.81.

Lata culpa non æquiparatur dolo,cũ agitur de imponenda pœna mortis,vel mutilationis membri.Cagnolus in l.contractus.num.10.ff. de reg.iur.communem dicit.Maranta in practica.fol.46.num.95.

Legatum ſibi aſcribens in teſtamento alieno punitur pœna legis. Corneliæ de falſis.Etiam in teſtamento nuncupatiuo, vt eſt communis opi.Cla.in.§.falſum.ver.aſcribens,vbi communiorem eſſe dicit.

Legatum ex ſuperuenienti inimicitia reuocatur,vt eſt communis opin. Soarez verbo.legatum.num.57.

Legatus de latere in prouincia ſibi cõmiſſa.ac extra,poteſt ſubditos & non ſubditos abſoluere,propter iniectionem manuum in clericis excommunicatis, etiam ſi ſit enormis.Panor.in c. ad eminentiam. de ſententia excommunica.&c.1.de offi.lega.communem dicit.

Legatus nuntius extra prouinciam,non poteſt abſoluere quemquàm Panor.in c.ad eminentiam.de ſententia excommunica.communem dicens.& in c.pen.de offic.lega.

Legatus exiſtens extra prouinciam ſibi decretam,non poteſt abſoluere ſubditos de conſenſu ordinarij,vt eſt communis opin.Soc.in c.officij,num.166.de ſententia excommunica.

Legitima poteſt priuari,deſcendens per aſcendentem ex maiori cauſa expreſſis in §.cauſas.In Auth.vt cum de appell.cogno. Cur.iun.cõſ. 182.num.10.communem dicit.

Legitima probatio intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, vt eſt communis opi.de qua Marſil.in conſ.127.num.38.

Lenones & lænæ puniuntur pœna mortis.Cla.q.68.ver.lænones.Tamẽ vſu receptum eſt,vt mitrientur,vel iudicis arbitrio puniuntur,vt eſt communis opin.Soarez verbo lænes.num.135.

Læſæ maieſtatis crimen committitur aduerſus quoſcunque Principes, vt eſt communis opin.Cla.in §.læſæ maieſtatis,ver.committitur. Etiam ſi recognoſcunt ſuperiorem,vt eſt communis opi. Cla.ibi ver. dubium,Rol.à Valle conſ. 88.nu.1.in 1. Etiam ſi quis offendat Cardinalem,vt eſt communis opin.Clar.ver.quæro nũquid.Etiam ſi offendat cõſiliarium Principis,vt eſt communis opinio.Clar.ver.quæro etiam.Sed non ſubditus Principi non incurrit in crimen læſæ maieſtatis.Cla.ibi.ver.vide quandoque.Et ideo feudatarius,vel reus criminis qui non ſint originarij ciues, non committunt hoc crimen, vt eſt communis opinio.Nec clericus dicitur committere hoc crimen,quia non eſt ſubditus,vt eſt cõmunis opinio.Clar.ibi.ver.Hinc infertur.Et committens crimen læſæ maieſtatis,eius bona ipſo iure confiſcantur.Cla.ibi.in ver.præterea,communem dicit. D.m. Alcia. in conſilio 19.numero vndecimo.in ſeptimo libro.Socinus conſilio 22.num.8.in 1.vol.Sed opus eſt ſententia adhoc,vt quis ſit priuatus ſuis bonis propter iſtud crimen,vt eſt communis opi.de qua.D.Hieron.Gabriellius.in conſi. 179.nu.1.Sufficit tamẽ declaratoria. vt vbi num.2.citato tamen prius reo ipſo.Et hoc crimen non cõprehendit

filias fœminas ipſius rei,vt eſt communis opin. Clar.ibi verſic.Hæc autem,quia debent dotari,vt eſt communis opin.filij autem maſculi nihil habent.Rolan.à Valle in conſi.83.num.23.Et habet locum pœna huiuſmodi contra filios,etiam in filiis naturalibus tantum, vt eſt communis opinio.Clar.ibi verſi.ſed nunquid. Nec ſeruatur filio legitima.etiam filio poſt delictum nato,vt eſt communis opinio.Boſſi. de crimine læſæ maieſtatis.num.138.Vide Cuma.conſi.171.Riminal. conſi.478.nume.4 & num.6.in 3.vol.Clar.verſi.fuit etiam.Et comprehendunt etiam nepotes,vt eſt communis opinio.Clar.verſi.fuit etiã. & verſi.præterea.Non extenduntur autem d.pœne,niſi vſque ad ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis incluſiuè, & vſque ad primum gradum deſcendentium ex fœminis,vt eſt communis opin. Clar.d.verſi.præterea.Item lex quiſquis.C.ad l.Iul.maieſta.etiam habet locum,ſi mater incurrat in hoc crimen,vt eſt communis opinio. Clar.verſi.quæro etiam.Vbi fuſius ſuper d.l.quiſquis. Et in iſto crimine punitur effectus non ſequuto effectu,vt eſt communis opinio. Clar.ibi verſi.ſcias autem. Et morte ſequuta rei,damnatur eius memoria,ſi crimen commiſit contra Papam,Imperatorem,vel Romanam rempublicam,vt eſt communis opinio.Clar.ibi verſi.item licet. Secus ſi cõtra alios Principes,inferiores,vel ciuitates, quia extinguitur morte. Et ius accuſandi,vel damnandi memoriam defuncti extinguitur quinquennio,vt eſt communis opin.Cla.ibi verſi. item licet.Et ideo rebellis impune occidi poteſt,& deinde declarari rebellis, vt eſt communis opini.Clar.ibi verſ.hinc infertur.Sed hoc non placet Claro. Et in ipſo crimine poteſt abſens condemnari,vt ibi.Et no. quòd Prinepi minus eſt credendum circa vitia proceſſus in crimine læſæ maieſtatis.quàm in aliis delictis,nõ in atrocioribus,vt eſt communis opin.de qua Boſſius de indiciis & tortura.num.199.

Læſæ maieſtatis crimen committens, punitur pœna mortis.Clar.in §. læſæ maieſtatis.verſi,ſed quæro.& q.68.ver. læſæ.

Læſæ maieſtatis reus non efficitur ſciens & non reuelans,ſi tractatum & coniurationem probare non poteſt. Et iſta eſt magis communis opinio,& humanior.Rolan.à Valle conſi.88.num.10.& ſeq.in 2. vol. Conſultius tamen eſt,vt ſciens detegat, ſecretè admonendo Principem,vt à tali machinatione cauere poſſit, quicquid ſcit reuelando, vt ibi per Rolan.in fi.Vide omnino Anto. Gabriell.in ſuo communium conclu.lib.7.conclu.37.& vltima,& Rolan.à Valle in conſi.1. in 3.vol.per totum.& D.Oſaſcum deciſione Pedemontana.79.& 80

Læſæ maieſtatis crimen requirit condemnatoriam,vt eſt communis opinio.Anto.Gabriell.communi.conclu.libro 7.conclu.11.Amplia & limita,vt per eum.

Lex ſeu reformatio edita à Principe,ſi vſu non fuit recepta, non punitur tranſgreſſor.ſecundum magis communem opinionem. Rolan. à Valle conſi.99.nume.6. Et quando ligare incipiet? vide per Anto. Gabriellium.communi.conclu.lib.6. conclu.4.

Lex finalis.C.ad l.Iul.maieſtat.quoad pœnam de nouo impoſitam cõtra committentem crimen læſæ maieſtatis in Principem,non extenditur ad Rempublicam Romanorum,nec ad alium,vt eſt magis cõmunis opinio.D.m.Alcia.in conſi.467.col.2.in prin, verſi.ſecũdo reſpondetur.Rolan.à Valle in conſi.1.nume.21.in 3.vol.& d.l.habet locum in filiis iam natis & naſcituris, vt eſt communis opinio, vt ibi.

Lex,vel ſtatutum ſemper eſt in viridi obſeruantia,etiam ſi poſt multum tempus caſus legis non veniat,ſecus ſi caſus euenit,& contra legem, vel ſtatutum actus fieret,Cur.iun.conſi.129. num.12. cõmunẽ dicit.

Lex pœnalis extenditur de vno correlatiuo ad aliud,Ioan. Nicolaus in l. generaliter.num.26.C de ſecund.nup. communem dicit.

Libellus in criminalib. procedit,& in eo poteſt fieri cumulatio,ſi actor principaliter agat criminaliter,& rem ablatam petat incidenter, vt eſt communis opinio. Clar.q.2.verſi.& hæc quidem. Item procedit libellus criminalis,concludens delinquentem puniri & condemnari, ſecundum formam iuris & ſtatutorum,cum refectione damnorum, intereſſe,& expenſarum.

Libellus in actione famoſa,debet continere locum & tempus, vt eſt cõmunis opinio Clar.q.12.Procedit tamen parte non opponẽte, vt eſt communis opinio.ibi.

Libellum famoſum lacerans punitur, vt eius ſcriptor puniretur, vt eſt communis opinio.Soarez verbo libelli.num.165.

Libelli famoſi auctor in alterius infamiam, contra veritatem punitur pœna capitis.Clar.q.68.verſ.libelli.Idem eſt in eo,qui legit,& ſtatim non lacerauit, Sed Clarus dicit.quòd nunquã vidit propter libellũ famoſum aliquem mori,ſed puniri extra ordinem,puta pœna fuſtigationis,ictuum funis,vel ad triremes.vide Beluiſium in pract. titu. de iniuriis.

Libellus in criminalibus,requirit expreſſionem temporis & loci delicti, aliàs non valet etiam parte non opponente, vt eſt communis opini. de qua Bellonus.conſilio.ſexageſimotertio. numero ſecundo. Et in cauſa criminali libellus debet eſſe magis ſpecialis,quàm in cauſa ciuili.Et ideo in accuſatione omnia exprimi debent,nec ſufficit certitudo,quæ habeat relationem ad aliud. Et libellus generalis non procedit in crimine.etiam parte non opponente.Dec.conſilio. octuageſimotertio.numero primo.in primo volumine.vbi fuſius.l. Pomponius.circa princip.ff.de nego.geſt. Et tu cum concludis in libello aliquem puniri,non concludas ipſum puniri ex forma certæ legis.& determinatæ,ſed intenta generaliter omnem legem, loquentem de materia,vt docet Ang.in l.de quibus,col.fi.ad fi.ff. de legibus.

Libellus in criminali tenet,licet ſit ordo peruerſus.puta,ſi dicat,peto te compelli,cogi,& condemnari ad centum,quia primò debui petere te condemnari,& poſtea executionem fieri, vt eſt magis communis opinio.de qua Felin.in c.qualiter & quando,numero tertio.de accu. Et libellus in cauſa criminali non requirit concluſionem.Zaſi in §.j. de actio.num.26.communem dicit.

Liber continens plures partitas veras præſumitur vetus,& non falſus. Anto.Gabriell.in ſuo communium opi.lib.1.tit.de præſump.conclu. 5.communem dicit.

Literarum comparatio in criminalibus cauſis facit.ſemiplenam probationem,vt eſt communis opinio.Soarez.ver. literarum.num.179.

Literas ſcribens ei,quem prohibetur alloqui,non punitur,vt eſt communis opinio.Soarez verbo literas num.181.

Literas alienas aperiens,vt aduerſario illarum faciat copiam,falſi tenetur,vt eſt communis opin.Soarez verbo literas.num.182.

Litis conteſtatio in criminalibus non eſt neceſſaria,quando reus eſt cõtumax,& ex diſpoſitione ſtatutaria habetur pro cõfeſſo. Etiam quòd pars inſtet.Etiam ſi iudex ex officio procedat.quia poteſt iudex ex officio procedere.& interrogare.Cla.d.q.45.ver j.

Locus publicè notorius in criminalibus non eſt deſignandus per confines,& procedit accuſatio,denuntiatio,querela & inquiſitio. Clar.q. 12.ver.ſed pone.

Ludus regulariter eſt de iure prohibitus,vt eſt communis opinio.quod intellige in ludis,in quibus ſola ſors verſatur.Sed in his , in quibus mixtura ingenij & fortunæ,vt taxulorum,tabularum & chartarum, ij omnes quoque ſunt prohibiti. Sed tantum ludus ſchachorum eſt permiſſus,quia in eo ſolum verſatur ingenium.Vſus autem modernus admittit ludos illos.Clar.in §.ludus.in pri.& ſeq.quod igitur ex ludo ſchachorum lucratur, licitè retinetur,vt eſt communis opin.Capra reg.86.num.3.Ludus autem non eſt aliquo pacto permiſſus, vbi adſit dolus & fraus.Et poteſt repeti,quod quis lucratus fuerit per dolum & fraudem,vt eſt communis opi.Capra regula 86.nu.6.Alias de conſuetudine vbi abſit dolus,ludus eſt permiſſus,vt eſt communis opinio.Capra ibi.nu.64.& licet etiã clericis ludere ad ſchachos, vt eſt communis opi.Clar.in §.ludus.Et no.quòd ſi ſtatutum imponit pœnam pro ludo Azardi,ſi inceptus eſt ludus in die,& continuatur in noctè,debet puniri tanquam de die.Bal.in l.Pomponius.col.2. circa prin.ff.de nego.geſtis.Nam ludus eſt crimen. vt dicit Bal.in j.cõſtitu.§.illud.Paris de puteo in tract.ſyndica.§.inquiſitio.num.12.fol. 116.tomo 14.& no.quòd contractus factus inter ludentes,eſt nullus. Etiam quòd ſit venditio vel mutuum in ludo.Amodeus de ſyndicatu,nu.94.tomo 14. Licet practica hodierna,vt eſt magis communis opin.Clar.in d.§.ludus.ver.item mutuans.Benè tamen poteſt tertius mutuare vni ludentium. Amodeus in tracta.ſyndica. nume.94.vide ad ſupraſcripta. Troyl.Malui.in tract.de ſortibus,in 2.par.num.18.& Rochum de Curte in tract.de conſuetudine.num.136.& 137.tomo j. vide Soarez in verbo ludus num.194.195.196.197.198.199.200.& 201.& Capram regu.86.num.6.& num.42.& num.86.& nume.73. per illam totam regulam.Et in tractatibus de ludo.Et no.quòd ſi Epiſcopus ſtatuat,quòd quicunque luſerit ad ludum Azardi puniatur, comprehenditur Archiepiſcopus ludens in tali Dioceſi, vt eſt communis opin.de qua Soc.Sen.in cap.à nobis.numero decimoquinto, de ſententia excommunica. Et no. quòd tranſactio in ludo non eſt licita,vt eſt communis opinio.Cla.in §.ludus,ver.præterea.Licet aliter ſe habeat cõſuetudo moderna.vt ibi.Et no.quòd ludus ſchachorum reperitur à Zerſe Philoſopho, pro correctione Euilmerodach. tyranni,qui ſuos magiſtratus & ſapientes occidere cõſueuit. & hoc ſolatio indirectè attractus fuit ad emendationem, vt extat in faſciculo temporis.fol.15.& in hiſtoria Mundi,ætate 4.Licet à Palamede in exercitu Græcorum cõtra Troiam repertum ſchachorum ludum referat Paris de ludo.In prin.num.5.ad ociandum milites ſecundum Macrobium Saturnalium primo.

Luxuria non debet eſſe melioris conditionis quam caſtitas,vt eſt communis opinio.de D.Hieron.à Monte in ſuis variis. qq.quæſtione 8. numero 35.

Ludus torneamentorum fieri poteſt à Laicis,vt eſt communis opi.Clar. in ver.ludus ver.item quæro.

Ludus ſcommeſſarum eſt licitus,non illicitus,vt eſt communis opinio. Cla.in §.ludus,ver.quæro etiam.

## M

MAleficium commiſſum infra duos confines iuriſdictionum ſeparatarum, vterque poterit procedere, communis eſt opinio. Graſſus communi.opi.lib.1.c.2.q.9.

Maleficium

Maleficium committitur,non ſolum malè faciendo,ſed etiam malè dicēdo.Et ſic maleficium etiam dicitur,quòd verbis cōmittitur,prout blaſphemia,iniuria verbalis.Et ideò punitur ſtatuto pœnam dup'icante,ſi de nocte committatur,vt eſt cōmunis opinio.Clar.in §.Blaſphemia.ver.ſed quæro nunquid.Et etiam quis dicitur malè facere qui malè cogitat.Soarez verbo maleficium.

Mala fides defuncti impedit præſcriptionem hæredis,volentis,eam de nouo inchoare, vt eſt magis communis opinio,de qua Cur.Iun. in conſ.311.num.36.in 3.vol.

Malę fidei poſſeſſor in vtroque foro nullo vnquam tempore præſcribit, vt eſt communis opinio Arno.Problemate.75.Et quomodo probetur hæc mala fides.vbi vide.Et iuris error,& iniuſta cauſa malam ſidem excludit,vt eſt communis opinio. Soarez verbò mala fides.nu. 17.& ille dicitur malæ fidei poſſeſſor,cui ab aliquo ſit renuntiatum rem emendam per ipſum fore ipſius domini,vt eſt communis opin. Soarez ibi.num.19.

Magiſter,qui ſine cauſa,& non intra modum diſcipulum verberat punitur,vt eſt communis opinio.Soarez ver.magiſter.num.1.

Maieſtatis læſæ crimine tenetur,qui quemcunque Principem non recognoſcentem ſuperiorem offendit,vel Cardinalem , vt eſt communis opinio.Soarez verbo,maieſtatis.Si ſuus ſit Princeps ratione domicilij,vel originis,vt eſt communis opin.ibi.nu.6.Sciens autem aliquem crimen læſæ maieſtatis commiſſurum , vel iam commiſſum, nec reuelans tenetur.Licet contrarium ſit æquius tenendum. Crimen hoc non comprehendit,niſi eos,qui Imperatorem vel Romanam rempublicam offendit, vt eſt communis opin.ibi.num 9.

Mandans nō dicitur aſſaſſinus,niſi interueniat pecunia,vel ſpes aliquid quærendi,vt eſt communis opin.Burſa.conſ.20.num.4.

Mandans & mandatarius pari pœna puniuntur.Si ſtatutum in rem loquitur,& eſt ſequutus effectus,vt eſt communior opinio.Secus verò ne quis præſumatur facere,cum tunc mandatarius non teneatur, vt eſt communis opin.Burſa.conſ.20.num.1.

Mandans torqueri non poteſt,nec contra illum procedi,niſi cōſtet de mandato expreſſè & præſumptiuè, nec mandatarij dictum ſufficit, nec mandantis dictum nocet mandatario, & antequam de auxilio inquiratur,neceſſe eſt,vt de mandato conſtet,vt eſt communis opi. Burſa.conſ.22.num.2.Soarez verbo mandator.num. 44. Et ſtatuto punitur conuictus mandatarius,loquente de mandante,vt eſt communis opin.Soarez num.46.ſi exequutum ſit mandatum,vt eſt communis opin.ibi.num.48.vbi fuſius.

Mandans alicui alapas dari,vel Sfriſari,ſi homicidium ſubſequatur, nō tenetur de homicidio,vt eſt communis opin.Soarez ver.mandās.Et præſertim ſi mādatum reuocauit.D.Hiero.à Monte In ſuis quæſtionibus.q.15.per totum & delictum non fuit conſumatum.Sed ſi dominus mandet ſeruo,vt non reuertatur ad ſe,donec nouum de offendente audiat,ſubſequuti homicidij tenetur,vt eſt communis opi. Soarez.ver.mandans.nu.46.& ſeq.Et dixi fuſius in meo tractatu.De ſeruis vel famulis.

Mandans fieri delictum,non punitur in loco,in quo fuit datum mandatum.Sed in loco,in quo delictum fuit conſumatum,vt eſt communis opin.de qua Cla.q.38.ver.item quæro.

Mandatum ſuperioris in delictis excuſat,ſi mandatarius facit,quòd de iure non ſit de genere prohibitorum.Et ideo fabri,& operarij,& cæteri excuſantur de eo,quòd operantur in re alterius ex mandanto cōducentis,vt eſt communis opinio.Cla.q.60.ver. ſolet dubitari. Niſi proteſtatio præcederet opus confectum, quia nō deſiſtens à labore nō excuſatur,vt eſt communis opinio.Idem,ſi de noctè & clandeſtinè acceſſiſſent ad laborandum,non excuſantur,vt eſt communis opinio.Et prædicta concluſio procedit in delictis leuibus,ſecus in delictis atrocibus,quia mandatum ſuperioris nunquam excuſat,vt eſt cōmunis opin.Scilicet à pœna.Niſi eſſet ſuperior ſeuerus & tyrannus, quia mitius puniretur,Idem,ſi princeps mādaret alicui,vt talem occideret,quia de iure ciuili excuſabitur,vt eſt communis opinio. Idē ſi mandet officiali,vt aliquem abſque proceſſu ſuſpendi faciat,etiam excuſatur à peccato,vt eſt communis opin.Et licet dicatur,quòd nō debet exequi mandatum iniuſtum,ſed debet ſuperſedere,& Principi reſcribere,qui fortè iracundia percitus hoc impoſuit.tamen excuſatur,vt eſt communis opin.Sed dat conſilium ibi Clarus quòd exequatur commiſſum,ne quid deterius ſibi cōtingat.Item excuſaretur mandatarius committens delictum ex mandato, quando mandans illud impunè exequi poſſet,& illud etiā aliis imperare.prout Pater, dominus,filiis,vel ſeruis & aliis extraneis,vt eſt communis opinio. Clar.q.60.verſ.ſolet dubitari,Cherianus in ſuo communium opin. verſ.delinquēs.Francus Marcus deciſ.Delphi.423.Mandatum tamen ſuperioris,& alterius cuiuſcunque publicæ,vel priuatæ perſonę non præſumitur, etiam ſpatio mille annorum , vt eſt communis opinio Plotus inter conſ.crimi.conſ.3.num.9.Tomo 2.

Mandans fieri delictum debet puniri eadem pœna,qua mandatarius punitur,vt eſt communis opin.Clar.q.89.in prin.Etiam in terminis ſtatuti,vt ibi verſ.ſed quæro.Cum diſtinctione tamen,de qua per eū ibi.Et per Corſetum.In Reperto.Abb.in ver.mandans.num.7.vide Bald.in conſ.103.in 2.vol.nu.2.Nec debet fieri diſtinctio,an mandatarius eſſet aliàs facturus,nécne,vt videtur cōmunis opinio.de qua Clariſſimus.D.Bartazolus inter conſ.crimi.conſ.70.num.33.qui tamen eam improbat,dicēs eſſe veram,vbi eſſemus in eo, qui conſulit ad faciendum delictum ibi.num.33.communem dicens.

Mandans homicidium committi , tenetur de homicidio propter mandatum,non autem ex mandato.Clar.q.89.verſ.ſcias autem.Et mandans non tenetur de homicidio ſequuto, ſi mandauit aliquem percuti alapa,vel baculo,ſed extra ordinem , vt eſt communis opinio. Clar.ibi ver.pone.Pariſ.conſ.161.num.4.Idem ſi mandaſſet alicui dari Gnocum per famulum, idem ſi mādaret aliquem ſfriſandum.Sed ſi mandaret.vt aliquem vulneraret,quia vulnera non dantur ad mēſuram & occideret,puniretur mādans vt homicida ex homicidio ſequuto,vt eſt communis opinio.Cla.ibi.vide Corſe.in Reperto.Abb. in verſ.mandans.nu.7.Capram regu.80.vbi etiam dicit, quod mandatarius punitur de delicto vti principalis faciens,niſi ſe excuſaret, quod iuſtè mandatum ſuſcepit,ſecundum communem opinionem. ibi.num.24.Nec eſt neceſſe habere obedire.num.25. Non tamen in atrocioribus,ſed in leuibus,ſecundum communem opinionem.ibi. numero 26.

Mandans famulo ſub his verbis,ne reuertaris domum, donec ſentio nouum de tali,ſi famulus eum occidat,præſumitur mandatum occidēdi ab ipſo domino præceſſiſſe. Clar.q.89.ver.ſed hic incidenter.cōmunem dicit.Quod procedit,ſiue prius facta fuerit iniuria ipſi domino,ſiue etiam famulo,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.Sed ſi dominus poteſt acceptam iniuriam ab aliquo,loquatur ad aurem famulo vel conſanguineo ſuo, & paulo poſt famulus, vel conſanguineus illum interficit.tenetur dominus pro tali homicidio,tāquam ſi mandatum præceſſiſſet.Clar.d.q.89.verſ.ſed quid ſi dominus.Dicit tamen Clar.quòd ex hoc ſolo non puniretur,niſi alia concurrerent,puta q̃ dominus eſſet ſolitus talia facere,& iniuria eſſet talis,pro qua veriſimiliter debuiſſet mandare illum occidi.Et in dubio credit Clar.tutius eſſe torquere dominum,& etiam punire pœna extraordinaria, non pœna mortis.vide Anto.Gabriell.in ſuo communium conclu. lib.7.conclu.1.Marſil.ſingu.181.

Mandatum illicitum in generali mandato,vel promiſſione, nunquam videtur mandari.Carauita inter conſ.criminalia.conſ.116.nu.27.Tomo 2.vbi etiam num 28.dicit,quòd mandatis illicitis non eſt parendum etiam papæ,vt eſt communis opinio.

Mandatarius eſt excuſatus , quando ſumus in his, quæ ſunt de genere permiſſorum, & quando conducitur operarius ad incidenda ligna, & bona fide incidit,credens fundum eſſe conducentis , vt eſt communis opinio.de qua Boſſius.titu.de mandato ad homicidium.numero vigeſimoprimo.

Mandans in vno loco committi delictum in alio territorio,& ibi ſit cōmiſſum,punitur ſtatuto loci,vbi commiſit delictum,nō vbi fuit mādatum,vt eſt communis opinio.de qua.Abb.in cap.licet num.27.

Manus alicui ſimpliciter amputanda,inutilior amputanda ſemper erit. Et ſi vna tantum ſit manus in reo nec amputanda erit,communis eſt opin.Soarez ver.manus num.51.& 52. Clar.q 69.verſ.pone & verſic.ſed,quid ſi.

Mandatarius excuſat mandantē,ſi confitetur delictum,vel homicidium feciſſe ratione proprij odij.aut inimicitiæ,vt eſt communis opin. de qua,Paris de Puteo in tract.ſyndica.in §.tortura,il 3.ver.dicitur communiter,in,fi.Nouellus in tract.ad defenſam.fol.57.num.88.

Mandans non dicitur propriè facere,ſed interpretatiuè,vt eſt communis opinio.Clar.q.89.ver.ſed quæro.

Magiſtratus,ſi quid iniuſte facit,officiales ſui debent ſibi contradicere, & reſiſtere,ſi poſſunt,aliàs tenetur , vt eſt communis opinio. Cart. Sen.conſ.41.nume.5.

Maritus poteſt impunè occidere adulterum vilem,repertum cum vxore.vt eſt communis opinio.Secus ſi ſit perſona honeſta.Rolan.à Valle in conſ.34.num.1.in 2.vol.

Maritus poteſt mandare filio,vt occidat nouercam adulteram,vt eſt cōmunis opinio,Pariſius conſil 154.nume.10.in 4.vol.ſed non alteri, vt ibi.

Maritus de iure communi poteſt interficere vxorem in adulterio deprehenſam,vt eſt communis opinio. Pariſius conſilio 154.numero 12.in quarto volumine,ſed non poteſt aliis mandare, vel opem ab aliis petere quam à filio,vt eſt cōmunis opinio,ibi nume. decimoquīnto,ſed bene poteſt conuocare amicos & conſanguineos,vt ſint præſentes homicidio,nō quòd ipſi illud exequantur,ibi.nume.16.

Maritus poteſt in flagrāti crimine ſtatim adulterum occidere,ſed non ex interuallo.Et iſta eſt tutior ſententia.Fortunius in tract.de vltimo fine iuris cano.& ciuilis.nume.175.ſed de iure canonico communis ſe habet opinio in contrarium, vt ibi per Fortunium. numero 175.vbi fuſius.

Matrimonium contractum ſub conditione.Si Romani Pontificis gratiā accedat valet.communis eſt opi. Soarez ver.matrimonium.nu.103

Matrimonia à filiisfamiliàs contracta,ſunt valida,nec patres irrita, aut infirma facere poſſe,ſtatuit ſacroſanctum Tridentinum Concilium. libro 6.Seſſione 24.titu.de matrimoniis, clandeſtinis irritandis. c.1. de quo meminit Viuius in ſuo communium opi. libro 1. opinione 124.facia.2.fol.69.Nam licet contrahere matrimoniũ ſine conſenſu patris,ſit contra bonos mores omnium,maximè prudentum,& inducit odium capitale,vt dicit Bàld.in l.omnem.circa fi.C.ad trebelliá.de quo Feli.in conſilio 26.numero 21. & per Menochi. conſilio 69.numero 59.per Marti.Lauden.conſilio 31.nume. 25.& per Clementinum in tract.de patria poteſtate.effectu 6.in fi.& eſt ratio ſecundum Bart.in l.in bello.§.medio.ff.de captiuis & poſtlimi. reuer. quia nepos naſciturus ex filio,eſt futurus ſuus ipſi auo, & habet neceſſe ipſum inſtituere,vel exhæredate filio præmortuo.Vnde quis habeat inuitus ſuum hæredem,vult lex,quòd ipſe conſentiat, cum filius accipit vxorem.Attamen quia quandoque patres nolũt conſentire,nec habent iuſtam cauſam contradicendi.lex canonica & concilium prouidet.Sed etiam poteſt adiri iudex,qui eos cogere poteſt, & debet cauſa cognita,vt conſentiant patres,vel,vt ſuppleat pro eis conſentiendo,& dando licentiam in præmiſſis,vt eſt communis opinio,de qua Plotus in l.ſi quando.numero 352. ſed an reuerendus Epiſcopus poſſit,vel debeat iure quidem concedere licentiam filiofamilias contrahendi matrimonium, non præcedentibus denunciationibus,ne pater ipſius filij hoc ſciẽs valeat impedire matrimoniũ contrahendum cum muliere indigna.conſuluit Menochius in conſilio 69.per totum.vbi determinat,quòd non. Nec poteſt Epiſcopi vicarius hoc munus exequi.ibi num.55.

Matrimonium ſeparatur,quoad thorum propter vitium ſodomiticum. vt eſt magis communis opinio,de qua Plotus inter conſ.crimi. conſil.132.num.29.tomo 1.

Matrimonium contrahere non poteſt generare non valens.Neuiza. in ſylua. fol.59.communem dicit.Matrimonium tamen hodie legitimè contrahi poteſt cum ſenibus & decrepitis,& cum vetula ſterili. Et ætas & ſterilitas non ſunt. impedimento matrimonio,vt eſt communis opinio.de qua Pariſi.in conſi.29.num.3.in 2.

Matrimonium contrahitur,etiam per non potentem,ætate tamen habili, vtpută quatuordecim annorũ.Panormi.in c.impuberes,de ſpõſalibus.communem dicit.

Matrimonium ſi per ſtatutum puniatur,intelligitur de conſumato. Et matrimonium ſolo iuramento neceſſario coniugum non probatur. Corraſius Miſcella.li. 3.c.4.communem dicit.Nec nominatio matrimonium probat,licet præſumptionem faciat.Corraſius ibi. num. 7. communem dicit.vide Soarez verbo matrimonium.nu.108.

Matrimonium propter dolum contractum valet,vt eſt communis opinio de qua D.Hierony;Gabriellius conſi.99.nu.4.

Matrimonium contractum per metum eſt ipſo iure nullum,vt eſt communis opinio.Panor.in c.cum locum,de ſponſa.Fortunius de vltimo fine iuris cano.& ciuilis.nu.409.communem dicit.

Matrimonium tenet,ſi alter contrahentium ſit in bona fide, licet adſit impedimentum affinitatis,etiam per illicitum coitum,vt quia vir rẽ habuit cum matre coniugis.Et filij ſuccedunt,vt eſt communis opinio.Capra in conſi.116.Curt.iun.conſilio 52.in prin. communem dicens.Caſſiodor.deciſ.vnica.tit.de ſponſa.& matri,Nicolaus de Milis in repert.ver.filius.fol.239.2.facia.ad fi.D.Hierony.Gabriell.in cõſilio 44.numero 14.Et allegans copulam cum matre vxoris ad infringendum matrimonium contractum cum filia , debet illam probare per teſtes omni exceptione maiores,& hanc qualitatem probare,prout conſuluit Ferrettus in cõſi.58. in 1.& præſertim, quando matrimonium fuit palam contractum,& ſecundum conſuetudinem ciuitatis,Rolan.à Valle in conſi.93.numero 18.ver. circa ſecundum. in 3.vol.ſecus ſi non publice,ſed clam,tribus tantum teſtibus præſentibus,nec in loco,vbi impedimentũ notũ erat , contractũ fuiſſet matrimonium,ſed in loco valdè remoto,ita vt nullo modo propter aſſertam bonam fidem matris legitimi filij dici poſſint.vt per.D.Hierony.Gabriell. vbi ſuprà.

Matrimonium primum clandeſtinum,& ſecundum contractum in facie eccleſiæ,non ſufficit probare primum matrimonium per vnum teſtem de veritate, & per publicam famam , vocem & confeſſionẽ coniugum,vt eſt communis opinio,tam antiquorum quàm modernorum.in c.2.de clandeſtina deſponſa.de qua Aret.in conſ.13.num. 6.& no.quòd ille,qui deſponſat aliquem contra legem,nihil ei relinquere poteſt.Bald.in l.fi.ff.de lega. 1.

Matrimonium contractum per eum, qui ex legitimis probationibus apparet,iam matrem vxoris,ante matrimonium cum ea contractum, compreſſiſſe,non valet.vt conſuluit Soci.conſi.119.in 3.vol.& iſte caſus ſæpe peruenit ad audientiam confeſſorum, vt dicit Archi.Flo. in eius ſumma.libro 3.tit.1.c.11.columna fi.§.1.& tit.de Affinita. & par. 2.tit.5.c.5.§.1,de inceſtu.gl. 24.q 2.c.ſi quis cum matre. Si tamen matrimonium eſt factum bona fide.palam,& in facie eccleſiæ , & ſecundum conſuetudinem loci,filij nati ſunt legitimi & naturales, & lex legitimo matrimonio nati,& ſucceſsibiles etiam in fideicommiſſo de legitimo matrimonio loquente.vt per Pariſi.in conſilio 5. numero 40.vſque ad fi.in 2.part.Et eſt communis opinio,vt per Capram conſilio 116.per totum,& communem dicit Cur.iunior in cõſilio 52.& Caſſiodorus deciſione vnica.de ſponſalibus. Et no. quòd poteſt Papa diſpẽſare ſuper matrimonium contractum cum vxore, quod matrem iam compreſſerat.vt per Bart.Spina.in tractatu de poteſtate Papæ ſuper coniugiũ.numero 100.& Archiepiſcopus Florenti.vbi ſuprà.Et vide bullam Papæ Iulij ſecundi anni 1524.25. Martij in hoc mirificè ſalutarem.pro qua vide Pariſ.conſi.67.in 4. volu. Quanam verò pœna puniatur,qui cum matre & filia coierit. ponit Beluiſius in practica ſua tit.de iniuriis.in fin.vide Nicola. Mil.in reperto.ſuo in ver.filius.fol. 239.2. facia. ad fin.Ferret. conſil.58. in 1. Rolan.à Valle conſ.93.num.18.

Matrimonium clandeſtine contrahentes,non præſumuntur coniuges, vt eſt communis opinio.de qua Cur.Iun.in conſi. 289.in 3.vol. nu. 5.Et ideò cum habeant præſumptionem contra ſe,debent matrimonium verè probare,ex euidentiſſimis probationibus. Et debent eſſe teſtes omni exceptione maiores.vt ibi.vide omnino.

Manifeſtum dicitur, quod in veram notitiam totius populi,vel maioris partis eſt notorium,vt eſt communis opinio.Cur.Iun.conſi.244. num.60.& ſeq.in 3.vol.

Mater impudicè viuens poſt mortem viri.perdit tutelam filiorum.Ioã. de Garro.in Auth.Eiuſdem. C. de ſecund. nup. numero vigeſimoprimo communem dicit.

Maritus,ſi eſt Ethicus,vel alia egritudine detentus,ita,vt ſine perſonæ periculo non poſſit reddere debitum mulieri petenti,non eſt obligatus ad reddendum debitum,vt eſt communis opinio. Abb.in cap. quoniam.num.5.ver.ſecundò ad idem.de cõiugio leproſorum.quia ordinata charitas incipit à ſe ipſo.

Matrimonium contrahens cum conſanguinea ſub conditione,ſi Papa diſpenſauerit,valet,vt eſt communis opinio.Sed contrariam communiorem eſſe tenet.Clar.in §.inceſtus.ver.ſed quid.

Medicus malum præbens medicamentum, vt infirmis moreretur, debet puniri pœna mortis.Clar.q.68.ver.medicus.

Mediocriter mali ſunt,qui deceſſerunt cum multis peccatis venialibus. Panor.in c. Matheus,numero 9. de celebra.miſſarum. communem opinionem dicens.

Membri appellatio refertur tantummodo ad membrum, quòd habet proprium officium in corpore,vt eſt communis opinio, Soarez in verbo.Membrorum.num.124.Clar.q.69.verſ. item quarto. Digitus ergo non eſt membrum.ibi.

Maſculinum non concipit fœmininum.Etiam in ſtatutis criminalibus. Menochius de adipiſcenda poſſ.num.224.Quando adeſt ſtatutum, quòd ſtatuta non debeant interpretari. vt ibi. vide Dec.& alios. in l. fœminæ.ff.de regu.iur.vbi ponit Dec.quòd ſtatutum,quòd filij bannitorum expellantur de ciuitate,non habet locum in fœminis.Et ſtatutum de adultero non habet locum in adultera. Bald.conſ.6.libr.5. in fi.Tiraquell.de retract.§.1.in glo.9.numero 186.& 211. vbi etiam limitat plenè Ant.Gabriell.in ſuo.communium conclu.libro 6.conclu.6.tit.de verb.ſign. Fallit in ſtatuto odioſo,quod odium eſt rationabile,vt eſt verior,& magis communis opinio,de qua Hierony.Gabriell.conſ.14.nu.24.

Mendacij improperatio & à prouocato,& à verum dicente facta,iniuriarum actionem in improperantem gignit,vt eſt communis opin. Soarez verbo Mendacij.num.126.

Mendacium non eſt ſufficiens indicium ad torturam. niſi iuuetur aliquo alio adminiculo,vt eſt communis opinio,Soarez verbo mendacium.num.125.Alez.in l.dolum numero 3, C. de dolo. communem dicit D.Hieron.Gabriellius conſi.183.num. 4. Grammaticus voto 3. Tobias Nonius conſil.99.numero 20.Clar.q.21.verſic.mendacium. Nouellus in tract.ad defenſam.fol.70.nu.6.cõtrariũ communem eſſe probat.& in Pract.crimi.numero 61.fol.23.Romanus. conſil.8.vide ipſum Nouell.in d.tract.ad defenſam.fol.54.num. 55.vbi dicit quòd mẽdacium & variatio inquiſiti tollitur,ſi in conſtitutis corrigat eius dictum & ad concordiam reducat.Et quando mendacium nõ eſt circa factum,ſeu circa circunſtantias & qualitates delicti, non facit indicium ad torturam.Vide Nouellum in Pract.crimi. fol.23. numero 62.Et ſi non ſit mendacium cauſa fallendi iudicem,non eſt in conſideratione,vt per Anto.Gabriel.vbi ſupra nu.4.Quando autem mẽdacium faciat indicium ad torturam,tradit Marſilius conſi.51.num. 71.vbi dicit,quòd tunc facit indicium ad torturam,quando eſt data copia ipſius indicij,ſeu mendacij, cum termino competenti ad illud purgandum. Et no.quòd licet quandoque dicere mendaciũ prout fecit Diuus Franciſcus.de quo Afflic. de conſtitu. regni. titu. de rapto.par.1.numero ſeptimo,fol.108.

Mendacium,ſeu variatio circa circunſtantias,& qualitates delicti, nullo modo faciunt indicium ad torturam.Si verò ſit circa ipſum delictum non faciunt indicium,niſi iunctis aliis indiciis,vt eſt communis opinio.de qua in deciſio.Pedemonta.79.numero 17.Et reus poteſt corrigere dictum ſuum antequam conuincatur,vt eſt cõmunis

opinio.

opi.de.qua ibi.num. 18.Et mendacium ad hoc vt puniatur debet eſſe doloſum.Moderni lucenſes.de inuentario parte.6.num.129.Caſus quibus propter mendacium quis cadit à iure ſuo.ponit Caſtr.in l. vt creditor.C.de proba.Et ratione mendacij.dolus præſumitur.Alex. conſ.42.num.4.in 3.vide Aſinium.inter conſ.crimi.conſ.113.num.4. in 3.vol.Tomo 2.Et quando præcedentibus indiciis torquens aliquem,& vno ſero dicit vnum alio dicit aliud variando, tunc non parcas calamo.Immo omnia,quæ dicit & iſtas varietates facias ſcribi in actis tunc ſecurè ſępe & ſæpius,etiam aliis indiciis non ſuperuenientibus,potes eum in tortura repetere.Ange.de Are.in tract.maleſi.verſic.quòd fama.publica.num.105.vbi dicit quòd hoc practicādo multocies ſibi facit honorem,& maximè in vrbe,vbi aſſidebat.vide Marſil.in §.quoniam.nu.27.Carreri.in pract.crimi.fol.25.nu.119. & num.120.vbi in conſtantia,titubatio, & trepidatio,dum interrogatur non facit indicium ad torturam, vt eſt communis opinio. de qua ibi.

Mendacium non punitur,niſi in caſibus à parte expreſſis.Menochius de arbi.iudi caſu.276.numero 8.Burſatus conſ.20.numero 21.vbi communem dicit.

Mendacium(vt dixi)non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Tamen hoc iudicis arbitrio relinquitur.conſiderata qualitate perſonæ rei,ſuper qua eſt mendacium,ſeu variatio. An ſit talis, in qua veriſimiliter poſſit cadere obliuio.Et an ſit circa ſubſtantialia negocij.& an incontinenti ſe correxerit,nam talis variatio diceretur potius emendatio,quàm mendacium.Clar.q.21.verſ.mendacium.vbi tandem videtur inclinare magis ad primam opinionem,quòd ſcilicet non ſit ſufficiens indicium,niſi aliquod aliud adminiculum concurreret.

Menſis,annus & dies, debent in inquiſitione exprimi.nō minus quàm in accuſatione,vt eſt communis opinio.quia inquiſitio eſt ſubrogata loco accuſationis. Clarus quæſtione trigeſimaprima. verſic.quòd de anno.

Merces licitæ cum illicitis non confiſcantur.communis eſt opinio.Soarez verbo merces.num.134.

Merces ob non ſolutionem Pedagij incidit in commiſſum,& dominiū tranſit in pedagiarium.Non tamen trāſit poſſeſſio earum,niſi interuenerit factum hominis,ideſt iudicis ſententia competentis, vt auferatur poſſeſſio.communis eſt opinio.de qua Rolan.à Valle.in conſi.42.nu.5.in 5.vol.Et vbi facta eſt profeſsio mercium,ſed non ſolutio,res non incidit in commiſſum,ſed tantum quis liberatur ſoluendo duplum eius,quod aliàs ſolui conſuetum erat,vt eſt communis opinio.Rolan.à Valle.ibi num.8.in 3.vol.

Meretrix non poteſt eſſe teſtis in criminalibus, vt eſt cōmunis opin. Clar.q.24.ver.item meretrix.Iaſ.in l.cunctos populos.nume.54. C. de ſumma trinitate & fide catholica.Soarez verbo meretrix.

Meretricis matrimonium excuſatur à pœna mortis,vt eſt cōmunis opinio.Soarez ver.meretricis.num.135.licet vſu non ſeruetur.

Meretricis raptor non punitur.l.1.C.de rapto.virgi.vt eſt communis opinio.Soarez verbo meretricis.Etiam violenter.communis eſt opinio.ibi num.137.& 138.Etiam,ſi maritata,etiam ſi ambo eſſent in carcere,vt eſt communis opinio.Fallit in cuſtode carceris,vt ibi.

Meritorum probatio in criminalibus prodeſt reo,in Principem,vel Rēpublicam,quia multum ſeruiuit,vt eſt communis opinio.Clar.q.60. verſi.vtilis etiam.

Merum & mixtum Imperium non præſcribitur, & iuriſdictio, niſi tanto tempore,cuius memoria hominum non eſt in contrariū.Cur. Iun.conſi.174.nu.157.communem dicit. Licet præſcribi poſsit.Bellonus conſi.46.num.1.communem dicit.

Metus,aut vis excuſatur in delictis.Et ideò,ſi quis metu mortis aliū interficiat,non eſt puniendus pœna homicidij,vt eſt communis opinio.Clar.q.60.ver.quæro modo.

Metus duobus probatur teſtibus affirmantibus, quàm mille negantibus,vt eſt communis opinio.Soarez verbo metum.nu.157.

Metus reuerentialis mariti non eſt potens ad faciēdum,vt contractus reſcindatur.D.m.Alcia.in c.cum contingat.num.1.de iureiuran.cōmunem dicit.

Metum excludit patris præſentia, vel propinquorum. Cagnol. in l. in omnibus.num.8 ff.de regu.iur.communem dicit.

Metus,qui poſsit cadere in conſtantem virum requiritur. ad hoc,vt actus per metum reſcindatur.Cagnol.in l.in omnibus.ff. de reg. iur. communem dicit.

Metus in matrimonio non probatur per vnum teſtem.D.m.Alciatus in tract.de præſum.regu.3.præſumptio.7.nu.6.communem dicit.

Metus,licet à principio interueniat. Tamen per actum voluntarium purgatur,ſi ex interuallo poſtmodum interuenit,& tempore,quo nō durabat metus,nec eius cauſa,vt dicit tex.in l.2.vbi Bar.& omnes ſcribentes communiter accumulantes multa.C.quòd metus cauſa. Pariſi.in conſi.76.num.12.in 4.vol.vbi fuſius.

Metus ſuſpicio tollitur per ratificationem actus ſubſequuti,vt eſt communis opinio,de qua Soci.Iun.conſilio 77.numero 10. & numero 62.in 1.vol.

Milites,licet olim non poterant accuſare,niſi ſuam vel ſuorum proſequerentur iniuriam,qui milites ea tantum curare debent, quæ ad militiam pertinent.Tamen hodie noſtri milites indiſtinctè admittūtur ad accuſandum.Clar.q.14.verſicu.quæro etiam.

Milites non poſſunt de iure torqueri,idque etiam in militibus noſtri temporis,vt eſt cōmunis opinio.quòd intellige de iſtis ſtrenuis militibus,quos hodie equites vocant.& de Capitaneis, ſeu doctoribus militum.Secus eſt enim de militibus priuatis,quia illi quotidie torquentur,vt eſt communis opinio.Clar.q.64.verſi.quæro etiam.Boſſius de iudiciis.num.108.communem dicit.

Milites delinquentes caſtigat Capitaneus,donec in Caſtris exiſtunt,& in delictis militaribus Clar.q.35.ver.quæro modo.Et in multis puniuntur pœna mortis.Clar.q.68.verſi.medicus.

Miles inſignis debet mitius puniri in criminalibus.communis eſt opinio.Clar.q.60.ver.item prodeſt.

Minæ potentum,vel eius,qui ſit ſolitus eas exequi,faciunt indicium ad torturam,vt eſt communis opin.Soarez ver. minæ.nu.158. Blancus in tract.de indiciis.num.183.communem dicit.

Minantem alicui mortem,ſtatim percutere licet,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium.ver.ſed quomodo.Et poteſt occidi etiam ſi aliàs erat ſolitus minas exequi.Graſſus cōmuni opin.c.2.q.3.Blancus in l. ſi.nume.183.ff.de quæſtio.

Minor viginti annis repellitur ab accuſando,niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam.Si verò ſit maior viginti annis,minor tamen viginti quinque.Tamen poterit indiſtinctè accuſare etiam ſi ſuam,vel ſuorum non proſequatur iniuriam,vt eſt communis opin.Sed quicquid ſit de iure.conſuetudo indiſtinctè admittit minores ad accuſandum,dummodo quatuordecim excedant annos.Clar.q.14.ver.ſed quid Ant.de Tremolis ad pract.Bonacur. tit.quib. modis ſuo nomine.&c.num.6. ver.ad illos caſus communem dicit.

Opem præſtans maleficio,etiam de iure diuino punitur eadem pœna, qua committens,vt eſt communis opinio.de qua Corn.conſi.8.col. 2.litera A.Quòd intellige vt ibi in pace rapta alias ſecus .Quia opem præſtans non tenetur eadem pœna,qua principalis delinquens tenetur. Sed mitiori , vt eſt cõmunis opin. Cæpolla conſ.27. num. 6.vbi & Apoſtilantes. Niſi vbi præſtatio opis & auxillij det cauſam maleficij,vt ibi latius per Cæpollã.vide omnino per benedict.de Vado foro Sempro.in reperto.Fel.in verſ.opem prȩſtans Limita,vbi opem præſtans fuit confeſſus crimen.Item limita, niſi poſt delictum commiſſum quis aſſiſteret malefactori in auxillium,quia non propriè dicitur dediſſe opem , ideo quia dicit Bartolus vidiſſe multos aſſeſſores erraſſe, oritur tamen maxima ſuſpicio , vt ibi per Benedictum de Vado.Quando autem & quomodo & qualiter dicatur præſtare opem, ſeu auxilium darę cauſam mortis, vel maleficij, vel non dare,ponit Cæpolla in conſilio trigeſimoquarto,numero 20.An aſſocians aliquem ad homicidium faciendum, vel poſt factum,dicatur opem ferre?Bald,in conſ.235.in 3.vol.vide D.Hieron.Gabriel.in conſ. 170.Et nota. quod ſtatutum faciens mentionem de committente delictum non comprehendit,opem prȩſtantem.Nam aliud eſt ferre opem ad delictum,aliud committere delictum.Abb.in cap.ſi culpa num.2.de iniuriis & damno dato.Et ad hoc vt inquiſitio procedat requiruntur iſta verba Præſtitit opem,vt habilius maleficium committeretur.Felin.in cap.quia quæſitum.de offic.& po.iudi.deleg.nu. 13.limita prima.Et illa verba in inquiſitione,vel libello,quando plures ſunt accuſati,& in fine dicitur.Quòd alter alteri præſtitit opem, Dic.quòd ſtant reditiuè,ſeu ſellatiuè,quæ relatio debet cadere ſuper certo.& ideò melius eſt dicere inuicem vnus alteri,quia quilibet includitur,vt dicit Bald.in l.ſi duo patroni.col.3.verſ.quæro ad quid.ff. de iureiu.De opem præſtante fuſiſſimè per Felin.in cap.ſicut dignũ de homici.De diſſuadente aliquem ne delinqueret,poſtea cum aſſociante,quòd mitius puniatur.Soc.iun.conſi.73.num. 5. in 2.vol. Riminal.in conſ.50.per totum.in 1.volum.vbi bene, vide D.Bruno.à Solè,conſilio ſuo vnico num.52.

Opem præſtans ratione qualitatum,quæ inſunt tempore delicti,ac etiam eadem pœna qua principalis,non tamen in caſu.l.raptores.C. de rapt.virgi.ſecundum communem opinionem canoniſtarum.Capra regu.80.num.43.& 44.Et not.quòd ſtatutum loquens de committente delictum,cum debeat propriè & ſtrictè intelligi, non comprehendit præſtantem opem, Soc.Senior in cap.ſi culpa.num.6.de iniuriis & damno dato.& vide ſupra.

Operarij,quibus eſt proteſtatum,ne operentur in tali loco,ſi non deſiſtant puniuntur, & ad intereſſe & damnum tenetur , vt eſt comm. opinio.Soarez verſ.opere.nu.15.vide ſuprà in verſ.laboratores.Cla. q.60.verſ.ſolet dubitari circa prin.

Opinio communis excuſat iudicem à Syndicatu.Corratius in tract.de communi opinione in prȩfatione.nu.28.fol.7.Iaffredus deciſ.25.Bar. in l.2.per illum text. ff. ad Macedo.vbi & Apoſtillan.Et vide Angel. in l.cum quidam.ff.de acquir.hæred.vbi dicit.Nota tu aduocate,vel Doctor,vt nunquàm contra communes opiniones ſis pertinax.vide D.Donatum in ſuo Enchiridio lib.4.verſ.Opinio,Syluanum.in tract. de feudo in 1.q.nu.26.Et communis opinio excuſat à delicto & dolo. Dec.conſ.690.num.6.Et communis & generalis opinio facit cenſeri aliquid eſſe licitum,& non eſt recedendum ab opinione generali & communi.quia eſt deſeruiendum opinioni in eo, quod eſt poſſibile,& quod vulgus nõ debet decipi.Bald.in l.Athletas.ff.de iis,qui not.infamia.& opinio,ſecundum quàm alias fuit iudicatum & deciſum collegialiter,eſt ſequenda.Riminald.conſ.224.nu.20.in 2.Corratius in ſuo communium opi. Et illa dicitur magis communis opin.

quando

qñ Doctores maiores ponderis & auctoritatis ſunt pro vna parte,quia non debet attendi numerus,vt dicit Alex.in conſi.202.num.6.in vlt. vol.Corratius fol.25.& ſeq.num.5.lib.1.communium opinio. titul. 3.fruſtra igitur membranas implent,qui tot Doctores,& tot quotas colligunt,vt per Neuiza.in Sylua.nuptial.lib.5.Nec eſt ſequenda ſaturnina opinio nunquàm recepta,vt dicit Soc.iun.in conſi. 128. nu. 48.in 1.vol.alias iudex præſumeretur per imperitiam iudicare.Alex. conſil.134.numero 14.in 1.volum.Et quando receditur à communi regula ex cauſa,opus eſt,quòd cauſa exprimatur & probetur , Deci. conſi.349.num.3.Rimi.conſ.120.num.1.in j.vol.Et vbi non requiritur communis opinio,bonum eſt habere iudicem propitiũ,& tunc, ſi iudex tenet eam partem, quam vult, non tenetur in ſyndicatu. Dec.c.canonum.2.lect.num.12.de conſtitu. Coratius communi opi.& quando lex habet plures intellectus , non conſtito de communi ad cauſarum deciſionem allegari non ſolet.Bart.in l.in ambiguo.ff.de reb.dub.& in j.q.inci.Lucanæ ciuitatis.in 3. part.Et quando communis opi.ſe habet,quod non imponatur pœna mortis , eſt maximè amplectenda.D.Io.Bap.de Roſellis inter conſi.cri.conſ. 34. num.28.& vide conſilia ſubſequentia ad ipſum.Et quando eſt aliqua opinio approbata in aliquo foro per obſeruantiam,nõ debet iudex in tali foro ab ea recedere.etiam quòd cõmunis eſſet in contrariũ. ergo fortius cum communis eſt contra reum inter conſi.crimi.conſ. 59.nu.28.tomo 2.opinio tamen cõmunis veritati contraria nõ facit, quòd actus ſit illicitus,quia hoc eſt verum,quò ad actum non prohibitũ de iure.in quo ſuperioris decretũ non ſit neceſſariũ Rui.cõſ. 85.nu.12.in 4.vol.& iſta eſt communis opi, vt per Cur.iunio. conſ. 63.nu.3.in 1.vol.vbi etiam dicit,quòd à ſententia imperatoris recedi poteſt,ſi nõ eſt clauſa in corpore iuris.Et no.quòd cõmunis opi. transfert onus probandi in aduerſarium.Pariſi.conſ.160.nu.52.in 4. vol.quia debet ſequi quòd communiter practicatur & obſeruatur. Riminal.conſ.120.nu.1.in 1 .vol.Barba.conſ.470.nu.4.in j.vol.Licet cõmunes opiniones mutari poſſint temporis curſu.Soc.iun.in cõſi. 158.nu.70 in 2.vol.plura de communi opinione ſcribẽtes vndique. vide tu quoque in repert.conſ.Bruni feuda.in ver.opinio communis Soc.iunio.conſ.177.nu.11.in 2.vol.& conſ.189.nu.74. Opinio autẽ communis non eſt tenenda,ſi particularis opinio fulciatur melioribus rationibus.Cur.iun.conſ.63.nu.3.& conſ.160.nu.12.in fin.communem dicit.Quia ſæpe doctores noſtri imitantur aues,quia quãdo vna volat,omnes aliæ ſequuntur.Decius conſ.481.nu.12.& more pecudum,vnum ſequuntur.Bellonus conſ.59.nu.12.

Originis iudex poteſt punire delinquentem,qui alibi delinquit ex officio etiã inquirendo,vt eſt communis opin.Soarez verbo originis. nu.24.Puniet autem reum tunc pœnis ſtatuti loci,vbi deliquit , vel iuris communis.Soarez ibi.nu.25.

Oratio particularis plus prodeſt quàm generalis in remiſſionẽ peccatorum.Præpoſi.in c.ſacroſanctam.22.diſt.poſt Panor.in c.fraternitatis.de ſepulturis.vbi commuem dicit.

Opem quis dicitur præſtare maleficio pluribus modis,ante maleficiũ, præſtando ferramenta , vel ſcalã ad furtum,vel perſuadẽdo, aut cõſilium dando,& iſto caſu & ſequenti auxilium poteſt eſſe cauſa delicti.Secundò,in ipſo actu delinquendi,vt in aſſiſtendo , vt facilius committatur delictum.Tertiò poſt delictum commiſſum,non tamẽ perfectè conſumatum & finitum,ſed quando adhuc durat,vt quando quis à fure recipit rem furtiuam, vt illam cuſtodiat & occultet. Quartò,poſt delictum perfectè conſumatum & finitum,vt quando poſt homicidium commiſſum præſtat opem in aufugiendo.ita Rui. in conſ.82.num.4.in 4.vol.vbi defendit quendam hæbreum , qui emit res furto ſubtractas.vide ſuprà in ver.furtum.vide Bal.in conſi. 402.in 1.vol.vbi dicit,quòd in ope præſtanda reperiuntur tres gradus,Nam quidam præſtant paruam opem,& multum remotam ab actu,vt in eo,qui commodat ſcalas.Quidam præſtant mediam opẽ, vt in eo,qui ſtat armatus,tamen ipſe non vult homicidium ſequi,& iſti non puniuntur,tanquàm interfectores,ſed media pœna,hoc eſt pęna remiſſionis,& non pœna vltimi ſupplicij, vt no.doctores omnes antiqui Docto.in l.eius qui.ff.de furtis.& in c.ſicut dignum. de homici.vbi caſus.Quidam verò ſunt,qui præſtant ſubſtantialem opẽ,vt ſunt percuſſores,qui læthaliter vulnerant,& cauſam cõſubſtãtialem morti præſtant,& ij puniuntur tanquàm interfectores,& dictio tanquàm eſt nota varitatis.

Officij adipiſcendi cauſa,ſi ſit officium temporale non licet aliquid clã donare.Sed ſi aliqua oblatio palam fieret,& Principi,in quo ceſſat crimen ambitus,vtique liceret,vt eſt communis opinio. Si verò alteri quàm Principi fieret,non ſolum dantes, aut offerentes aliquid pro officiis,ſed & petentes puniũtur pœna infamiæ, & centum aureorum.Clar.in §.ſimonia.ver.præterea quæro.

Officialis qui durante officio ſuo multa acquiſiuit,non præſumitur in dubio de bonis fiſci acquiſiuiſſe. Niſi aliter liquidò probaretur, vt eſt communis opinio.Clar.q.68.verſi.officialis.

Officiali an & quando liceat reſiſtere.Dic aut procedit tanquàm officialis vel iudex,& ei nullo modo debet reſiſti. Niſi eſſet dãnum vel præiudicium irreparabile.Aut procedit eo modo,quo priuatus , & tunc impunè ei reſiſtere licet.communis eſt opinio.Clar. quæſtione 29.ver.ſed hic.

Opponens aliqua crimina cõtra teſtes, debent inpromptu eſſe probationes quia ſi non probatur, tenetur actione iniuriarum,vt eſt communis opin.Clar.q.53.ver.caueant.Si quis verò alicui in iudicio aliquod obiiciat crimen,ſiue agendo,ſiue excipiendo,& probet illud, non tenetur,vt eſt communis opinio.ibi.

Oratoria priuata,etiam ſi in eis diuina celebrentur officia,nõ gaudent immunitate eccleſiæ,vt delinquens in iis capi non poſſit,vt eſt communis opinio.Clar.q.30.verſ.ſed quid dicendum.

Oſculum alteri viro,quàm marito datum.facit mulierem dotem perdere,vt eſt communis opinio.Idem eſt,ſi paſſa ſit ſibi manus poni ad mamillas.Clar.in §.adulterium.verſic.ſcias etiam.

## P

PAciſci poteſt vel valet conſuetudo,quòd quis alapam,vel leuem huiuſmodi iniuriam quis patiatur, & alapa percuti ſe patiatur, vt eſt communis opinio.de qua D.Hercula.de cautione,de non offendendo.c.43.Dummodò ex dicta percuſſione ſciſſura carnis non fieret. alias ſecus.

Pactum quòd donatio non reuocetur prætextu ingratitudinis,non valet.Rubeus conſi.114.firmatur tamen iuramento,vt ibi.numero 31. communem dicit.

Pactum de quota litis non tenet.& contra facientem pactum de quota litis poteſt iurari in litem per partem aduerſam pro damnis, expenſis & intereſſe,vt eſt communis opinio.de qua Plotus in l.ſi quando. num 533.& ſeq.C.vnde vi.& ibi declarat quod nam ſit dictum pactum.fallit,vt ibi.num.536.vide omnino,& quæ nã ſit pœna in paciſcentes ibi.numero 539.& ſeq.

Pactum appoſitum per monachum contra ſubſtantiam ordinis valet profeſſio,& pactum reiicitur.Iaſ.in Auth. ingreſſi. num.37.C. de ſacroſan.eccle.communem dicit.

Palatium epiſcopi gaudet immunitate eccleſiæ,vt eſt communis opinio.de qua Barba.conſ.33.col.2.in 4.vol.& infra quadraginta paſſus. & ideo reus ibi capi non poteſt.Clar.q.30.ver.ſcias etiam.vbi dicit, quòd ſi extat vltra 40. paſſus ab eccleſia ſeparatum in practica non ſeruatur,quòd gaudeat immunitate.

Papa de nullo crimine poteſt accuſari,niſi de *hæreſi*, vt eſt communis opinio.Clar.q.35.ver.videndum.

Papa nullum iudicem habet niſi Concilium generale, vt eſt communis opinio.Clar.q.35.ver.ſed retenta.

Papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam Principibus laicis in clericos,vt eſt communis opinio .Clarus quæſtione quadrageſimaprima ver.ſed quid.

Papa poteſt etiam ardua tractare ſine Cardinalibus, vt eſt communis opinio.de qua Rochus de Curte in tracta.de conſuetu.numer. 114. Barbat.in conſi.1.vol.1.communem dicit.

Papa non inuoluitur in crimine ſimoniæ.Feli.in c.ex parte.nu.2.de offi.delega.communem dicit.D.Hierony.à Monte in ſuis quæſtio. q. 10.nu.5.limita,vt ibi per eum.

Papa non poteſt diſpenſare ſine cauſa in matrimonio,nondum conſumato.Et diſpenſatus non eſt tutus in foro Dei.Cur.iun.in conſ.170. num.1.communem dicit.

Papa non poteſt tollere priuilegiũ canonis ſi quis ſuadente diabolo,vt eſt communis opinio.de qua Soci.in c.peruenit.nu.395.niſi ex cauſa vt ibi de ſententia excom.

Papæ verbis narratiuis non eſt credendum in probando delictum,& vt bona confiſcentur alicuius,vt eſt magis communis opinio, de qua latius D.Hierony.Gabriell.in conſilio 79.numero 5.vbi dicit abſque dubio ſequendam.

Papa propter ſtatuta contra libertatem eccleſiæ non eſt excommunicatus,vt eſt communis opinio.Soc.ſenior in c.nouerit.num.9.de ſententia excommu.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur,vt eſt communis opin. fallit vt per Marſil.ſing.234.

Parricidium cõmittunt tam fœminæ quàm maſculi,qui parentes ſuos vel filios,aſcendentes,vel deſcendentes,trucidarunt,vt eſt communis opi.Soarez in verbo parricidij. nu.15.vel aliquem ex tranſuerſalibus infra quartum gradum,vt eſt communis opi.ibi.num.18.

Parricidium committit,etiam is,qui naturalem tãtum patrem vel matrem occidit,vt eſt communis opinio.Clar.in §.parricidium.

Parricidium etiam dicitur commiſſum,ſi vltra patrẽ aliquis ex aſcendẽtibus occidatur,vt eſt cõmunis opi.Clar.in §.parricidiũ.ver.ſed quid.

Parricidium etiam committitur in fratre,vel ſorore,aut alio tranſuerſali intra quartum gradum,vt eſt communis opi.Clar.in §.parricidium.ver.ſed quid.

Pater poteſt filiam in adulterio deprehenſam occidi, facere,etiam per aliquem qui non ſit,neque filius neque ſeruus. Et talis occiſor non

teneτur de homicidio,vt eſt communis opin.Clar.q.60.ver.ſolet.

Pater poteſt facere remiſſionem pro iniuria,vel offenſione facta filio, vt eſt communis opin.Limita quando iniuria filio facta eſſet à coniuncta perſona,quia tunc pater illam remittere non poteſt eo inuito, vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.quæro nunquid.

Pater non tenetur pro filio,& ideò ſi fuerit filius condemnatus pro aliquo delicto,non tenebitur pater ſoluere illam condemnationem, neque etiam ex legitima debita ipſi filio poſt mortem patris, vt eſt communis opin.Immo nec in peculio aduentitio executio fieri poteſt,vt eſt communis opinio.Si tamen filius aliquid faceret occaſione patris, & eo ſciente,præſumitur factum de eius voluntate,vt eſt communis opinio,& tunc pater teneretur extra ordinem pro tali maleficio,& homicidio per filium commiſſo eo præſente,& nõ prohibente,vt eſt communis opinio.Clar.q.86.ver.ſecundo infertur.nec pater tenetur ſoluere pro filio condemnatio in contumaciam ad legitimam ex ſtatuto fuſius Moronus de fide, treuga & pace.q.83.nume.1.Limita.vt ibi per eum.nu.4.& ſeq.

Pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij,nec econtra,vt hoc intelligitur de omnibus parentibus in infinitum,ſiue parentes habeant filios in poteſtate,ſiue non,ſecundum communem opinionem.de qua Melchior de Facinis.inter conſilia crim.conſ.82.nu.1.tomo 1.Poteſt tamẽ pater reuocare confeſſionem filij,& probare contrarium,ne ex eius delicti confeſſione teneatur ex ſtatuto. Bald.in c.ex parte. numero 12.de confeſſis.

Pater præſentans filium curiæ maleficiorum pro aliquo crimine imputatum,filium eximit à pœna corporali,vt eſt communis opin. Clar. q.60.ver.ſolet etiam dici.quam cautelam dixit Clar.non attendi.

Pater poteſt exhæredare filium ex iniuria ſibi illata per eum. Cur. iun. conſi.148.num.1.communem dicit.

Patris conſenſus non requiritur in accuſatione facta per filiumfamilias. Ant.de Tremolis ad pract.Bonacur.in rubr.quibus mo.ciui.num.14. ver.ſine conſenſu patris.communem dicit.

Pater poteſt cogi præſtare cautionem de non offendendo pro eius filio baſtardo.quia baſtardi vel naturales appellatione filiorum,etiam in materia pœnali includuntur,vt eſt communis opinio.de qua D. Hierony.à Monte.in ſuis quæſtionibus.q.8.num.29.

Participans cum excommunicato ignoranter in caſibus à iure nõ permiſſis,non incurrit mortale peccatum,ſi ſcienter ſecus.Sed venialiter peccat,& hoc ſi non ex propoſito,aliàs ſecus. Immo indiſtinctè, quòd regulariter non peccet, ſecundum communem opinionem. Capra regula 81.num.14.

Participare de delicto quis poteſt pluribus modis. Capra regula 80. fallit,vt ibi plurifariam.Et quando eſt reuocatum mandatum,& reuocatio non venit in notitiam mãdatarij, tunc ſi deliquit mandatarius, dicitur particeps delicti mandans,vt eſt communis opinio.ibi. numero 9.

Pauper non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali,vt eſt communis opinio. Quod intellige in paupere perſona turpi,ſecus ſi honeſtæ vitæ,bonæ conditionis & famæ.Clarus quæſtione 24. verſic. quæro etiam.

Pauper,qui minus quàm quinquaginta aureos habet in bonis,repellitur regulariter ab accuſando. Si tamen ſit bonæ & honeſtæ fidei & vitæ,& non ſuſpectus propter paupertatem,non repellitur ab accuſando.Et ab hac opinione non eſt recedendum,tam in conſulendo, quàm iudicando.Clar.q.14.verſ.ſed hic etiam,communem opinionem eſſe probans.

Pax facta cum offenſo in criminalibus in quibus de iure non eſt licita tranſactio,facit indicium contra facientem illam pacem ad torturã, vt eſt communis opinio.Clar.q.21.verſi.pax.

Pax,ſi eſt facta,ſeu inita cum Sempronio,& occurrat, quòd Sempronius banniatur,& pendente banno à Titio interficitur.Titius offendens non incidit in pœnam pacis ruptæ, vt eſt communis opinio. de qua Nouellus in pract.crimi.vbi de pace agit.numero 52. plura Marſi.ſingu.337.

Pacem habere ſufficit à maiori parte,vt eſt communis opinio. de qua D.m.Alcia.in conſi.134.num.2.lib.2.

Pax non dicitur rupta ex ſtupro,vel furto,& non violatur cautio de nõ offendendo D.Octauia.Vulpellus de pace. q.43.numero 3.communem dicit.vide Marſil.ſingu.503.Moro.de fide,treuga & pace,q.125. & ſeq.Et ſi promittis me non offendere in pace,ſub certa pœna, talis promiſſio refertur,ac reſtringitur ad caſum offendendi ratione inimicitiæ præſentis.vel præteritæ,non autem ſi ex poſtfacta inimicitia ſurgat ex noua cauſa. Abb.in c.cum inter. numero decimo.de renunciatio.Roma.conſilio 184.Et eſt communis opinio vt inquit Pariſius.conſilio 164.numero 24.in 4.vol. & conſilio 165.numero 26.eo.vol.Rui.conſilio 46.numero 8.in 1.vol.Bald.in c.1.in princ. num.2.de pace tenen.Moderni in tractatibus de Pace.Cauſa autem idonea ad excuſandum aliquem à pœna pacis ruptæ eſt illa,ſi fuerit percuſſum animal eius,cum pax inita fuit.Alexan.conſilio 19.col. 1. lib.1.Thobias Nonius conſilio 152.nu.23.inter conſ.crimi.Tomo 1. Et vbi offenſio eſſet grauis,& cum ſanguine,tunc dicitur pax fracta,nec eſt diſtinguendum.An ex noua cauſa,vel vetere interceſſa. Cataldi.de Boncompagnis inter conſi.crimin.conſ.54.Bal.in c.1.de pace tenen.in prin.Corne.conſ.51.litera B.in 1.vol.Illa autem dicitur grauis & atrox offenſio,quæ eſt illata in perſonam filij,vt ibi dicit Cataldi.num.10.Et pax etiam dicitur rupta,ſi quis nondum natus tẽpore pacis initæ,quid nouitatis faciat parti ſi fuit facta reciproca pax inter inimicos,etiam pro adhærentibus.Riminaldus nouiſſimus in conſ.101.per totũ.& vide in conſ.103.Pacẽ autem frangere non dicitur,qui facta per aliquos promiſſione de non offendẽdo,pro vt fit,quando contrahitur pax, vel præſtatur cautio de non offendendo,ſi vnus eorum alterum offendat,& ſic frangit pacem,illum offendit,vt eſt communis opin.Clar.q.47.verſi.ſed quoniã.Et idem.ſi eſt facta treuga,& vnus eam frangat, quia licet quoque alteri impunè non obſeruare treugam.Et ita ſeruari vidit Clar.vt ibi dicit verſ.ſed hic.Si autem inter aliquos fuerit rixa,ſeu inimicitia,& fuerit facta promiſſio de nõ offendendo ſub aliqua pœna,& ex poſt ex noua cauſa,ſiue rixa ſuperueniẽte vnus eorum alterum offendat, non cenſebitur commiſſa pœna,vt eſt communis opin.Clar.ibi ver. quæro nunc.Quod intelligit,ſi apparet de noua cauſa veriſimili,vel ſi ille,qui offendit non dedit cauſam,vel occaſionem ſecundæ rixæ, vel illam quoquo modo procurauit,ſeu affectauit.Sed ſi nõ apparet quis fuerit primus,nemo punitur,ſi pœna parti applicetur, ſecus ſi fiſco.Clar.ver.ſed hic quæro.Et ſi fratrem eius,cum quo fecit pacem, offenderit,non punitur de pace rupta.Niſi abſque cauſa fecerit, vel nulla præcedente inimicitia cum eo,communis eſt opi.Clar.ibi ver. quæro etiam.Idem ſi adulteraret,vxorem illius, cum quo fecit pacem,nõ intelligitur pax rupta,quia potius cauſa libidinis hoc fecit. Niſi ita turpis,& vetula adeo eſſet,quòd præſumeretur potius id feciſſe in deſpectum mariti.Clar.ibi ver.ſed quid.

Pax vel tranſactio ſuper crimine prodeſt imputato,ab initio facta, nec poteſt inferior gradu,pace habita à priori,accuſare.Etiam in terminis ſtatuti,vel decreti,vel gratiæ particularis ſemper remiſſio proximioris tollit aliis facultatem accuſandi.& ita practicatur.Sed ex poſt facto,& cœpto iudicio,ſiue per viam accuſationis,ſiue per viam inquiſitionis.talis pax,vel remiſſio etiam in caſu permiſſo non impediret condemnationem,vt eſt communis opinio. Clarus quæſtione 58.verſicul.ſed punctus modo ſit delictum,quòd ex officio procedi poſſit. Et hoc ſi ex querela partis tantum procedi poteſt,ſecus ſi ex officio,quia non impediretur proceſſus aut tolli poſſet.vide ibi latius per Clarum.

Pax fieri poteſt de criminibus,pro quibus imponitur pœna ſanguinis, vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.ſucceſſiuè Etiam pro furto, quòd eſt priuatum crimen.communis eſt opin.Clar.ibi.ver. habétque. Amplia ſi ingeratur ſolummodo pœna fuſtigationis,vt eſt communis opinio.Clar.ver.ſed quid.fallit ſi agatur de amittenda libertate,vel auctoritate.Clar.ibi.verſicul.item quæro.communem dicit. Fallit ſi agatur de crimine,pro quo venit imponenda pœna perpetui carceris.communis eſt opinio.Clar.ibi.verſic.Hinc infertur. Fallit in adulterio,antequàm pœna pro ipſo adulterio imponatur. ſecus ſi poſt,quia licet tranſigi,& fieri de eo pax,vt eſt communis opinio.Clarus ibi verſic.Excipitur. Dicit tamen Clarus, quòd nunquam vidi treiici remiſſiones huiuſcemodi,etiam ante ſentẽtiam.& ideò mulieres euáſiſſe pœnam.Amplia poſſe fieri pacem in aliis criminibus propter adulterium etiam grauioribus, vtputa ſuper raptu. communis eſt opinio.Clar.ver.in aliis.item ſuper inceſtu,vt eſt communis opinio.Clar.ver.tertiò infert.& hodie licet facere pacem de quocunque crimine.Clar.verſi. ſecunda regula.fallit in criminibus priuatis,vbi non ingeratur ſanguinis pœna,vt eſt communis opin. Clar.ver.ſed hic quæro.fallit ſi ex ſtatuto pro crimine,pro quo imponitur pœna de iure communi mortis,puta homicidio.Statuto autem pœna pecuniaria,non poterit pax,vel tranſactio fieri,vt eſt cõmunis opinio.Clar.verſi.pone modo.fallit in crimine falſi,quia etiã licet tranſigi.fallit,ſi ſtatutum prohibeat fieri pacem ſuper delicto, quia nec principalis,nec mandans poterit facere pacem.Clar.ver.vnum autem.Et in caſibus in quibus non licet fieri pax,nec etiam licet paciſci gratuitò.communis eſt opi.Clar.ibi.ver.ſcias etiam. plura.Chircouius lib.communium opi.centuria 5.conclu.72.& 73.

Pacem facere poteſt in primis offenſus quo defuncto proximiores, vt qui præferatur in accuſatione,præferatur in remiſſione,vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.viſum eſt Pater igitur pro iniuria illata filio,poteſt etiam eo inuito facere pacem,vt eſt communis opinio. Clar.ibi.verſ.quæro nunquid.fallit pro iniuria filio facta à coniuncto.quia eo inuito pater ſolus remittere non poteſt,vt eſt communis opinio.Et bonum eſt interuenire vtriuſque conſenſum.fallit etiã ſi filius ſit emancipatus,quia ſufficit ab eo ſolum habere remiſsionẽ abſque interuentu patris.Clar.ibi.

Pacem facere non poteſt pro iniuria facta eccleſiæ ſolus Epiſcopus, vt eſt communis opinio.Sed bene cum conſenſu capituli,vt eſt communis opi.Clar.q.58.ver.præterea quæro.

Pax

Pax fieri non poteſt pro blaſphemia.Niſi confitendo.Clar. q.58. verſic. ſed quid.ſtante tamen ſtatuto,quòd pœna debet mitigari propter pacem,ſi quis blaſphemauit Deum,vel Sanctos, debet pœna mitigari ex eo quod Epiſcopus facit pacem cum blaſphemo de blaſphemia, Bal.in l.accuſationem.C.qui accuſa.non poſſunt.Præſtita tamē cautione de parendo mandatis eccleſiæ,propter cautelam,dicit Soc. ſenior in c.ſtatutum.num.35.ſe obtinuiſſe in quæſtione de facto.

Pax poteſt fieri à Principe,ſi offenditur.Clar.q.58.ver.ſed quid.

Pax ſi ſit facta monacho,vt monacho eius intuitu,ſi habet filium ante ingreſſum ex legitimo matrimonio,& ſpectat facere pacem ei filio, & non monaſterio,aut ipſi monacho intuitu eccleſiæ,& debet præferri monaſterium. Aut ſumus in dubio.& ad vtrunque ſpectat. Sed bene eſt,vt in omni caſu habeatur pax ab vtroque.Clar.d.q.58.verſi. vlterius. Amplia etiam ſi filius ille foret naturalis,& certus,vt eſt cōmunis opinio.Clar.ver.ſcias autem.

Pacem facere poteſt pupillus maior infante tutore auctore. communis eſt opinio.Clar.ver.quæro.q.58.ſecus ſi minor ſit infante, vt eſt communis opinio.Nec eſt opus iudicis decreto in pace conficienda. & hoc ſi ſit tutor generalis,ſecus ſi ſpecialis.vide ibi latius.

Pacem facere poteſt procurator,qui habet ſpeciale mandatum ad hoc. Secus ſi generale cum libera adminiſtratione,vt eſt communis opin. Clar.d.q.58.ver.ſed an procurator.

Pax habita à vulnerato,poſtea ex vulnere mortuo,non prodeſt. Clar.d. q.58.ver.quæro pone.Suza.inter conſi.crimi.conſi.3. in 1.vol. vide omnino.D.Moro.in tract. de fide,treuga & pace.q.3. per totum. Et ſi ſtatutum requirit,quòd habeatur pax ab hærede,nō prodeſt,ſi habuit à defuncto,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.58.ver.quæro pone.Idem eſt de iure communi,quòd habens pacem pro vulneribus ab eo,qui ex eis ſit mortuus,pax de vulneribus nihil ei prodeſt,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.58.ver.vnum tamen ſcias.

Pax vxoricidæ non prodeſt habita à filiis communibus, communis eſt opinio.Clar.q.58.ver.contingit,quia debet habere à fratribus,& attinentibus vxoris.

Pax habita à filio offenſi,qui non ſit hæres,non valet,vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.quæro nunc. Bonum tamen eſſet habere pacē ab vtroque.Clar.ibi ver.ſed hic incidenter.Nec ideo in hoc filius faciendo pacem,dicitur adiuiſſe hæreditatem,vt eſt communis opin. Clar ibi.ver.Sed hic incidenter. Debet tamen tutè incedere filius, & hæres ſanguinis producere ſupplicationem,& impetrare diſpēſationem à Principe,vt poſſit facere talem remiſſionem.aliquo etiā percepto,citra ius & nomen hæredis.

Pax debet haberi ab omnibus hæredibus de neceſſitate,nec ſufficit maior pars,vt eſt communis opinio.& præſertim ſi ſtatutum hoc vellet. vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.frequenter. Etiam à fœmina hærede.Secus ſi quid ei particulariter relictum, vel eſſet excuſa à ſtatuto,vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.ſed quid ſi, & ſi nullus adſit hæres à quo pax haberi poſſit,poteſt impetrari gratia à Principe,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.ſed quid ſi.Moronus. q.103. de fide,treuga & pace.vide omnino etiam Viuium in ſuo cōmuniū opin. ver.ſtatutum diſponens.quòd bannitus in 1.parte. Et nos Ferrarienſes habemus de hoc ſtatutum.ſub rubr.quòd bannitus de bāno non extrahatur niſi de voluntate eius.qui eum in banno poni fecit.Ad quod ſtatutum ,vide D.m.Alciat.in conſ.42. in 5.vol. Clar.q. 59. Tiraquell.de legibus connubia.lib.1.in glo.1. ſub nu.61. Iaſ.in l. cum filiusfamilias.nu.100.ff.de leg.1.& num.92.Nouell.in pract.cri. vbi de pace agit.Bertach.in ver.pax.Et illud ſtatutum eſt ſtricti iuris. Bal.conſ.195.num.4.in 2.parte.vide etiam plotum in repeti.l. ſi quādo.num.... papi.352.ad fin.Foller.in pract.crimi.titu.audiantur exceptiones proponendæ.num.18.vide Alexand.conſ.50.D.m.Cagnazinum multæ eruditionis vir. in regula nemo poteſt. de regu. iur. in 6.Bald.in l.ſi filius. qui in fi.ff.de vulga. & pupilla. Ruin. in §.& quid ſi tantum.col.11.de liber.& poſth.Arno.dialogo 14.Soarez verbo pax.num.66.& ſeq.

Pax fieri poteſt pro abſente à notario,ſtipulante nomine omniū,quorum intereſt.Clar.q.58.ver.dictum eſt.quod procedit in pace ſolēni. Alias pertinet ad Sacerdotem & confeſſorem. Et pax ſtipulata à notario nomine abſentis,debet ratificari,alias eſt nulla,vt eſt communis opinio.D.Marcus Brunus Ferrarienſis inter conſ.per D.Zilettū. conſ.94.& D.Bertazolus Finalenſis,vir multæ literaturæ. inter conſ. crimi.conſ.95.num.3.& 4.tomo 2. licet eum refellat.D.Corratius in ſuo communium opinionum.inſpectione 2.num.33.fol.56.& quòd ratificatione opus non ſit in pace ſtipulata per notariū nomine abſentis.dicit magis communem opinionem diſertiſſimus iuriſconſultus.D.Hercules de Sylueſtris.inter conſilia criminalia,conſ.97.tom. 2. vide quid dicat Moronus de fide,treuga & pace.num.6. vbi tenet quòd non ſit neceſſaria ratificatio in pace.nec ideò poſſit reuocari quia quicquid fit propter pacem legis habet vigorem.Bald.in conſi. 212.in 3.Nouellus de pace.num.65.

Pax facta ſimpliciter pro iniuria,vulnere.vel morte, non cenſetur facta remiſſio pro damno pecuniario offenſi,vel pro expenſis,vt eſt communis opinio.Clar q.58.ver quæro modo.

Pax facta in foro conſcientiæ non prodeſt in foro fori,vt eſt cōmunis opinio.Clar.q.58.ver.ſed in propoſito,& debet haberi plena pax & remiſſio,vt quis conſequi poſſit gratiam.Clar.ibi.verſicu. adde. vide Guil.de Cuneo,inter conſ.crimi.conſ.8.tomo 1.

Pacem non ſolum debet habere principalis,ſed & auxiliator ad homicidium,& condemnatus in pœnam pecuniariam,ſi vult ab ipſa pœna gratiam conſequi.Clar.q.58.ver.& aduerte.

Pacis inſtrumento opus eſt,vt pax facta dicatur,vt eſt communis opin. Clar.q.58.ſcias etiam.

Pacem regens prouinciam ſuadere faciendam,non compellere poteſt, vt eſt communis opinio. Clar.q.58.ver.pro complemento.

Pax dicitur rupta pro offenſione filij, vt eſt communis opinio. de qua Moronus de fide,treuga & pace.q.145.num.5.

Pacem rumpere non intelligitur offendens, à quo prius fuit offenſus, & prouocatus,quia non ex antiqua cauſa, ſed ex noua cenſetur motus.Cherianus in ſuo communium opinionum.in ver.pax. Pariſ.cōſ. 165.num.16.in 4.vol.communem dicit.

Pax ſemel ab aliquibus inita,non ideo ſtatim rupta cenſebitur, quòd cauſa aliqua de nouo ſuperuenerit.communis eſt opin. Soarez ver. pax.Pariſ.conſ.165 in 4.vol.

Pacem faciens cum aliquo,& iniuriam remittens.non intelligitur intereſſe,vel damnum remiſiſſe,vt eſt communis opin. Soarez in ver. pax.num.64.vbi etiam alia.Et ideo cautela eſt,vt in contractu pacis remittatur omne damnum & intereſſe in iudicio,vel extra. Moronus de fide,treuga & pace.q.177.num.8.

Pacem ſimpliciter tutor,vel pupillus tutore,auctore facere poteſt. ſecundum magis communem opinionem.Pacem tamen cum obligatione ad pœnam facere non poteſt,& facta nō tenetur,vt eſt cōmunis opinio.Chirconius de communi opinio.centu.5.conclu.73.

Pax non impedit,quominus publico iudicio reus damnari poſſit,vt eſt communis opinio.de qua D.Hierony.Gabriell.conſ.172.nu.45.

Pax non dicitur rupta ex noua cauſa ſuperueniente, vt eſt communis opinio.Portius conſi.71.num.1.5.& ſeq.Cæpha. conſ.35. Benintendius deciſ.Bono.55.num.2.Soarez ver.pax. num.62.idem in iudiciis. num.63. D.Hierony.à Monte in ſuis quæſtionibus.q.6.num.4.ſecus in treuga,quia noua cauſa allegari non poteſt,vt eſt communis opi. de qua ibi.num.6.& ibi communiorem dicit.num.14. Limita. vt ibi per eum.num.ſeq.Nonius conſ.110.nu.8.communem dicit. Corne. conſ.284.in 4.

Pacem rumpens poteſt offendi ſine metu pœnæ conuentionalis, vt eſt communis opinio.de qua Nonius conſ.110.nu.3.& conſ.111. nu. 30. vbi iuſta cauſa excuſat à pœna conuentionali in pace rupta,vt eſt cōmunis opinio.ibi.

Pax in dubio cenſetur rupta ex noua cauſa.non ex veteri,vt eſt cōmunis opinio.D.Octauia. Vulpellus de pace, q.47. num.1. Benintendius deciſ.Bono.65.num.2.communem opinionem dicit, Pariſ. conſil. 165.in 4.vol.Corn.conſ.51.in 1.vol.Moronus de fide,treuga & pace q.112.& quæſtionibus ſeq.Limita,vt per ipſum Moro. q.117. & ſeq. Et quæ ſit noua cauſa?Moro.ibi q. 122.

Pax prodeſt abſenti.etiam in foro iudiciali. Fran.de Are.in l.ſtipulationum.§.Cato.in fi.ff.de verb.obliga.communem dicit.

Pater poteſt facere pacem etiam prolia inuita,vt eſt communis opinio, de qua D.Hierony.Gabriell.conſ.172.num.44. Quid ſi extat ſtatutū quòd propter pacem habitam de iniuria illata. An aut pœna tollatur, vel diminuatur ad mitigationem pœnæ,ſufficiat pax habita à patre de iniuria facta filio? Vide per Soc.in c.olim.nu.41.& ſeq.de iniuriis, & damno dato.

Pax facta à patre non obligat filium.Licet enim pax ſit tranſactio, vel pactum,ſeu habeat vim tranſactionis,vel pacti:non comprehendit filium,niſi eſſet hæres patris.Et ideò de pace rupta per filium,qui occidat iniuriantem patrem,non tenetur,quia pax non dicitur rupta. Nam perſona non nominata in pace nō ſubintelligitur, nec filius in huiuſmodi actibus comprehenditur,nec adhærentes,potiſſimum in his , quæ præterirā ſolam & hominis priuati iniuriam ac ſimplicem eius remiſſionem continent,vt eſt communis opinio,de qua D.Hieron.Gabriellius in conſ.182.nu.3.& ſeq.niſi exprimantur,vt ibi.Ita vt poſſunt ex offenſa ſubſequuta de pace rupta teneri.Etiam poſt paces publicas, & bella, non continentur adhærentes,niſi exprimantur,vt eſt communis opinio. de qua ibi.num.6.

Pace facta pro ſe & hæredibus,pluribus relictis deceſſit.ſi vnus offendatur,pœna contra omnes inſolidum committitur, ſed communis opinio.ſtat contra.Moronus de fide,treuga & pace q.134.num.7.

Pace rupta ab aliquo poteſt offenſus illum offendere,abſque metu pœnæ conuentionalis. Tob.Nonius conſ.110.nu.3.communem dicit.

Pacem cum alio faciens , intelligitur ſolum remittere iniuriā & rancorem,ſed non damnum illatum, vel intereſſe,vt eſt communis opin. Soarez verbo pacem.num.64.

Pacem rumpens alteri.alter eam rumpere poteſt,vt eſt verior & receptior opinio.Soarez verbo pacem.num.69.

Participans in crimine crimino ſo cum excommunicato,eſt excommunicatus ex ſententia Canonis.Cardinalis in ca.ſuper,de ſententia excommunica.communem dicit.

Peccatum originale eſt illa macula,ſeu ſordes,cui eſt annexa illa pronitas ad peccandum,vt eſt communis opinio,de qua Abb,in cap.maiores.§.verum.num.2.de Baptiſmo.

Peccatum detectum in confeſſione de licentia pœnitentis,poteſt publicari,etiam ſi poſtea non ſit ratificatum.Felin.in cap.Matthæus de Simonia communem dicit.

Peccare, etiam venialiter quis non debet, vt alias mortaliter non peccet,vt eſt communis opinio,de qua burgos in cap.cum delicti.num. 25.de emp.& vēdi.fol.28.Nam pro re nulla mundi licet turpiter agere,vt ibi.

Pecuniarias pœnas poſſunt prelati clericis pro delictis imponere,vt eſt communis opin.Et de conſuetudine pœnas illas poſſunt applicare hodie camere Epiſcopali.Clar.q.80.ver.in hac,vt eſt communis obſeruantia,deberent tamen in pios vſus erogari inquit Clarus.

Pecuniaria mulcta damnatus , ſi in ſolutione minima pars defecerit, corpore ſupplebit:quia qui non habet in ære luat in corpore,vt eſt communis opinio.Soarez in verſ.pecuniaria.num.88.

Pater conueniri non poteſt ex condemnatione filij in cōtumaciam facta,quibuſcunque verbis vtatur ſtatutum,vt eſt communis opinio. & recepta de qua Tob. Noni.conſ.94.nu.10.& conſ.102.nu.4.Limita hoc eſſe verum.quando ſtatutum requirit condemnationem fieri pro maleficio.Secùs ſi ſola condemnatio vndecunque & qualiſcūque ſufficit,vt dicit Bal.in l.qui repudiantis. §.1.ff.de inoff.teſta,quòd probat.

Pœna ob alienationem in forenſem nō procedit,vbi alienatio eſt facta ſub conditione.Si princeps conſenſerit,vt eſt communis opinio.de qua Plotus.inter conſ.crimi.conſ.108.num.42.in 1.Tomo.

Pœna.quæ venit applicanda parti,remitti non poteſt per reſcriptum,vt eſt communis opinio.Ruin.conſ.153.nume.1.in 5.vol.Fallit, vt ibi per eum.

Pœnæ delictorum regulariter non tranſeunt ad hæredes.Niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto.Limita in pœna imponenda ab homine,ſecus.vbi pœna pro delicto apponeretur ipſo iure per legem.Secundò limita procedere in pœnis,pro quibus competit actio,Secus ſi competit exceptio, vt eſt communis opinio.de qua Soci.in l.ſi quis iniquum.§.quòd autem.ff.quòd quiſque iur.

Pœnam ſtatuti ex cauſa poſſunt minuere Magiſtratus maiores,vt eſt cōmunis opinio.de qua Deci.in cap.de cauſis.num.19.de offi.delega. vbi magis communem dicit.Et etiam delegati,cum deſtinctione,de qua per Abb.in c.de cauſis de offi.& po. iudi.delega.vbi etiam ponit quòd pœna tunc dicitur expreſſa, quando de ea cauetur in lege ſtatuto,Canone conſuetudine.&c.

Pœna capitis eſt multiplex,& poteſt verificari in pœna deportationis, vel ſimili,vt eſt communis opinio de qua Alex.in conſ.115.num.7. in 3.vol.vbi infert.ad ſtatutum dicens,quòd quicquid tale fecerit, puniatur pœna capitis, quòd non intelligitur de morte quòd dicit notandum.quia vbi accurrunt pericula perſonarum,ibi luunt pecuniariæ,& tunc melius ſatisfacit conſultor,quàm ſecus,vt dicit Paul. de Caſt.in conſilio 459.in fi.in 2.volum.Et ſtante ſtatuto ciuitatis, quòd qui facit tale quid,ſoluat mille libras vel luat in capite,ſtatutū videtur capitale,l.1.§.item ſi ita.ff.de pœna.legata.Ioan.Fab.inſtitu. de publicis iudiciis.§. publicorum. nu.2.in fi. Soarez.verſ.pœna nu. 141.An autem appellatione pœnæ capitalis neceſſariò veniat pœna mortis?Reſpon,quòd non,vt eſt communis opinio.Graſſus communium opi.lib.2.c.7.q.2.

Pœna vbi eſt imponenda iudicis arbitrio,non debet imponi pœna ordinaria ſed mitior.tamen magis communis eſt ſententia,quòd attēdi debeat.An qualitas delicti & circonſtantiarum ſit talis,quòd de iure, vel cōſuetudine ſit pœna mortis imponenda, & tunc imponi poſſit, alias non.Ita dicit Alex.conſ.121.numer.7.in vlt.vol.vide omnino Soci.Senio.in c.licet,de pœnis.Et quilibet iudex,qui poteſt de cauſa cognoſcere,poteſt ex cauſa pœnam alterare, & commutare,vt eſt communis opinio,de qua ibi per Soci.num.21.vide omnino Dec.in conſ.100.num.10.in 1.vol.Et Menochium de arbit.iudi Et vbi crimen membri abſciſionem requirit vna ſola manus debet amputari per Bar.& glo.in Auth. vt differen.iudi. §.quia verò, num.1.Et no. quòd Vicarius Poteſtatis non poteſt abſcindere membrum,vel pœnam mortis inferre, vt dicit Alberi. in l.aliquando. ff.de offic.proconſul.& lega.

Pœna omnis,etiam à iure determinata,eſt arbitraria iudici.Adeò quòd poteſt eam ex cauſa diminuere,vel augere. Maranta in Speculo in 4. parte.in 1.iudiciorū & diſt. nu.65.vbi dicit.Ita hodie ſeruari.Vide tu tamen.Suza.inter conſ.crimi.conſ.1.Tomo.1.per totum.in his autē arbitrandis iudex debet habere puram,ſinceram & rectam conſcientiam,ita,vt non declinet ad dexterā,vel ſiniſtram, ex affectione abſoluendo,vbi nō eſt abſoluendus,& ex odio nolit abſoluere abſoluendum,iudicando iniuriam grauē,vbi eſſet leuis.Soc.ſen.in ca.officij, num.69.de ſententia excommunica.Alba in conſ.95.num.2.&.conſ. 69.num.5.& per Menochium in ſuo de arbitrio indicis.

Pœna Auth.de inceſtis nup.vt dos & bona publicētur,vt confiſcentur vbi inceſtæ nuptiæ contrahuntur,locum habet,etiam ſi nuptiæ eſſent inceſtæ de iure canonico,& non de iure ciuili,vt eſt communis opin.de qua Plotus inter conſilia crimi.conſ.132.num.17.

Pœna conuentionalis tollit eam,quam lex ponit D.Octauia. Vulpellus de Pace.q.52.num.3.communem probans.Et pœna conuentionalis etiam debetur de æquitate Canonica.Riminaldus nouiſſimus in cōſi.69.num.23.& dixi in meo tractatu de æquitate Canonica.Et pœna conuentionalis non applicatur fiſco, niſi expreſſè ſit dictum, ſed parti.Bal.in l.ſi quis maior.in 7.no.C.de tranſact.Iaſ.in l. ſi quis id, quòd.ff.de iuriſdic.omnium iud.deciſione Senen.poſt cōſ.crim.nume.6.in 2.vide omnino Riminal.conſ.22.Corne.conſ.167.in 3.Iaſ.in cōſ.49.in 3.vol.Marſil.ſing.503.Moro.de fide treuga & pace.q.125. & ſeq.Et ſi promiſiſti me non offendere ſub certa pœna pecuniaria ſi me offendis,incidis in illam,& etiam in pœnas legales & ſtatutarias,vt per Caſtr.in l.Non impoſſibile.nu.6.ff.de pactis.,Fallit, vt ibi per eum.Et no.quòd pœna pluries committitur,quando eſt clauſula appoſita,quòd toties committatur,quoties contrafactum fuerit. Idem quando appoſita eſſet clauſula.Rato manente pacto.Pariſ.cōſi.165.num.6.in 4.vol.vide Corne.in pluribus conſiliis ad quæ te dirigit Reperto.in verbo pœna conuentionalis. Et debet probare petens pœnam conuentionalem,quòd expleuit ex parte ſua. Alias ſuccumbit.Alex.in conſil.133.in vlt.vol.Et debet fieri monitio,ſiue interpellatio.Dec.conſil.2.num.3.Quænam autem ſit pœna legalis,& quæ conuentionalis?inter tantos,ponit.Caſt.in l.cum ſtipulatus.nu. 5.ff.de verb.oblig.

Pœna debet minorari propter delictum antiquum,puta decem annorum,vt eſt communis opin.Clar.q.60.ver.prætereà plura de pœnis. Diaz.in verſi.pœna.

Pœna minoratur,ſi rixantes ſunt conſanguinei,& delictum ſit leue,ſecus ſi atrox,quia grauius puniuntur quam cæteri.Clar.q.60.ver. ſed pone.Furta autem domeſtica mitius puniūtur. Clar.in §. furtum.vide tamen Marſil.ſingul.524.Et quando iudex poſſit , vel non poſſit minuere pœnam.vide fuſiſſimè per Benedic. de Vado foro Sempro. in reperto. Felino in verſiculo iudex.an poſsit immutare pœnam. fol.68.colum.1.

Pœnæ autem aut ſunt capitales,aut non capitales.Pœna capitalis propriè & ſtrictè loquendo accipitur pro pœna ſanguinis , vt eſt communis opin.Clar.q.67.in prin.Sed exilium eſt etiam pœna capitalis, vt euitetur ergo ambiguitas,in ſentētia condemnatoria mortis, debēt addi illa verba.Ita quòd moriatur.&c.& anima ab eius corpore ſeparetur.&c.Et cuius ſit pœnæ electio iudicis,vel rei,ponit Dec. in c.inter cæteras.de reſcrip.Soarez.ver.pœna.num.141.Graſſus cōmuni.opi.lib.2.c.7.q.2.

Pœnæ legales fiſco applicantur communiter , vt habetur in l. agraria, de termino amoto.Corne.conſ.322. litera M.in 4.volu.Fallit in pœnis conuentionalibus,quæ cōtrahētibus debent applicari,vt ibi per Cor.Et pœnæ cōuentionales etiam de iure canonico exigi poſſunt vltra quā interſit,& ſic ſimpliciter,prout eſt communis opinio. de qua Cor.conſ.28,litera R.in 2.vol.Et quando approbatur laudum, ſeu conuentio principalis pœna tūc peti nō Poteſt.Idē Cor.ibi.litera C.Et ſocius nō ſeruans conuenta in ſocietate, tenetur ad pœnas legales & cōuentionales.Cor.conſ.266.litera G in 3.vol.Et pœna cōuentionalis,ſi in aliquo intereſt tātundem,& nō vltra peti poteſt ex pacto pœnali,vt per Cor.conſ.188.litera F.& Et per totū.vol.1.vide omnino Ant.Gabriel.in ſuo cōmunium concl.li.7.concl.34.per totū Et 17.& pœna cōuētionalis ad hoc,vt peti & exigi poſsit per vnum ex contrahentibus aduerſus aliū,qui cōtrauenit , quæ requirantur. Cor.in conſ.344.in 1.vol.per totum Et no.quod pœna in prætoriis & iudicialibus ſtipulationibus eſt loco intereſſe,& non exigitur ceſſante intereſſe,vt eſt communis opini.D.Hierony.Gabriell.conſilio 811 numero 7.

Pœna,quæ ipſo iure imponitur,vexat hæredes,vt eſt communis opin. Soarez ver.pœna.num 129

Pœna ſtatutaria tollit pœnam legis,vt eſt communis opi. Graſſus communium opin.li.2.c.6.q.5.Marſi.in pract.crim. in §. quæritur num. 6.vbi infinitos adducit.Fran.Mar.deciſ.Delphina.909.& 910.Et ibi an pœna legis,vel ſtatuti poſſit augeri,vel minui.Capic.deciſ. Neapol.136.nu.5.Et quòd pœna ſtatuti tollat pœnam iuris communis. Moronus de fide,treuga & pace q.123. numero 8.& ſeq.Limita, vt ibi per eum.

Pœna adiecta certę quantitati,dicitur appoſita in fraudem vſurarum, vt eſt communis opinio,de qua D.Anto. de Leutis noſter olim Ferrarienſis inter conſ.cri.conſ.17.nu.2 tomo 2.quod intelligit ibi. nu. 19.de fraudere ipſa,& nō ex propoſito.vbi etiā dicit.nu.46.quòd ſi inſtrumento ſit clauſula.quòd toties quoties conqueſtum fuerit,debeatur ipſa pœna,poterit in pūcto iuris pœna duplicata peti ratione vtriuſque termini.vide Soc.ſen.in c.conſtitutus.de pœnis.nu.52.

Pœnæ in foro conſcientiæ exigi poſſunt,vt eſt communis opinio.Anto. Gabriell.in ſuo communium cõclu.lib.7.conclu.34.Amplia & limita,vt ibi per eum.& no.quòd quando pœna imponitur à lege,ſi aliquid factum non fuerit,pœna nunquàm committitur,niſi monitio præcedat, idem in contractu, & pœna conuentionali interpellatio requiritur.Dec.conſ.2.nu.3.in 1.vol.vbi de interpellatione plura.

Pœna non declarata contra auctorem,non poteſt contra eius hæredes declarari, vt eſt cõmunis opinio.Anto.Gabriell.in ſuo communium conclu.lib.7.concl.35.Amplia & limita,vt ibi per eum.

Pœna generalis non habet locum,quando ſpecialis eſt inducta, vt eſt communis opinio.Blancus in pract.crimi.fol.72.num.56.

Pœna capitalis ſine dolo nõ incurritur,nec ſufficit lata culpa,vt eſt communis opinio.de qua D.Hieroni.Gabriell.in conſ.172.num.11.Soarez ver.pœnis.num.155.Burſa.conſ.94.num.8.

Pœna impoſita in prima parte conſtitutionis ſenſetur appoſita,& repetita in ſecunda parte.quando additio fit conſtitutioni per viam participationis,vt eſt communis opinio.de qua Bellenci.in tracta de charita.ſubſi.q.44.vbi ita declarat d.communem opinio.

Pœnæ oppoſitio in matrimonio à conſanguineis vel amicis,non valet, ſecus ſi ab extraneis.Panor.in cap.Gemma.num.9.de ſponſa.communem dicit.

Pœna quæ debetur ratione commiſſi delicti pertinet ad primum iudicem,non ad ſecundum,Boer.deciſ.5.num.2.communem dicit.

Pœna appoſita ex diſpoſitione hominis,non acquiritur illi,cuius contẽplatione poſita eſt,ſed venientibus ab inteſtato.Ioan.Nicola.in l.generaliter.C. de ſecun.nup.num.48.communem dicit.

Pœna vi nubentis,& mulierum & maritum comprehendit.Dec.conſi. 230.& conſ.87.Durans de arte teſtan.titul. ſexto.cautela 18.communem dicit.

Pœna nunquàm intelligitur impoſita ipſo iure,niſi lex ita exprimat,vt eſt communis opinio.de qua D.Hieroni.Gabriellius in conſil.196. nume.1.& ſeq.

Pœna non eſt imponenda,vbi à iure non imponitur, vt eſt communis opin.Soarez v er.pœna. nu.126.nec ex conſenſu delinquentis impoſita ſenſetur,vt eſt communis opinio.ibi.nu.127.nec quis in foro conſcientiæ ad pœnam impoſitam à lege,vel canone.tenetur vſquã, vt eſt communis opinio.ibi.num.128.

Pœna quæ ipſo iure imponitur,afficit hæredes, vt eſt communis opinio.Soarez ver.pœna. nu.129.

Pœna quæ applicatur fiſco,facit cauſam eſſe criminalem,vt eſt communis opinio.Soarez.verbo pœna,num.132.

Pœna capitalis dicitur exilium perpetuum,vt eſt communis opin.Soarez ver.pœna.num.141.

Pœna à iure non determinata, vſque ad mortem iudex imponere poteſt ex arbitrio,vt eſt communis opi.Soarez ver.pœna.nu.142, Sed contraria opinio eſt magis communis,& magis æqua.ibi.num.143.

Pœnam pecuniariam ſoluere non volens,luat in corpore,vt eſt communis opinio.Soarez in ver.pœnam nu.143.& ver.condemnatus.

Pœnam non probabit aliquis pro aliquo nuſquàm,vt eſt communis opinio Soarez ver.pœnam.nu.145.

Pœna legalis,& æquæ interdictionis, denuntiationiſque in matellum, ſeu deportationis,ac relegationis eſt ſublata,vt eſt communis opin. Soarez ver.pœnæ.num.146.& ſeq.

Pœnę quæ ex variis delictis inſfliguntur. confunduntur,& vna eorum imponitur,vt eſt communis opin.Soarez ver.pœnæ.nu.148.& ſi variis legibus pro vno delicto legens pœnas imponunt,vna electa,cæteræ omittuntur,vt eſt communis opinio.ibi.num.149.ſed ſi plures pœnæ concurrunt pro delicto,quæ ſimul dari nequeũt,vnam iudex eliget,vt eſt communis opinio.ibi.nu.150.idem ſi pœnæ alternatiuè imponuntur, & vtraque ſit corporea,vel ad iudicem verba referuntur,electio erit iudicis,non rei,vt eſt cõmunis opin.ibi nu.151.& pro eodem delicto plures pœnæ imponi non poſſunt regulariter,vt eſt communis opin.Capra regula 69.nu.1.fallit,vt ibi.& quilibet iudex, qui poteſt cauſa cognoſcere, poteſt ex cauſa pœnam alterare, vt eſt communis opin.de qua Soc.ſen.in cap.licet.de pœnis.num.21.

Pœna legis nouæ veterum non tollit,vt eſt communis opinio.Soarez ver.pœna nu.152. niſi ſint pares,vt eſt communis opinio.ibi.num. 153.Sed ſi ſtatuto ſit impoſita pœna,ceſſat iuris communis opinio, & ſupplicium,communis eſt opinio.ibi.nu.154.vide Soc.ſenior.in c. vt fama.num.99.de ſententia excommunica.

Pœnas ſtatutarias exteri omnes luent,nulla habita differentia, ſcierint nec ne ſtatuta,ſi pœnas illas ius commune etiam imponit prohibẽs, vt eſt communis opinio Soarez.verſ.pœnas.

Pœnas ex cauſa iudex minuere poteſt,& mutare,vt eſt communis opini.Soarez.ver.pœnas.nu.157.ſiue ex legibus,ſiue ex ſtatutis. Cauſa. autem erit iuſta,Ætas, furor, ira,amor,Ebrietas, ſuperioris mandatum,metus,vis,aduerſarij prouocatio,iuſtus dolor,nobilitas,& ſi qua ſimilia,vt ſunt communes opiniones ibi num. 159.

Pœnam à non ſeruante petere poteſt,qui obſeruat,vt eſt communis opinio.de qua Soci.Senior in cap.conſtitutus.num.12.de pœnis.

Pœna ratione partis nõ ſolutæ,etiam de iure canonico,vt eſt communis opinio.Soci.Senior.in c.tuam.num.10.de pœnis.

Pœnas ex cauſa,poterit temperare iudex ante ſententiam,ſi ſibi viderit, vt eſt communis opin. Capra regu.18.num.25.

Pœna ipſo iure inflicta non incurritur niſi declaratoria præcedente,ex communi.Burſa.conſil.14.nume.18.& conſil.77.nume.22.& conſi. 43.nume.22.

Pœna ordinaria ceſſat,vbi quis ex ſola propria cõfeſſione,& qualificata punitur,vt eſt communis opin.Burſa conſ.77.nu.16.& num.25.

Pœna & crimen extinguuntur mortuo delinquente ante ſententiam, vbi non eſt ipſo iure impoſita,vt eſt communis opinio.conſ.77.nu. 20.per Burſatum.

Pœna pecuniaria,quando lis eſt conteſtata,vel delinquens fatetur in iudicio delictum,tranſit ad hæredes mortuo ipſo delinquente ante ſententiam,vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.77.num.21.

Pœna capitalis famoſi libelli porrigitur ad edentes,ſcribentes & retinẽtes illos,vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.94.num.8.

Pœna ſtatuti,licet pecuniaria,tollit pœnam iuris communis,licet corporalem,vt eſt magis communis opinio.Burſa.conſ.194.num.4.

Pœna pari puniuntur mandans & mandatarius, cum ſtatutum in rem loquitur,& eſt ſecutus effectus,vt eſt communior opin. Burſa.conſi. 20.nume.1.

Pœna capitalis infligitur pro famoſo libello,vt eſt communis opinio. Burſa.conſ.20.num.55.

Pœna relapſorum,vel hæreticorum eſt ignis. & confiſcatio bonorum, vt eſt communis opinio.Burſatus conſ.7.num.40.

Pœna nunquam incurritur,niſi declarante eo,ad cuius fauorem eſt inducta,vt eſt communis opinio.Burſatus conſ.12.num.48.

Pœna vbi applicatur parti cauſa eſt ciuilis,vbi verò fiſco eſt criminalis, vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.53.num.28.Chircouius in ſuo communium opinio.centuria 1.concluſione 58.

Pœnitentiam implorans quicunque hæreticus ante exequutionem ſententiæ,admitti debet,vt eſt communis opin.Burſa.conſ.14.num.31.

Pœnitentiæ hodie omnes ſunt arbitrariæ. Soci.Senior in cap.eccleſia veſtra de ſortilegiis.num.43.

Pœnitentes delinquentes,profitentes religionem publicæ,penitentiæ, ſunt de foro religioſo,vt eſt communis opinio.Clar.q.35.verſic.fuit aliquando.

Pœnitentia delinquentis poſt commiſſum delictũ non excuſatur,quin poſſit accuſari.Et licet in aliquibus caſibus excuſet, non tamen in crimine hæreſis.Et licet hæretico pœnitenti peccatur.Si quis tamen alium de hæreſi falsò accuſauerit,non poteſt pœnitere,immo eſt puniendus.Aut quem pœnitet ante condemnationem,& patratum delictum,quia facere non potuit,& non excuſatur.Aut pœnituit,& potuit facere,& noluit,nec in totum excuſatur,vt eſt communis opin. Clar.q.60.verſ.fui quandoque.

Pœnitentiæ omnes hodie ſunt arbitrariæ, & arbitrium Sacerdotis nullum operatur in mutatione & diminutione pœnæ, alias debitæ pro peccato,vt eſt communis opinio, de qua Burgos in cap.2. de empt. & vend.il 2.§.vt menſuræ.num.2.fol.16.Quod arbitrium debet intelligi de arbitrio boni viri & periti ſacerdotis,vt eſt communis opinio,de qua ibi num.5.

Percutiens Epiſcopum iniurioſè,licet regulariter ſit excommunicatus. Tamen ſi quis ſe defendendo Epiſcopum , vel Cardinalem offenderet,non diceretur temerè & iniurioſè feciſſe,nec in pœnam incidiſſe,vt eſt communis opin.Clar.q.77.verſic.percutiens.

Percutiens clericum præter intentionem habita diligentia,ſecus ſi animaduertit & cognoſcit illum clericum eſſe pro defenſione extraneorum.non incidit in pœnam excommunicationis.Soc.ſen.in cap.peruenit num.216.communem dicit.

Perempta inſtantia,ſi reus de ea excipiat,accuſator amplius non eſt audiendus,communis eſt opin.Clar.q.51.verſ.alia etiam.

Pœnam ſtatuti ex cauſa poſſunt minuere Magiſtratus & iudices, vt eſt dictum:ex communi opinione. Adde, quòd adeo eſt vera hæc communis opinio,vt non obſtante iuramento,quòd ab initio officij ſumunt Magiſtratus,poſſunt illam ſtatuti pœnam ex cauſa permutare, augere,vel minuere.fuſius proſequitur.Paulus Grillan.in tractatu de relaxatione carceratorum.§.6.num.7.tomo 15.cauſas autem iuſtas, propter quas iudex poteſt pœnas alterare,commutare,augere & diminuere,poſui ſupra.& ponit etiam Soc. Senior in c.licet à num.22. vſque ad finem,& Tiraquellus in tract.de pœnis.Fallit,vbi ſtatutum imponeret pœnam ipſo iure,vel ipſo facto,quia tali caſu iudex non habet poteſtatem per viam alienationis,aggrauationis,& commutationis.Soc.Senior in c.1.nu.5.de ſententia excommunica. Et quando pœna imponitur à lege,vel ſtatuto alternatiuè,electio eſt iudicis,niſi verba ſtatuti.vel legis dirigerentur ad reum,Abb.in cap. crapula. nume.4.de vita & honeſta. clerici. communem dicit. vide plura per Benedict. de Vado foro Sempro.in Reperto. Felino. in verſic. electio,in pœnis alternatiuè à lege impoſitis.An detur reo,vel iudici. Et Felin.in capitul.inter cæteras.nume.5.& ſeq.de reſcrip.Et pœna

ſtatutaria determinata relinquitur arbitrio iudicis,vt poſſit eam augere & minuere,ex iuſta cauſa,ſed cognita cauſa.vt dicit Bald. in l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de pœnis.Et no.quòd pœna in prætoriis ſtipulationibus,& iudicialibus eſt loco intereſſe,& non exigitur ceſſante intereſſe,vt eſt communis opinio.D.Hieron.Gabriellius cõſilio 181.numero 8.

Periculum vitæ vt probetur,ſufficit probare,quòd eius aduerſarius venerit armatus contra eum,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium.ver.ſed quomodo.

Perditas res,cum quis eas reperire non poſſit,rectè dicitur ſe perdidiſſe.Si verò probatur res pœnes ſe fuiſſe,ſi tenebatur ad exhibendum res iudicis officio,poteſt probare ſe caſu perdidiſſe per ſuum iuramẽtum.Si verò tenebatur iure actionis,tunc debet probare ſe perdidiſſe manifeſtis probationibus.Et eodem modo,quando res eſſe amiſſas eſt cauſa actionis.ille,qui agit,debet probare ſe perdidiſſe manifeſtis probationibus.Bart.in lege ſi quis.§.an hæredi.ff.de eden. vbi Pariſius in Addi.dicit hanc diſtinctionem eſſe communiter approbatam.& ibi fuſius per Pariſi.Et quando eſſet dubium.An res eſſet culpa amiſſa,nunquam quis pro culpa poſſet cõdemnari.Crauetta cõſilio 8.numero 30.Firmanus in ver. amiſſio.Et probato caſu,vel amiſſione,culpa poſtmodum debet probari per allegantem. Æmilia. in conſilio 37.numero 6.Et ad hoc,vt quis ex culpa præcedenti obligetur ad caſum,requiritur,quòd culpa illa ad caſum fuerit ordinata,vt ibi dicit Crauetta numero 29.Æmilianus d.conſi.73. nume. 8.Item,quando agitur contra aliquem ob caſum,qui euenerit culpa ſua,debet articulari & probari,quòd niſi fuiſſet illa culpa,caſus ille non eueniſſet.Crauetta d.conſi.8.num.27.

Perſuadens alicui delictum alias non facturo,tenetur eadem pœna,qua delinquens,aliàs ſecus,vt eſt communis opinio.Clar.q.88. ver. hoc autem.

Periurus debet deponi,vt eſt communis opinio.de qua Soci.in c.1.numero 112 de crimine falſi.

Periurus regulariter non efficitur infamis infamia iuris,vt eſt communis opinio,Clar.in §.periurium,ver.ſed quæro.Nam vt periurus efficiatur infamis,opus eſt,vt veniat contra promiſſionem & iuramẽtum,non contra iuramentum tantum,vt eſt communis opin. Clar. ibi.Nec efficitur infamis,ſi aſſerat quid,quod ſit de præterito, vel præſenti,ſed ſi promiſit quid de futurorum iuramento,& defecerit efficitur infamis,vt eſt communis ibi.

Periurus ſi ſit clericus priuatur dignitate obtẽta,nõ ipſo iure,vt eſt cõmunis opinio.Et ſi inſtituatur in aliquo beneficio ita periurus, non tenet inſtitutio ipſo iure,vt eſt cõmunis opi.Clar.d.§.periurium.

Periurus repellitur à teſtificando,quando iuramentum fuit licitum. Aliàs ſecus,ſi temerarium,vel illicitum,vt eſt communis opin.Clar.in d.§.periurium,ver.repellitur.

Periuro nunquam defertur iuramentum in ſupplementum probationis, vt eſt communis opinio, de qua Clarus in d.§.periurium,verſi. item periuro.

Periurus excuſatur à periurio, ſi peierauit abſque dolo,vt eſt communis opinio.Clarus in §.periurium,verſiculo excuſari.Item excuſatur propter difficultatem,vt eſt communis opinio.ver. item excuſatur. Excuſatur etiam,ſi oſtẽdat,quòd nemini ſit damnum,communis eſt ibi ver.poteſt etiam,excuſatur etiam,ſi reſpondet inquiſitioni,& iureiurando negat contenta in inquiſitione fore & eſſe vera,communis eſt opinio,verſic.ſcias. Idem,quando pars alteri parti in iudicio inſtat deferri iuramentum,quia peierans, non poteſt aliter puniri,vt eſt communis opinio.

Periuro non creditur teſti torto,etiam ad formandam inquiſitionem, vt eſt communis opinio.Burſa.conſi.79.num.11.& conſ.35.num. 5. & conſ.20.num.55.Chircouius communi opinio.Centuria.4. conclu.39.communem dicit.

Periurus non dicitur,qui reſpondendo inquiſitioni cum iuramento negat,vel dicit mendacium,& conuincatur.ideò non debet puniri ordinariè,nec extraordinariè, quia qui in delictis negat,nõ dicitur eſſe in dolo,& ideo puniri non poteſt.vt dicit Bal.in l.ſi ex cauſa,in 2.lectura.ff.de mino.quia ſcriptum eſt,non tibi dico,vt te perdas.Et iſta eſt communis opinio.Beroius quæſtione 134.per totum & quæſt. 135.numero 3.Et ita practicatur,vt dicit Boſſi.tit.de periurijs.num.3. quia in foro contentioſo non punitur tanquam periurus,Soci.Iun. in conſi. 38.nume.5.in 2.vol.vbi allegat l.fi.ff.de pri.vbi licet inquiſitus iurauerit de calumnia,licet ſibi citra reatum periurij deierare propter ſanguinem redimendum.Et inquiſitus poteſt negare impunè,& variare,& hæc ſua negatio non facit indicium ad torturam,etiam ſi eſſet fur.Ioan.de Amicis conſilio 134.Et no.quòd periurus, quando prius contrauenit,nunquam poteſt poſtea impetrare abſolutionem à iuramento,quia fruſtra quis legis auxilium inuocat,qui committit in legem.Alexan.in conſi.118.numero 5.ad fi.in vlti. vol. Benintendi.deciſ.bono.49.vtrum autem quando lex,vel ſtatutum defert iuramentum poſsit quæri de periuro? Vide per Bal.in l.1. nu. 1.C.de rebus credi.Et ſi minor,etiam doli capax peierauit in inquiſitione,poteſt in integrum reſtitui,& in criminalibus negando. Beroius q.135.Niſi in atrocioribus,& niſi in principalibus delictis dolum habentibus,at ſecus in emergentibus,ſcilicet circa confeſsionem,vel negationem.etiam iuratam.

Periurus non punitur, quando iuramentum non alteri,ſed, ſibi ſoli eſt præiudiciale in foro contentioſo,ſed ſolum in foro animæ,vt eſt communis opin.de qua Beroius.q.134.nume.6.

Periurus eſt priuandus beneficio,non autem eſt priuatus,vt eſt communis opin.de qua Feli.in c.ex parte num.1. de reſcrip. & in c.querelam.nu.1.de iureiuran.

Periurus in cauſa,in qua agit repellitur ab agendo,vt eſt communis opini. D.Rolan.à Valle in conſ.25.num.28.in 3.volu.Nec pars poteſt ei remittere iuramentum, & dictum periurium,vt eſt magis cõmunis opinio.de qua Rolan.à Valle ibi numero 31.

Periurus ab ordine deponitur,& ratione periurij emphyteuta priuatur emphyteuſi.Et ratione periurij quis agere prohibetur in cauſa, in qua periurus fuit,ſecus in aliis,quod etiam habet locum in Epiſcopo qui pro periurio grauius punitur vt eſt communis opin.à qua non eſt recedendum. vt dicit Ioan. de Selua, in tracta.de Beneficio. q.2. part. 3.num.24.Tomo 4.

Periurium nunquam infamiam ipſo iure irrogat. Niſi in promiſsione non impleta deficiat,vt eſt communis opinio.Soarez ver.periurium numero 94.

Periurium ab eccleſiaſtico iudice punitur,vt eſt communis opin. Soarez verſ.periurium,num.95.& ſi non ſit alterius damno,ſolum Deo eſt relicta pœna,vt eſt communis opin.num.96.ſi quis autem periurium nõ eſſe peccatum mortale aſſerat,hæreticus cenſetur,vt eſt cõmunis opinio.ibi.nu.97.Periurium autem ab eo commiſſum, cui in iudicio aduerſarius detulit iuramentum,non punitur. niſi à Deo, communis eſt opinio.ibi.nu.98.Idem in accuſatoribus ſuper detegenda criminum veritate,ſi peierant,vt eſt communis opinio.Vel ſi periurium ſine dolo committunt,oſtendatur,communis eſt opinio. ibi.nu.100.vel ſi difficultas in concepto prius iureiurando contigerit,vt eſt communis opinio.ibi.num.101.

Periurus non dicitur,qui poſitionem partim veram,partim falſam iuratus ſimpliciter negat,vt eſt communis opinio.Soarez verſi.periurij.numero 102.

Periurus à teſtimonio dicẽdo in omni cauſa repellitur, vt eſt communis opin.Soarez ver.periurus.nu.103.Nec iuriſiurãdi copiam impetrat vt mancam probationem expleat,communis eſt opin.ibi. num. 104.Nec ſi pœniteat eſt idoneus,vt eſt communis opin.ibi.nu.105. fallit,ſi quis temerè peierauit,vel illicitum iuramentum ſuſceperit, ac violauerit,vt eſt communis opin.ibi.nu.106.& 107.

Periurus non eſt infamis infamia iuris,vt eſt communis opinio.Clar.in §.periurium.in prin.

Periuro nunquàm defertur iuramentum ſuppletorium,vt eſt communis opin.Clar.d.§.periurium.verſi.item periuro.

Perſonæ digniores quæ dicantur iudicis arbitrio relinquitur. Dec. in c.ſedes.nu.7.de reſcrip.communem dicit.& no.quòd illa dicitur maior dignitas,quam generaliter homines opinantur eſſe maiorem,vt eſt tex.in l.athletas,ff.de infamibus.ibi omnes opinantur. quam ad hoc allegat Bal.in conſ.387.in 1.vol.

Plagiarius punitur pœna capitis,ſi ſit ſolitus talia committere.Et ſi non ſit ſolitus,aut habuit animum celandi,& vltimo etiam punitur ſupplicio.Et ſi non habuit animum celandi, mitius debet puniri, vt eſt communis opinio.Clar.q.68.verſi.plagiarius.

Plagiarius dicitur,qui ſubtrahit ſeruum alienum animo celandi domino,aliàs ſi tantum ſibi vult habere,non dicitur plagiarius,vt eſt cõmunis opinio,vt per Bart.in l.non ſtatim.ff.ad l.fauiam de plagiariis.

Plures an poſſint vnum ac eundem in eodem accuſare libello, ſic diſtingue. Aut intereſt cuiuſlibet accuſantium ratione officij, vt ſunt plures tutores,vel adminiſtratores,vel eorum interſit ratione communis iniuriæ, & poſſunt ſimul omnes in eodem accuſare libello,non in pluribus, Aut nullus eorum intereſt. & tunc ſimul non admittuntur,neque in eodem libello,neque in diuerſis,ſed vnus eorũ eligitur,qui ſit magis idoneus,communis eſt opinio.vltimum de pluribus,qui non habent intereſſe, intellige, vt procedat, parte opponente, quia aliàs valeret iudicium,vt eſt communis opinio. Item intellige,vt procedat,niſi illi omnes vellent vnum procuratorem cõſtituere.tunc enim procurator poſſet nomine omnium cauſam proſequi,vt eſt communis opin.Clar.q.13.

Plures non poſſunt ex diuerſis delictis in eodem accuſari libello,vt eſt communis opinio.Clar.q.13.verſic.ſed nunquid.

Plures poſſunt ſimul in eodem accuſari libello,quando agitur de eodẽ delicto à pluribus ſimul,vel ex eadem cauſa commiſſo,vt eſt communis opinio.Clar.q.13.ver.quæro nunc.

Plures vnum vulnerantes,vnico tantum vulnere læthali,& vulneratus moriatur,ſi ignoretur quis vulnus illud intulerit,omnes abſoluuntur à pœna ordinaria,& condemnantur pœna pecuniaria. communis eſt opinio.Idem eſt ſi plura ſint vulnera læthalia, & ignoretur ex

ex quali ſit mortuus,vt eſt cōmunis opinio.Sed ſi ex propoſito & animo deliberato homicidium committant,omnes tenentur pœna ordinaria homicidij,vt eſt communis opin. item ſi plura ſunt vulnera, & vulnerantes certi,tunc illi tantum,qui intulerunt læthalia vulnera tenentur de occiſo,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium. ver.vt verò.

Plura delicta eiuſdem generis committens, ſi id fecit ex interuallo,pluribus pœnis eſt puniendus,pro numero delictorum,ſeu vulnerum illatorum,vt eſt communis opinio. Si verò eodem tempore ſint cōmiſſa,& tunc debet pœna ſimiliter pro numero delictorū multiplicari,vt eſt communis opinio.Clar.q.84.ver.ſcias etiam.

Plura vulnera vno ictu illata,& cum bidente,aut tridente,habentur,& puniuntur pro vnico tantum vulnere,communis eſt opinio.Clar.q. 84.ver.hæc autem, vbi dicit delinquentem etiam hoc caſu debere pro pluribus vulneribus puniri,& ita etiam ſemper vidiſſe in practica obſeruari.

Pluries rem carnalem habens ex interuallo cum eadem vxore alterius licet poſſit dici pluries commiſſum delictum,non tamen eſt puniendus,niſi pro vnico adulterio,vt eſt communis opin.Clar.in §.adulterium ver.ſed pone.

Pœna criminis læſæ Maieſtatis, quæ per l.quiſquis. C.ad l.Iul. maieſt. etiam filiis delinquentium eſt impoſita,non extenditur ad filias,vt eſt communis opinio.Clar.in §.læſæ maieſtatis.ver.hæc autem.

Pœna criminis læſæ maieſtatis , quo ad filios. ex l.quiſquis. C.ad l.Iul. maieſta.non ſolum in patre committente locum habet,vt eſt communis opinio.ſed etiam in matre.Clar.in §.læſæ maieſtatis.ver.quæro,etiam.

Pœna eadem,qua reus,ſi conuictus eſſet,puniendus fuiſſet,puniri debet, qui in accuſatione defecit.Etiam ſi perſona ſit honeſtior quàm accuſatus.Clar.q.81.ver.ſed pone.

Pœna raptus de qua in l.vnica. C,de rapt. virg. habet locum etiam in eo,cui rapta conſenſerit ſiue ab initio,ſiue ex poſt facto,vt eſt communis opinio.Clar.in §.raptus.ver.adde,

Pœna raptus, non habet locum in eo,quam raptam carnaliter non cognouit,vt eſt cōmunis opin.quæ ita diſtincta recipitur.Nam aut nō cognouit,quia non potuit,& puniendus eſt dicta pœna.Aut potuit ſed noluit,& nō eſt puniendus.Clar.d.§.raptus.ver.ſed quid ille.

Pœna raptus nō habet locum in rapiente publicam meretricem.communis eſt opi.Car.in d.§.raptus.ver.quæro nunquid.

Pœna raptus non habet locum in muliere rapiente virum.communis eſt opi.Clar.d.§.raptus verſi.ſed pone.quæ ſibi placet, quidquid in contrarium dicatur.

Pœna raptus eſt vltimum ſupplicium,& aliæ graues pœnæ,vt eſt communis opinio.Clar.d.§.raptus.verſ.ſed quæro.

Pœna ſacrilegij de iure ciuili eſt extraordinaria, ſecundum qualitatem rei,perſonæ & temporis,& ſexus, ſemper tamen eſt capitalis,vt eſt communis opinio. Clar.in §.ſacrilegium.

Pœna ſodomiæ eſt pœna mortis,tam in agente quàm in patiente,ideſt ignis,vt eſt conſuetudo.& eſt communis opinio.Clar.in §.ſodomia. verſi.ſed quæro.

Pœna ſtupri de iure canonico eſt in clerico pœna depoſitionis,ſi cum virgine ſit cōmiſſum,vt eſt communis opi.in laico autem:aut dotet aut ducat,ſi ipſa parentes contentantur.Si verò diſſentiant,tenetur dare dotem,& ſi ipſa mulier renuerit,verberibus cæſus in monaſterium eſt detrudendus in terris eccleſiæ ſecus in terris imperij,vt eſt communis opinio. De iure autem ciuili pœna mortis locum non habet,ſed dimidiæ partis bonorum cum relegatione,vt eſt communis opin.Sed quicquid ſit de iure. Tamen de conſuetudine tenetur, vel dotare vel in vxorem accipere. Et ita ſeruatur in practica. quæ concluſio intelligitur, ſi cum honeſta virgine ſtuprum ſit commiſſum,alias ſecus,vt eſt communis opin.Et creditur mulieri de ius virginitate,quia præſumitur,quòd fuerit virgo,vt eſt communis opin. Clar.in §.ſtuprum ver.ſed quæro.& ver.ſed pone.

Pœnæ impoſitę viduis nubentibus intra annum luctus,ſunt ſublatæ hodie,non tamen ſublatæ contra viduas libidinoſas & luxurioſas,vt eſt communis opinio.Nec ſi intra annum vidua ſtuprum committat, & eſt communis opinio.Et talis vidua perdit tam ipſæ quàm ſtupator omnia ſibi relicta à teſtatore,& applicatur fiſco,vt eſt communis opinio.Clar.in §.ſtuprum.ver.generaliter.

Prælati inſufficientes debent deponi,vt eſt communis opinio.Epiſcopus autem negligens non poteſt ab aliquo alio deponi,præterquàm à ſummo pontifice,communis eſt opinio.Papa autem propter inſufficientiam deponi non poteſt, vt eſt communis opinio. Clar.q.73. ver.prælati.

Prælatus, ſi deliquit vna cum capitulo præiudicat eccleſiæ,vt eſt communis opinio.de qua Aret.in conſ.114.num.5.

Præceptum pœnale parte comparente,reſoluitur in vim ſimplicis citationis,& ita ſe habet communis conſuetudo,à qua non eſſe recedendum in iudicando.dicit Nicellus in tract.gloſſarum. numer.337.ſeu nume.357.

Præceptum pœnale debet fieri cū clauſula.Si ſenſeris te grauatum cōpareas iuſtitiæ complementum recepturus,& ſi comparet ille,cui ſit perceptum, præceptū reſoluitur in vim ſimplicis citationis. Alex.in conſi.143 num.5.in vlt.vol.& eſt communis opinio,vt per Pariſ cōſil.116.num.99.in 1.vol.& conſ.116.num 23.eo.vol.Bal.in conſ.177. in 3.vol.

Practica antiqua eſt ſeruanda.Dec.conſ.344.num.2.in 2.vol.Crauetta conſ.91.nu 7.in j.vol.Riminal.conſ.120.in prin.in 1.vol.Cotra rerum memora.ver.practica.Nam practica eſt finis iuriſconſultorum.Corſus indaga.iuris lib.12. Nam communiter omnes ſcientiæ conſtant principaliter in duobus.ſcilicet in theorica & practica.Albe.fuſius in proœmio.C.& practica.eſt facti,vel mixti iuris & facti,& ideò in ea legitimè erratur,vt in cap.1.de conſt. libro ſexto. Baldus dicto conſ. 170.in ſi.in 3.volum.

Præceptum,quòd aliquid fiat ſub aliqua pœna,non intelligitur ipſo iure,ſed videtur quædam comminatio, vt eſt communis opinio. D. Herculanus de cautione de nōn offendendo.cap.44.num.2. Dec.in regula factum.§.in pœnalibus.ff.de regul.iur. communem dicens.& ibi D.Herculan. ponit practicam,vt quis ipſo iure cadat in pœnam præcepti.tu tamen vide Cagnol.in l.1.in princ. ff.ſi quis ius dicenti non ob.num.97.& ſeq.

Præſcriptio 30.vel 40.annis cū mala fide non currit in actionibus perſonalibus etiam pro legato competentibus , communis eſt opinio. Curt.iun.conſ.203.nu.26.in 3.volum.Nec etiam hæres defuncti, qui fuit in dolo,quia tenetur exonerare conſcientiam defuncti.vt eſt magis communis opin.Felin.in cap.ſi diligenti. de præſcript.Balbus de præſcrip.in 2.par.3.partis,diſt.1.q.12.

Præſcriptio in delictis etiam occultis locum habet , vt eſt communis opin.de qua D.Gargianus inter conſ.crim.conſ.124.num.17.

Præmium ex ſtatuto,vel proclamate quis non conſequitur,qui denuntiauit,vel arguit aliquem de maleficio, ſi non probauit, vt eſt communis & generalis conſuetudo.Clar.q.27.ver.ſed pone.

Præmium ſuo edicto index ſtatuere poteſt capienti delinquentem,qui aufugit è manibus beruariorum,vbi delictum eſſet atrox. Edictum autem generale conficere nequit,quòd quicunque cœperit,&c. Cla. quæſt.26.ver.ſed quid.

Præmium à ſtatuto conſtitutū officialis capiens reum delicti non conſequitur,quia tenetur illud facere ex officio, vt eſt communis opin. Clar.q.29.ver.cæterum.

Præſcriptio in cauſa vſuraria non currit,vt eſt communis opinio.Arno. problemate 35.

Præſcriptionem lex inducens & admittens malæ fidei,non valet,vt eſt communis opi.de qua Fortunius in tract.de vltimo fine iu.cano.& ciui.num.49.& communem dicit Zanneti.in tract.de differen.inter ius cano.& ciuile.num.75.Balbus in tract.præſcrip. in 13.prin.q.nu. 4.Bouius de ſtatuta.præſcrip.

Præſcriptio rerum in corporalium debet eſſe cum bona fide.Felin.in c. ſi.de præſcrip.communem dicit.

Præſcriptionem non impedit mala fides prædeceſſoris.Afflic.deciſio.4. num.7.communen dicit.Cagnol in l.qui in alterius.num.16.ff.de regu.iur.dicit contrariam eſſe communem.Sed tu dic pro concordia . ſecundum iura,quæ allegat Afflic.intelligit de ſingulari ſucceſſore. Cagnolus autem in vniuerſali hærede.qui tenetur exonerare conſcientiā defuncti. Curt.iun.in conſil.177.num.14.ita conciliat Ioan. Baptiſta Vezinus Hiſpanus in ſuo Ærario communium opinionum in verbo præſcriptionem.

Præſidentes ciuitatis non habent merum imperium,ſed tantum minimam iuriſdictionem.D.m.Aciat.in c.quòd ſedem.nu.86.de offic.ordi.communem dicit.

Prætor quis eſſe non poteſt in loco,vbi eſt ortus,nec poteſt ſubrogari loco prætoris de iure,vel conſuetudine,nec ſubdelegari,& hoc non videtur habere aliquòd probabile dubium. Rui.in conſ.138.nu.2. & 3.& ſeq.in 5.vol.

Poſſeſſiones,quæ poſſidebantur ante tempus belli,poſſeſſoribus,facta pace reſtitui debent, & eo magis ſi reperiantur apud fiſcum,vt eſt communis opinio.de qua D.Rolan.à Valle in conſ.1.nume.118.in 3.vol.

Poſſeſſio transfertur ex contractu ſimulato,quando agitur,vt transferat.Cur.iun.conſ.108.num.12.communem dicit.

Poſſeſſionem antiquam probans, nouus poſſeſſor præſumitur clandeſtinus,& inuaſor.Cur.iun.conſ.165.nu.5.communem dicit.

Poſſeſſionem alterius ex inualido iudicis decreto ingrediens,tanquàm turbator pœnas luet,vt eſt communis opinio.Soarez ver.poſſeſſionem nume.191.

Poſitiones in cauſis criminaibus per accuſatorem & fiſcum rectè fieri poſſunt,ſecus autem per reum,communis eſt opinio,Clar. ver ſed hic incidenter. Iac.de Are.in tract.de poſitionibus. in §.ſeptimo,vbi dicit.quod vſus iudiciorum ſe habet,vt accuſatus poſitiones non faciat,ne ſi fortè poſt accuſationem accuſatus pactus fuerit cum accuſatore,iſto modo crimen impunitum remaneat. Quando autem

poſitionibus in criminalibus ſit reſpondendum. ponit Bart. in lege Marcellus.§.qui rerum.nu.1.ff.rerum amotarum.& ponit octo caſus, quibus quis tenetur reſpondere poſitionibus criminalibus. Natta in clem.ſæpe.§.& quia col.7.de verb.ſigni.

Peritus inſignis,in criminalibus mitius punitur, vt eſt communis opi. Clar.q.60.ver.pariter.

Præſumptiones ſeu indubitata indicia ſunt triplis generis.Alia iuris & de iure,ſuper quibus lex ſtatuit,& ea approbat,etiam in criminalib. Alia iuris,quæ lex approbat in ciuilibus. Alia hominis,quæ colligũtur ex factis hominum,& ſignis,Aliæ autem præſumptio nes, quando delicta ſunt huiuſmodi,quæ ſine dolo non committuntur ad cõ demnandum aliquem non ſufficiunt,vt eſt communis opin.de qua D.Hieron.Gabriell.in conſi.180.nu.20. plures tamen præſumptiones ſimul coniunguntur. Moronus de fide,treuga & pace.q.183. & ibi etiam,an ex præſumptionibus quis poſſit damnari ad mortem. q.centeſimaoctuageſimaſexta.

Præſumptiua ſufficit probatio,& per coniecturas in his,quæ occultè fieri ſolent, & ſic à communiter accidentibus.Calepha. inter conſi. crimi.diuerſorum.conſi.86.num. 21.in ſecundo volu. communem eſſe probans.

Poſitiones adeò efficaces,vt ponant veritatem ante oculos, vel efficaces,iunctæ cum ſemiplena probatione directa ſufficiunt ad condẽnationes,vt eſt communis opinio,de qua Boſſius.tit.de cõuictis.nu. 37. Aliàs vbi quis condemnatur ex præſumptionibus,debet mitius puniri,quam quando condemnatur ex luciſſimis probationibus. Alex.conſi.138.num.11.in vlt. vol.& no.quòd diuerſæ præſumptiones,diuerſæ ſpeciei non coniunguntur ad perficiendum probationẽ vt ſequatur condemnatio. Et ideò fama cum vno teſte non coniungitur.vt faciat plenam probationem in criminali.Dec.cõſ.189.nu.15.

Præſcriptionem ſemel completam non tollit mala fides ſuperueniens præſcribentis,vt eſt communis opinio.Burgos in c. cum dilecti. nu. 22.fol.26.de emp.& vend.

Princeps de plenitudine poteſtatis nõ poteſt tollere defenſionem reo, vt eſt communis opinio,de qua Marſil.in conſilio 81.num.79.in 2. Eſſet tamen ponere os in cœlum conſulere contra potentiam Principum.quia poſſent ſequi mala & periculoſa valde.Bald.cõſi.248.nu. 4.in 1.volumine.

Princeps poteſt omnes pœnas remittere, tam corporales quàm pecuniarias,etiam per ſententiam & condemnationem inflictas.Etiam ſi talis ſententia in rem tranſiuiſſet iudicatam, vt eſt communis opin. Clar.q. 59.ver.& hæc quidem.

Princeps poteſt teſtium receptionem alteri cõmittere in criminalibus ſiue ſit eccleſiaſticus,ſiue ſecularis, vt eſt communis opinio. Clar.q. 26.ver.vnum ſcias.

Princeps non poteſt inuitis hominibus caſtrum,vel ciuitatem alteri alienare,ac ſubiicere.Curt.iun.in conſi.184.nume.17.communem dicit.Neuiza.inter conſi.feuda.Bruni.conſi.12.per totum.

Princeps licet non poſſit ius alicui competens auferre ſine cauſa,poteſt tamen auferre obſtaculum ab eo,cui tale ius competere poteſt, faciẽdo capacem,de incapace ſine cauſa.Curt.iun.in conſi.138. numer.5. communem dicit. vide Soc.in ſuo communium opinionum. litera Princeps.num.10.communem dicit. Felin.in c.quæ in eccleſiarum. num.33.de conſtit.communem dicit.

Princeps non poteſt tollere ſine cauſa ea,quæ ſunt iuris naturalis. Cur. iun.in conſi.128.num.5.communem dicit.

Princeps ſine cauſa poteſt tollere hæreditatem illis,qui ab inteſtato acquiſierunt,legitimando ſpurium.Cur.iun.conſi.15.& conſi. 138. nu. 10.& communem dicit,vel qui aliàs ſunt vocati,vt ibi.

Princeps mãdans temerè,vel iniquè aliquem ſuſpendi, excuſat officialem.Debet tamẽ expectare per aliquos dies exequi,vt videat,ſi Princeps reſipiſcat. Sed non noſtræ tempeſtatis. Soarez in ver. Principi. nume.273.

Princeps monitus à ſubditis,ſi non deſiſtit ab iniuſta actione, poterit per ſuperiorem feudo priuari,vt eſt cõmunis opin.de qua D.m.Alci. in conſi.7.num.33.in 3.lib.nec iſto caſu dominus ipſe erit iudex, ſed ſuperior,cuius officium poterunt ſubditi implorare,ne eos permittat in debitis oneribus aggrauari,vt ibi latius per D.Alciã. & ſi hoc facere nequeũt propter metum,ſuperior debet prouidere motũ proprio,vt per Docto.in c.cum M.Ferrarien.de conſtit.Iaco.à Canibus in tract.repreſaliarum.num. 12.Nam ab initio Principatus Principes debent cauere de non exercenda tyrannide,vel vtenda.de qua cautione D.Menochius poſt tract.de recuperanda poſſeſſione.fol.8.in 1. reſponſo.nu.56.Principes autem, qui non exercuerunt tyrann idem enumerat Io.Claudius conſ.14. inter quos Principes ex familia Extenſi, memoria dignos ſe cernit.

Priuata delicta ſunt ea,quorum accuſatio,vel perſecutio regulariter nõ permittitur,niſi parti læſæ,vt eſt furtum,damnum, iniuria, arborum furtim cæſarũ bonorũ raptorum,& huiuſmodi.communem eſſe dicit Clar.in §.j.ver.priuata.& hoc quidem procedere de iure ciuili.Secus de iure canonico,quia ſecundum ius canonicum omnia delicta ſunt publica, vt eſt communis opin. Sed hodie ſtatutis potius locorum adhærendum eſſe exiſtimat.

Probatio per viſum ſecundum omnes eſt maior omnibus aliis. Caſonus in tract.de indiciis.tract.10.c.1.num.1.fol.49.

Probatio rei dubia in delictis confundit probationem actoris,communis eſt opi.Boſſi.tit.de conuictus.nu.60.

Probatio rei imperfecta,directè cõtraria probationi actoris,nihil operatur.Secus ſi tendat ad probandum quid diuerſum,vt quod ad defenſionem homicidium factum ſit,vel quòd mortuus ſit ex malo regimine vulneratus,vt eſt communis opin. Boſſi.de defenſionibus reorum.num.10.

Probationes in falſi crimine debent omnino concludere , vt eſt communis opi.Soc.iun.in conſ.38.num.44.in 2.vol.

Probata aggreſſura,& inſultu,ſi inſultatus incontinenti percutit,ſemper præſumitur percuſſiſſe ad defenſam,vt eſt communis opin.Ancha.in cle.1.de homicidio.per gl.ibi communiter approbatam , de qua Rimin.in conſi.23.nu.17.ver.vnde ſuccedit.

Probatio vera fit ex pluribus indiciis,vt eſt communis opi. Marſil. in conſi.3. num.4.in j.vol.

Probatio admittitur contra fictam confeſſionem, id eſt contumaciam. communis eſt opin.D.Rol.à Valle conſi.47.num.29.in 3.vol.

Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores , vt eſt communis opin.Clar.q.24.in prin.Nouellus reg.162.in 3.fallen. vbi ponit fallẽtias.& no.triplicẽ eſſe probationẽ in criminali.ſcilicet perſpectiuã, ſiue intuitiuã.itẽ præſumptiuam,& indicatiuã,de quib. omnib. Bal.in l.ſciant cuncti.col.2.nu.8.C.de probat.vbi de qualibet tradit exempla.& omnino eſt videndus.Vt ſciatur,quando ſit probatum plenè,ſemiplenè & pleniſſimè.& vide Clar.q.66.ver.debent autem.Alias tamen vbi eſt difficilis probatio,lex eſt contenta ea probatione,quæ haberi poteſt.etiam per coniecturas, vt à communiter accidentibus contingit.Alex.conſi.37.nu.2.in vlt.volu.Et illa dicitur ſufficiens probatio,quæ inducit iudicem ad credulitatem.Soc.conſi. 54.nu.13.in 3.vol.& conſ.9.nu.6.eo.vol.Limita,vbi ſcilicet ageretur de pœna corporali,quod probationes debent eſſe luce meridiana clariores,ſecus ſi de pœna pecuniaria.& ita limitatur l.fi.C.de prob. Ludo.Bolog.in Addi.ad cõſ.49.Ananiæ fuſius.D.m.Alc.in tract præſump.reg.nu.2.præſump.9.ſub.nu.4.& tiam in crimine falſi probationes debent eſſe euidentiſſimæ & concludentes,vt eſt communis opinio.de qua D.Hieroni.Gabriel.in conſilio 169.numero 13. idem etiam in crimine hæreſis.idem D.Hieronim. Gabriellius. in conſilio 178.num.1.

Probationes non coniunguntur in criminalibus , nec fit earum collectio, vt eſt communis opinio.D.Brunorus à Sole in ſuo vnico conſilio numero 69.

Probationum materia eſt arbitraria iudici.Curt.Iunior in cõſ.106. nu. 10.communem dicit.& in conſ.166.nu. 1.& in conſ.178.num. 1.vbi dicit,quòd cum ſit arbitraria poteſt iudex ex cauſa teſti plenè deponenti non adhibere fidem.

Probationes duæ ſemiplenæ non coniunguntur ad faciendum plenam probationem,vt eſt communis opin.Clar.q.63.verſi.tu ſcis.In cauſa criminali quoties agitur de pœna corporali, ſecus ſi de pecuniaria, etiam ad condemnationem.Secus ſi cauſa eſſet decidenda per Principem,quia plura indicia iungi poſſunt ad condemnationem,etiam corporalem.Clar.ibi.

Proceſſus ſi formatus fuerit contra minorẽ vigintiquinque annis, nullo ei prius dato Curatore,ipſo iure eſt nullus,vt eſt communis opin. Clar.q.50.in prin.

Proceditur criminaliter duobus modis,vel ex officio,vel ad inſtãtiam partis,vt eſt communis opin.Clar.q.3.ver.1.ad inſtantiam partis,quãdo pars porrigit quærelam,vel accuſationem.Ex officio,quando iudex ex ſe ſuſcipit.informationes contra delinquentem,& contra eũ procedit,& hoc eſt procedere per viam inquiſitionis.Et quando iudex procedit ad inſtantiam partis,iudicium eſt ordinariũ,extraordinarium vero,quando ex officio,communis eſt opin.Clar.ibi.ver.ex hac.Niſi ex conſuetudine hodierna,quæ efficit, vt iudex ex officio in omnibus criminibus poteſt procedere per inquiſitionem. Clar. ibi ver.certè,communem dicit.

Procurator regulariter in criminalibus non admittitur, vt eſt communis opinio.Clar.q.32. in prin.in criminibus non.modo publicis,ſed & in priuatis.communis eſt opin.ibi.ver.j.Graſſus cõmunium opin. lib.2.c.10.q.1.Limita tamen,vbi nõ fuiſſet oppoſitum .ibi.q.2. & eſt communis opinio.Vantius de nullita.proceſſ.fol.169.num.177.Alberic.in l.accuſatore.§.ad crimen.nume. 14.ff.de publi.iudi.Corne. in conſi.325.in 3.vol.Iaſ.in conſ.144.in 4.vol.Nam ſi poſſet comparere procurator nunquam poſſet fieri cõdemnatio de reo,quia augeret.Limita tamen in procuratore accuſatoris,qui ad hoc haberet ſpeciale mandatum ad accuſandum,vt eſt communis opinio. Clar. ibi.verſiculo Ratio autem.Ampla in criminibus,in quibus irrogatur pœna corporalis vel corpori afflictiua,vt fuſtigatio , vt eſt communis opinio,Clarus dicta q.32.verſic. ex hac Limita nõ procedere. vbi

vbi eſſet imponẽda pœna pecuniaria,vt eſt cõmunis opinio.ibi.ver. cæterum.vel relegationis,vt eſt communis opinio, ibi verſi. huic. eſt exilij vel confiſcationis ibi communem dicit. Blancus in pract. crimi. fol. vigeſimo. numero 51. Cæpolla conſilio crimi. 47. num.6.& conſ.71.num.3.Idem.ſi tractaretur de priuanda dignitate alicui,ſeu depoſitione ab ordine,vt eſt communis opinio.ibi ver.idẽ etiam. Idem,ſi pœna arbitraria eſſet iudici, qui corporis afflictiuã inferre non poſſet.communis eſt opinio.Clar.ver.ſed quæro.Secus ſi eſſet arbitraria Principi,vel ſuperiori.Idem eſt ſi ſtatutum in defectũ pœnæ pecuniariç imponeret pœnam corporalem,quia poteſt interuenire procurator,vt eſt communis opinio.Clar.ver. vlterius. Bald. in l.ſeruum quoque.§.publicè.ff.de procurato.col.5.communẽ dicit in contrarium.Fallit,vt ibi.& intellige hoc,ſi reus ſit facultatibus idoneus,vel fideiuſſorem præſtet.Limita etiã in inſtructore.quia admittitur.Graſſus vbi ſupra.q.3.vide Portium communi conclu. regula 38.lib.5.Anton.Gabriellius in ſuo communium conclu.libro 7.conclu.9.vbi ampliat & limitat.Nouell.in tract.ad defenſam in princip. numero 10.vbi dicit communem opinio.quòd procurator pro abſente in cauſa capitali poteſt interuenire tanquam inſtructor.ſeu informator pro defenſione rei.Cępolla conſilio 45.num.3.Item limita. in incarcerato iuſtè.quia poteſt comparere citatus per procuratorem, vt eſt communis opinio, de qua Marſil. in pract.crimin. in §.attingam.numero 20.Item limita ſi adſint ſtatuta, prout extant in Italia, quòd abſens poſſit de quolibet crimine puniri,& damnari, ad illius defenſionem,quia poteſt procurator admitti,vt eſt communis opin. de qua Vantius de nullitatibus proceſſ.fol.170.Aretin.in conſil.153. numero.6.vbi communiorem dicit.Sed cauti iudices poſſunt dicere. Ego volo reum in præſentia tanquam melius informatum, vt eſt cõmunis opinio.de qua Vantius ibi.nu.177.Item limita,ſi procurator vult allegare cauſas abſentiæ,Cæpolla conſi.crimi.49. numero.9. & conſilio 50.Non admittitur tamen procurator proponens generaliter abſentiam imputati.Ruinus in conſilio 118.numero 9.in 5.volu. Et vide Marſil.in conſilio 39.numero 29.in 1.vbi dicit,quòd vbi poteſt procedi contra abſentem de crimine,& ferri ſentẽtia ſuper illo, ſemper admittitur excuſator ad allegandum cauſas innocentiæ licet procurator non admittatur.& eſt communis Doctorum opinio, vt per marſil.ibi. idem eſt in inſtructore, quia poteſt non obſtante ſtatuto docere de innocentia rei,vt eſt cõmunis opi.Marſi.conſ.81.nu. 58.ver.cum ergo tot.Et coram Principe pro cauſa capitali, etiam de ordinaria poteſtate non poteſt comparere procurator.Secũdũ Ang. in l.ſeruum quoque.§.publi.ff.de procurato.Calcane.conſilio 2.nu. 56.Admittitur tamen etiam procurator in cauſa criminali ad opponendum exceptionem contra accuſatorem,vel iudicem. Idem,ſi accuſatur monialis,vel vniuerſitas.Benedic.de Vado foro Sempronio. in Reperto.Felin.in ver.Procurator quamuis.&c.Item ad vnum tantum articulum admittitur procurator,idem,quando cauſa criminalis incidit cum ciuili,idem,ſi accuſatus dicit vulnus non eſſe mortale,tunc,ſi eſt dubium admittitur procurator,ſi poſtea apparet quòd eſſet mortale,proceſſus eſſet nullus.Benedic.de Vado.vbi ſupra,vide Felin.in c. meminimus.de accuſa.vbi plures caſus enumerat,in quibus admittitur defenſor,& procurator in criminalibus. Non poteſt tamen comparere procurator pro vulnerante quempiam ad mortẽ. Sed iudex debet ſuperſedere, expectando mortem ipſius vulnerati ibi.Clar.ver.ſed pone.q.32.quia poſtea eſſet opus nouo proceſſu ſuper morte & noua ſequi condemnatio. Et omnia acta præcedentia eſſent nulla.Procurator autem non poteſt cõparere pro contumace abſente ex ſtatuto,quòd requirit perſonam.Niſi quia poteſt proponere cauſas abſentiæ,& eas defendere,vt eſt communis opinio.Clar. d.q.32.verſ.hæc autem concluſio.Quod intellige non generaliter,vt dixi ſupra ex Ruino. Nec poteſt comparere procurator pro banno ſecundo bannito abſente: quia imputet ſibi,ſi non poteſt perſonaliter comparere. Bene poteſt impetrare ſaluumconductum, vt poſsit ſe præſentare.Et ita debet concedi. Clar.ver.tu ſcis. Quod ſaluumconductum facit Princeps,& non iudex,vt ibi.ver.debes ſcire.Poteſt tamen comparere procurator pro hæredibus mortui, quando pro delicto memoria damnatur defuncti,vt eſt communis opinio.Clar. ibi.ver.debes ſcire.Item poteſt comparere procurator pro reo carcerato,vel ſe præſentante ad carceres,vt eſt communis opinio. Clar.d. q.32.ver.item quæro.Tenetur tamen prius reus carceratus, vel præſentatus reſpondere inquiſitioni,accuſationi,vel interrogationibus, quæ fiunt à iudice in primo,vel cæteris,examine,vel in tortura.cõmunis eſt opin.Clar.d.q.32.ver.item quæro per ſeipſum ſcilicet. Ad actus autem ſucceſsiuos,puta ad opponẽdas exceptiones producere capitula,& alia facere in ipſa cauſa,cum legitimo mandato, bene comparet tunc procurator.Clar.verſ.item quæro.Et poteſt allegare cauſas abſentiæ cum legitimo mandato, vt eſt communis opinio. Clar.d.quæſt.32.ver.prædicta.Nec refert habeat mandatum ſpeciale, vel habeat cauſam ipſam proſequendam,quia omnino eſt admittendus.Clar.ibi. Idem, ſi talis procurator proponat reum habere capitales inimicitias in loco, vbi eſt citatus, vt eſt communis opinio. Clar. ibi. verſiculo,idémque. Idem ſi proponat aliquas exceptiones dilatorias,ſeu declinatorias,vel aliquas ex his,quæ ante litem conteſtatam proponi ſolent.puta,quòd accuſator ſit infamis, vel excommunicatus,vel huiuſmodi,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.32.ver. pariter.Quòd intelligit,dummodo talis exceptio nihil ad ipſum crimen pertineret.Secus ſi talis exceptio opponeretur ad proceſſum, ſed tangeret ipſum delictum,vt ſi diceret,quòd alias de ipſo crimine fuit abſolutus,quia non admitteretur, vt eſt communis opinio, Clar.ibi.Niſi talis exceptio eſſet notoria,vt eſt communis opin.Clar. ibi.Si verò talis exceptio eſſet dubia,non admitteretur, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.Procurator etiam admittitur pro eo,qui bãnitum occidit.Et admittitur pro eo etiam quilibet de populo, vt eſt communis opinio.Clar.ibi ver.quæro modo.Et hoc ſi produceret bannum occiſi banniti.alias ſecus.Si requireretur aliqua extrinſeca probatio, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.Item admittitur procurator, quando proceditur per viam exceptionis,quando vult repellere accuſatorem ab accuſatione,vel teſtem à teſtificando,vel impediendum miſſionem in poſſeſſionem prælati ad dignitatem,vel beneficium,ad quòd eſt promotus,& ſimi.quia cauſa eſt ciuilis, communis eſt opin.Clar.ibi verſ.ſeq.Aut exceptio oppoſita per procuratorem tendit etiam ad puniendum,vt quia petat accuſatorem puniri,vel teſtem,non admittitur procurator,vt eſt cõmunis opi.Clar.d. q.32.Item admittitur procurator,pro accuſatore,& denuntiatore,ex communi practica,Fallit ſi principalis ſuus eſſet bannitus, vel aliter non poſſet accuſare,quia fuiſſet accuſatus de aliquo crimine. Clar. d.q.32.verſi.quæro.Item admittitur procurator in criminalibus,parte non opponente,quando delictum eſt tale,quòd non poteſt procedi,niſi ad quærelam partis.Secus ſi ex officio,ex conſuetudine ſcilicet,Chircouius communiũ opi.centuria 1.cõcluſione 59.Et ꝙ omnia geſta per procuratorem in cauſa criminali, vbi agitur de pœna corporali,ſint ipſo iure nulla,licet nõ fuerit oppoſitum de nullitate, quia partis, vel iudicis malitia,negligentia,aut imperitia,non debet iuri publico nocere.Clar.d.q.32.ver.pone.Et procurator & dominus ſimul in caſibus,in quibus procurator admittitur in eadẽ ſentẽtia ſimul condemnari debent,ita practicatur.Clar.d.q.32.ver.vltimo quęro.Et procurator pater pro filio condemnando abſentet comparere poteſt,vt eſt cõmunis opin.de qua Alexan.de Neuo in cõſi.90. nu.3.Corne.conſ.17.litera A.in 3.vol.vbi communem eſſe dicit tam antiquorum quàm modernorum,& ex cõſuetudine totius Italiæ receptum.etiam ſine mandato,vt eſt communis opin.vt ibi per Corn. col.2.Item procurator in criminibus,in quibus venit imponẽda pœna à relegatione ſupra,non admittitur,vt eſt communis opin.vt per Docto.in c.veniens,de accuſa.Paſethus conſ.179.nu.7.Idẽ eſt, quãdo eſt pœna arbitraria,vt ibi.Secus ſi de iure communi pœna pecuniaria imponeretur,vt eſt dictum,vt eſt communis opinio.tam iuris ciuilis quàm canonici,de qua Anto.de Tremolis ad pract. Bonacurſij titu.quibus mo.ſuo nomine ciui.in glo. procurator. litera D.fol. 41.Item ſecus,ſi cauſa veniret ſeparatim à crimine decidenda, licet eſſet criminis excluſiua,vt eſt communis opin. de qua apoſtillantes ad conſiliũ Alex.33.litera B.in 3.vol.Et vide Soarez ver. procurator. vbi quando poſſit comparere procurator.

Procurator fiſci,vt aliquid vendat,nec fidem de precio habere poterit, vt eſt communis opinio.Soarez verſ.procurator.nu.306.

Procurator generalis non poteſt facere actum,per quem dominus cadat in pœnam.Cur.Iun.conſi.149.nu.9.communem dicit.

Prodigus non excuſatur in delictis,ſed punitur vt quilibet alius, vt eſt communis opinio.Licet enim contrahendo non obligetur.Tamen delinquendo obligatur, vt eſt communis opinio. Quæ omnia intellige in delictis,quæ fiunt committendo,ſecus in iis,quæ fiunt omittendo,quia omnes fermè conſentiunt,quòd prodigus excuſetur Clar.q.60.verſ.vlterius quæro.

Prodigus licet æquiparetur furioſo in omnibus,non tamen in delictis. Cagnolus in l.furioſi nu.13.ff.de reg.iur.communem dicit.

Proditor punitur pœna capitis, tanquam reus læſæ maieſtatis.Clar. q. 68. verſi. proditor.Et proditor dicitur tripliciter.Primò, qui prodit Principem,vel Rempublicam.Secundò,qui prodit ſocium,vel amicum,occidendo, vel vulnerando.Tertiò,qui prodit eum,qui in fide ſuſcepit.Ita Bald.in conſi.361.nu.3.in 4.vol.

Producens inſtrumentum,vel ſcripturam,poteſt interrogari.An eo,vel ea vti vult pro verò,vel vera vel ne?vt eſt comm.opi. Anto.Gabriell. communium conclu.lib.7. conclu.7. vbi ampliat & limitat.

Prohibens aliquem teſtari incidit in crimen falſi,vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum,ver.prohibens.

Procemium generale efficit,vt diſpoſitio ſit generalis,licet verba eius, ſint ſpecialia,vt eſt communis opinio.Soarez verbo principium.numero 254.

Procemium ſtatuti & cõſtitutionis,etiam pœnalis dat cauſam finalem & rationem,vt eſt communis opinio.Cur.Iun. in conſ.166. nu.1. & conſ.178.vbi dicit,quòd cum ſit arbitraria,poteſt iudex ex cauſa teſti plenè deponenti non adhibere fidem.& conſ.344.nu.69.in 3.vol.

Prohibere

Prohibere potens delicto,nec prohibens,non ideo præſumitur aſſentire delicto.nec habet indicium contra ſe ad torturam.communis eſt opinio.Blancus in l.fi.num.305.ff.de quæſtionibus,

Promittens de contrahendo cum vna ex filiabus Titij,ſi poſtea cognoſcat vnam,tranſit in matrimonium promiſſio cum illa Præpoſ.in c. ex literis.2.de ſponſa.nu.6. Cruarruuias in Epito.4.§ 1.c.4. nu.17.& Pierius in ſumma,in ver.matrimonium.2.q. 2, communem dicunt. Ioan.Baptiſta Vezinus Hiſpanus in ſuo Ærario communium opinionum.ver.promittens.

Promiſſio de non offendendo intelligitur rebus ſic ſtantibus,& aliqua cauſa non ſuperueniente,vt eſt communis opin.de qua.D. Octauia. Vulpellus in tract.de Pace q.45.num.4.& ſeq.

Promiſſio de non offendendo neque per me,neque per hæredẽ meum vno ex hæredibus contrafaciente,pœna contra omnes committitur pro portione hæreditaria,vt eſt communis opi. de qua D. Hercula. de cautio.de non offen.c,18.num.15.fol.66.

Promittens de ſuo facto,dato,& ceſſo tantum Intelligitur promittere de facto prædeceſſoris ſui,item hæredis,vt eſt communis opi.de qua teſtatur Boer.deciſ.67.D.Herculanus de cautione de non offendẽdo.ca.24.num.12.

Promiſſio ob turpem cauſam,ne quis ſcilicet iniuriam faciat,vel,vt faciat,vel ſi iniuriam fecerit,vel nõ fecerit,eſt prorſus nulla,cõmunis eſt opin. Soarez in eius theſauro communium opinionum,verſic. promiſsio numero 341.

Promittens ſeſe ſtare æſtimationi iniuriæ, quam offenſus ipſe fecerit, Intelligitur arbitrio boni viri,vt eſt communis opin.Soarez in verſ. Promittens.num.352.

Promittens præſentare reum ſub pœna infra certum tempus, quod ſit minus ſex menſium,non ſtatim incidit in pœnam,niſi vltra tempus ſtatutum,dentur ſibi alij ſex menſes,etiam ſi in promiſsione interueniat iuramentum.Et habet locum,etiam in criminali,vt eſt communis opin.de qua Curt.Iun.in conſi.181.nu. 3.in 3.volum.

Promiſsionem impunitatis reo ad eruendam,veritatem iudex facere poteſt.communis eſt opin.Cla.q.55.verſ.circa primum,quam tamẽ damnat Cla.ibi conſulens iudicibus ne ea vtantur. Et ex tali promiſſione extorta,quis non poteſt damnari ad mortem.Si promittens eã impunitatem concedere non valebat Secus ſi valebat, vt Princeps. Clar.ver.circa ſecundum Sed extra ordinem,vt ibi per Clar.

Promittens aliquem non offendere,pace facta,non dicitur pax rupta, ex offenſione ob nouã cauſam,vt quia quis vrtauit,verbiſque conuitium.alicui fecerit,vt eſt communis opin.de qua Nonius conſ.96. nu.15.& in dubio ex noua cauſa præſumitur offenſio.vt ibi.nu.16. Et ſi quis promittit,quod alius eum non offendet,cũ ſit facti alieni promiſsio,excuſatur,ſi fecit diligentiam pro viribus,ne ille talis offenderetur.vt ibi.

Pronuntiandum eſt contra fiſcum in dubio,quando fiſcus agit ex cauſa lucratiua concernente delictum,vt eſt communis opinio. de qua Phebeus inter conſ.crim.conſ.vlt.num.3.

Priuilegium cõceſſum iudęis,vt poſsint mutuare ſuper rebus alicuius, etiam furatis.Intelligitur,quando ipſi ignorant eſſe alienas,vel eſſe furatas. Secus ſi ſciunt, & ideò tenentur tunc eas reſtiture pro dicto pretio.Felin.in c.cauſam,quæ de reſcrip. Et ſi Princeps concedit priuilegium iudæis retinendi res furtiuas ſibi pignoratas,donec ſibi præcium reſtituatur,tale priuilegium nõ afficit clericos, nec ſtudentes, & ideò debent reſtituere perdito precio, etiam ſi ignorant ipſi iudæi res furatas eſſe.Ita Abb.in c.quod clericis,de foro cõpet. in 7.col.num.34.in ver.ex his infero.Quod dicit perpetuo notandũ Benedictus de Vado.In Reperto.Fel..in ver.priuilegium conceſſum Iudæis cremẽſis ſing.81.Requiritur enim in Diplomate cõſtitutionis Clauſula non obſtante Auth.habita.C. ne filius pro patre. Et ſic in eo debet fieri ſpecialis mẽtio d.Auth.Bar.in extrauag.ad reprimẽ. in ver.non obſtantibus,ver.ſi verò dicitur in l. Non obſtantib. Scodobius in d.Auth.habita.C.ne filius pro patre fol.125.num.7.Rebuffus in tract.de Priuilegiis ſcola.

Priuilegium ſuum,vel præceſſorum ſuorum princeps tollere poteſt,vt eſt communis opinio.de qua Marti.Lauden.in tract.de priuilegio & reſcripto q.33.

Prorogatio iuriſdictionis fieri poteſt,etiam in criminalibus,etiam ſi ſit meri & mixti Imperij,dummodo fiat in eum,qui ſimilem habet iuriſdictionem,vt eſt communis opi.Capra reg.54.nu.78.fol.58.Clar. q.42.in prin.Expreſſè & tacitè,quò ad præiudicium partis, vel partium,quæ prorogationi conſentiunt. non autem in præiudicium. Reipublicæ,vel iudicũ,ad quos ſpectat perpetrati criminis cognitio & punitio.Clar.ibi.Et dummodo iudex prorogatus habeat iuriſdictionem in ſimilibus, cauſis criminalibus. Alias ſecus, vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.eſt etiam..Item prorogatio etiam habet locum,ſi iudex procedit ex officio, & conſentiat reus in ſui præiudicium non autem in præiudicium competentis, vel alterius accuſare volentis. Clar.ibi.ver.vlt.

Prorogatio non habet locum, vbi per inquiſitionem ex mero officio proceditua, communis eſt opinio. de qua Calefa.inter conſil.102. num.4.in 1.lib.Clar.q.42.Alias ſecus,vt eſt communis opinio. vt ibi fuſius per Clar.

Prorogatio iuriſdictionis non poteſt fieri cauſa inquiſitionis,cum non adſit actor & reus.Et ſic perſonæ neceſſariæ ad prorogationem.Bal. in l.1.C.vbi de crimi.agi opor.Nellus in tracta.de bannitis in 2.par. primi temporis.q.11. Socin.conſilio 108. in final.in 4.volumine vbi communem dicit.

Proteſtatio Mentiris,ſaluo honore tuo,vel es falſarius,non ſuffragatur proteſtanti,quo minus de illata iniuria teneatur,vt eſt verior.& magis recepta Doctorum ſententia,de qua D.Menochius in conſil.41. numero 31.

Prouocatus qui deliquit regulariter non excuſatur, vt eſt communis opin.Sed tamen mitius eſt puniendus,quia in dubio præſumitur,quod cauſa ſe defendendi,non vlciſcendi,fecerit,vt eſt communis opinio Clar.q.60.verſ.nunc quæro.Et quia non dicitur in dolo,vt eſt communis opinio,de qua Cur.Iun.conſi.135.num.16.& ſeq.in 3.volum. deò punitur extra ordinem.Etiam, ſi poſt ſedatam rixam, ex interuallo facit inſultum in vulnerãtem,vt eſt communis opinio.de qua Clar.in §.homicidium,ver.ſcias tamen vbi etiam concludit,quod in omnem caſum occidens aggreſſorẽ,nunquam tenetur de occiſo,ſed tantum de exceſſu.Et in terminis ſtatuti de homicidio ita dicit Bal. in c.1.de iniuriis.Bar.in l.2.de excep.Fel.in c.delicti. de except.Corn. conſ.133.in 3.vol.Grammati.deciſ.Neapoli.37.Arnonus Soliloquio 23.Claudius regu.crimi.71.& ſeq.& eſt tex.in l.fin.ff.ad l. Iul.repet.& inter.conſ.crim.conſ.76.nu.5. conſ.77.Boſſi.tit.de homici.nu.91.Afflict.deciſ.Neapol.37.nu.3.Sed debet puniri pœna pecuniaria. Grãmat.voto.23.num.20.Nouellus in tract.ad defenſam.fol.21.num.61. & ſeq.Moronus de fide,treuga & pace.q.125.Et requiritur,quòd aliter euadere non poſſet,vt eſt communis opinio,de qua Corn.conſ. 274.litera H.in 1.vol.

Pubes maior factus poteſt teſtificari de his,quæ vidit in pubertate. Cagnol.in l.fœminæ.§.fi.nu.23.ff.de reg.iur.communem dicit.

Publica delicta,ſunt,quorum accuſatio, vel proſequutio eſt permiſſa cuilibet de populo,vt eſt communis opin. Quod procedit de iure ciuili,ſed de iure canonico omnia crimina ſunt publica,vt eſt communis opin.Clar.q.60.ver,hæc tamen.

Publicatur proceſſus in criminalibus offenſiuis,alias eſſet nullus & decernitur copia parti,vnà cum termino ad ſe defendendum.alias eſſet nullus ipſo iure ſecũdum communem practicã.Clar.q.48.verſ.1.

Pupillus in cauſis criminalibus accuſare nõ poteſt. Niſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequatur.Etiam cum curatore,quia proceſſus eſſet nullus,vt eſt communis opin.Chircouius in ſuo communium.conclu.centu.4.conclu.2.

Pupillus & pubes poteſt iuramento obligari, & inuiolabiiiter tenet obſeruare,quod iuramẽto promiſit,alias eſt periurus,vt eſt communis opin.de qua Abb.in conſ.39.num.1.in 1.vol.

Pupillus propter defectum ætatis non poteſt teſtificari in criminalibus.Sed pubes factus benè.poterit teſtificari de his,quæ iam vidit in pupillari ætate,vt eſt,communis opin.

Intellige,ſi teſtificetur de rebus,quas vidit,cum eſſet proximus pubertati,vt eſt communis opinio.Item intellige. Dummodo ferret teſtimonium de his rebus,quas eo tempore intelligere poterat.Alias ſecus.Clar.q.24.ver.vidi quandoque.

Pupillam tutor,vel curator carnaliter cognoſcens punitur pœna deportationis & confiſcationis omnium bonorum, vt eſt communis opin.Clar.in §.fornicatio.ver.cum pupilla.

Purgatio canonica indici non poteſt, niſi ex cauſa à iure approbata. Id eſt vel propter infamiam publicam, vel propter vehementem ſuſpicionem,quę contra reum ſit,aut penes ſuum Epiſcopum,aut penes,alios.Ita vt poſsit timeri de ſcandalo,vt eſt communis opi.D.Hieron.Gabriellius in conſ.178.num.34.

Punitur quis pœna ordinaria,nõ minus ſi procedatur ex officio & per inquiſitionẽ & ita infamatur,ſicut ſi per accuſationem procedatur. Clar.q.60.ver.poteſt etiam allegari.

Puniri quis non poteſt in pœnis criminalibus, niſi dolus interueniat. Clar.q.84.in prin.Neque lata culpa ſufficit,vt eſt communis opinio. Et hoc procedit non modo in pœna corporali & mortis,ſed etiam in mutilatione mẽbri,vel quacunque alia pœna corporali, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.etiam in ſtatuto communis eſt opinio. Clar. ibi pro culpa autem punitur delinquens,quando cupa præceſſit delictum,vt eſt communis opi.Clar.ibi.ſed non efficitur infamis,vt eſt communis opin.ibi.Item pœna eſt imponẽda pro pluribus vulneribus ſimul concurrentibus omnibus,eſt communis opin. Clar.ibi. verſic.ſcias etiam.idẽ ſi quis percutit clericum eodem impetu quatuor,vel quinque vicibus, vnã tantum excõmunicationem patitur, vt eſt communis opinio.& pœna pro numero vulnerũ eſt danda & multiplicanda. & ita ſeruat conſuetudo. Clarus ibi. & ita etiam dictante ſtatuto,ſiue eodem ictu,ſiue pluribus.& ibi. quid ſi quis biſulcato ferro percuſſit, & vulnera duplicata intulit. quia pluribus

vulneribus

vulnerib.plecti debet Clar.ibi & quãdo delicta ſunt diuerſi generis, ſi committuntur ex interuallo, omnia ſunt punienda, ſi ſunt facta eodem tempore,& ad eundem tendant finem.puniũtur tãtum pœna maioris delicti. Puta extant tria ſtatuta. Vnũ,punitur arma portantem in centum,aliud, punitur inſultũ in centũ,& aliud punitur vulnus in centum.Si quis enim inſultat alium cum armis vetitis & vulnerat non punitur in tercentum,nec coaceruantur hæ tres centum, licet in centum tantũ pro vulnere,quia aliæ pœnæ confunduntur,vt eſt communis opinio.Clar.q.84.verſ.alius eſt caſus.Similiter ſi quis aggreditur aliquem animo vulnerandi,deinde ex quoquo dicto,vel facto vulnerati illum occidit,punitur tantum de occiſio,& non de vulnere prius illato,communis eſt practica,à qua non eſt recedendum Clarus d. quæſtione 84. verſiculo ſed pone. & propter conſuetudinem delinquendi non aggrauatur pœna,vt quis ob id puniri poſſit pœna mortis. communis eſt opinio.Clarus.ibi.verſiculo ſed hic. & plures delinquentes ſimul contra vnum, tenentur omnes inſolidum, vt eſt communis opinio. Clarus.d.q.84.verſ.vltimò quæro.

Punitur ciuis originarius delinquens in loco originis,vbi forum ſortitur abſque dubio pœna ſtatuti loci,vbi fecit delictum.Clar.q.85.in princ.communem dicit.idem ſi ſit forenſis ratione commiſſi delicti, ibi forum ſortitur,vbi deliquit. communis eſt opinio.Clar.ibi Punitur autem iudicis arbitrio forenſis extrahens frumentum contra deuetum, inſpecta facti,& perſonarum qualitate,pro eius religione quoties ignorantia forenſis eſſet probabilis.Clar.ibi.& punitur originarius ciuis & ſubditus pro delicto extra territorium commiſſo pœna ſtatuti loci,vbi deliquit,vt eſt communis opinio.Clar.ibi ver. tertius eſt caſus. & per pœnam ſtatutariam eſt ſublata pœna iuris communis, vt eſt communis opinio.Clar.dicta quæſtione octuageſimaquinta, verſic.debet iudex.Et quando plures pœnę ſunt impoſitæ per ſtatuta,vel legem,cuius ſit electio.an iudicis vel rei.& ſi verba ſtatuti dirigantur ad iudicem,iudex habet eligere,vt eſt communis opinio.Aut diriguntur ad reum,vt ſi dicat ſtatutum, qui fecerit tale maleficium ſoluat decem,& electio eſt rei.Aut neque ad iudicem,neque ad reum dirigũtur,& pœna eſt corporalis vtraque.& ſi dicat ſtatutum,vel lex pro tertio furto ſuſpendatur,vel decapitetur,& communis eſt opinio,quòd electio ſit iudicis.Aut vtraque pœna eſt pecuniaria,ſi dicit pro furto ſit pœna decem,vel amittat tertiam partem bonorum mobilium.& communis eſt,quòd electiò ſit ipſius rei,Aut altera pœna eſt corporalis, altera pecuniaria,& electio eſt ipſius rei,quæ omnia procedunt. Niſi aliud verba legis, aut ſtatuti ſuadeant.Et ſtante ſtatuto.quòd vulneratus puniatur in centũ, quas ſi non ſoluerit intra decem dies,amputetur ſibi dextra manus,ſi iſte condemnatus non ſoluerit decem in termino, nihilominus iudex cum poterit punire in centum,omiſſa pœna corporali,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſi.ſed hic quæro.item ſtat ſtatutum,quòd non comparens ponatur in banno,de quo non eximatur,niſi ſoluerit mille,quidam vocatus non comparens fuit bannitus,& condemnatus in mille,iſte vult ſtare potius in banno quàm ſoluere condemnationem non ideò poteſt fiſcus conſequi illa mille. vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.ſucceſſiue.Et vbi agitur de imponenda pœna alicuius ſpecialis conſtitutionis,oportet.quòd in illo caſu verificentur omnes qualitates in ipſa coſtitutione expreſſæ,aliàs pœna non committitur,vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.vbi agitur. &iudex poteſt ex cauſa minuere pœnam ordinariam impoſitam à iure pro aliquo delicto ſiue agatur de pœna imponẽda per ius commune,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.vlterius quæro.ſiue agatur de pœna impoſita à ſtatuto,vt eſt communis opin.Clar.ibi.& hæc procedunt in maioribus magiſtratibus,vt eſt communis opinio.Secus in minoribus,& ante ſententiam condemnatoriam,& non poſt,vt eſt cõmunis opinio.& ex cauſa,quia iudex in cauſis criminalibus minorem pœnam imponens quam de iure imponere debet,eſt infamis.l. ſeruos C.ad l.Iul.de vi publ.& debet puniri eadẽ pœna,qua erat puniendus reus,vt ibi per Clar.q.85.ver.vlterius quæro.& colligitur ex l.3.C.ne ſanctũ baptiſma reiteretur in fi.nec eſt opus exprimere cauſam in ſentẽtia,quare minuitur pœna ſed ſufficit dicere ex iuſtis cauſis animum noſtrum mouẽtibus.&c.vt eſt communis opin.Clar.ibi Et quando reus non eſt capax pœnæ,iudex poteſt eam commutare, ideò teſtis qui falſum dixit,ex ſtatuto manu dextra ſit priuandus ſi aridam habet manum,vel non habet,debet commutari pœna,vt eſt communis opin.Clar.ibi.vbi etiam dicit,quòd gibboſus non poteſt torqueri,& ideò ei pœna commutari debet.Similiter hermoſus torqueri non poteſt,vt ibi.

## Q

QValitate delicti nõ probata de conſuetudine,condemnatur de principali delicto.de quo eſt conuictus,vt eſt cõm.opin.de qua Clar.q. 66.ver.ſed quid.Ex clauſula generali.Non ſe aſtringẽs.Et ex clauſula, quare petit pro prædictis & quolibet eorum.&c.Et ex clauſula ſuper quib.omnibus in libello,vel inquiſitione cõtentis.Clar.ibi.Cherianus in ſuo cõmunium opinio.ver.qualitas.Rolan à Valle in conſ.11. nu.4.in 3.vol.vbi dicit,quòd ſi in inquiſitione deducitur aliqua qualitas,vt ſequatur condemnatio,ſi ea non probatur, abſolutio ſequi debet.Et maximè,quando ſuper tali qualitate eſt principaliter intẽtio in quirentis,vt eſt communis opin.Niſi confeſſus ſit omnia & ſingula,in inquiſitione contẽta fuiſſet, & eſſe vera.Paul.de Caſt in l.ſi cui ſerui.§.1.nu.4.ff.de leg.j.& pro euitandis diſputationibus hodie in accuſatione apponũtur iſtæ clauſulæ Non ſe aſtringens.Felin.in cap.ex parte.nu.46.ver.reſtringe ſecundò ver.quarta ſolutio. Et clauſula ſaluo iure.& clauſula deducens.&c.quæ operantur, vt ſiue ſit probata qualitas,ſiue nõ,ſemper requiritur cõdemnatio,Blancus in pract.crimi.fol.52.nu.100. Nouellus regula 164.vbi quando ſit probãda,vel non probanda qualitas.Duẽnas regu.18.Guido Pap.q.553.Pariſ.conſ. 152.in 4.nu.1. Corne.conſi.197.in 2.Rom.conſ.110.Marſil.ſingu. 187.& no. quòd inquiſitor non arctatur ad probationem qualitatis, nec poteſt ſe ad hoc aſtringere in pręiudicium Reipublicę,quam opinionẽ tenet Bal. in conſ.152.in fi.in 2. vol.& dicit eam ſequi bonos aſſeſſores,& de facto ita eſt,quòd inquiſitores nõ ſe aſtringũt ad omnia,ſed inquirũt de ſingulis, ne delicta in aliquo remaneãt impunita.

Qualitas doli à lege requiſita à fiſco,vel accuſante eſt probanda.communis eſt opinio.Burſa.conſ.95.num.35.idem ſi in inquiſitione.Burſat.conſ.94.num.36.& conſ.20.nu.11.Soarez. ver.qualitas.num.5. vide tamen poſtea.

Qualitas inhærens perſonæ principalis pœnam auget in auxilium pręſtante,vt eſt communis opinio.teſte Saly.in l.vnica num.26.C.de raptu.virgi.quem refert & ſequitur D.Octauia. Vulpellus in tracta.de pace.q.42.in 3.

Qualitas ſtatuti etiam criminalis eſt articulanda & probanda,ſiue quis agat,ſiue excipiat,vt eſt communis opinio,vt per Plotum.in l.ſi quando.num 354 & 355.ad.ſi.C.vnde vi.& communiorem dicit. D.Lauren.Occa Ferrarien.in conſ.60.inter cõſ.crim.tomo 2.vbi dicit,quòd teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores.Et iſta qualitas eſt probanda,& articulanda.D.Hercula.de negatiua.num. 155.Soci.conſ.57.nu.8.in 3.vol.Tiraquellus de retractu.in §.8.in glo. 7.num.1.Moronus de fide,treuga & pace.q.168.nu.8.Perſonalis in tracta.quorum bonorum.num.516.fallit ſi in fine accuſationis petitum ſit reum condemnari ſecundum formam iuris & ſtatutorum. Nam videntur.deducta omnia iura,ex quibus reus poteſt puniri,& ſit ſimplex delictum,etiam ſine qualitate.Felin.fuſius in cap.ex parte.nume.46.ver.tertia declaratio.de reſcrip.

Qualitas quando eſt fundamentum intentionis,nõ ſolum ſufficit probare intentionem,ſed etiam qualitas eſt probanda.Cur.iun.in conſ. 124.nu.11.communem dicit.Soc.iun.in ſuo communium opin. ver. qualitas,vbi communem dicit.D.Brunorus à Sole in vnico ſuo conſ. num.91.vnde ſi dicit,quòd aliter veritas haberi non poterat hoc habet probare,vt eſt communis opinio.vt per eum.

Quæſtio ſeu tortura non eſt danda,vbi non venit pœna corporis imponenda,vt eſt communis opini.Soarez ver.quæſtionibus.num.j.Et iudex,qui iniuſtè aliquem torquet,pœna eſt ei capitis, vt eſt communis opinio.ibi.num.2.ſed hodie vech.pluribus iudicibus,quia ſine capite remanerent.

Querelam iniuſtam proponens,habetur perinde ac ſi non querelaret, vt eſt vera iuris concluſio.l.j.ff.quòd quiſque iur. ibi indignatione iuſta.Curt.inter conſ.crimi.conſ.101.nu.16.

Quælibet cauſa, etiam iniuſta excuſatur à delicto, dolo & pœna,vt eſt cõmunis opin.quam recipit Clar.q.60.ſub diſtinctione.Nam aut loquimur in delictis,in quib. dolus eſt de ſubſtantia,vt eſt falſum, periurium,& ſimi. & tunc ſiue cauſa fuerit iuſta,ſiue iniuſta excuſatur. Nam videtur ceſſare animus delinquendi.Aut loquimur in delictis in quibus dolus non eſt de ſubſtantia. & tunc cauſa iniuſta excuſatur quidem à dolo,ſed non à culpa.ideóque punitur pro culpa, non pro dolo.ſed ſi iniuſta ſit cauſa.excuſatur etiam à dolo, vt eſt cõmunis opinio. de qua ibi Clar.

## R

RAdens,vel abradens inſtrumenta,vel literas principis,falſum cõmittit,vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum,ver.Abradens.

Rapiens meretricem non incidit in pœnam, l. vnicæ. C.de rapt. virg. communem dicit.Clar.in §.raptus.ver.quæro nunquid. Æmilia.cõſil.72.nume.7.Riminal.conſi.17.nume.16.& conſi.439.in 3. Caſt.in conſi.272.in 2.vol.vbi dicit,quòd qui rapuit mulierem.quæ permiſerat ſe ſtuprari,non punitur pœna raptus,quia non dicitur honeſta. Si ſtatutum hoc requirit.

Rapiens mulier virum,non incidit in pœnam d.l.1.C.de rap.virgi.communis eſt opinio.Clar.in d.§.raptus. ver.ſed pone. quidquid aliter dixerit.Marſil.à quo diſſentit ibi Clar.

Raptor cum rapta non poteſt contrahere matrimoniũ de iure ciuili. Sed ſecus de iure canonico,vt eſt communis opin. Licet etiam iure

canonico nihilominus bona raptoris confiſcentur.Non obſtãte matrimonio contracto cum rapta,vt eſt communis opinio.Clar.in d.§.raptus.ver.quæro modo.Negat tamen Iodocus in pract.crim.c. 95. de raptu,num.16.

Raptor incidit in pœnam legis vnicæ.C.de rap.virg.Etiam ſi rapta cõſenſit,ſiue ab initio,ſiue ex poſtacto,vt eſt communis opinio.Clar. in d.§.raptus. verſicu, adde,& debet raptor mori. Clar. d.quæſt.68. verſic.raptores.

Raptor ſi raptam non carnaliter cognouerit,non debet puniri d.l.j. C. de rap.virgi,vt eſt communis opinio.Licet alij contrariam opinionem communem dicãt.Sed diſtingue ſecundum Clar.in d.§.raptus. nam aut non cognouit,quia non potuit, & nihilominus incidit in pœnam d.l.j.Aut potuit.ſed noluit,& non incidit.Clarus.d.§.raptus, ver.ſed quid ille.

Raptores etiam illi dicuntur,qui non vi,ſed Blandimentis & verbis deceptoriis libidinis cauſa abducunt, vt eſt communis opinio. Modò fiat ad effectum illã abducendi, & alio loco contra voluntatem ſuorum retinendi.Clar.d.§.raptus ver.adde.Pueros tamẽ abducentes ſtipendiarij,non puniũtur vt raptores,vt eſt comm.opin.Clar.ibi.verſ. vnum tamen vide l.vt tamen.§.de filio.ver.ſed vtilis.ff.de ſeruis corrupt.de filio inquit Paulus I.C.filiáve familias corruptis huic edicto locus non eſt.Sed vtilis competit officio iudicis æſtimanda,quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi.

Raptoris dicitur, qui de loco ad locum libidinis cauſa mulierem abducit.communis eſt opin.Soarez verſi.raptor.num.1.qui ſi cum rapta matrimonium contrahit,quod de iure canonico poteſt pœnas raptus euitat,vt eſt communis opi.ibi.quandiu tamen eſt in poteſtate raptoris rapta,non poteſt contrahi matrimonium,ſecus ſi ſit in loco tuto.& libero cõſtituta,quia poteſt.ex ſacri concilij Tridentini decreto.Deſponſalibus & matrimoniis.c.4.Et nihilominus ipſe raptor,ac omnes illi conſilium auxilium & fauorem præbentes ſunt ipſo iure excommmunicati,ac perpetuò infames omniúmque dignitatum incapaces.& ſi clerici fuerint,de proprio decidunt gradu.& no.quòd attentatio,ſed non perfectio in raptu non punitur ex generali conſuetudine,niſi extra ordinem,vt eſt communis opin.de qua D.Hierony.Gabriell.conſ.172.nu.2.& lex ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.& cleri.& ſimi.quæ puniunt ſolum conatum,etiam nõ ſequuto effectu,debet intelligi,quando deuentum eſt ad actum proximũ, vt eſt communis opin.Clar.q.62.verſ.ſcias etiam.vide Chirco.communi.conclu.centuria quinta conclu.21. Nouell.reg.178. pariſ.conſi. 170.in quarto volumine,.practica in probando, quòd quis aliquam per vim cognouit eſt puniendus,vt in libello dicat. Talem cognouiſſe Bertam paſſam ab eo vim committendi adulterium. Bart. in l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem. ff.de adulte. & no.quod rapere non dicitur,qui detinet in loco, in quo eſt, Bald. in l.ſed ſi eximendi.ff.de in ius vocan.& oportet, vt ſit violentia præciſa. Afflict.deciſ. Neapol. 151.ſub numero decimo. Nec punitur de iure,ſeu ſtatuto raptor, ſi delictum violentum non eſt conſumatum. l. ſiue. ff. qui ſatid. cog. nam crimen violentiæ dicitur crimen perſonale, quòd requirit vim ſequutam in perſonam patientem.Pau.de Caſt.in conſil. 27. per totum.in 1.vol.vbi docet, quæ ſit vis,quæ violentia,& quid ſit violenter factum,& qualiter & quot modis violentia inferatur,quãdo effectus pro effectu ſit puniendus.& ſtatutum Mediolanenſæ, quamuis iubeat rapientem,vel vim inferentem mulieri honeſtæ vltimi ſupplicij & bonorum publicationis pœna effici.etiam ſi copula ſequuta non ſit.Tamen debet intelligi eo caſu, quo copula ſequuta non eſt propter impedimentum. Sed non comprehẽdit eum,qui mulierem non cognouit,ita D.Hieron.Gabriellius.conſil.72. num.5.& 6.& intelligitur etiam in abducente cauſa libidinis,vt ibi. Alias ſecus.& raptor non eſt,qui vxorem ſuam vi abducit, vt eſt communis opinio. de qua Gabriellius in conſi.172.num.19. in fi.vide Clar. d. §.raptus. Marſil.ſingu.65.

Raptorem non excuſat tractatus, ſeu etiam ſponſalia per verba de futuro contracta cum perſona,ſponſa cum nolens rapitur,vt eſt communis opin.Gabriell.conſ.173.num.5.

Rapto boue,vel alia re per viam,poteſt agi criminaliter,vt eſt communis opin. Boſſius de rapinis. num.8.

Raſura non vitiat literas,quæ redditæ ſunt clauſæ.ſecundum communẽ opin. Soc.in c.ex conſcientia.nu. 10.de crimine falſi.

Ratificãs delictum iam commiſſum,debet puniri,communis eſt opin. Clar.q.78.verſ.quæro nunquid.nam adhoc, vt quis puniri poſſit ex ſua confeſſione,debuit confeſſio eſſe certa & ratificata.Bero. q.136. ſed quid ſi quis vario modo bis fuiſſet cõfeſſus.Dic quod magis ſpecificè ſuper confeſſione ab eo,facta, debet interrogari, vt ibi Bero. quòd nõ procedit in adulterio,ſtupro & huiuſmodi,ſecus in homicidio. Verum ſi adulterium fuit commiſſum in alterius iniuriam, & quis raptum haberet,puniretur,vt eſt communis opinio.& ad hoc vt ratificatio obliget ad pœnam,duo requiruntur.ſcilicet, quod delictum fuerit commiſſum nomine meo,Secundò quod ſciens commiſſum nomine meo,illud tanquam meo nomine factum ratificem vt eſt communis opini.in dubio autem ex eo,quod quis ratum habet delictum,cenſetur ratum habere nomine ſuo geſtum,vt eſt communis opin.Clar.ibi.

Ratificans delictum ſui cauſa commiſſum ab alio,debet puniri in loco in quo fuit commiſſum,non in quo fuit per eum ratificatum,vt eſt communis opin.Clar.q.38.ver.ſed pone.

Ratificandi ius non tranſit in fiſcum,ſicut nec ius declinandi voluntatem tranſit in hæredem,nec in fiſcum,vt eſt communis opin.de qua Plotus inter conſ.crim.conſ.130.tomo 1.

Ratio legis vel ſtatuti,ſi vna tantum reddi poſſit,& ſi expreſſa non ſit, pro expreſſa haberi,videtur,vt eſt communis opin.Soarez ver.ratio, num.6.Cur.iun.conſ.170.num.6.communem dicit.

Ratio in teſtibus ſemper præualet etiam in criminibus. Curt. iun. in conſ.244.num.42.in 3.vol.communem dicit.

Rebellis impunè occidi poteſt,& tunc demum probari, aut declarari quod fuerit rebellis,vt eſt communis opi.Clar.in §.læſæ maieſtatis. ver hinc infertur.ſed Claro non placet.vide ibi per eum Soarez ver. rebellis.num.16.vide Portium communi.opi.li.1.conclu.2.Ant.Gabriel.communi.opin.lib.7.conclu.11.

Receptator furis tenetur eadem pœna,qua & ipſe fur,vt eſt communis opinio.Clar.q.9.Poteſt tamen defendi,vt ibi.ver.quæro etiam.vide. omnino.Quis nam ſit receptator.vide per D.Hieron.à Mõte in ſuis variis quæſtionibus.q.17.num.15.& ſeq.Et no.quòd recipere in domo amicos humanum eſt ſecundum Bal.in l.quicunque.C.de ſeruis fugi.Blancus.in l.fi.nu.202.ff.de quæſt.Et ſi quis ſciẽter receptat ſine aliquo lucro,vel ſine ſpe lucri,nõ tenetur ſtatuto de furtis. Crauetta conſ.18.nu.22.Marſi.in conſ.53.nu.30.in 1.vol. Portius conſ.226. Itẽ limita non procedere in recipiente,& non abſcondẽte,quia recipere quis dicitur,quando bannitum,vel furem abſcõdit,vel rem furatam abſcondit,Bart.in l.1.ff.de ſeruo corrup.Et in occultis ſemper capimus interpretationem in meliorem partem. 6.q.1 .ſi omnia.&c. ex tuarum.de ſortilegiis.Additio.ad D.m.Alcia.in trac.de præſump.reg. 1.præſum.7.in fi.Item limita,ſi de furto prorſus receptator quis eſſet ignarus.l.fi.C. de operis liberto.Et opus eſſet quod præſtaret opem furto l.2.§.homines.ff.de vi bono.rap.l.2.ff.de origi.iur.Bal.cõſ. 250.num.5.in 1.vol.l.1.§.fi.ff.de receptato.Grammati.conſ.37.nu.21. paſethus in conſ.185.nume.2.Et qui tenetur ex receptione & receptatione.non tenetur,ſi illam ſine culpa & coactè fecit.Soc.conſ.90. nu.9.in 3.vol.Res autem reperta apud aliquem facit indiciù ad torturam.fallit ſi ſit homo bonæ famæ & cõditionis. Marſi.ſingul.392. Et bannitus receptans alium bannitũ non punitur. Cumio.in practica ſyndica.c.8.num.45.

Recuſari poteſt iudex in cauſis criminalibus,vt eſt communis opinio. Clar.q.43.in prin.Recuſari tamen non poteſt,niſi ſit criminoſus.cõmunis eſt opinio.Clar.ibi.ver.item quæro.Et recuſatus iudex, quòd ſit infamis,vel excommunicatus,nõ poteſt ſuper iſta exceptione cognoſcere,vt eſt communis opin. Clar.ibi.recuſari tamen non poteſt iudex ordinarius in criminalibus,vt eſt communis opinio.de qua D. Oſaſcus deciſ.Pedemontana.15.in prin. Limita,vt ibi per eum multipliciter.

Reductio ad arbitrium boni viri nũquam tollitur per aliquam verborum cautelam,appoſitam in compromiſſo,quando arguitur dolus ex propoſito arbitri,& data eius magna iniquitate ex enormiſſima læſione,vt eſt communis practica aduocatorum.de qua Dec. conſil.587. nu 11.in 4.vol.Bal.conſ.380.in 1.vol.nu.1.Præpoſi.in c. à iudicibus 2.q.6.communem dicit.Cherianus in ſuo communium opi.in verſ. compromiſſum.cõmunem dicit,& communem dicit, Dec.conſ.39. circa fi.vol.1.nu.60.Ripa in c.2.d reſcrip.nu.5.Balbus in tract. præſcrip.in 4.part.quartæ partis q.33.communem dicit.Alexan.in conſi. 133.num.4.in 6.vol.Etiam quòd in compromiſſo ſit iuratum.Curt. Iun.conſi.79.nu.4.communem dicit,& commmunem dicit Cagn. in l.2.num.88.& 89.C.de reſcin.vendi.Etiam non obſtante ſtatuto noſtro Farrienſe de compromiſsis.Dec.conſ.587.nume.11. Ab ipſo tamen laudo non datur appellatio ob id,Abb.conſ.77.col.fi.ver.circa primum communem dicens.

Reipublicæ intereſt,vt delicta puniantur,& tranquilla ſit prouincia,vt eſt communis opinio.de qua Gratus Reſponſo.105.numero 11.in primo volumine.

Relegatio non eſt in vſu, ſed eius loco eſt exilium iure ciuili, & hodie etiam iure canonico.contrarium ſeruatur,vt eſt communis opinio. Clar.q.67.ver.relegationis.

Relegato reſtitutio debet concedi.Cur.iun.conſ.182.numero 13.communem dicit.

Remiſſio rei ad iudicem loci, in quo deliquit, de conſuetudine totius. Italiæ non fit aliquo pacto,vt eſt communis opinio.Clar q.38.verſi. eſt autem Abb.in conſ.24.nume.1.in 1.Graſſus commun.opin.libr. 2.c.q.3.Anto.Gabriell.in ſuo communium opin.conclu.25. libro.7. Porti.communium opin.lib.4.conclu.4.Iodocus in Enchiridio criminali.c.33.Plotus inter conſilia criminalia conſilio 133. numero quinto.Martinus de Laude conſi.40.Plotus ibi.in Addi.Fallit. vt ibi

per

per Plotum d.conſi.133.Cæpolla conſ.crimi.58.nu.1.Vbi de iure cōmuni fit remiſſio,quando eſt grauè delictum & reus ſit contumax, vt eſt communis opinio.ibi.Vide etiam Iaco.de Beluiſio in pract. titu.de remiſſione fienda.Fran.Mar.deciſ.Delphina.176.in 2.par.vbi dicit,quòd antequam debeat fieri remiſſio,quòd debet conſtare de delicto, vt eſt communis opinio,de qua ibi per eum. numero 7. & deciſ.179.in 2.par.& deciſ.331.ea.par.Iudex ergo originis eum punit.Et hæc quidem remiſſio non fit inter illos iudices , qui non ſunt ſubiecti eiuſdem Principis.Et ideò hortatur.Clar.reos, vt delinquētes ipſos in locis finitimis faciant ſibi facere ſaluumconductum.Sed vach qui vult ſecurè viuere ſub dictis ſaluiſconductis?quia non eſt credendum propriè matri in hoc.Et dicebat ille Pontifex, qui fecit ſaluumconductum.Vix potui te habere cum ſaluoconductu, vt per Neuiza.in ſylua.Et aiebat ille iudex.Vedi tu,che me l'hai ſaluoconducto.Solus itaque Princeps poteſt facere tales remiſſiones,vel eius locum tenens.Clar.d.q.38.verſ.ſed quid.Nec debet fieri remiſſio,vbi agitur de leuibus criminibus, vt eſt communis opinio. Clar.d.q. 38. ver.ſcias tamen.idem quando agitur de leuibus delictis, etiam ciuiliter, ſiue de grauibus,vt eſt communis opin.Clar.ibi. ver. item ſcias.Remiſſio tamē omnino eſt faciēda de clerico iudici eccleſiaſtico,vt eſt communis opin.Clar.d.q.38.ver.item intelligenda. Soarez ver.remiſſio.& ver.delinquens.

Remittere iniuriam,ſeu pacem facere,nemo poteſt à iudice vel officiali cogi,vt eſt communis opinio.Sed bene poteſt ſuadere,ſed nō cogere ſubditos ad pacem.Clar. quæſt. 58.verſicu.fin. licet perſuadere quandoque ſit plus quàm compellere.lege prima §.perſuadere.ff.de ſeruo.corrup.

Remiſſio iniuriæ facta in foro conſcientiæ,non impedit quominus remittens iniuriantem poſtea in foro iuridico accuſare queat. Nā per talem remiſſionem non cenſetur ſublatum ius accuſandi,vt eſt communis opinio.quia non tenetur quis ex præcepto Euangelico remittere niſi rancorem.& odium.Clarus quæſt.58.ver.ſed in propoſito.communem dicit.

Remiſsio ſi facta ſit delinquēti à parte offenſa.nihilominus adhuc poterit accuſari à tertio,ſi aliquo modo ſuorū iniuriam proſequatur. &aliàs ipſi competat ius accuſandi,vt quia crimen ſit publicum,vt eſt communis opinio.Clar.q.58,ver.ſed pone. Nam quis remittere tantum tenetur rancorem pro iniuria ſibi illata & odium. communis eſt opinio.Soc.in c.olim.numero 29.de iniuriis.& prælatus non poteſt remittere iniuriam factam eccleſiæ,vt eſt communis opinio. Soc.ibi.numero 34.

Remittere poteſt pœnam delictorum Princeps & indulgere,vt eſt cōmunis opinio.Clarus quæſt. 59. verſicu. alia eſt.& tam corporales, quàm pecuniarias.& tam lata ſententia, quàm ante , vt eſt communis opinio.ibi.

Remittere pro bono pacis poteſt Princeps iniurias,& damna ſingulorum,nec eorum requiritur conſeſſus,vt eſt communis opinio. Clar. q.59.ver.adde.quod intellige ex cauſa,vt ibi latiſſimè vbi etiam dicit,quòd Princeps debet habere conſenſum eorum,qui habent offenſam in remiſsionibus pro bono pacis.vide omnino.

Remiſsio in confeſsione facta ſacerdoti,remittit ſolum rancorem animi offenſi.Non tamen ob id actio iniuriarum remiſſa cenſetur, quo ad damna,& pœnas pecuniarias,vt eſt communis opinio.de qua D. Lauren.Occa Ferrarien.inter conſi.crimi.conſ.64.tomo 2.

Remiſsio criminis publici,quod infert iniuriam,cuilibet fieri non poteſt.etiam ſi ſit priuato illata ſoli,vt eſt communis opin.vt per Boſſi.de furtis.numero 58.vnde ſibi etiam nō præiudicat, quando pœna applicatur fiſco.

Renubens vxor,vel mulier,ſi certum nuncium de obitu mariti accepit, vel etiam fama publica interueniente probabiliter credere potuerit illum eſſe mortuum,eſt excuſanda.Aliàs punietur de adulterio. Clar.q.58.communem dicit.

Repreſaliæ ſi ſint conceſſæ contra Peruſinos poterit capi Peruſinus,nō habitans Peruſij,ſi per ſe,vel alium ſubeāt onera Peruſij.Aliàs ſecus, vt eſt communis opinio.de qua Petr.Rauen.in ſuo Alphabe. aureo. in ver.repreſaliæ.

Repreſaliis cauſam dans,vel ſit cōmunitas,vel quiſquis ille fuerit priuatus,damnum paſsis reſarcire tenetur omne,vt eſt communis opinio.Soarez ver.repreſaliis.numero 51.& 52.

Repreſentare promittens,liberatur bina præſentatione,vt eſt communis opin.Ant.Gabriell.in ſuo communium opi.lib.7.conclu.15.

Reſponſio indefinita in criminalibus ſecundum ſpecificam interrogationem,vt videatur reus cōſiteri factum,& cohærentia,tamen ſecundum interrogationem præcedentem.& iſta eſt communis opinio. de qua Iaſ.in l.ſi cui.§.fin.num.10.& ſeq.ff.de leg.1.licet contraria videatur communis,& in practica ſeruetur.& maximè quando tractatur de graui præiudicio.& quando ſunt opiniones doctorum pro & contra iudicandum eſt pro reo ad abſoluendum,vt ibi dicit Iaſ. qui tenet hanc ſecundam communem opinionem.fatetur tamen Iaſ.ibi primam opinionem eſſe magis communem.

Reſiſtere ſe defendendo quis poteſt magiſtratui, qui extraiudicialiter procedit,ſiue grauamen ſit reparabile,ſiue non. Graſſus lib.1.conclu.communi.c.2.q.10.communem dicit.ſecus ſi iudicialiter , vt eſt communis opinio.ibi.

Repetitio teſtis in criminalibus eſt neceſſaria parte citata, vt eſt communis opinio.Burſa.conſi.34.num.5.

Reſtitutus principis gratia bannitus.vel deportatus,non recuperat eius bona,quæ iam in tertium ſunt alienata, vt eſt communis opinio. Soarez in ver.reſtitutus.niſi adſit clauſula prægnans in reſcripto,quę ea comprehendat.Fructus autem inter bannum & gratiam ſumpti non reſtituuntur,vt eſt communis opin.Soarez ver.reſtitutus.num. 87.Boſsius de ſententiis.numero 11. Bellamera deciſ.774. exceptis bonis ad fiſcum delatis,& alteri nondum conceſsis. Pariſi. conſilio 69.numero 199.Caſſan.conſilio 66.Fichar.in Addi.ad Villalob. litera R.numero 52.

Reſcriptum Principis nouas ac inſolitas clauſulas continens præſumitur falſum,& non venit exequendum.Ioan.Nicolaus in Addi.ad D. m.Alcia.in tracta.præſump.regu.ſecunda,præſump. 3. in ſi.communem dicit.

Reſcripti ſola impetratio ad diuerſos iudices,ſine vſu nō punit. Gome. in c.diſpendia.numero 28.de reſcrip.lib.6.communem dicit.

Reſiſtere non licet iudici,quando procedit vt iudex.ſecus ſi procedit vt priuatus,vt eſt communis opinio.Clarus quæſtione 29. verſicul. ſed hic incidenter.

Reſiſtentem non licet occidere beroariis.Niſi aliter facere nō poſſent Clar.q.29.in prin.

Reſtitutio in integrum per clauſulam generalem datur hæredi nō ſoluenti canonem, etiam aduerſus præſcriptionem quadragenariam. Cagnol.in regu. qui in alterius.numero ſexto.ff. de reg.iur. diſtinguendò vt ibi.

Reſtitutio in integrum ceſſat in executionibus. pœnarum, Mauritius de reſtitu.in integ.c.152.communem dicit.

Reſtitutio tamen in cauſa criminali peti poteſt contra ſententiam, & proceſſum,licet non contra crimen.Bal.in l.ſi operis.C.de pœnis.

Retractatio actus eſt pœna. Boerius deciſione 1. in 1. part. communem dicit.

Reuelans delictum,ſi ſit ex complicibus,vel particeps delicti,pręmium ex ſtatuto,vel proclamate non conſequitur,vt eſt communis opinio. Clar.quæſt.27.ver.in multis.An autem quis teneatur reuelare tractatum contra Principem.vide Portium in ſuo communium opin. regula 15.lib.1.

Reuelare quis poteſt ſecretum amici dictum in confeſsione.& etiam præſtito iuramento de non reuelando,vt eſt communis opinio, de qua Feli.in c.intimauit.num.4.de teſtibus.& num.5.quod intellige vt ibi.quia ſi tendit ad corruptionem multitudinis ſpiritualem , vel corporalem,vel grauè damnum proximi,tenetur reuelare,aliàs non, vt ibi latius per eum.

Reus damnatus ad mortem ſtatim non debet poſt ſententiam morti tradi.ſed expectari debent decem dies,qui dantur ad appellandum. vt eſt communis opin.de qua Benedic. de Vado. in reperto. Felin.in verſi.reus damnatus ad mortem.Feli.in c.quærenti.nu.3.de offi.& po.iud.delega.vbi communem dicit.fallit ſi reus confeſſus fuit crimen,quia tunc ſtatim poteſt tradi morti lata ſententia. Secundò fallit,quando ſtatutum diſponeret,quòd ſtatim reus morti tradatur, vt ibi per Vadum.Reus tamen in aliquibus caſibus non eſt ſtatim morti tradendus,vt ibi in reperto.Fel.vide omninò.& plenè per Felin.in d.c.quærenti.col.2.num.3.

Reus inuentus cum aliqua re ſubtracta alicui,ſi ibi res eſſet mēſura,poteſt ibi cōueniri.Aliàs ad ſuum iudicem,præſtita ſatiſdatione,remittitur.Boer.deciſione 218.num.3.& 4.communem dicit.

Reus conuictus de homicidio,poteſt ſe tueri exceptione, quòd ad ſuā defenſionem fecit.Cagnol.in l.nemo.numero 4.ff.de reg. iur. communem dicit.

Reus liberatur à morte per ſemiplenam probationem,vt eſt communis opinio,quam totus mundus ſeruat.de qua Apoſtillantes ad cōſi.21.Paul.de Caſt.num.59.in 3.vol.

Reus ſemel diffinitiuè abſolutus amplius inquiri de eodem nequit delicto.Etiam ſuperuenientibus indiciis,vt eſt communis opinio.Burſa.conſi.34.num.1.

Reus abſoluitur in criminalibus,actore non probante,vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.59.num.18.

Reus abſoluitur,non probata qualitate in inquiſitione poſita,vt eſt cōmunis opinio.Burſatus conſi.94.num.36.

Rubrica generalior nigro non debet reſtringi per nigrū ſpecialiter loquens,immo ex ipſa rubrica generaliori poteſt extēdi nigrum.Cur. iunior.conſ.107.num.2.communem dicit.

Rubrica generalior nigro poteſt allegari in ſua generalitate. Curi.iun. in conſ.65.nu.3.communem dicit.

Rubrica,quæ orationem habet perfectam,pro textu allegari poteſt, etiam ad deciſionem cauſarum,vt eſt communis opinio. Menochius

conſ.

conſ.3.numero 15.

Rixantes inuicem,ſi quis eorum fuerit aggreſſor,& neſcitur quis fuerit primus,neuter punitur propter incertitudinem. quòd procedit in pœna corporali,vt eſt communis opin.ſecus in pœna pecuniaria, Clar.q.60.ver.vidi ego.

Reus delictum ſpontè cōfeſſus,mitius eſt puniēdus,quàm is,qui probationibus eſt conuictus,vt eſt communis opinio. ſed iudices hoc non curant.Clar.q.6.verſ.non deſunt.

Reus in criminalibus non tenetur,vt in ciuilibus edere iura & inſtrumenta fiſco,non ſolum ſi cauſa ſit capitalis,ſed etiam ſi ſit merè pecuniaria,vt eſt communis opinio.Clar.q.22.ver.ſed hic.

Reo non debet dari terminus ad reſpondendum ſuper facto proprio. Etiam ſi petat tempus deliberandi,vt eſt communis opinio. & hæc quidem ſeruatur de conſuetudine.licet alià opinio etiam ſit communis.Clar.q.45.ver.ſed hic quæro.

Reus non eſt fideiuſſoribus relaxādus regulariter, quando pro crimine imponitur pœna corporis afflictiua, vt eſt communis opinio. & ita ſeruatur de conſuetudine.aliàs , vbi non venit pœna corporalis imponenda, non debet reus carceribus mancipari,vt eſt communis opinio.Modo offerat ſe præſtare fideiuſſorem,alias detinetur. Clar, q.46.ver.in hac autem materia.

Reus non tenetur reſpondere,ſi non ſint aliqua indicia contra ipſum. Immo ſi non præcedit aliqua diffamatio, non tenetur reſpondere , vt eſt communis opinio.Clar.q.45.ver.ſed pone.in fi.

Reus poteſt etiam ex vnica confeſſione iudiciali ſponte facta condemnari,vt eſt communis opinio.Nec requiritur in tali confeſſione ſpōtanea facta,& ſine tormentis alia ratificatio,vel perſeuerantia confitentis.Sed ſtatim quòd eſt confeſſus,debet condemnari,vt eſt communis opinio,& ita ſeruatur de conſuetudine.Sed ſi confeſſio fuiſſet facta in tormentis,vel metu,non poſſet reus condemnari,niſi in ea perſeueret,illámque ratificet,vt eſt communis opinio.Idque ſiue indicia præceſſerint,ſiue non, vt eſt communis opinio. Clar. q.64, ver.cæterum ſi reus.

Reus regulariter non debet interrogari de ſociis,vt eſt communis opinio Præterquàm in quibuſdam exceptis criminalibus,Clar.q.21.ver. dictum ſocij.

Reus ſi delictum ipſum fuerit confeſſus,nullæ ſunt amplius partes iudicis.niſi in condemnando. talis enim confeſſio contra eum plenè probatur,vt eſt communis opin.Clar.q.65.in prin.

Reus ſi examinatur ſuper informatione,vel inquiſitione,& neget.Tūc debent teſtes,parte citata,examinari ſuper veritate ipſius delicti, vt eſt communis opinio.Clar.q.45.verſ.cæterum ſi reus.

Reus ſi in tortura illata conſtanter negat delictum commiſiſſe,& in ea negatione perſiſtat,dicitur purgaſſe indicia contra ſe exiſtentia,quaſi puram veritatē dixiſſe videatur.& ita ſeruatur,vt eſt cōmunis opi. Idque etiam ſi delictum fuiſſet contra ipſum plenè probatum. Débetque hoc caſu iudex facere inſcribi in actis.Qualiter tortura fuit moderatè adhibita,& indicia ſint purgata,& poſtea debet eum relaxare fideiuſſori,vt eſt communis opin.Clar.q.64.ver.illata reo.

Reus ſi moriatur ante executionem,ſi de crimine confeſſus,conuictus, vel condemnatus ſit,iudex non debet executionem in ipſum cadauer facere,vt eſt communis opinio.ſed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur in practica.Clar.q 51.verſi.ſed hic incidenter.

Reus ſi præſens in iudicio neget factum,non eſt vlterius examinādus, ſed recipiuntur teſtes, & ad vlteriora proceditur ad perfectionem proceſſus,vt eſt communis opin.ſed hodie de conſuetudine in practica ſeruatur contrarium.Et licet dicatur,quòd quando nulla præcedit diffamatio,reus non tenetur reſpondere ſuper crimine ipſi iudici,tamen communiter ſeruatur contrarium.& indiſtinctè tenetur reus reſpondere ſuper crimine ipſi iudici.Clar.q.45.ver.ſcias autem.

Reus ſi velit confeſſionem ſuam ſpontè factam reuocare,eſt audiēdus. Modo velit docere confeſſionem illam fuiſſe erroneam, & errorem probare,vt eſt communis opinio.Non tamen poteſt confeſsionem illam prorſus perimere & eneruare.Sed poteſt tantum ſe excuſare,& aliquid deducere contra propriam confeſsionem , vt eſt communis opin.& ita ſeruatur in practica.quòd non admittitur reuocatio, niſi probato errore.Clar.q.55.ver.ſi.

Reo danda eſt copia indiciorum.communis eſt opinio.& ſi procedatur per viam inquiſitionis,danda ſunt inquiſito nomina teſtium contra eum productorum,necnon etiam dicta eorum,petente reo,publicāda,ad effectum,vt poſsit ſe defendere. & ſuas exceptiones aduerſus eorum dicta & perſonas proponere,vt eſt communis opinio. Clar. q.49.verſi.1.& 2.

Rixa ſedata,ſi vulneratus ex interuallo inſultum faciat in vulnerantem, non videtur facere cauſa defenſionis.Sed vindictæ,vt eſt communis opinio.Clar.in §.homicidium,ver.ſcias tamen.

Ruſticus ad hoc.quòd poſsit petere reſtitutionem in integrum contra contractum,factum contra ius, debet ante conſulere duos ſaltem in iureperitos,nec ſufficit vnum.Mauritius de reſti. integr. c.88. communem dicit.

Reuocari poteſt quicquid factum eſt ad falſam aſſertionem aduerſarij, detecta falſitate,vt eſt communis opinio.Alba,in conſ.9.nu.50.

## S

SAcerdos benedicens ſecundas nuptias,eſt ſuſpēſus ab officio & beneficio,non ipſo iure,ſed eſt per ſententi..m ſuſpendendus , vt eſt communis opinio.Clar.q.75.verſi.ſacerdos.

Sacerdos non poteſt reuelare,ſi quis confiteatur ſibi in confeſſione ſe hominem velle interficere.Sed debet celerare,vt eſt communis opinio.de qua Soci.in c.omnis num.71.de pœni.& remiſſio.

Sacerdos poteſt abſoluere de magnis criminibus, etiam ſi ſit homicidium,vt eſt communis opi.Soci.in c.Deus,num.12.de pœni.& remiſſio.Nec quis ob id tenetur audire Papam,vel Epiſcopum,vt ibi.

Sacrilegium punitur pœna extraordinaria. communis eſt opinio. Clar.in §.ſacrilegium,ver.ſed quæro.vide poſtea.Et Sacrilegium punitur ſtatuto laicorum,& ſtatuto canonico.Vnumquódque in foro ſuo,vt eſt communis opi.Clar.ver.ſed pone in d.§.

Sacrilegium,vt propriè dicatur commiſſum de iure ciuili,oportet,vt ſit res ſacra,quæ ſit furata,& ſit furata in loco ſacro,vt eſt cōmunis opi. De iure autē canonico ſufficit alterutrū.Clar. in §.ſacrilegiū in prin.

Sacrilegij pœna de iure ciuili eſt extra ordinaria.Secūdum qualitatem rei,perſonæ,temporis & ſexus.Semper tamen eſt capitalis,vt eſt communis opi.Clar.in d.§.ſacrilegium.

Sacrilegi debent deponi,vt eſt communis opinio.Soci.in c.eccleſia.nume.45.de ſortilegiis.

Sacrilegi puniuntur pœna capitis.Clar.q.68.ver.ſacrilegi.

Sacrilegium eſt de facto Papæ,vel Principis iudicare.l.2.C.de crimi.ſacrile.Et eſt communis canonum ſentētia.Dec.in conſ.602.& 603.

Sagittam iacens,ſi ſit in vno Territorio,& illa ſagitta lædat in alio aliquem,poterit puniri in vtroque foro,& Territorio.Erit tamen locus præuentioni.communis eſt opi.Clar.q.38.ver.5.ſed pone.

Sacrilegij crimen eſt vtriuſque fori,Clar.q.37.ver.item quæro.

Sanguinem ſuum redimere vnicuique licet.Et ideò de criminibus,pro quibus irrogatur pœna ſanguinis,tranſigere licet,vt eſt communis opinio.Clar.q.58.ver.ſucceſſiuè,& ſeq.

Sanguis exiens cadaueris coram occiſore facit indicium ad torturam, vt eſt communis opi.Blancus in l.fi,num.408.ff.de quæſtio.

Schiſmatici omnes ſunt excommunicati. Si autem duo, vel tres electi in Papā de Pontificatu contendūtur,& aliqui bona fide habent vnū illorum pro vero Pontifice,qui tamen legitimè nō ſit electus, excuſantur,vt eſt communis opi.tam diuini quàm humani,vt eſt communis ſententia.Clar.q.78.ver.ſchiſmatici.

Sciens delictum committendū,& non reuelans,non ideò eſt puniendus,vt eſt communis opinio.non enim quis tenetur reuelare delictum,neque ei obuiare,etiam clamando.Clar.q.87.in prin.

Scientia ſola nunquam in delictis regulariter & generaliter punitur, vt eſt communis opin.Soarez verſi.ſcientia.nu.9.Licet in crimine læſæ Maieſtatis ſola ſufficiat,vt mortis pœna plectatur ſciens, vt eſt communis opi.Soarez ibi num.10.Licet contraria opinio ſit magis communis & humanior.

Sciens delictum,ex ſola ſcientia,etiā in eo, qui non habet facultatem prohibendi delictum,non punitur,vt eſt communis opinio. Clar.q. 87.in prin.Niſi ſciat tractatū proditionis contra Principem,vel contra patriam,quia non reuelans debet decapitari.communis eſt opinio.Clar.ibi ver.Punctus eſt.vide tamē poſtea.Item,niſi delicto perpetrando conſentiat,nō ſimpliciter,ſed per viam auctoritatis,& defenſionis,& tunc plus debet puniri,quàm ipſe delinquens,vt eſt cōmunis opinio.Clar.d.87.ver.Hæc autem omnia,quæ procedere ait in grauiorib.criminibus,ſecus in minorib.quia pari pœna punitur.

Scholares non poſſunt extrahi de Scholis pro delicto. Et ita ſeruatur. Clar.q.30.ver.in hoc autem.

Scholares delinquentes punit Rector,Prætor vel epiſcopus,ſi ſunt clerici,vt eſt communis opin,Clar.q.35.ver.quæro nunc.

Scholares & bonarum literarum ſtudioſi habent optionem & priuilegium eligendi iudices in cauſis etiam criminalibus.Etiam ſi criminaliter tractetur de pœna ſanguinis,vt eſt communis opinio.Doctorum.de qua Old.in tract.de iure ſingulari.titu. de Priuilegiis , quæ bonarum literarum poſeſſoribus.&c.Tomo.5.fol.137.

Scommeſſæ,ideſt,cum certa ſtatuta pecuniæ ſumma,aliqui certant inuicem.An quid factum,vel futurum ſit?&c. De iure ſunt licitæ, vt eſt communis opinio.Dubius enim fortunæ euentus nō facit illicitos contractus.Clar.in §.ludus ver.ſed quæro.Dec.conſi.115.nu.4. in 1.vol.communem dicit.Et ita aliàs obtinui Ferrariæ in fauorem D.Iulij à Campode Luca.Et poſtea confirmauit ſententiam conſiliū iuſtitiæ.Anno 1573.Soarez in ver.ſcommiſſæ ſeu ſponſiones.

Scire,vel ſcire debere in delictis à pari procedunt, vt eſt communis opin.vnde dicit Bart.in l.cunctos populos. C. de ſumma trin.quem communiter ſequuntur omnes ſcribentes. Quòd ſi crimen de iure communi nō eſſet delictum,ſed tantum ex diſpoſitione ſtatuti Si

forenſis

communi non eſſet delictum,ſed tantum ex diſpoſitione ſtatuti. Si forenſis traxit moram in loco ſtatuti,adeo quòd veriſimiliter debet ſcire tale ſtatutum,tunc obligatur forenſis pœna talis ſtatuti. D. Gabriel,Caſatus,Crotus Criſpus & Sanſonus.inter conſ.crimi.conſ.59. num.32.Iodocus in Enchiridio Parium vel ſimilium. In verbo ſcire debere.fol.491.Sed non ſufficit ſcientia.vbi denunciatio pro forma requiritur.Tiraquellus fusè in tracta.de retractu.§.36.in glo.2. num. vigeſimooctauo.

Semiplenæ probationes in criminalibus non coniunguntur ad condẽnandum,vt eſt communis opinio.Grat.Reſpon.47.num.6.in 2.volu.

Seditionis auctor punitur pœna mortis.ſi tractatus præceſſit.Clar.q.68 ver.ſeditionis.

Senectus non excuſatur in delictis, facit tamen, vt pœna mitigetur, vt eſt communis opinio,Clar.q.60.ver.ſucceſſiuè. ſed nunquam vidit in practica ſeruari.Niſi in leuibus delictis,vt ibi per Clar.

Senex decrepitus non debet ſubiici torturæ & tormentis,vt eſt cõmunis opinio.Clar.q.64.ver.ſed nunquid.Soarez ver.ſenex.nu.26. Nec eius confeſsio officit,etiam conſtans,vt eſt communis ibi.

Sententia capitalis non debet ſtatim executioni mandari. Sed debent expectari decem dies à iure communi terminati ad appellandum cõceſsi,vt eſt communis opinio.Sed quicquid ſit de iure,contrariũ ſeruatur de conſuetudine.Clar.q.96.in prin.

Sententia capitalis ſi vigore ſtatuti contra aliquem lata ſit,in caſu tamen,quo neque à iure communi.neque ipſo ſtatuto bonorum publicatio imponitur.Tunc ex tali ſententia non venit confiſcatio bonorum in conſequentiam.vt eſt communis opinio.Clar.q.78. verſi. ſed pone.

Sententia publicationis bonorum,trahitur etiam ad bona ſita extra Territorium confiſcantis,vt eſt communis opinio.Bona autem ipſa applicantur domino,in cuius iuriſdictione ſunt ſita, vt eſt communis opinio.Intellige tamen,vt hoc procedat,modo ille Dominus habeat ius confiſcationis bonorum,alias ſecus,vt eſt communis opin. Intelligéque modo confiſcatio fiat ſecundum ius commune. Secus ſi fieret ex ſtatuto,vel ſpeciali lege,vt eſt communis opinio. Itẽ intellige,vt procedat de bonis immobilibus,quia bona mobilia Territorio non circunſcribuntur.Et ideò applicantur domino confiſcãti. Etiam ſi extra eius ſit Territorium,vt magis eſt communis & recepta ſententia.Clar.q.78.ver.ſed hic quæro.

Sententiæ verba ſunt strictè intelligenda.Cur.Iunior conſilio.74.communem dicit.

Sententia,quæ per confeſsionem victoris apparet iniuſta, retractatur per Euangelicam denunciationem. Cur.Iun.in conſ.104.numero 4. communem dicit.

Sententia nulla ex turpitudine iudicis,nõ poteſt iudex,qui protulit corrigere,nec aliter pronunciare.Panor.in c.cum oporteat.nume 6. de accuſatio.communem dicit.

Sententia criminalis eſt nulla iuris ordine non ſeruato.quod eſt, quando nulla præceſsit denunciatio,accuſatio,vel inquiſitio.l.2.3.& 4 C. de ſenten.ex breui.recitan.l.ſi feriatis.ff.de feriis.Et præſertim etiam, ſi quis non fuit citatus,& datus ſibi terminus ad ſe defendendum,& ſtatutus ſibi terminus peremptorius,& alia deficiunt,de quibus Plotus inter conſi.criminalia.conſ.3. num.19. communem opinionem dicens.Boſsius titu.quomodo procedatur per præcepta.col.2.Rolan à Valle in conſ.47.num.44.& 45.in 2.vol.Alias eſſet facere iniuſtitiã Bal.in c.1.in §.ſeu furtum.in 5.col.de pace iura.Firman.in vſibus feudo.Marſil.conſ.27.num.20.in 1.lib.Clar.q.5.verſiculo.ſcias etiam vide omnino.

Sententia in cauſis criminalibus lata,licet ante dies 10.appellationi præfixos,executioni do iure mandari nequeat. Secus tamen eſt ex generali conſuetudine.Soarez in ver.ſententia.nume.91. & 92. Differtur tamen ob rationes reddendas per reum,vel ſi aliquẽ accuſet, donec ſit finis accuſationis,vel donec reus pænitentiã agat,vel donec mulier grauida pareat,vt eſt communis opinio.ibi numero,96.vel ſi de innocentia poſtea rei manifeſtè conſtiterit,vt eſt communis opinio. ibi num.97.

Sententia contra homicidas habet executionem paratam quò ad bona confiſcata contra hæredes,vt eſt communis opinio. Soarez ver. ſententia.num.43.

Sententia excommunicati valet,vt eſt communis opinio.de qua Corn. conſ.vlt.lib.vlt.litera F.ſi ſit tolleratus.ſecundum omnes Modernos, quæ tolerantia tamen debet eſſe propabilis , & ex probabili ignorantia. Vnde ſcienti excommunicationem nihil prodeſt tolerantia hæc, communis ſententia. Et vbi patet notoriè vitium , non poteſt eſſe probabilis ignorantia,& per conſequens ſententia,& quæ ſubſequitur ibi Corneus.

Sententia lata ſuper contractu. vſurario nunquam tranſit in rem iudicatam propter periculum animæ,licet non ſit appellatum.vel deſerta appellatione in principali,vt eſt communis opinio. de qua Iaſ. in conſi.21.num.1.in 1.vol.Et Maranta in ſpeculo.

Sententia contra carceratum,vel ſub quauis alia cuſtodia,ſeu cautione, puta de ſe præſentando alibi,eſt nulla,vt eſt communis opin.de qua Vantius de nullitatibus proceſſ.fol.105.nu.161.

Sententia lata non viſis actis,& cauſæ cognitione non præcedente, eſt nulla,vt eſt communior & verior ſententia.Vantius de nullitatibus proceſſ.fol.214.numero 36.

Sententia tenetur & valet,licet communiter non contineat illa verba apponi ſolita per notarios.Lata,data & in his ſcriptis promulgata. &c,vt eſt communis opinio.de qua Vantius de nullita.proceſſ. fol. 224.numero 83.

Sententia ad aliud quàm ad acta pro eius certitudine ſe referre non poteſt,vt eſt communis opin.de qua Vantius de nullitatibus proceſſ. fol.228.num.103.Niſi illa acta eſſent falſa,quia ſententia non valeret,vt eſt communis opinio.ibi num.129.

Sententia per falſos teſtes,vel falſas allegationes, ſeu inſtrumento lata eſt nulla,vt eſt communis opinio,de qua Vantius de Nullita. proceſſ.fol.235.num.132.Limita,vt ibi per eum.

Sententia contra data ex falſo inſtrumento licet nõ teneatur,ex falſo tamen iuramento data ipſo iure tenetur,vt eſt communis opi.de qua Vantius de Nullita.proceſſ.fol.237.num.139.

Sententia criminalis lata contra aliquem in loco commiſſi delicti,non facit fidem in loco originis,vel domicilij.ita,vt ſit executioni mittẽda,quando eſt lata per iudicem alterius Territorij,prorſus à iuriſdictione illa ſeparati,vt eſt communis opinio.Facit tamen indiciũ cõtra eum,ita quòd etiam non conſtito de delicto poteſt procedi, vt eſt communis opinio.Clar.q.38.ver.ſed pone.

Sententia in criminalibus debet eſſe abſolutoria, hoc modo, Nam ſi reus probat innocentiam ſuam,aliter quam per torturam, abſoluitur diffinitiuè,neque amplius poteſt inquietari.etiam ſi noua ſuperueniant indicia.Si verò per torturam,vel ſi non adſunt indicia ſufficientia ad torturam,vel ad imponendum aliquam pœnam extraordinariam,abſoluitur reus non diffinitiuè.Sed ſtantibus rebus prout ſtant,& ſi ſuperueniant noua indicia,proceditur adhuc ſuper crimine.non obſtante d.ſententia.Clar.q.62.& 57.Vide ſupra in ver. abſolutus.Et in formanda pronuncia diligenter ſunt conſideranda verba legis,ſuper qua fundatur pronunciatio. Vnde quando iudices pronunciant ſecundum ſtatuta terrarum. Verba ſtatuti debent apponi in ipſa ſententia,vt eſt text.quem ad hoc no.ibi Bald. in l. qui ſe dicit.ff.de iudiciis.

Sententiam legere non tenetur iudex in criminalibus,Sed de conſuetudine notarius eam legit.Et ita obſeruatur.Clar.q.93.in princ. Rochus de Curte in tracta.de conſuetudine nu.150.vbi dicit,quòd cõmuniter.Ita faciunt omnes iudices.Nec tenetur iudex in ſententia exprimere cauſam,vt eſt communis opin.Clar.ibi ver.fuit aliquando.Et ſi eſt præſens reus,ſufficeret dicere condemnamus.quia legitimè ſe non defendit.Abſoluimus,quia legitimè ſe defendit.Vel quia contumax,condẽnamus.&c.Clar.q.93.ver.fuit aliquando.Et tenetur ſententia,condemno in centum,quæ ſi non ſoluat, amputetur ſibi manus.Et ita de conſuetudine obſeruatur. Clarus d.quæſtione nonageſimatertia.verſ.quæro nunquid.Et ſi iudex condemnauit aliquẽ in maiori ſumma,quàm dicat ſtatutum,ſententia eſt nulla, & iudex, qui malè iudicauit,tenebitur verſus Rempublicam ad intereſſe.Clarus d.quæſtione nonageſimatertia,ver.quæro.& ſententia,condemno. Titium ex tali cauſa in centum,ſaluo & reſeruato , quòd ſi eſſet condemnatio in plus,vel minus,quam ſtatutum dicit,ex nunc eam reduco ad debitum quantitatem.Clar.ibi.vbi dicit non ita ſeruari.& apponitur clauſula in ipſa ſententia.& in omnibus & per omnia,iuxta formam ſtatutorum ſuperinde diſponentium,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.ver.ſed pone.

Sententia nulla, non debet exequi etiam in criminalibus,vt eſt communis opinio.Clar.quæſt.94.ver.ſcias autem. & eſt nulla lata contra mortuum.l.pen.ff.quæ ſententiæ ſine appella.reſcin.Cæpolla cõſil.crimi.59.numero 3.

Sententia etiam criminalis reprobari poteſt per cõtumacem,qui eſt admiſſus ad nouas defenſiones per Principem,vt eſt communis opin. Clar.q.94.ver.eſt etiam.

Sententia lata per iudicem criminalem contra aliquem ad furcas,cum reſtitutione bonorum raptorum , damnorum & intereſſe. ſecundum communem.valet, & tenetur.D.Rolan.à Valle in conſi.30.numero 1.in 2.vol.

Sententia declaratoria opus eſt, crimen ſcilicet eſſe commiſſum,vt eſt communis,verior & magis recepta opinio.de qua Menoch. conſil. nonageſimonono.numero 168.diſtingue tamen , vt per Bald. in l. iubemus. numero 7. C.de ſacroſanct.eccle. vbi ponit.vtrum pœna intelligatur inflicta ipſo iure. An verò requiratur ſententiam iudicis.vide etiam omnino.D.Hierony.Gabriell.in conſi.51.nu.36.Moro.in tract.de fide,treuga & pace.q.31.nu.4.& q.33.per totum.& q. 36.& vide Apoſtillan.ad conſilium Pau.de Caſt.conſilio 3.litera E.in 3.vol.& per eundem Caſt. in l. decuriones. C.ex quibus infamia irroga.in pœnis itaque.quæ ipſo iure per legem imponuntur,requiritur ſententia declaratoria.tex.eſt ſecundum.Iaſ.in l. ſi quis in ius,

§.quòd autem ait.ff.quod quiſque.nu.4.qui ita declarat omnes leges tam ciuiles,quàm canonicas.in c.cum ſecundum.§.fi.de hære.in 6.& ſubdit Iaſ.ibi.num.3.quòd pœna tituli.quod quiſque iuris. imponitur ipſo iure,vt eſt communis opi.Sed iudex non arctatur pronunciare ſuper crimine,quia ſatis eſt,quòd pronunciet reum ſic feciſſe,vel non feciſſe crimen.vide D.Hierony.à Monte.q.11.nu.15. & ſeq.& moris pronunciandi eſt iudicis opinione,Si enim pronunciauit ſimpliciter reum commiſiſſe illud delictum , de quo agitur, ſtatim venit imponenda pœna.Si verò ſimpliciter imponit pœnam,ſatis videtur pronunciare ſuper delicto,vt per Abb.in c.veritatis. nume.14.de dolo & contuma.& in c.inter delictos.num.12.de exceſſibus prælato.vbi dicit,quòd pœna.quando imponitur alicui ipſo facto,non requiritur,quòd apponatur in ſententia condemnatoria. Et iſta verba habeantur pro conuicto & confeſſo,denotant per ſententiā.Feli.in c.Rodulphus.nu.27.de reſcri.& de decreto,ſeu ſtatuto quòd quis non reſpondens poſitionibus habeatur pro confeſſo,vel habeantur pro confeſſis , quòd requiratur ſententia declaratoria. vide per Syluanum in conſil. 100.in 2.vol.& ſi dicat ſtatutum ipſo iure,non requiritur ſententia,niſi declaratoria.D.Hierony.Gabriellius in conſi.196.num.1.& ſeq.Riminaldus nouiſſius in conſ.72.nu. 136.& ſeq.vbi dicit,quòd nō requiritur ſententia declaratoria,quādo ſtatutum aliter vult.vide Anto.Gabriellium in ſuo communium conclu.lib.7.conclu.12.vbi ampliat & limitat.Anan.conſ.21.num.4. vbi dicit,quòd declaratoria opus eſt,etiam ſi quis confiteatur contenta in inquiſitione forè & eſſe vera.ſed contrarium tenet Burſatus conſ.77.nu.24.& dicit cōmunē.& no.quòd nullus homicida adulter,falſator monetæ,aut alius committens publicum crimen,eſt infamis infamia iuris,niſi lata ſententia,licet ſit infamis infamia facti, vt per Ange.in l.1.§.j.ff.de infamibus.

Sententia lata contra abſentem in criminalibus etiam eſt nulla, vt eſt communis opinio.Menochi.conſi.100.num.278.

Sententia publicationis bonorum trahitur ad bona extra territorium exiſtentia,vt eſt communis ſententia doctorum.de qua Arnonus Epitoma.75.

Sententiæ criminali debet adeſſe reus.& ita quotidie practicatur.vt dicit Blācus fol.18.nu.40.Et debet apponi practica quæ ſe habet,quòd debeat caput amputari,ita quòd anima ſeparetur à corpore.Feli.in c.ex literis.nu.22.de conſtitu.

Sententia criminalis,lata ex conſilio peritorum,non tranſit in rem iudicatam,& ſic poteſt retractari.Vt ſi vulnus ſit læthale,vel nō. Corſetus in repertorio Abbatis.in ver.ſententia.nu.4.ſed an pro ſententia capitali præſumatur.vide per Corn.conſ.278.in 4.vol.

Sententia lata per falſas ſcripturas non poteſt exequi,& contra eū poteſt opponi exceptio falſi,vt eſt communis opin.de qua Soc.in c.ſuper eo.num.6.de crimine falſi.

Sententia lata contra abſentem per falſas probationes dolo præſentis inductas,quas iudex fuit ſequutus eſt nulla,vt eſt communis opin. Soc.in c.ſuper eo.nu.30.de crimine falſi ſententia requiritur, vt bona per fiſcum apprehendantur,quæ tamen fieri poteſt mortuo hæretico,vt eſt communis opinio.Burſa.conſ.43.num.24.ſeu nu.2.

Sententia declaratoria delicti non requiritur,vbi pars eſt confeſſa delictum in iudicio,vt eſt communis opin.Burſa.conſ.77.nu.24.

Sententia declaratoria requiritur ſemper,vt pœna ipſo iure infligatur, vt eſt communis opinio.Burſa.conſi.77.nu.22.

Seruus nō poteſt condemnari in pœnam pecuniariam,vt eſt communis opinio.Clar.q.80.Placa.lib.1.delictorum.nu.18.in fin. Clar. ibi. verſ.item quæro.

Seruus pœnæ loco mortui habetur,vt eſt communis opinio. Soarez verſi.ſeruus.

Seruus qui cum domina ſe immiſcuit,punitur morte.Clar. quæſtione 68.verſic.ſeruus.

Similitudo cauſæ colligitur penès affectionem ipſius teſtis,vt eſt communis opinio.D.Brunorus in vnico conſi.criminali,numero nonageſimooctauo.ad fi.vbi dicit,quòd ex ea redditur teſtimonium ſuſpectum etiam in criminalibus.

Simonia eſt,quando venditur ſpirituale,vel illi annexum, vt eſt communis opin.Clar.in §.ſimonia.in princ.quæ verò præcibus,vel gratia fit,ſimonia propriè non eſt,niſi indignus præferatur digno,& ita præcetur,vt eſt communis opin.Clar.ibi.

Simonia non eſt aliquid recipere pro labore:pro ſacramento miniſtrādo,dummodo non paciſcatur , & ſit quid modicum,vt eſt communis opin.Clar.in §.ſimonia.ver.quæro nunquid.Pro ſacramentis autem miniſtrandis,ita vt ipſa ſacramenta emanatur,non licet aliquid dare,vt eſt communis opin.vtrobique.

Simoniam non dicitur committere,qui licentiam concedit docendi, ſed quaſi ſimoniam,vt eſt communis opi.Clar.in §.ſimonia, ver.vlterius quæro.Pro officio autē conſequendo Principi licet quid offerre & dare,licet palam,non clam.Secus ſi aliis,vt eſt communis opin.Clar.in d.§.ſimonia,ver.præterea.Alias eſſet infamis, & puniretur pœna centum aureorum.Et tenentur in initio officij officiales iurare,quòd non dederunt,nec dabunt aliquid pro tali officio,vt ibi per Clar.Sed hoc receſſit ab aula.Et vt dicit Alberi.in l.j.de offi. aſſeſſo.Iam nunc iudicium nihil eſt,niſi publica merces.

Simoniam committit Papa,ſi vendit ſacramenta,alias ſecus,communis eſt opinio.Clar.in §.ſimonia,verſi.quæro etiam.

Simoniæ crimen eſt merè eccleſiaſticum,& ideo laicus nō poteſt ſe in eo intromittere,vt eſt communis opinio.Clar.in §.ſimonia,verſiculo, hoc quæro.

Simoniacus notorius eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio,vt eſt communis opinio.Clar.in §.ſimonia,verſi.ſed quæro.Et clericus non eſt beneficio priuatus , vel alius propter conditiones & illicitas pactiones,modo non contineant veram & puram ſimoniam.

Simonia eſt ex criminibus exceptis.Etiam ſi ſit tātum commiſſa in beneficio,vt eſt communis opin.Clar.ver.ſcias autem.Et ideò non habent locum ea,quæ in aliis ctiminibus exceptis dicuntur.

Simoniæ crimen non habet locum in Curia Romana,vt eſt communis opinio.Vt ſcilicet non videatur committi,cum ſit præſente Papa tolerata,ſicut & crimen ambitus non dicitur committi in Aula Principis.Clar.in d.§.ſimonia.

Simoniam etiam Papa committere dicitur,ſi recepit aliquid pro collatione alicuius beneficij.habentis adminiſtrationem ordinis,vel executionem Clauium,vt eſt communis,cum diſtinctione tamen iſta. Nā aut loquimur de ſimonia,quæ eſt prohibita de iure poſitiuo tantum,prout eſt vendere beneficia,& huiuſmodi.Et non dicitur Papa committere ſimoniam,aut de ſimonia,quæ de iure diuino eſt prohibita,vt vendere ſacramenta.Et tunc dicitur Papa cōmittere ſimoniam,vt eſt communis opin.Clar.in d.§.ſimonia,ver.quæro etiam.

Simonia non eſt recipere aliquid pro labore in ſacramento miniſtrando,dūmodo non veniat in pactione rei ſpiritualis,etiam ſi modicū ſit.Præpoſi.in c.iudices 1.quæſtione prima.communem dicit. Clar. d.§.ſimonia.

Socio criminis non creditur, ſi ex alio delicto eſſet infamis,vel ſi eius confeſſio eſſet ſine tortura,vt eſt communis opinio D. Hyeron. à Mon.q.16.numero 22.

Socius criminis à ſtatuto admiſſus.Intelligitur, niſi alias exceptiones patiatur,vt eſt communis opinio.Burſa conſi.71.num.25.

Sodomitæ pœna mortis puniuntur.Clar.q.68.ver.ſodomitæ.

Sodomia non ſolum cum pueris & maſculis,ſed etiam cum mulieribus committitur,& punitur,vt eſt communis opinio.Et ideò agentes & patientes ſunt comburendi.Clar.in §.ſodomia.Clar.etiam ibi. §.ſed quæro.Vbi de conſuetudine igne ambo cremantur,vide Soarez ver.ſodomia.nu.128.Plotus inter conſilia crimi.conſi.132.num. 28.& 29.communem dicit.

Sodomita Clericus,etiam occultus,& peracta pœnitentia,ſuſpēſus eſt ab ordinis executione.Et interim celebrans,efficitur irregularis, tali irregularitate,quæ nō niſi à ſummo Pontifice remitti poteſt. Cla. in §. ſodomia ver.item clericus.

Sodomita amittit bona,quæ confiſcantur,vt eſt communis opin. Clarus in §.ſodomia,ver.item ſodomita.Et quidem ipſo iure.Et ſunt infames ſodomitæ,& teſtari non poſſunt.Plotus in l.ſi quando,nume. 311.Contrarium tamen tenet idem Plotus inter conſi.crimi. conſilio 132.Tomo 1.Quod non confiſcantur bona ſodomitæ,nec publicantur. Sed Clar.dicit proculdubio veriorem & magis communem opinionem eſſe credere,quòd publicentur. Soarez verſic.ſodomia.numero 128.

Sodomita ſeparatur ab vxore,vt eſt communis opinio.Clar.in d.§.ſodomita.verſi.item propter.Soarez vbi ſupra num.128.

Sodomię criminis cognitio eſt vtriuſque fori,vt eſt communis opinio, Clar.q.37.verſi.item quæro nunquid.

Sodomia,adulterium & ſimi.non poſſunt puniri per auditum, immo nec per viſum,vt eſt communis opinio. Marſil. conſilio vigeſimooctauo,numero 5.in 1.

Soluens timore ſtatuti,dicitur habere iuſtum metum.Cur.Iun.conſil. 126.num.4.communem dicit.

Soluere delinquens pœnam pecuniariam fiſco,vel parti applicandam, in foro conſcientiæ non tenetur,vt eſt communis opinio.Clar.q.80. verſi.ſed hic.Sed bene in foro conſcientiæ tenetur reſarcire damnū ex eo delicto parti illatum,plura ibi Clar.vide eum.

Somnus criminis pœnam dormienti tollit,ſi non ſit ſolitus in ſomno delinquere.alias ſecus,communis eſt opinio. Soarez verſicul. ſomnus. numero 144.

Sortilegij crimen eſt vtriuſque fori,vt eſt communis.Clar.in §. hæreſis,verſi.vltimo.

Spoliatus à iudice non poteſt petere,vt ante omnia reſtituatur. Cum pręſumatur pro iudice.Cur.Iunior in conſilio 175.numer. quinto, communem dicit.

Spoliatus,nec accuſationi,nec inquiſitioni reſpondere antea tenetur, quàm reſtituatur,vt eſt communis opinio,Soarez in eius Theſauro ver.ſpoliatus,numero centeſimoquinquageſimo.Sed quid iuuat ad ſurdas,ſi cantet Phemius aures?

Spoliantes chriſtianos nauigantes,vel naufragium paſſos,ſunt excommunicati,non latæ ſententiæ,ſed ferendæ,vt eſt communis opinio. Clar.q.77.ver.Spoliantes.

Si in fine alicuius ſtatuti pœnalis ſit aliqua Additio, pœna appoſita in principio videtur repetita in illa additione. Ex quo enim adiicitur, videtur,quòd ſit pars illius ſtatuti.quòd intellige,cum adiicitur verbum adiicientes.Vel etiam,idem iudicium eſſe volumus. &c. communis eſt opin.vt per Abb.in c.de multa.num.18.de præbendis.Vide Iaſ.in l.pen.ff.de in ius vocan.

Stante ſtatuto,quòd non ſoluens onera,non audiatur in iudicio, ſi talis fuit vulneratus.Iudex nihilominus ex officio poteſt inquirere contra vulnerantem,vt eſt communis opinio,de qua Felin.in c. dilecti filij.numero quinto,de excep.Niſi ſtatutum reddat maleficium impunibile,vt ibi.

Statutum diſponens idem,quod ius commune. Addens,vel minuens pœnam,non tollit ius commune.Panor.in c.de cauſis,de off.delega. Henric. Bohich.de Synodo. in 3.parte artic. 1. numero 236. communem dicunt. Licet Henricus tendat ad oppoſitum, & diſtinguit.Ioan.Bap.Vezinus Hiſpanus.in ſuo Ærario communium opinionum,ver.ſtatutum.

Statutum loquens in vno ex correlatiuis,etiam ſi ſit correctorium iuris communis,habet locum in alio.Cur.Iun.conſ.6.numero 1.communem dicit,de qua vide Iaſ.in Authen.quas actiones. numero 33. C.de ſacroſanct.eccle.

Statutum reſpiciens factum,in delictis,ſecundum grauat primum, Vt ſi dicat,qui fecerit tria furta moriatur.Sed ſi reſpicit pœnam non grauat,vt ſi dicat pro duobus furtis quis decapitetur.D.m.Alcia. in c.cum non ab homine,de iudiciis.nu.35.communem dicit.

Statuta,ſeu proclamata,quòd banniti impunè poſſint occidi tenent, & valent,vt eſt communis opinio.Nonius in conſ.98.num.6.

Statutum,ſeu edictum prohibens extrahere de Territorio animalia,vel quid aliud,ſub certa pœna,non comprehendit vendentem in Territorio rem prohibitã extra hi.Et ſi venditio ſit facta in ciuitate,& traditio facta in Territorio,vel propè menia,ex pacto conuento inter partes,non punitur vendens,vel emens,etiam qui ſint in portu cum re prohibita extrahi,etiam quòd habeat animum extrahendi, etiam quòd ſit forenſis emptor,quia potuiſſet pœnitere.Nam duo interuenire copulatiuè debent,vt pœna habeat locum,Vt ſcilicet quis ſit in itinere & voluntatem extrahendi habeat.Et poſſet, etiã ante extractionẽ,extrahendi facultatẽ impetrare.Sed ſi appareret ex cõfeſſione,probationibus & coniecturis eum,qui accuſaretur, fuiſſe extracturum,vel exiturum,eſſet ſecus.Ita D.Hierony.Gabriel.in conſi.18. per totum allegat l.Cæſar.de publica.Et vbi eſt caſus legis ibi nulla eſt dubitatio.l.ancillæ.C.de furtis cum ſimilibus.

Statutum Ferrariæ.De fabricante falſam monetam, non comprehendit fabricantem falſos Bagatinos, quia Bagatini in loco Ferrariæ nõ expenduntur.Et ſtatutum Ferrariæ intelligitur de fabricante monetam falſam currentem in illo loco.Alex.in l.eleganter.§. qui reprobos.ff.de pigno.actio.& in conſil.104.in 1. part. Et d. ſtatutum non habet locum in minore 25.annis,vt per Rolan.à Valle in conſil. 77. nume.9.ver.18.in 3.vol.

Statutum denegans præciſè audientiam,operatur vt iudex ex officio non poſſit procedere.Corſet.in Reperto.Abb.in ver.dictio præciſè. & in ver.iudex ex officio ſuo.Vbi dicit,quòd quando ſtatutum intenderet denegare præciſè audientiam:& tolleret omnimodam facultatem audiendi.Tunc nec iudex poteſt ex officio procedere:quæ opinio ab omnibus approbatur,ſecundum Corſe.ibi. Et iudex procedit ex officio ſuo,quando delictum eſt euidens & notorium.Nam tunc iudex poteſt hoc ex officio ſuo.Licet non iudicet de eo, quod eſt ſibi notum,vt notorium.

Stante ſtatuto,prout eſt Peruſij.Quòd pater teneatur ex delicto filij vſque ad legitimam.Et prout extat Ferrariè Decretum , vel edictum. quicquid ſoluit pater fiſco pro filio,habet filius imputare in legitimam,ſecus ſi non adeſſet tale ſtatutum,quia videretur pietatis gratia ſoluiſſe pater.Et tunc pater ſtante d.ſtatuto.Si filium in teſtamento præteriit,ſuſtinetur teſtamentum ex clauſula codicillari.Et poteſt filius conſequi legitimam tantum,quæ à fiſco rapitur ſibi,ſi eius bona confiſcãtur.Et vltra legitimam,ex vi d.clauſulæ codicillaris,tenetur reſtituere bona & hæreditatem,quando ſcienter à patre eſt præteritus,vt eſt communis opinio.de qua D.Hyeron.Gabriell.in conſi. 109.per totum.

Statutum criminale & pœnale ſi interdicat veſtes,vel alia portari,non comprehendit viſum portare,ſed apprehenſum & inuentum,vt eſt communis opinio.Soarez ver.ſtatutum.num. 194.& ver.inuentus.

Statutum de furtis non habet locum in eo,qui ſurripit hebreo fœneranti:quia cum furtum dicatur cõtractatio rei alienæ inuito domino,hebreus rerum vſura acquiſitarum non eſt dominus , ſed eccleſia vniuerſalis,ſicut & omnium bonorum hebreorum.Item,quia etiam fur de iure communi non debet mori, vt eſt communis opinio.de qua Ang.de Vbal.inter conſi.crimi.conſilio 31. numero 12. Et ideò forenſis fur,qui furatus fuit Bancherio annis retroactuis,poterat fortaſſe ſaluari.

Statuta laicorum contra libertatem eccleſiaſticam,etiam in criminalibus non valent,vt eſt communis opinio.de qua Plotus. conſi. 108. nume.12.inter conſi.crimi.Et condens & non abolens incidit in excommunicationem,vt eſt communis opinio.Soci.in c.Nouerit. nu. 9.13.& 14.de ſenten.excommunica.

Statuta pœnalia non ligant forenſes,& non ſubditos,nec notarium. forenſem & non ſubditum, ex quo præſumuntur ignorare ſtatuta, Secus ſi ſciebant,vel erant in craſſa ignorantia.Plotus in conſi. 108. num.79.inter conſ.crimi.vbi communem dicit.vide omnino Rui.in conſi.48.per totum in 3.vol.Alexandri.in cõſi.45.Rui.etiam in cõſi.49.in 3.vol.Albe.in l.municipia.ff.de operibus publi.num. 1. fallit in Decreto Papæ,vt ibi per eum.

Statutum tribuens iuriſdictionem Poteſtati ſolum ſuper maleficiis cõmiſſis in ſuo Territorio,vetans inquiſitionem,cenſetur vetare accuſationem,vt eſt communis opinio.de qua Ang.de Aret. inter conſi. crimi.conſ.58.num.2.in 2.vol.

Statutum dicens,quòd ex tunc ſit exbannitus & condẽnatus.verbum ſit,eſt verbum expreſſiuum veritatis,& communiter non denotat fictionem,quæ eſt contraria veritati.Corne.conſilio centeſimoquarto.litera F.in 1.vol.

Statutum ſimpliciter & indiſtinctè loquens non comprehendit ſubditum delinquentem extra territorium.Pariſi.conſ.159.vlt.vol.Corne.conſ.89.in 3.vol.Etiam quòd illud territorium ſit ſub eodem Domino. Corne. conſ.106.vol.3.fallit,vt per Pari.ibi.Benè poteſt ſubditus quæri per viam accuſationis ad pœnam impoſitã de iure cõmuni, vt eſt communis opinio.de qua ibi Pariſi.nu.8.& 9.

Statutum,quod tranſiuit in contractum Princeps tollere non poteſt, vt eſt communis opinio.de qua Iaſ.in conſilio 1.numero 24.columna.in j.volumine.fallit vbi ſubeſt iuſta cauſa.l.quòd ſemel.ff.de decre.ab ordi.facien.

Stante ſtatuto,quòd bannitus impunè poſſit occidi,poteſt occidi etiam proditoriè:& ita obſeruatur.Tob.Nonius conſ.99.nu.26.

Statutum loquens in vno excorrelatiuis habet locum & extenditur in altero excorrelatiuis. puta loquens de vxore,habet locum etiam in marito. Etiam ſi ſit correctorium iuris communis.& ſic ſit extenſio de vno ſtatuti prædicti ad aliud correlatiuum.Bar.in l.iura. num. 1. ff.de legib.Ange.in l.nec in ea.in princ.ff.ad l.iul.de adulter.Iaſ. in l. ſicut bonis.numero 2.C.de in ius vocan.Iaſ.in l.legem Iuliam.num. 1.& ſeq.C.de indic.viduita.tollen.vbi communem dicit.quod ſit extenſio in correctoriis & correlatiuis,& huiuſmodi.fallit,vt ibi fuſius per eum.Benedi.de Vado in reperto. Felin.in verſic.correlatiua. vbi etiam infert ad ſtatuta de gabellis.Nam ſi lex facit exemptum monaſterium à vendendo,intelligitur etiam facere exemptum emptorem,qui emit.not.Geminia.in c.j.de tempo.ordi.in 6.& inquit Ioan. de Imola.in illo.c.1.§.1.quòd eo ipſo,quòd lex facit exemptum monaſterium à vendendo,intelligitur etiam facere exemptum , qui emit.& ſi ſtatutum permittat aliquem emere aliquid ſine ſolutione gabellæ.Intelligitur etiam permittere vendere.Et hæc quidem extenſio correlatiuorum,etiam in pœnalibus debet fieri , vnde dicit Abb.in c.quia clerici.de iure patro. quòd lex pœnalis loquens de venditione extenditur ad emptorèm,& hanc dicit eſſe communem theoricam Bart.& legiſtarum in l.ſi.ff.de acceptila. refert ſic Iaſ. in conſilio 112.in 1.vol.numero 2.vbi & alia ad hoc adducit fuſiſſimè, qui omnino eſt legendus.

Statutum puniens vulnerantem,vel inferentem vulnus,non intelligitur de modico vulnuſculo,vt eſt communis opi.Hercula.de cautione de non offendendo.c.27.num. 18.ver.ex quibus.

Statutum contra ius commune valet & tenet. Auguſti. de Arimino in tracta.maleſi.in Addit.ad Angel.in verſic.fama publica. numero 48.fol.92.

Statutum Ferrariæ de furtis,non habet locum in crimine expilatæ hęreditatis,vt eſt communis opinio.de qua Riminaldus in Additio. ad Saly.in l.ſi.C.de crimine expilatæ hæredi.Sed expilator punitur extra ordinem arbitrio iudicis,citra ſanguinem.Menochius de arbitrio iudicis. caſu 199.Cyrillus in eius ſumma criminali.tit.de priuatis delictis.§.3.numero 6.fol.93.& furtum fieri non poteſt , niſi res ab aliquo ſit poſſeſſa.Cyrillus vbi ſuprà.§.5.num.2.vide Saly.in l. ſi te.num.2.C.ex quibus cau.infamia irrogatur.Iaſ. in l.ſi quis extraneus.numero 1.ff.de acqui.hæredit.vbi dicit,quòd crimen furti & crimen expilatæ hæreditatis ſunt diuerſa,quia rei hæreditariæ non ſit furtum.& requiritur in furto,quòd verè res ſit aliena,& inſit dolus.ibi.numero 12.Nam hæreditate iacente non ſit furtum. Alberi. in l.j.§.Scęuola.ff.ſi quis teſtamen.liber.eſſe iuſſus fue.per illum tex. Bald.in l.3.C.familiæ erciſc.& Saly.in l.ſi abducta.num.8.C.de furtis. fallit in tribus caſibus,vt ibi in gl.nam hæreditas antequàm adeatur nondum eius res poſſidentur,ideo de his non ſit furtum. l. contra. §.ſi.ff.rerum amotarum.quia in re non poſſeſſa furtum committi nõ poteſt.l.1.§.Scęuola.ff.ſi quis teſtamẽ.liber. quia hęreditas antequã

adeatur non dicitur in bonis,nec ius adeundi,Balbus in tract. præſcrip.in ver.12.prin.quæro fol.86.col.1.tomo 16.nec obſtat ſtatutũ Ferrariæ.quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem. quia illud eſt fictione iuris,& hæres ante aditam hæreditatem non eſt dominus.Bal.in l.ſi quæſtio.nu.2.C.de iis quibus vt indignis.vbi communem eſſe dicit. Secus ſi ſtatutum diceret. quòd poſſeſſio continuetur in hæredem,quò ad omnem effectum.Plotus in l.ſi quando nu.837.C.vnde vi.vide Iaſ.in d.l.Pompo.§.1.nu.8.Boſſi. de furtis. nu.21.Menochium de arbitrio iudicis.caſu 300.Alex.in l.ſi quis extraneus.nu.5.ff.de acqui.hæredita.Alex.conſ.135.ad fi.in 1.vol. vbi eximit quandam mulierem, quia eſſet mulier.vide Plotum in d. l. ſi quando.C.vnde vi.nu.837.& 838,vbi dicit hoc fallere in decreto Mediolani.Caſt.conſ.3.in fi.in 4.vol.Amplia etiam d.ſtatutum habere tamen locum in publico & famoſo expilatore hæreditatis procedẽdo de ſimilibus ad ſimilia.imò de minoribs ad maiora,ſeu de poſitiuo ad comparatiuum per locum à minori,vt poſſit furca ſuſpendi,prout fur,vigore d.ſtatuti de furtis,vt dicit no.Bal.in l.de his.quę num.2.per gl.ibi.C.de furtis,& ſeruo corrupto.

Statutum de furtis non habet locum in damno dato. quia damnum eſt cum rei corruptione,furtum verò cum rei amotione & contrectatione,vt eſt communis opin.de qua Plotus in l.ſi quãdo.nu.823. C.vnde vi.Pariſi.conſilio 158.numero 11.in 4.volu.vbi dicit magis communem.Gratus reſponſo.154. in 2.vol. & ſtatutum non habet locum ſi quis exigit à debitoribus alicuius pecuniam, & in vſum ſuum conuertit,quia nomina debitorum non cenſentur in dominio creditoris,antequam debitum exactum ad ipſum ſit peruentum. Rui,conſilio 202.numero 11.in 2.volumine.& furtum eſt contractatio rei alienæ,quod genitiuum ſignificat dominium, vt ibi per Ruinum.

Statutum non publicatum non ligat,vt eſt communis opinio.de qua Plotus in l.ſi quando.numero 858.C.vnde vi.Et quando ſtatuta recipiant interpretationem,vide per Iaſon.in lege quamuis. ff. de in ius vocand.

Statutum de furtis,vel damno dato,non habet locum in muliere,quia maſculinum non concipit fœminum in odioſis.Etiam ſi ſtatutum diceret,quòd quilibet poſſit accuſare, quia fœmina non poterit accuſare. Plotus in l.ſi quando.numero 862. C. vnde vi. communis eſt opinio,de qua Anto.Gabriellius in ſuo communium conclu.lib. ſecundo,conclu.6.Anto.Bardus in tracta.de tempore vtili & continuo.c.8.num.15.

Statutum loquens de cognitione hominis. Intelligitur etiam de cognitione de præterito.quòd ſcilicet cognoſcat nũc talẽ,& per prius cognouerit,vt eſt communis opin.de qua Gargeareus inter conſ.crimi.conſ.126.num.1.to.1.

Statuta & conſtitutiones annullantes cõtractus celebratos per minores ſine certa ſolemnitate,licet iuramentum interueniat,non valẽt. vbi ipſa ſtatuta & conſtitutiones iuratos contractus annullant, in contrahentibus,ſiuè requiſitis ſolemnitatibus, dolum & fraudem præſumentes,vt eſt communis opin.de qua D.Simon inter conſil. crim.conſ.154.tomo 1.

Stante ſtatuto,quòd condemnato filio de maleficio, debeat fieri executio in bonis Caſtrenſibus,vel quaſi, & aduentitiis,non habet locum,ſi filius fuerit contumax,vt eſt communis opinio, de qua Tobias.Nonius conſ.102.num.4.Et in peculio aduentitio filij condemnati adeſt etiam ius conſequendi bona per patrem alienata. Contra verò patrem alienantem ad precium agi non poteſt. niſi re perempta,vel præſcripta, vt eſt magis communis opin. Tobias Nonius d. conſ.102.num.11.& 12.

Statuta,ſeu decreta concedentia liberationem,ſeu indulgentiam delictorum,vel diſponentia,quòd banniti cancellentur de danno, non trahuntur ad banna,vel delicta futura, vt eſt communis opinio. de qua Clar.q.59,verſiculo ſucceſſiuè.Idem ſi ſub ſpe decreti,vel ſtatuti condendi,quòd cãcelletur quis de banno, vel indulgentia liberetur,deliquit,communis eſt opinio,vt ibi per Clar.d.quæſt.59.verſic. fortius dico.

Statutum,quòd Guelphus non accipiat in vxorem Gebellinam, non valet,vt eſt magis communis opin.de qua Petr.Rauen.in alphabe. aureo.in ver.ſtatutum,fol.129.

Statutum prohibens rem immobilem alienari in forenſem ſub pœna valet,vt eſt communis opin.Clar.q.80.ver.ſtatutum.5.circa alienationes.Ad quod ſtatutum vide Barba.conſ.43.in 1.vol.vbi ſuper ſtatuto Ferrariæ,& D.Phannucium Lucenſem in conſ.ſuo vnico ſuper d.ſtatuto poſt tract.de confectione inuentarij.

Statutum prohibens matrimonium non valet, vt eſt communis opin. Clar.q.82.ſtatutum.3.

Statutum prohibens matrimonium contrahi cum forenſe,non valet, neque quò ad prohibitionem,neque quò ad pœnam,vt eſt communis opin.Clar.q.82.ſtatutum 3.verſ.Hinc infertur.

Statutum non valet,quòd filii familias non poſſint contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, vt eſt communis opinio. Clar.q.28. ſtatutum.3.ver.ſed nunquid.Et prohibetur ſtatutum per Concilium Tridentinum.c.1.lib.6.

Statutum prohibet ſororem non poſſe nubere ſine conſenſu fratris non valet, vt eſt communis opinio. Clar.quæſt.82. ſtatutum 3. ver item quæro.

Statutum priuãs filiam dote,caſu quo nubat indigno,tenet & valet,vt communis opinio. vtriuſque fori. Clar. d. quæſt.82. ſtatu.3. verſic. ſed quæro.

Statutum vel conſuetudo valet,quòd bannitus poſſit impunè occidi, vt eſt communis opin.Capra regula 11.num.14.

Statuti pœna habet locum in eo qui ingreditur poſſeſſionem alterius ex decreto iudicis inualido.communis eſt opin.Clar.quæſt.82.ſtatutum.4.de turbata poſſeſſione.

Statutum prohibens rem immobilem alienari in forenſem ſub pœna valet,vt eſt communis opin. Clar.d.q.82.ſtatutum 5. verſ.1.ſed non ligat clericos.nec valet contra eos,communis eſt opin.Clar.d.q.82. ſtatu.5.ver.ſed quæro.Idem ſi prohiberet ſpecialiter in eccleſias,vel eccleſiaſticas perſonas alienari,communis eſt opin.Et hoc ſtatutum habet locum,etiam ſi quis inſtitueret forenſem,communis eſt opin. Idem ſi locatio efficeretur forenſi ad longum tempus. Secus ſi ad modicum,communis eſt opinio.Clar.ibi.ver.quæro nunquid. Non prohibetur autem forenſis legatum conſequi,communis eſt opinio. Et ſtatutum etiam prohibet præſcriptionem fieri per forenſem, vt eſt communis opinio.Clarus ibi ver.ſed quid.Item quæro.Nec cenſetur facta dictæ alienationis prohibitione tranſlatum dominium in emptorem, vt eſt communis opinio. Clarus ver. ſed quid ſi, cedens autem actionem forenſi ad rem immobilem, non incidit ex conſenſu in pœnam ſtatuti,vt eſt communis opinio.Clarus ibi ver. quæro etiam.

Statutum autem Ferrar.prohibet fieri ceſſionem. Et Statutum ipſum non habet locum in neceſſaria alienatione,vt eſt communis opinio. Clar.ibi ver.ſciendum eſt.

Statutum prohibet arma deferri. quis eſt viſus deferre arma, ſed non captus non comprehenditur in ſtatuto.Et ita hodie ſeruatur. Clar. d.q.82.ſtatutum 6.in princ.

Statutum punit deprehenſum cum armis.Non comprehendit non captum,licet habeat teſtes contra deponẽtes,quòd viderunt arma deferre.communis eſt opinio.Clar.d.q 82.verſiculo ſed quid ſi ſtatutum.Sed ſi ſtatutum diceret,quòd poſſet procedi per inquiſitionem vt communiter dicitur in edictis,certè comprehenderetur, etiam ſi non eſſet captus & puniretur.Et d.ſtatutum non comprehendit arma defenſiua deferentem,vt eſt communis opinio. Clarus ibi verſi. & ſcias.Quæro nunquid.Nec ſaxa deferentem.ibi.communis eſt opinio,Et deferens arma in nocte veneris.S.vbi non ſonatur campana,punitur ſtatuto prohibẽte de nocte arma deferri,vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſi.pone.Non autem prohibet. Statutum arma deferri ad vſum itineris,vt eſt communis opinio.Clar.verſi.item quæro.Et habens arma in domo non punitur ſtatuto de armis prohibitis,vt eſt communis opinio.Clarus verſiculo quæro etiam.Nec comprehendit clericum.ibi verſiculo vlterius.Et deferens arma prohibita ea amittit,communis eſt opin.Clar.ibi.ver.ſcias autem.Et ita ſeruatur de conſuetudine.

Statutum punit robariam,prout Ferrariæ.Ad ſtatutum dic, quòd accuſator debet docere,& fidem facere.de tribus. Primò, de ſua poſſeſſione. Secundò.de rei exportatione.Tertio de ipſo rei valore & æſtimatione.Et dolum ac ſcientiam rei alienæ ex parte delinquentis,vt per Bal.in conſ.98.in 5.vol.

Statutum,quòd bannitus pro pecunia impune occidi poſſit,non valet communis eſt opin.Capra reg.10.num.23.& reg.12.num.15.

Statutum,quod prohibet extrahi blada extra Territorium,valet.etiam quò ad amiſsionem bonorum,vt eſt communis opinio.Clar.q. 82. ſtatu.7.in princ.Quod ſtatutum etiam ligat forenſes.communis eſt opinio.ibi.verſiculo quæro nunquid.Sed non comprehendit clericos,niſi mercarentur.Bal.in c.ex literis.nu.5.de vita & honeſta.cleri. item non comprehendit portantem per tranſitum comm.eſt opin. Clar.ibi.verſi.item quæro.nec qui pro vſu ſuo exportãt.communis eſt opin.Clarus ibi.verſi.vlterius licet poſtea non vtantur,ſed ea vendant,vt eſt comm.opin.Clar.ibi.verſ.ſed pone.& ſtatutum comprehendit etiam portantem farinam,cõmunis eſt opin.Clar.verſi.præterea,non autem cõprehendit inuentum portare blada teſtibus conuictum,licet perſonaliter non comprehenſum.communis eſt opin. Clar.ibi.ver.ſed hic quæro.Nec comprehẽdit illum,qui eſt in itinere repertum,ſed ad locum prohibitum nondum peruenerat,communis eſt opinio. Clar.ibi.verſi.pone,quod procedit niſi conſtet de mente ipſius,quòd per ſe non ſtabat,quin exportaret,ſed quia fuit inuentus,fuit prohibitus.Clar.d.q.82.ſtatu,7.ver. pone.D.Hierony. à Monte in ſuis variis qq. quæſtione.15.num.36. vbi etiam ponit, quando actus punitur non conſumatus,& ſi quis portat merces illicitas cum licitis,illicitæ confiſcantur, non licitæ, vt eſt communis opin.Clar.ibi.

Statutum de deuaſtatione,valet.Clarus quæſtione 82.ſtatu.8. in princ. & ſeq.ver.

Statutum duplicans pœnam ratione loci,habet locum etiam in percutiente in confinibus ipſius domus,vt eſt communis opinio , Clarus quæſtione octuageſimaſecunda. verbo ſtatutum. in principio. & debet duplicari ſemel pœna.licet ſtatutum adſit,quòd duplicatur pœna in committente delictum in nocte,& in platea , vt eſt communis opinio.Clarus ibidem verſiculo.pone ſtat.& nox intelligitur ante Solis ortum,vel poſtquam Sol non eſt ſuper terram. Sed & hoc eſt arbitrarium iudici.Clar.ibi ver.quæro.

Statutum,quòd ſi quis ſponte fatetur delictum, diminuatur pœna. Siquis primò negauit,poſtea ſponte cõfitetur,ſibi debet diminui pœna,vt eſt communis opinio.Clarus quæſtione octuageſimaſecunda.ſtatuto 9.

Statutum puniens facientem inſultum ad domum,habet locum in faciente inſultum ad porticum domus,vt eſt communis opinio. Cladicta quæſtione octuageſimaſecunda. ſtatuto decimo. in princip. Etiam,quòd haberet domum communem cum alio,vt eſt communis opin.ibi.ver.item quæro.

Statutum tenetur,quòd dominus pro familia teneatur.cõmunis eſt opi. Clar.q.86.ver.& ex hac concluſione.

Statutum,quòd pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio vſque ad legitimam tenetur,vt eſt communis opin.Clar.q.86.ver. valebit igitur.Quod non procedit,ſi filius fuit contumax, & ſe nõ defendit,vt eſt communis opin.ibi.Niſi verba ſtatuti aliud ſuaderet,vt eſt communis opi.Clar.ibi.vbi tradit exemplum.Et ſtante ſtatuto, quod condemnatus pecuniariter pro aliquo delicto, ſi non ſatisfaceret infra decem dies amputetur ſibi pes.Sufficit,ſi infra terminũ pignora,vel fideiuſſorem dederit.D.Hieron.à Monte,In ſuis quæſtio. quæſtione 29.num.25.

Statutum imponens pœnam capitalem nõ intelligitur de pœna capitis ſed deportationis,vt eſt communis opinio.Graſſus opin.communi.lib.1.c.3.q.25.

Statutum dicens,quòd ſtetur iuramento alicuius,certè poteſt contrarium probari,vt eſt communis opin.Bartol.Accerbus inter conſilia crimi.conſ.11.num.3,Tomo vlt. Et ſi ſtatutum dicat.quòd ſtetur ſacramento accuſatoris,non habet locum in furto, niſi quatenus ius commune diſponeret.Nec ſi quis exportaret ligna,creditur domino accuſanti contra accuſatum ex ſolo iuramento.Alex. conſilio. 168. num.3.in 2.

Statutum habens clauſulam derogatoriam non tollitur per aliud.Niſi de ea expreſsè faciat mentionem,vt eſt communis opinio.de qua Riminal.nouiſſimus in cõſilio 88.numero ſexageſimoſexto. Et ideo ſi vult primum ſtatutum talem clauſulam derogatoriam habētem quòd copia indiciorum tradatur,per aliud non poteſt tolli, niſi de ea faciat mentionem expreſsè.Etiam,ſi eſſet Principis litera Ducalis vt ibidem.

Statuta ſunt ſtricti iuris,& ideò ſtrictè intelligenda D.Rolan.à Valle in conſil.24.nu.9.in 3.vol.communem dicit.Caſt.in l.quicquid aſtringendæ.nu.5.ff.de verb.oblig.Et ideò ſtante ſtatuto,quòd ſi quis ſententiæ executionẽ petierit,incidat in pœnam.Statutum intelligitur,ſi executionem petierit,&illam ad finem perduxerit,quia quãdo pœna à ſtatuto imponitur,delicti cõſumatio requiritur.cum ſtatuta ſint ſtrictè interpretanda.D.Hieron. à Monte. In ſuis quæſtionibus. q. 29.nume.47.& ſeq.vbi fuſius.Et vbi ſtatutum non loquitur , ceſſat eius diſpoſitio.Cur.Iun.conſ.276.num.45.in 3.vol.

Statuti forma ſubſtantialis eſt omnino ſeruanda,vt eſt communis opi. de qua Rolan.à Valle in conſ.30.nu.1.in 3.& forma ſubſtãtialis dicitur,quando diſponens vltra proceditur actum annullando , ſolemnitate non ſeruata,vt eſt communis opinio.de qua Rolan.ibi. num. 11.& vbi ſtatutum diſponit aliter quàm ius commune,tale ſtatutum tanquam ſubſtantialia ponens,cenſetur dare formã.& ideò eſt omnino ſeruandum,vt eſt communis opin.Rolan.conſ.72.nu.61.Et omiſſio formæ ſtatuti & proclamatis, etiam in minimo vitiat actum, vt eſt communis opin.ibi.num.64.

Statuto vt quis ligetur,requiritur,quòd ſtatuentes habeant iuriſdictionem in loco,vbi dirigitur virtus ſtatuti,vt eſt communis opi.Rolan. à Valle.fuſius.in conſ.32.num.44.in 3.vol.

Statutum non ligat ſubditum delinquentem extra territorium . Niſi hoc dicat,& poteſt fieri tale ſtatutum,vt eſt communis opin. de qua D.Rolan.à Valle.in conſ.32.nu.46.in 3.vol.Soc.in c.à nobis num.52. cum ſeq.de ſententia excommuni.vbi plenè.

Statutum non valet,quòd ſoluatur pedagium de rebus , quæ ſui vſus cauſa deferuntur,vt eſt communis opin.de qua Roland. à Valle in conſ.34.nu.20.in 3.vol.alias.ſic.Et forenſes non excuſantur etiam in terminis proclamatis.Riminaldus nouiſſimus in conſ.72.nu.156. & ideò pro libris,qui gratia iuris exercendi portãtur per Doctores, non debet ſolui gabella.Rolan.ibi.nu.15.& 16.immo exigentes pedagia puniũtur pœna capitali.ibi.n.18.adde,quòd incurrũt in pœnam indignationis Principis noſtræ ciuitatis ex decreto Herculis primi Ducis Ferrariæ digniſſimi collegio Doctorum. conceſſo pro quo vide Syluanum in conſi.1.nu.44. in 1.vol.& deciſ.Delphi.425. num.1.lib.2.

Statutum factum in ciuitate pro lege communi habetur, vt eſt communis & indubitata concluſio.Rolan.à Valle in conſ.72. nu.2. in 3. vol.& recipit interpretationem à iure communi. licet ſit contra ius commune,vt eſt communis opin.ibi.nu 34.& ſi fiat ſtatutum ſuper aliquo,ſuper quo ſit prouiſum de iure cõmuni,non cenſetur derogatum iuri communi,licèt diuerſimode ſtatuatur.& quando ſtatutum ponit aliam pœnam pro cimine,quam ius cõmune.videtur receſſum à iure communi.Niſi ex aliquibus coniecturis apparet,quòd ſtatutum noluit recedere à iure communi.Iudex tamen tenetur ſeruare ſtatutum,& imponere pœnam ſtatuti,quòd certè iurauit.Caſt. in l.1.§.dixerit.ff.de publica.

Statutum,quòd dicit,ipſo iure puniatur,non requirit factum hominis nec partis,vt eſt communis opin.de qua Rol.à Valle in conſ.90.nu. 17.in 3.vol.Portius conſ.149.

Statutum præfigens certum terminum ad inquirendum,elapſo illo tẽpore,perit,ius procedendi de eo crimine,adeò quòd de eo amplius cognoſci non poteſt.& ideò ſi maleficium ſit notoriũ,& ſit elapſum tempus datum ad inquirendum ſecundum formam ſtatuti.tandem ſi reus confitetur maleficium,reus non poteſt ex iſta confeſſione cõdemnari,vt eſt communis opin.de qua D.Rolan.à Valle in conſ.94. nu.12.in 3.vol.vbi abducit rationem.& iſtud ſtatutum inducẽs præſcriptionẽ inquiſitioni formandæ procedit tã in occultis,quã in non occultis delictis.Syluanus conſ.7.nu.2.in 1.vol.& ideò confeſſio rei poſt elapſum terminũ d.ſtatuti eſt nulla,& nõ nocet cõfeſſo, vt eſt magis cõmunis opi.de qua ibi Syluanus.nu.6.vide tu tamen Marſ.in conſilio 87.numero 15.& per totum. Natta conſilio 225. numero ſecundo,in 1.volum.

Statuta vſu non recepta non ligant,vt eſt communis opi.de qua Menoch.conſ.75.num.90.

Si ſtatutum prohibet emi frumentum , niſi pro vſu ſuo,oportet quòd tempore,quo quis emit,emat animo vtendi pro vſu ſuo,adeò quòd ſi mutauerit poſtea voluntatem,& non vtatur,ſed vendat,non incidit in pœnam,quia ille animus vtẽdi debet adeſſe ab initio,nec curatur qualis ex poſtfacto fuerit animus,vt eſt communis opin.vt per Doct.in l.cætera.§.ſed ſi parauerit.ff de leg.1.Paſethus conſ. 190.nu. 11.& voluntas extrahendi debet probari per daciarium fuiſſe tempore venditi frumenti ad pœnam incurrendam.Et tali caſu ſtãdum eſt iuramento ementis,vt eſt communis opin.de qua per Docto. in d.§.ſed ſi putauerit.& de qua etiam ibi Paſethus.numero duodecimo,an ſtante ſtatuto,quòd nullus poſſit emere fumentum ſub pœna, idem intelligatur de venditore.Bartolus in lege ſi ego , numero primo.ff.de prætoriis ſtipulatio.vbi determinat,quòd ſic. & ibi per Apoſtillantes.

Statuto depoſitionibus eſt ſatisfactum,ſi quis reſpondet occidi, ſed ad mei defenſionem,vt eſt communis opi.vt per Soc.in l.j.ff.vulga.col. 6.ver.vnde conſidera.& perinde eſt,ac ſi ſimpliciter reſpondiſſet , vt. eſt communis opin.D.m.Alc.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de ver.obl. fuſius Paſethus in conſ.191.num.1.& ſeq.

Statuti pœna poteſt minui,vt eſt communis opinio,de qua Tiraquell. de pœnis.in prætha.nu.22.ex cauſa ſcilicet etiam iurati.ibi.num.33.

Statuta etiam pœnalia & exorbitantia ex identitate rationis extendũtur de ſimilibus ad ſimilia,vt eſt communis opi nio.de qua Ripa in tractat.de peſte.numero 283.fol.52.non tamen ſtatuta in caſu ſimplici extenduntur ad caſum mixtum.quia ſunt odioſa.Dec.conſilio 334.nume.1.

Statutum etiam pœnale ex identitate rationis,extenditur ad ſimiles caſus etiam fictos,vbi caſus verus & caſus fictus æquiparantur per ius commune,vt eſt communis opinio,de qua Ripa in tractat.de peſte. ſub rubrica de remedio præſeruatiuo. num. 50.D.Hieron.de Monte.q.28.numero 19.Et ſtatutum quod loquitur in materia pœnali, non debet extendi ad alium caſum,vt dicit Ioan.Andr.in c. odia. de regul.iur.in 6.Ange.& Caſtr.in l.1.ff.quod quiſque iur.vbi dicit hoc vſu receptum.

Statutum diſponens,quòd ſententia contra filium noceat patri in pœna corporali non tenetur.Secus in pœna pecuniaria,vt eſt cõmunis opin.quæ in practica ſeruatur,vt per Ant.de Tremol.ad pract.Bonacur.fol.108.ver.quartus caſus.vide omnino.Marſi.ſing.362.vbi ponit limitationes.

Statutum permittens bannitum occidi,etiam in foro conſcientiæ occidens eſt tutus,vt eſt communis opin.Petr.Rauen.in ſuo aureo Alphabe.in ver.bannitus.col.pe.ver.ſi ſtatutum.fol.12.& valet d.ſtatutum.Abb.in c.dilecti.de excep.

Stantibus ſtatutis generalibus de armis non portandis, forenſes non excuſantur.Petr.Rauen.in Alphabeto aureo. in ver. bladum. communem dicit.

Statutum,quòd pœnæ maleficiorum duplicetur in palatio. duplicatur etiam pœna,ſi quis maledixit.Deum in palatio,vt eſt cõmunis opin.

de qua Petr.Rauen.in Alphabet.aureo.in ver.blaſphemare.

Statutum dicens,quòd bãnitus nõ audiatur proceſſus itaque erit nullus, ſi procedatur etiam parte nõ opponente.tanquam factus contra legis prohibitionem vel ſtatuti,vt eſt communis opinio.de qua Petr.Rauen.in ſuo Alphabeto aureo.in verbo lex.Et ſi ſtatutum didicit,quòd bãnitus habeatur pro confeſſo,debet intelligi quò ad ea, quæ ſunt intentata in banno,non quò ad alia.Stephanus de Federicis in tract.de interpretatione iuris.num.87.in vlt.parte.

Statuta condere non poſſunt magiſtratus.inferiores à Principe contra ius commune,vt eſt communis opin.Pet.Rauen. in ſuo Alphabeto aureo.in ver.magiſtratus.

Stante ſtatuto,quòd ſi quis fuerit inuentus cum armis.&c.ſi nõ eſt captus,non dicitur inuẽtus,vt eſt communis opin. de qua dixi ſuprà, & de qua Riminaldus nouiſſimus in conſ.8.nu.2.vbi ab ea in iudicando,& conſulendo nõ debere recedi dicit. & ibi plura ſimilia adducit.fallit ſi contrarium de mente condentis ſtatutum, vel proclama appareret, vt ibi per Rimi.d.conſ.8.nu.23.vide Alex.in conſ.216. in 6.vol.vbi ſimilia etiam adducit.& ad hoc vt habeat locum pœnæ legis vel ſtatuti,requiritur,quòd delictum ſit conſumatum, Bart. in l.1.ff.ad l.Cornel.de ſicar.

Statutum quòd dicis,non audiatur,vel non admittatur bannitus,intelligitur ope exceptionis, non ipſo iure, vt eſt magis communis opi. de qua Iaſ.in conſ.167.nu.3.ver. item inquantum,Niſi dicat non audiatur vllo modo, vt ibi per Iaſ.in 2.vol. & in conſ. 168. vbi etiam dicit,quod quando ſtatutum denegat audientiam generaliter,pœnitus inhabilitando perſonam,vt in bannito,tunc quia deficit perſona in qua ſubſtantiatur iudicium,ipſum iudicium eſt ipſo iure nullum,quamuis exceptio non fuerit oppoſita.Secus quando ſtatutum denegat audientiam, non propter perſonæ inhabilitatem ſed propter facti præcedentis contrarietatem, vel difformitatem , vel propter alium defectum.qui non perſonam,ſed cauſam reſpiciat.Et iſta eſt magis communis opinio,vt ibi per Iaſ.in 4.& 5.col.& per totum. & not.quòd vnum ſtatutum aliud declarat.Soci.iun.in conſil.1.nu. 29.in 2.vol.item ſtatutum, quòd quicunque quid agentem expellatur de ciuitate.Dic quòd localem tantum adiectionem ſignificat. Ange.in l.& ſeruorum §.1.ff.de ſtatu.homi.item ſtatutum diſponẽs, quòd ius commune,aut aliquid vltra ſublato iure communi,cenſetur ſublatum ſtatutum.Abb.in c.ſi.num.4.de obſerua.ieiunio , item caſſatis ſtatutis,non extenditur ad iurata.Moronus de fide,treuga & pace.c.6.num.3.in 2.editione.

Si ſtatuto caueretur contra ſententiam latam contra inquiſitum non poſſe opponi aliquam exceptionem nullitatis,non diceretur ſublata exceptio nullitatis prouenientis ex defectu iuriſdictionis,& competentiæ iudicis,Soc.iun.in conſil.78.numero 15. vbi communem eſſe probat.

Statutum puniens plus petentem,nõ habet locum in eo,qui ante ſententiam deſiſtit à petitione.vel poſt pendente appellatione. Gratus reſponſo 85.num.1.& eſt communis opin.

Statuta ſeruari debent loci dominantis in loco dominato . cum ſtatuta ciuitatis dominantis ſeruentur in locis ſubiectis,& ſi iuri communi repugnarent.Et ſtatuto loci cautum eſſet,quòd vbi deficeret ſuum ſtatutum:deberet haberi recurſus ad ius commune. Nihilominus prius debet recurri ad ſtatutum ciuitatis dominantis,& illud ſeruari tanquam ius commune.quòd ciuitatis Ferrariæ iure municipali cauetur,vt in terminis.Gratus reſponſo.11.nu. 11.& 12.in 2. vol.Caſt.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.nu.4.ff.de pigno.actio.& extant literæ Principis,de quibus ad propoſitum.Riminal.conſ.72.nu.8.in 1.vol.& no.quòd vnumquodque ius debet ſeruari in foro ſuo.quia iudices laici iurant ſeruare leges,non canones,nec poſſunt mandata Principum tranſgredi.Bal.in conſ.386.in 5.vol.

Statutum quis obſeruare debet in omnibus ſuis partibus , qui in eo ſe fundat,vt eſt indubitata opinio.de qua Riminal.conſilio 396.num. 1.in 2.vol.Et ſi dicat ſtatutum reformationes debere præciſè ſeruari. Intelligitur præciſè.id eſt ad literam prout iacet.Et ſi opus eſt manu militari,& remedio etiam carceris.Baldus.in c.ex parte.numero 13. de reſcrip.

Statutum certi loci,apponens certam pœnam,afficit etiam non ſubditos,data ſcientia ſtatuti,vt eſt communis opinio.de qua Abb.in c. à nobis num.6.de reſcript.Secus ſi ſint ignari,ibi num.9.Et verba ſtatutorum quantumcunque generalia reſtringuntur ad habiles.

Statutum iuratum.Collegij.& vniuerſitatis poteſt tolli, vel mutari ex iuſta cauſa abſque eo quòd incurratur in periurium, vt eſt cõmunis opin.Capra reg.9.num.38.Fallit vt ibi.

Statutum generaliter loquens comprehendit minores,vt eſt communis opin.de qua Marſ.ſing.481.fallit vt ibi.

Statutum non valet,quod filius abſque cõſenſu patris matrimonium contrahere non poſſit,nec ob id exhæredari poteſt. nec alimentis priuari.Dec.conſ.231.in 2.vol.

Statutum,quòd pater teneatur pro filio, & vnus pro alio,non valet, cum ſit odioſum.Dec.in conſ.359.in 1.vol.

Statutum pœnale de vera perſona,nõ habet locũ in repreſentata.Dec conſ.486.vbi latius.Quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris , & contra communem rationem inducta,& ideò non extenduntur, ſiue interpretantur,niſi in caſibus,in quibus expreſſè loquuntur. Odofredus in l.certa forma.nu.13.C.de iure fiſci. lib.10.Protrahuntur tamen etiã ad alios caſus ſimiles,vbi ſit eadem ratio,vt ibi per eum.

Statutum,quòd bannitus impunè occidi poteſt,etiam habet locum in eo,qui occideret bannitum,dato quòd occidens ignoraret illum eſſe bannitum,vt eſt communis opin.de qua Dec.conſ.327.nu.4.in 3. vol.Etiam,quòd occidens habuiſſet notitiam per publicam vocem & famam,quòd bannitus liberatus fuiſſet,non tamen ſciret eum de banno cancellatum,vt ibi fuſius. vide omnino Iaſ.in l. huiuſmodi.§. ſi ita.num.15.& ſeq.ff.delega.1.

Statuta debent interpretari ſecundum communem vſum loquendi. Soc.conſ.157.nu.3.in 1.vol.Et etiam communis vſus loquendi habet locum in ſtatutis Principum,& in verbis legis.Abb.in c.Capellanus nu.1.de Feriis.Iaſ.in rubrica.ff.de operis no.nuntia.nu.6.& 7 Limita,vt ibi per eum.Etiam ſi ſtatutum ſit pœnale, & punitorium , ac odioſum.Amplia & limita, vt per Iaſon.in lege ſi auiæ.columna fin. numero duodecimo C.de ſucceſſo. edicto. vbi latius. Nam communis vſus loquendi præualet propriæ verborum ſignificationi,vt eſt communis opinio.de qua Benedictus de Vado. In reperto. Fel.in verſ.nepotis appellatione.Limita,vbi adeſſet ſtatutum in ciuitate diſponens,quòd verba debeant intelligi propriè, ſecundum naturale verbum,vt ibi.Et communis vſus loquendi eſt largus & generalis,vt dicit Bal.in l.1.ff.ſi cer.peta .Et debet eſſe ſalua ſemper conſuetudo interpretatiua ſtatutorum,vt dicit Bal.in conſ.48. num. 3.in 3.vol.Et non ſecundum ius commune,vbi agitur de perſonali pœna.Caſt.in l.ſi fugitiui.num.7.C.de ſeruis fugiti.Sed prout iacet, & hoc ex generali conſuetudine,vt ibi Caſt.fuſius.

Similitudo caſuum in ſtatuto non inducit correctionem legis,vel ſtatuti,vt eſt communis opin,de qua per glo.communem & vulgatam, quamquam valde notabilem.de qua per Bal.in conſ.224.in 1.vol.

Si ſtatuto cauetur quòd ſi aliquis banniatur.bannum eius debeat exẽplari in libro communis per tabellionem deputatum.Modo accidit quòd per errorem tabellionis eſt omiſſum quominus bannũ exempletur,an bannum vitietur?Et communis eſt opin.quòd vitietur.de qua Salice.in l.ambiguitates.numero quarto.C.de teſtamen.& quẽadmo.teſtamen.ope.

Stante ſtatuto,quod bannitus de homicidio. non audiatur. cum hæc ſint duo obſtacula,alterum ſolum non obſtat, ſed ideò debet eſſe condemnatus immediatè de homicidio,nec ſufficit, ſi ex mandato homicidij ſit condemnatus.Ita Bal.in l. 1 nu.37.C. ſententiam reſcin.non poſſe. Et ſtatutum dicens,quòd bannitorum querelæ non debeant audiri.Licet aduerſarius non opponat.Iudex tamen ex officio debet bãnitũ repellere.Bal.in l.quos prohibet.ff.de poſtulãdo.

Stante ſtatuto,quòd querelæ bannitorum non audiantur,bannitus ex aliqua iuſta cauſa,petit ſe in integrum reſtitui contra bannum,quod poteſt,an repelletur ad hoc beneficio per diſpoſitionem d. ſtatuti? Reſpon.Bal.quòd non.in l.1.nu.5.C.ſi penden.appella. mors interue.quia non videtur bannitus,qui habet in integrum reſtitutionem. Idem dicit in excommunicato.

Statutum dicit.Quòd ſi quis tale quid fecerit.Intelligatur & ſit bannitus.Intelligitur ipſo facto,ſine iudicis miniſterio.Bald.in l.1.col.1. num.1.C.de ſecun.nup.

Statutum dicens.patrem teneri ſoluere condemnationem pro filio vſque ad legitimam,licet ſapiat tyrannidem,& ſit contra ius commune.vt dicit Bald.in l.ſeruum quoque.§.publicè,in 1.col.ad fin.C.vnde vi.vbi etiam dicit,quòd poteſt comparere pater pro ſuo intereſſe & filium defendere.Tamen tale ſtatutum valet,vt eſt magis communis opin.quæ in practica ſeruatur,vt dicit Alex.in l.lex Cornelia. nu.8.ff.de vulga.& pupil.Et magis communem dicit Soc.iun.l. cum filiusfamilias.nu.8.ff.de verb.obl.Et licet ſit cõtra ius naturale tamẽ valet.Bal.in l.ſi quis in tantam.num.13.C.vnde vi.Non tamen habet locũ,ſi nepos delinquat,quia nõ tenetur auus,quia ſtatutũ hoc nullã habet in ſe rationem,& ideò merè eſt inhærendum verbis,vt dicit Bal.in l.ſi filius tuus.C.ad Macedo.Grammarus in tract. de extẽſionibus,nu.185.Et pater non tenetur pro filio condemnato in cõtumacia.Felin.in c.Bertoldus col.7.de re iudica.Caſt.conſ.30.omiſſo ordine.Bal.in tit.de execu.ſententiæ.in ver. ſententia lata in filium. Et quod habetur in l.executores.C.de bonis quæ libe.Fab. in Authen.nouiſſima.C.de inoffi.teſta.col.8.ver.quartò quæritur.Soc.in l.cum filiusfamilias col.2.de verb.oblig.ſpecula.in tit.de execu. ſententiæ.§.ſequitur videre.ver.quid ſi filiusfamilias.Bal.in l. ſi qua pœna.de iis,qui ſunt ſui.& ibi per apoſtillan.Et hæc eſt communis opinio.vt ibi per Socinum numero ſexto.Item ſtatutum ſimpliciter dicens,quod pater in maleficiis tentatur ſoluere condemnationem factam filio vſque ad legitimam.Tenebitur pater,etiam ſi filius poſitus fuerit in banno per contumaciam,& iſta eſt magis communis opinio.Socinus in dict.leg.cum filiusfamilias.numero decimo.ff.de verbo.

verb.oblig. Quod intelligit ibi.numero vigeſimo.Stante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo.Et quando pater ex forma ſtatuti tenetur aſſignare legitimam filio delinquenti,fictione ſtatuti pater intelligitur mori tunc,cum portio aſſignatur.& tũc viuo ipſo patre legitima non augetur,nec minuitur.Bald.in l.ſi ſucceſſione.C. de his, quæ in frau.credito.Et no.quòd ſtatuta terrarum,quæ volunt certa tempora ſtatui,alioquin ponatur reus in banno,ſi non comparet,ita ſunt præcisè ſeruanda , quòd nihil addi, vel diminui poteſt, quia ſtatutum dat formam iudici.Bald.in Authen.qui ſemel,C.quomodo & quando iudex.

Statutum puniens grauiori pœna offendentem me ad domum etiam habet locum in offendente me ad domum communem,vt eſt communis opinio.de qua Alexan.in l.ſerui electione.§. labeo. num.2. ff. de leg.1.Sed nunquid habeat locum ſtatutum in offendẽte in porticu domus?Reſpon.Abb.in c.1.de decimis.Satis dicere ponderandã mentem ſtatuti.An ratio verificetur in porticu domus, vel ne?Et ſi ſtatuto puniretur delictum commiſſum in eccleſia, non vindicaret ſibi locum in delicto commiſſo in Baſilica,ſeu Lodia.Abb.in rub.de conſecra.eccle.vel altari.

Statutum porhibens portari frumentum extra territorium.Non intelligitur de eo,quòd quis ſui vſus cauſa portaret,vt eſt communis opinio.de qua Alexan.in l.præterea.§.ſed ſi quis.numero 6.ff.de lega. 1.Et hoc habet locũ,& ſufficit,quòd quis habeat propoſitum portandi à principio ſui vſus gratia,quamuis poſtea ex noua cauſa frumentum iſtud non conſumpſerit in proprios vſus,ſed vendiderit. Alex.ibi.Et quis non dicitur extraxiſſe Bladum contra decretum, qui reperitur in finibus,licet verum ſit eum portaſſe contra decretum, non tamen extraxiſſe,vnde delictum non eſt conſumatum.Si ſtatutum dicit.Si quis extraxerit, Secus , ſi dicit. Si quis portauerit, quia contra portat, ille qui per legem prohibitus tendit. Si autem nondum cœpit portare,licet aptauerit ſalmas ad portandum , non punitur,quia iſta præparamenta non faciunt rem non eſſe integrã, & adhuc locus eſt pœnitentiæ.vide Bald.in leg. arboribus. columna 1.ad fi.ff.de vſufruct.

Statuto ſimpliciter loquente.Non obſtante quacunque conſuetudine in contra faciente,per iſtam clauſulam derogatoriam cenſetur derogatum conſuetudinibus præcedentibus, & etiam futuris, vt eſt communis opinio,de qua Iaſ.in lege de quibus.numero quinquageſimoquinto.ff.de legibus.

Si ſtatutum permittat aliquem offendi impunè poſſe,poterit etiã impunè occidi,vt eſt communis opinio.de qua latius Iaſ. in l.in ſuis. numero 26.ff.de libe.& poſth.

Statutum dicit,quòd bannitus poſſit impunè occidi.quidam bannitus dicit ſe non eſſe iure bannitum,vel de iure debere eximi de banno. Si medio tempore occidatur.An occidens teneatur de homicidio vel ne?Et communis opinio videtur,quòd indiſtinctè,ſiue via appellationis,ſiue alia via agatur de nullitate,vel iniquitate bãni,illo medio tempore nõ poſſit bannitus impunè occidi.Iaſ.in l. poſſideri. §. ſi ſeruus num.8.ff.de acqui.poſſ.

Stante ſtatuto,quòd ſi quis ingreſſus fuerit fundum alterius,& eum in poſſeſſione turbauerit,puniatur.&c.Si quis intrat ex decreto iudicis inualido,non excuſatur à pœna ſtatuti ſimpliciter loquentis, vt eſt communis opinio.de qua Iaſ.in l.iuſtè poſſidet.nume.24.ff.de acqui. poſſ.Limita,vt ibi per Iaſ.num.30.

Statutum excommunicationis nõ comprehendit Epiſcopum, quia nõ poteſt ſe ipſum excommunicare,vt eſt communis opin.de qua Soci.ſenior.in c.noſtro.num.47.de pœniten.& remiſſio.

Statutum imponens pœnam vendenti rem immobilem forenſi. Si hæres in teſtamento ſit damnatus vendere rem immobilẽ forenſi , teſtamentum cum non excuſat,vt eſt communis opinio.de qua Iaſ.in l.iuſtè poſsidet.num.29.ff.de acqui.poſſ.

Si ſtatuto cauetur,quòd elapſo termino banni,bannitus poſsit impunè offendi.Si conſtat bannitum intra terminum banni comparere non potuiſſe.interim offendi non poteſt,vt eſt communis opin. de qua Iaſ.in l.ſi quis ſtipulatus.§.2.nu.8.ff.de verbo.obliga.Et dicit quòd ſeruaretur in practica.Et no.quòd occidens bannitum, non gaudet priuilegio ſtatuti,quando ipſe dolosè procurauit bannum. Abb. in c.poſtulaſtis.nume.7.de conceſsio.præben.Facit quod inquit Natta.in conſi.233.& Felin.in c.non debet,ſub numero 4.& ſeq.de teſtibus.Roma.ſingu.591.Ferratius cautela 18.D.Rolan.à Valle in conſi. 66.numero 47.in 1.Bombinus quæſtio.5.Fran. Marcus deciſ. Delphina.425.numero 6.lib.2.Et ſtatutum diſponens,bannitum haberi pro confeſſo,intelligitur,quò ad malificia deſcripta in libro banni,& nõ quò ad alia,& limitata cauſa limitatum producit effectum. Ita Iaſ.in l.age.num.12.C.de tranſact.

Statutum diſponens,quòd nullus poſsidens apothecam poſsit perſonaliter capi.Si quis poſsidet viliſsimam,poterit capi.Iaſ.in l.quia. de feudis.numero vigeſimoſecundo.qui feudum dare poſſunt.fol.206. communem dicit.

Statutũ quod vnus pro alio teneatur & puniatur. valet, vt eſt communis opinio.Dec.in c.cognoſcentes,num.4.de conſtitu. Benedic' de Vado.in reperto.Feli.ver.Statutum,quòd vnus.

Statutum imponẽs pœnam mortis pro homicidio debet intelligi,dummodo ex dolo & propoſito committatur, vt eſt communis opinio, vt per Dec.in c.cognoſcentes.numero 11.de conſtitu.amplia & limita,vt ibi per Dec.

Statutum dicens,quòd quis puniatur pœna manus,vel alia pœna iudicis arbitrio.Intelligitur de ſimili pœna.Et ſic de mutilatione mẽbri,non autem capitis amputatione.Dec.in c.ex literis.numero decimoquinto.de conſtitu.

Statutum dicẽs, quòd iudex omnes pœnas ſuo arbitrio imponat,quomodo intelligatur?ponit Corſetus In repertorio Abb.in verſ.pœna. Et in verſ.iudex procedens.Aliter etiam non probato delicto.Et debet iudex multum temperare pœnam,quando procedit ex præſumptione.vt ibi fuſius per Corſe.

Statutũ,quòd contumax habeatur pro confeſſo,valet & tenetur, vt eſt communis opinio.de qua Viuius in ſuo communium opinionum. verſ.ſtatutum,verſ.reus pro crimine in 1.parte. Abb.in c. veritatis. numero vigeſimonono,de dolo & contuma.Alias ſecus de iure cõmuni,vt ibi.

Statutum puniens eum,qui portauerit extra Territorium, habet locũ in reperto in via quando confitetur, quòd volebat portare extra. Territoriũ.Cur.iun.in conſ.237.num.40.vide Riminal.nouiſsimum in conſil. 8.vbi de inuento plura.

Statutum pœnale,etiã extenditur ad additionẽ factam prædicto ſtatuto Corſetus in.reperto.Abb.in ver.ſtatutum pœnale extenditur. Etiam ſi non dicatur,Rui.conſi.23.numero 28.in 5. volum. Euerar.in centuria legali.In loco à ratione legis larga.in 3.caſu.princ.in ver. circa quod volo te ſcire.pagi.289.Felin.in c.1. columna 2. de iureiuran. Dec.conſi.90.col.fi.

Statutum in caſu verò,non habet locum in caſu ficto.Feli.in c.inſinuatum.numero 1.de ſimonia.vbi dicit hanc eſſe regulam. fallit , vt ibi per Apoſtillantes.

Statutum dicit,quòd ſi quis condemnatus in amputatione manus non ſoluat centum,ſibi amputetur manus quantum tempus habebit ad ſoluẽdum.reſpon.Bal.in c.quò ad conſultationem.nu.13.de conſtitu. ꝙ habet quatuor menſes poſt decem dies,qui dantur ad appellandũ in pœna corporali.l.2.C.de vſuris.Niſi tempus ſit limitatum à ſtatuto cum cauſa,vel ſine,vel à iudice cum cauſa.caſus eſt in d.c. quò ad conſultationem vbi omnes.Idem econtra,ſi ſit condemnatus in cẽtum,& ſi nõ ſoluat amputetur ei manus.idẽ ſi ſtatuto cauetur,quòd ſi condemnatus nõ ſoluerit condemnationem,puniatur alia grauiore pœna,& non apponitur tempus.Dic.quòd monitio eſt neceſſaria.Bàld.in c.ſicut.in ſi.num.13.de cohabita.clerico.& mulie.item ſi ſtatutum dicit puniatur in centum,aut amputetur manus,iſta non eſt propriè alternatiua,ſed eſt quædam pœna ſubordinata, ſcilicet corporaliter in defectum pecuniariæ,& non propter naturam pœnæ corporalis.Bald.in l.Lucio Titio.col.2.ff.de leg.2.

Statutum non tenetur,quòd non poſſit appellari,vt eſt magis cõmunis opin.de qua Nicellus de conco r.gl.nu.157.& ſeq.

Statutum alicuius ciuitatis dicitur proprium illius ciuitatis , quaſi quòd non ſit alterius,vt eſt communis opin.de qua Soc.iun.in cõſilio 80.numero ſeptimo.volumine 4.& in ſuo communium opin. ver.ſtatutum.num.13.

Statutum loquens in perſonam non comprehendit forenſem,ſi eſt cõtra ius commune,& perſonam excludit, vt eſt communis opinio. Soci.iun.communi opi.ver.ſtatu.num.14.

Statutum generaliter refertur ad ius commune,non ſolum ne quis puniatur iniuſtè.ſed etiam ne quis perdat legis beneficium,vt eſt communis opinio.Stepha.in tract.de interpreta.iur.numero quadrageſimotertio.& omnes Docto.in §.in computatione.in glo.c.conſentiunt.& in c.dilectus. de conſue.& no.Bald.in l.ab executione.C. quorum appell.non recip.

Stante ſtatuto,quòd occidens occidatur,niſi habuerit pacem ab hærede occiſi.Ius habendi pacem non eſt qui hæreditarium,vt eſt cõmunis opinio.D.Phanucius in deconfec.inuenta.par.6.nume.56. & ideò pecunia ob id data pro conſequenda pace ab hæredibus interfecti,hæreditaria non cenſetur.& ideò creditores hæreditarij ad eã nullum habent regreſſum.

Statutum requirens pacem haberi ab hæredibus occiſi.eſt neceſſariũ haberi ab omnibus,vt diſpoſitio ceſſet ſtatuti,vt eſt communis opinio,relator eſt D.Phanucius de inuentario.par.6.nu.58.

Stante ſtatuto,ꝙ bannitus in centũ poſſit impunè occidi.Si aliquis eſt bannitus ex vna cauſa in quinquaginta,& ex alia cauſa in aliis quinquaginta,non fit cumulatio,vt dicatur bannitus in centum,quia iſta eſt materia odioſa,& in odioſis non fit cumulatio.& iſta eſt communis opinio.de qua Iaſ.in l.ſi idem cum eodem.nu.4. ff.de iuriſdict.omniũ iudic.in prin.legis.vbi Dec.& cæteri,qui de ea teſtatur.

Statuto cauetur,quòd ſtatuta intelligantur ſimpliciter præcisè ad literam,prout iacent,nec aliquã interpretationem recipiant.Dic quòd

nihilominus poterunt interpretari daclarando vel diſtinguendo. non autem reſtringendo,vel ampliando,maximè argumẽto à ſimili, vel à contrario ſenſu,vt eſt communis opinio.de qua Stepha.de Feder,in tracta,de interpreta.iur.par.vlt,num.95.Cur.iun.in conſ.340. num,3.in 3,vide tamen poſtea.& no,quòd vnum ſtatutum declaratur per aliud.Cur.iun. in conſ.329.num.44.in 3.vol.

Statuta ſimpliciter loquentia,habent locũ in caſu ficto,vbicunque caſus verus & caſus fictus æquiparantur,vt eſt communis opinio.de qua Grammat.de extenſio.num.69.alias ſecus,Cur.iun.in conſ.329. num.36,& ſeq.in 3.vol.

Statutum correctum non poteſt allegari.Sed eius ratio ſic,vt eſt communis opinio.de qua Grammat.de extenſio,num.149.to.1.

Statuta condere poteſt quilibet populus,ſecundum quòd Reipublicæ expedit,& conſuetudines contra ius commune,vt eſt communis opinio.de qua Grammat.de extenſio.nu.179.quæ poſtea debent confirmari à Principe,& talis confirmatio dicitur noua datio,vt eſt communis opinio.de qua Cur.iun.in conſ.341.num.20,in 3.vol.

Satutum in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto, vt eſt communis opinio.de qua Grammat.de extenſio.nu. 169. & ſtatutum loquens de homicidio,non habet locum in homicidio qualificato.Corſet,de verbis geminatis,.num 10.

Statutum de receptatore bãnitorum.non habet locum,ſi ipſi ſunt banniti in contumaciam.Bal.& Imola in l.ſi mora.ff.ſol.mat.vbi & Alex qui dicit hanc eſſe magis comm.opin.& eã vti magis receptã ſequitur,Iaſ.in l.ſi plagij.col.2,ff.de ver,obliga,vbi dicit hoc perpetuò notandum. Marſil.in pract,ſua.in §.ſequitur,nu,20. & in §. poſtquàm. nu.54.& in conſ,82.nu.11.& in conſ.106.nu.21.& in l,1, nu. 135. C. de,rap,virgi.quia non dicuntur banniti ritè ſed magis propter contumaciam ,facit quòd inquit Marſil.in l.infans,num 21.ff.ad l.Cornel.de ſica.Marſil.conſ.10.col.3.& ſtatutum non habet locum in eo qui ſine culpa ſua,ſed coactè receptauit bannitum.Bal.in l.delictis. ff,de noxalibus.Rom.in l.1.§.ſi in eo.ff.ad ſylla.quos ſequitur.Ariminen.in Addi.ad Ange.in malefi.ver.dicto maleficio. in.fi.Soc.in conſ. 90.vol.fi.col,3,Nam quæ fiunt contra,vel præter voluntatem facientis,non imputantur ei,c.1.2,& 3,32.q.5.l. cura.ibi,ne ſi per vim.ff.de mune.& hono.Et quæ noſtra voluntate non procedunt actiuè,nec in præiudicium noſtrum paſſiuè à lege interpretantur. l.ſi miniſterium.vbi Bal.C.de liberali cauſa,& in maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus.l.diuus C.ad l.Cornel.de ſicar. & in omnibus depẽdentibus ab animo,magis attenditur intentio quam factũ.l.etiam.§.1.vbi Bal.& Alex.in 4.not.ff.ſolu.matrim.l.1.§.diuus.ff.de ſica.voluntas ſiquidem totum facit,inquit Cicero pro A.Cecina.& in pœnis corporeis nunquam eſt locus,vbi dolus non interuenit,quamuis maxima culpa lata arguatur,communis eſt opinio.de qua Soarez in eius theſauro litera P.nu.155.Item ſtatutum debet intelligi ſi quis receptauerit,& dederit auxiliũ & fauorẽ doloſè.Dec.conſ.9.n.1.Viuius comm. opi.lib.1.verſ.ſtatutũ.Rimi.conſ.5.& 6.Clar,q.82.ſtatutũ. 12. & quis à dolo excuſatur quibuſcũque excuſationibus,vel pręſumptionibus etiam iniuſtis,l.plagij.C.ad l.fauiam de plagia.l.igitur.§.2.ff.de liberali cauſa. & per ſcriben.in Ange.de malefi.in ver.falſario.Et voluntas coacta non venit in ſtatuto mentionem faciente de voluntate, quia verba ſtatutorũ propriè accipiuntur.Cagnol.in l,velle.nu.6.ff.de reg. iur.Et pœna non eſt imponenda,vbi à iure non imponitur,vt eſt cõmunis opinio.Soarez in eius theſauro in verſ.pœna.num.126,item quis excuſatur à d. ſtatuto & proclamatè , quod iuberet bannitos eſſe reuelandos , & denunciandos,ſi hoc ignoraret.Nam edictum publicatum contra ſcientes,debet intelligi de his,quæ probare poſſunt ꝙ ipſi ſciunt,& denuntiare iubẽtur.c.placuit nu.6.q. 2.Ripa in tract. de Peſte fol,92.in 2.q.Quia boni viri tacent,quod probare non poſſunt.item nemo debet ſe exponere,& ſubiicere periculis.l.3.C.ad l. Iuliam maieſta.Et eo magis,ſi metu filet.Cum metus,aut vis in delictis excuſet,Et delinquens proter metum,vel coactè non punitur,vt eſt communis opino.de qua Dec.in l.vt vim.in 2.no.ff.de iuſti & iure.Clar.q.60.ver,quæro modo,nunquid metus.Et præſertim ſi ipſi banniti mortem incuterent denunciaturo.Metus ſi quidem mortis terret , etiam conſtantiſſimos viros. Baldus in tracta.de ſchiſma. in quinta columna.etiam quod mors nõ ſequatur.lege ſi quis fumo, §.pen.ff,ad l.aquil.& ibi dicitur iuſtus metus, vbi iuſta eſt ſuſpicio, & metus iuſtus probatur,probando potentiam.& malam conſuetudinem alicuius, ſecundum Bartolum in lege prima, ff. quod vi aut clam,Follerius plenè in pract.ſua parte ſecunda. titulo qui fuit leno,numero vigeſimoprimo. vide D.Rolan. àValle in conſil.45. in fine.in primo volumine, & Arno Dialogo 45.Riminal,nouiſſimus conſil.28.

Statutum puniens factum.non damnatum alias de iure communi,non ligat ignorantem,vt eſt communis opinio,Soc,in cap.à nobis num, 48.de ſent.excom.

Statutum puniens deflorantem virginem honeſtam. Non procedit, non probata qualitate honeſtatis,vt eſt communis opinio,Burſatus conſil.69,nu.4.Pariſius conſi.160.in 4.vol.communem dicit.& no, quòd mulier dicitur vim paſſa.quæ terroribus coherceri poterat.Bal in conſ,267.num.4.in 1.vol.

Statutum diſponens.quòd banniti pro debito pecuniario poſſint impunè offendi,non valet,vt eſt cõmunis opi.& ideo ſi quis talem bannitum occideret,non excuſaretur.Clar.in §.hommicidium.ver.plerunque.

Statuto cauetur,ne quiſquàm bannito ferat auxilium.Dic.quòd nihilominus aduocati & procuratores illi impunè patrocinari poterũt. videntur enim iuris miniſterio potius quàm ipſo bannito auxilium præſtare,vt eſt communis opinio,Clar.q.82.ſtatutum 2.ver.quæro nunquid.

Statuto ſi cautũ ſit,vt villa teneatur pro damno dato in eius territorio, Tunc non ſtatur iuramento damnum paſſi,in probatione damni.vt eſt communis opinio.damnum verò ſi ſit datum in confinibus duarum villarum,tenetur vtraque, vt eſt communis opinio.Clar.q.82. ſtatuto 2. Dec. conſ.40.nu.13.Iaſ.in l.ſi quando. nume.37.C.vnde vi.Albericus in qq.ad ſtatuta.q.75.in 2.par.Afflic.ſuper.1.conſtitu. regni.rubr.27.nume.54.

Statuto, ſi cui denegetur actio,vt in bannitis fit quandoque,& iis qui nolunt onera ſoluere.Talis nõ eſt admittendus.neque ad accuſationem,neque ad querelam.Immò etiam iudex.nõ poſſet hoc caſu contra delatum inquirere,vt eſt communis opinio.Clar.q.50.ver.poſſet etiam,Quæ ſibi magis placet.

Statutum vbicunque pœnam mortis infligit,ſemper requiritur quòd dolus concurrat,vt eſt communis opinio.Cumia.in practica ſyndica.Vbi agit de ſententiis.num.36.& 38.

Stuprum non probatur per teſtes domęſticos,ſed illi teſtes faciunt tantummodo indicium,vt eſt cõmunis opinio.Clar.in §.ſtuprum.verſ. primo, ſtupri pœna. vide ſupra in verſicul. pœna ſtupri.Soarez ver. ſtuprum , numero 210.] Probabitur tamen præſumptionibus, vt pœna pecuniaria imponatur,vt eſt communis opinio. ibi numero 211.Licet criminaliter talibus præſumptionibus puniri nequeat, vt eſt communis opin.ibi.num.212

Stuprator ſi dicat puellam non fuiſſe virginem,ipſa autem dicat contra.In dubio præſumitur,quod fuerit virgo,donec contrarium probetur.communis eſt opinio.Clar.in §.ſtuprum.ver.ſed pone.

Stuprator Clericus deponitur,vt eſt communis opinio.Clar.in §.ſtuprum.ver.ſed quæro.Laicus verò tenetur dotare &puellam in vxorem accipere,ſi ea & pater ſint contenti,ſi verò non ſunt contenti, debet tantum dotare.vel ſi ipſe nolit eam in vxorem habere.eam,dotare tenetur.quia aut ducat,aut dotet.Quod procedit in terris eccleſiæ tantum,vt eſt communis opin.Clar.ibi qui eum refellit.Et prædicta procedunt.ſi puella,que fuit ſtuprata,ſit honeſtæ vitæ,vt eſt communis opinio.de qua Clar.ibi.Et de iure ciuili ſtuprator non punitur pœna mortis,niſi violenter eam ſtuprauit,vt eſt communis opinio. Clar.ibi ver.ſed pone.vide Alexã.in conſ.229.per totum in 6.vol.Et deſponſans duas virgines non punitur capite, Alex.conſ.165.in vlt. vol.Si non interuenit aliqua violenia, interpellando,vel conducendo eam mulierem,vel comminando,vt ibi.vide Abb.in c.cum haberet.in 2.no.de eo,qui duxit in matrimonium.Ang.in malefi.fol.101. in fine ver.& aduerte.vide Soarez.ver.ſtupri num.205,& ſeq.& poteſt tranſigi ſuper crimine ſtupri,vt eſt communis opinio.Soarez ibi nume.209.

Stuprum cum vidua eſt impunè,nec ipſa amittit dotem.etiam ſi infra annum ſtuprum committat,vt eſt communis opinio,Clar.in §.ſtuprum ver.ſed nunquid vidua. Chircouius communium opi.cẽturia. 5.conclu.99.& infra in ver.vidua.vide ommino per Chachera,deciſ. Pedemon.77.per totum.Et vidua nubens intra annum non patitur pœnas,de quibus in legibus,quæ ſunt ſublatæ,exceptæ in viduis intra annum luctus luxurioſè ſtuprum commutentes,Et amittit relictum ei per virum.Itidem & ſtuprator amitit relictum ab eius viro, vt eſt communis opinio,Clarus. ibi verſiculo.& generaliter.Et vidua , quæ inhoneſtæ viuit , priuatur priuilegiis viduarum , & amittit domicilium mariti , vt eſt communis opinio. Clar.ibi verſic. pariter.

Stuprans virginem nondum viti potentem,punitur morte.Si vi fuit conatus.Sed ſi non perfecit,punitur extra ordinem.vt eſt communis opinio,Clar.in §.ſtuprum ver.fuit aliquando.

Stuprum committens cum virgine,quam ſeduxit,punitur.Et hoc crimen ſtupri eſt mixtum,cum pœna etiam laicis imponatur.per ius cano.ſecundum omnes in c.cum ſit generale de foro compe. Rui. conſ,189.nu.8.& ſeq.in 2.uol.

Statutum loquens per verbum , ſi quis Non comprehendit vniuerſitatem Et ſic corpus quoddam fictum.Iaſ.in l.ſi quis maior.nu.7.C. de tranſac.Menochius de arbitrio iudicis.caſu 184. numero decimoquinto vbi fuſius.Arno.Epito.17.& eſt communis opinio,vt per omnes recentiores in d.l.ſi quis. & ibi D.m.Alcia.dicit viatorium fuiſſe cõſilium Iaſonis,de quo ibi.vide Albric.in Dic.ſi quis. Et Cagnol.in d,l.ſi.quis maior.nume.18.Roma.conſi.400.nume.3.& communis eſt opinio , quòd vniuerſitas , collegium , & ſimi. poſſunt

delinquere

delinquere,& conſequenter puniri.Boſſius titu.banniti.qui poſſint. num.1.ad fi.Oldr.in tract.de iure & æquitate tit.14.Pariſ.conſ.21.nume.30.in 4.Cagnol.in l.aliud.§.refertur ad fi.ff.de reg.iur.Alberi.in l.ſiquis in tantam.C.vnde vi.col.6.ver.communiter tenetur.vbi dicit, quòd vniuerſitas quemadmodum poteſt defendi per ſyndicum, ita & puniri,pœna ſcilicet pecuniaria,vel pœna aratri, vel priuari eius priuilegiis,Et illi,qui fecerunt delictum poſſunt etiam criminaliter puniri.Et delictum,quòd habet tractum ſucceſſiuum & cõtinuatum vniuerſitas poteſt delinquere.& puniri.Ber.Diaz regula.197.in 2.Limita.vide Bal.in l.metum.§.1.ff.quòd metus cauſa Et poteſt villa,vel viniuerſitas puniri extra ordinem,& amittere cauſam,vt eſt glo.in c. venerabilis.de excep.à cuius opinione in iudicando & conſulendo non eſt recedendum,vt in terminis iſtis conſuluit Barba.in conſ.53. col.3.cum ſeq.in 3.vol.

Saluuſconductus perpetuò durat, & ſeruari perpetuò debet,vt eſt magis communis opin. D.Hercula. de cautione de non offendendo.c. 37.num.11.vbi plura de ſaluoconductu.plura de eo.Nouellus regu. 48.Duen.& regu.182.

Studere & conſulere licet diebus feſtiuis.dummodo ceſſet lucri ſpes,& dummodo quis vacet diuinis officiis,eundo ad eccleſiam,vt eſt communis opinio.de qua Corſetus in repertorio Abb.in verſ.ſtudere. num.3.Niſi neceſſitate ſuadente, quia Doctores poſſunt conſulere pro expediendis forenſibus, vt ibi per Corſetum,Studere etiam diebus feſtiuis poſſunt ſcholares,quia res nõ patitur dilationem,& hominum labilis eſt memoria,vt probat ibi Corſetus.

Subſcribere querelæ.vel libello actor debet,quæ ſubſcriptio facit,quòd ſi ſuccumbit pœna talionis punitur,vt eſt communis opinio.Clar.q. 12.ver.dixi.Et eſt de proſequenda accuſatione vſque ad finem,alias ſimili pœna plecti vellet,vt eſt communis opinio.ibi ver.forma.ſed hodie non abſeruatur iſta ſubſcriptio,& pœna talionis, vt eſt cõmu. opi.ceterum preterquam in crimine falſi,vt eſt cõmunis opin.ibi.Et maritus accuſans mulierem de adulterio.etiã tenetur ſe ſubſcribere, vt eſt communis opinio.Clar.ibi ver.ſed retenta.Itidem,& mulier in caſibus à iure ciuili permiſſis de iure ciuili, ſecus de iure canonico, vt eſt communis opinio ibi.

Suſpenſi ſunt aliqui à canone,non propter crimen.Sed propter defectũ vt illegitimi,& corpore vitiati. Si celebrant ante diſpenſationem, non incurrunt nouam irregularitatem,vt eſt communis concluſio. de qua Petr.Rauen.in ſuo aureo alphabe.fol.176.

Syndici habent in vnaquaque ciuitate ſyndicare officiales,& habent ſtatuta particularia ſuper hoc.Clar.q.35.ver.fuit aliquando ver.præterea quæro. Qui habent auctoritatem ſyndicandi de omnibus,quę in officio perpetrarunt.Secus ſi ante,vel poſt quid mali committam vt ibi.Quibus ſufficit libellus inquiſitionis generalis,de generibus ſingulorum,ſi poſtea ſequatur,probatur ſpecialis de ſingulis generum. Et ſi in inquiſitione præſertim ponant quædam capitula ſpecialia. Bal.in conſ.178.nu.3.in 1.vol. Vide tractatum ſyndica. Tomo 14.& practicam ſyndicatus D.Ioſephi Cumia.vbi ipſe dicit,quòd veniens poſt tempus datum per publicum proclama emiſſum demandato ſyndicatoris,non auditur.Ita,quòd etiam in propria patria amplius conueniri non poteſt officialis,etiam non ſecuta abſolutione.vt eſt communis opinio.Cumia ibi.c.2.num.5.pagi.6.Et ibi in c.5.nume. 1.dicit,quòd fiſci intentio fundari debet,vt communiter practicatur,infra quindenam,& ſicut accuſatio contra officiales non poteſt proponi,niſi infra quindenam,ita & inquiſitio infra quindenam,formari debet.& non poſtea.Et ibi dicit c.6.nu.15.quòd teſtibus duobus ſibi contradicentibus.ſi pares ſint,nemini creditur.ſecundum magis communem opinionem.Et ibi cap.7.dicit Cumia.quòd diuerſitas eſt inter probationem& confeſſionem.ſecundum magis communem opinionem.nu.4. Et ſtatutum faciens mentionem de probatione nõ verificatur in probatione,quæ fit per confeſſionem.Fallit,vt ibi num.8.vbi dicit,quòd procedit in caſu,quo exigitur plena probatio ſecus ſi agatur de facienda ſemiplena probatione,vt eſt cõmunis opinio.ibi num.9.Et ibi dicit num.5.communiter ſeruari,vt non ſolum per ſcripturas,& teſtes,ſed & per confeſſiones partium fiſci intentio fundetur.Et ibi etiam dicit Cumia.c.8.quòd executio plurium pœnarum fieri non debet,ſed vna electa.& alia tollitur.niſi interuenerit concuſſio & Baratatia,quia officialis ex vtraque punitur,vt ex mente omnium Doctorum communiter apparet, ibi numero ſeptimo. Et ibi dicit.nume.16.quòd.cauſæ fiſcales ſunt de regio,patrimonio,vt eſt communis opinio.ibi num.17.Et ibi etiam Cumia.dicit cap.9.nume. 14. Quòd officialis eſt in leui culpa,ſi in articulo difficili errat in officio,ita vt ad nihilum teneatur in ſyndicatu.ſecundum communem opinionem Doctorum.Et pro leui culpa , & negligentia , vel leuiſſima non tenetur officialis.ſecundum communem conſuetudinem. ibi numero deſimoſexto. Licet ſecundum communem opinionem teneatur de iure de omni culpa. Et fiſcus habet fundare intentionem ſuam infra quindenam.ſecundum communem opinionem. vt dixi , & idem repetit. capitulo decimo,numero ſecundo,in fin.pagi.quinquageſimaſexta. Et probationes in criminali debent eſſe concludentes. Cumia. cap.14.vbi ſupra.num.33.nec ſufficiunt præſumptiones, etiam videntes. etiam in crimine falſi,quòd eſt crimen horrendum.ibi.numero trigeſimoquarto Et idem cap.de ſententiis num.vigeſimoprimo.Et ibi nu.40. dicit Cumia.quòd teſtes deponentes ſuper negatiua non coarctata loco & tempore ſunt de falſo ſuſpecti,& extraordinariè puniri poſſunt.ibi Cumia.num.41.d.c.14. Et negatiua quando eſt fundamẽtũ intentionis agentis,plenè eſt probanda.ſecundum communem opinionem.Cumia.d.c.14.num.39.Et ibi etiam dicit num.44.quòd duo teſtes deponentes ſuper fama publica,& voce notoria,non probant famam,niſi dicant audiuiſſe à maiore parte populi,vt eſt communis opinio.Et libellus ſyndicatorius,vel alius non debet præſentari in die feriata ad honorem Dei.ſecundum magis communem opinionẽ Cumia.d.c.14.num.73.& ibi c.15.num.3.dicit Cumia.quod reus non debet ſubire vinculis & cathenis ſolutus , vt eſt communis opinio. Et ibi dicit Cumia.c.17.quòd ſyndicatoris iuriſdictio expirat lapſu ſemeſtri temporis à die depoſiti officij,vt eſt cõmunis opinio.Cumia. ibi num.29. Et ibi etiam dicit num.43. quòd ſententia ſyndicatus,& alia etiam non valet de nocte lata,vt eſt communis opinio. Fallit, vt ibi.Et procurator pro officiali in ſydicatu comparere non poteſt parte opponente,alias ſecus,quod valet proceſſus,vt eſt communis opinio.Cumia ibi nume.49.Et dicit ibi num.68.quòd ſi officialis ſit accuſatus de denegata iuſtitia,& male adminiſtrata,quia fortè nõ adhibuit fidem teſtibus productis per partem,poteſt reſpõdere,ꝙ coniecturis & rationibus cognouit non deponere rei veritatẽ,& in iudicis eſt arbitrio:qualis fides teſtib.adhibeatur. & præſentet acta.vbi ſcribi fecit cauſas & coniecturas, quibus ſe mouit ad non adhibendum fidem teſtibus,& erit ſecurus,vt eſt communis opinio.ibi.Et ibi num 72.dicit Cumia.Quod requiritur declaratio,& ſententia contumaciæ accuſatoris iurare nolentis de calumnia, vt poſſit ſequi liberatio rei huiuſmodi prætextu,nec ſufficit quod obſcurè petatur,niſi præcedat etiam mandatum iudicis,quod pars iuret.vt eſt communis opinio.ibi fuſius num.73.Et ibi Cumia. dicit ca.21.num.5.Quod licet iudex peccet mortaliter,ſi aliunde plenas habet probationes,& reum torquet,& tenetur in ſyndicatu.Torqueri tamen poteſt ad effectum,vt conuictus & confeſſus appellare non poſſit,vt eſt communis opinio,& communis obſeruantia.vide omnino ibi latius quãdo reus confeſſus etiam poſſit torqueri.vbi etiam dicit cap.21.num.29. quòd facta ratificatione dabitur breuis terminus ad producendum ommes ſuas defenſiones aduerſus dictam ratificatam confeſſionem, qui terminus eſt de cõmuni obſeruantia,vt ex nulla parte reus remaneat indefenſus. Et ibi dicit Cumia.cap.22.nume.6.quòd ſi vna die pręſentatur proceſſus iudici,& ſequenti die terminaret,ſententia eſſet nulla.ſecundum communem opinionem.Et ibi num.16.cap.23. dicit Cumia.quòd tunc dicitur nomen rei receptum inter reos,quando expreſſim eſt pronunciatum per iudicem quòd procedatur non obſtantibus obiectis ſuper accuſatione.Et quòd pro lata culpa poteſt quis corporaliter puniri,licet non eadem pœna,qua puniretur, ſi dolo fuiſſet commiſſum delictum , ſed mitiori & leuiori. Cumia. d.numero trigeſimooctauo. Et ibi numero 41. dicit, quòd propter ſtatuta Italiæ , & communem obſeruantiam non poteſt reus appellare à ſententia iudicis ordinarij , condemnatus ad mortem , vt eſt communis opinio.Et ibi Cumia. dicit numero ſexageſimoquatto, quòd magis communis opinio eſt. quòd arbitrium iudicis extendatur vſque ad mortem naturalem incluſiuè. Limitatur , vt ibi per eum remiſiue.

Simulatus contractus ſi ſolum concernit præiudicium contrahentium tantũmodo poteſt opponi exceptio contractus ſimulati,ſecus ſi concernit præiudicium tertij.quia non poteſt,quia eſſet allegare propriam turpitudinem,iſta eſt communis & vera doctorum intelligentia.de qua Alba.in conſ.1.numero 10.vide omnino.quia bene ſuper contractu ſimulato.

Syndicus vniuerſitatis, non poteſt aliquem accuſare nomine ſyndicatorio.Sed opus eſt,vt accuſet ſuo nomine,ad vtilitatem tamen ipſius vniuerſitatis,vt eſt communis opin.legiſtarum.Sic etiam poteſt tutor accuſare ad vtilitatem pupilli.ſed tenetur ſe inſcribere nomine proprio ſecundũ communem opinionẽ.Sed Claro placet contraria opinio,quòd ſyndicus vniuerſitatis poſſit in iudicio capitali cõparere pro ipſa vniuerſitate tã in accuſando quàm in defendẽdo,& ſubdit,ꝙ ita tenent omnes Docto. & eſt conſuetudine approbata,vt eſt cõmunis opinio.Contraria autem opin.etiam cõmunis poteſt procedere ſecundum ius commune.ſecundũ quã diſpoſitionẽ accuſans ſubiicitur pœnæ talionis, ſed quia hodie eſt ſublata nihil obſtat, quòd ſyndicus pro vniuerſitate non poſſit accuſare.Clar.q.14.verſ. item quæro.

Suſpenſus à ſpiritualibus,vel eccleſiaſticis in his,quæ abſque ordine , ſeu ordinis officio exercentur , ſi celebrat, irregularitem non incurrit.Item ſi à participatione ſacramentorum,& contra faciat ſecundum cõmunem opinionem.Capra regula quinquageſimatertia. nu.3.& ſuſpẽſus ab ordine,vel iuriſdictione.Nam licèt ipſe exercẽdo

eam

eam non incurrat irregularitatem,cum exercet ſine executione ordinis.Attamen ſi exercet iuriſdictionem.exercendo illud, quòd habet admixtum ordinis miniſterium, vtputa ſi abſoluat excommunicatum cum ſolemnitate,& tunc irregularitatem incurrit,vt eſt communis opin.de qua ibi.num.20.

T

Talionis pœna hodie de iure ſtatutorum,& ex conſuetudine eſt ſublata.Blancus in practi.crim.fo.16.nu.14.Duennas regula 27. Soarez ver.talionis.num.1.

Tempus executionis cauſarum criminalium eſt iudicis arbitrio, vt eſt communis opin.de qua Boerius deciſ.45.num.7.

Tempus quòd datur condemnatis,vt ſoluant eſt iudicis arbitrio. Boerius deciſ.45.num.2.communem dicit.

Tergiuerſator punitur pœna infamiæ,& in libris quinque auri, vt eſt communis opin.Clar.q.72.ver.tergiuerſator.

Terminus parti ſtatui poteſt ad accuſandum,vt eo elapſo amplius non audiatur,vt eſt communis opinio in practica recepta.Clar.q.3. ver. & conſequenter.

Terminus ad faciendum ſuas defenſiones in criminalibus omnino eſt dandus, etiam quòd reus fuiſſet ſponte confeſſus,vt eſt communis opin.Clar.q.49.ver.eſt igitur.Etiã non petitus,vt ibi.adeo quòd nec Princeps,etiam de plenitudine poteſtatis,non poteſt tollere defenſiones reo,vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.& hoc adeo verum. Et ſi ſtatutum dat terminum ad ſe defendendum,reus poteſt ſibiipſi abbreuiare,vt ſi defenſionẽ non facit infra talem terminum ob ſuam negligentiam,tacitè cenſetur termino renunciaſſe,Bal.in c.perſonas. num.1.de appellat.

Terminus iudici præfixus ad inquirendum pro delictis currit à die cõmiſſi delicti,non à die ſcientiæ,vt eſt communis opin.Clar.q.51.ver. ſed quæro.& not.quòd terminus à ſtatuto poſitus non poteſt diminui,vel prorogari,puta,ſi dicat ſtatutũ quòd contumax ponatur in bãno,in quo aſsignetur ei per iudicem terminus octo dierum, infra quem ſi non comparuerit, habeatur pro confeſſo,quia tunc iudex non poteſt neque augere,neque minuere,ita Bal.in l.iubemus.C.de iudiciis. num.10.& ſi ſtatutum.

Termino elapſo ad ſyndicandum etiam non abſoluto officiali,non poteſt amplius de eo quæri,& ſyndicari,etiam in propria patria, vt eſt communis opin.Clar.q.51.ver.hęc etiam.

Teſtamentum vſurarij in quo non fuit præſtita cautio ad formam, ca. quamquam de vſur.in 6.ſi poſtea fuit præſtita, teſtamentum reconualeſcit,vt eſt communis opin.Apoſtillantes ad conſilium Paul. de Caſtro.39.numero.26.in 3.vol. vbi ponunt nouem pœnas contra vſurarios.

Teſtamentum non eſt falſum,ſi teſtator interrogatus à notario, ſi vult facere hæredem talem,reſpondeat ſimpliciter,meſſer ſi.& talis dicitur rectè hæres inſtitutus,ſecus ſi ab alio quàm à notario.Niſi grauiter eſſet infirmus teſtator,vt eſt communis opin.de qua Soc.iun. in ſuo communium.opin.ver.teſtamentum.nu.10.Ruin.conſ.2.nu. 8.vol.2.Dec.conſ.489.nu.3.Bal.in l.iubemus. vbi gl.C.de teſtamen. Caſtr.conſ.366.nu.155.lib.5.Soc.conſ.32.nu.1.vol.4.Rui.conſil.12. nu.5.vol.2.

Teſtamẽtum ob dictum vnius teſtis inſtrumentariis vacillare dicitur, vt eſt communis opin.de qua D.m.Alcia.conſ.124.lib. vlt. quicquid conſuluerit Iaſ.& dixerit cõtrariam opinionem communem.Corn. conſ.261.litera.I.in 4.vol.fol.204.col.4.vide conſ.1. vltimarum voluntatum diuerſorum.num.15.quòd eſt collegij Patauini, & communem dicit Io.de Amicis in conſ.115.

Teſtamentum dolo,vel metu factum valet & tenet, vt eſt communis opinio.de qua Gabriellius.conſ.99.num.1.vbi nu.13.etiã dicit quod teſtamento facto dolo,vel metu,is qui damnum patitur agit ad intereſſe,& in ſubſidium redit contra fiſcum,vt eſt communis opinio, per eum ibi.

Teſtamentum ſubripiens punitur.& practica eſt,ſi quis vult agere cõtra aliquem,quòd ſubrepſerit teſtamentum in iudicio publico, dicat,ſurrepſit mihi teſtamentum animo occultandi veritatem.Et defenſor rei,vt minus puniatur,& ne teneatur iudicio publico falſi,debet capitulare,quòd ſurrepſit animo faciendi ei iniuriam, vel cauſa lucri,non vt occultet veritatem,& hoc probato non tenetur iudicio publico,ſed priuato,ſcilicet furti,& minus punietur.& niſi probaretur,quòd feciſſet contra eum animo iniuriandi,vel cauſa lucri,tunc eſſet præſumptio,quòd ſurrepſiſſet animo occultandi veritatem. Et hoc in teſtamẽtis ratione publici iuris & intereſſe, quod ſecus eſt in inſtrumento quòd eſt priuatum. ita Blancus in pract. criminali fol. ſexageſimooctauo.

Teſtes in cauſa ciuili ſuper exceptione probati falſi poſſunt puniri.alias ſecus.Clar.q.19.verſ.per exceptionẽ.Idem ſi incidenter confitentur aliquod delictum in iudicio ciuili.Et tũc iudex debet inchoare nouum proceſſum ſuper d.confeſſione,& dare ſuas defenſiones reo.Et alia facere,quæ in proceſſibus criminalibus requiruntur:& ita obſeruari dicit ibi Clar.ver.vlt.

Teſtis eſt idoneus in criminalibus mulier,vt eſt communis opin. Clar. q.24.ver.quæro igitur.Etiam in cauſis capitalibus,vt eſt communis opinio.Clarus.quæſt.24.verſiculo adde.ſecus eſt de iure canonico, quia mulier in cauſis criminalibus teſtis eſſe non poteſt,vt eſt communis opin.ibi.

Teſtis inimicus repellitur à teſtificando in criminalibus,vt eſt communis opinio. Clar. q.24.ver.item quæro.ſi inimicitia ſit capitalis,alias ſecus:& quis dicatur inimicus,iudicis arbitrio relinquitur,vt eſt cõmunis opinio.ibi.Menochi.de arbitrio iudi.caſu 110.fallit hoc in inimico reconciliato,quia omnino nõ eſt integer teſtis,vel omni exceptione maior,vt ibi per Clar.

Teſtis,qui ſemel eſt teſtificatus contra me in cauſa criminali,vel ciuili in qua ageretur de maiori parte bonorum,erit idoneus teſtis in alia etiam cauſa criminali,ſi accedat non ſponte,ſed coactè,& citatus,vt eſt communis opin.Clar.q.24.ver.ſed nunquid.

Teſtis clericus in criminali eſt idone⁹,ſi nõ ingeratur ſanguis,vel mors ſequatur,aut membri mutilatio.Alias efficeretur irregularis.Clar.q. 24.verſiculo vlterius.Etiam ſi proteſtetur ſe velle teſtificari,dummodo non ingeratur ſanguis,vt eſt communis opinio.Clarus ibi.verſic. ſed clericus.

Teſtis laicus contra clericum non eſt idoneus teſtis in criminalibus,vt eſt communis opinio.Clar.q.24.ver.præterea quæro.ſed ſi clericus ſit accuſatus de crimine ciuiliter,laicus contra illum eſt idoneus teſtis,vt eſt communis opin.ibi per Clar.

Teſtis eſt idoneus pauper in criminalibus,ſi ſit honeſtæ vitæ, bonæ cõditionis & famæ Clar.d.q.24.verſiculo quæro etiam.& quis ſit pauper relinquitur iudicis arbitrio.ibi.Menochius de arbitr.iudic.caſu. ſexageſimoquinto.

Teſtis affinis in criminalibus contra accuſatum,non eſt idoneus, quia iniuria facta affini,cenſetur facta totæ affinitati, vt eſt communis opi.Clar.q.24.ver.quæro modo.

Teſtis infamis infamia iuris in criminalibus non eſt idoneus,vt eſt cõmunis opin.ſecus ſi infamia facti,quia in ſubſidium admittitur,communis eſt opin.Clar.q.24.ver item infamis.& quando aliter veritas haberi non poteſt:& cum tortura,vt eſt communis opin.ibi.Corn. in conſ.21.in 3.vol.

Teſtis meretrix in criminalibus non eſt idonea teſtis,vt eſt communis opi.Clar.ver.item meretrix,q.24.

Teſtis dictum debet intelligi ſecundum communem modũ loquendi. Corſetus in reperto.Abb.in ver.dictio violenter. Niſi ad effectum pœnæ imponendæ,quia tunc benigniorem partem ſequi debemus, vt pœna euitetur per ibi dicta.teſti deponenti per verba iudicio ſuo non creditur,Cur.iun.in conſilio centeſimoſexageſimoquinto. nu. 17.communem dicit.

Teſtis in peccato mortali conſtitutus, in criminalibus non admittitur, ſi eſt continuus concubinarius,vel frequentator adulter,vt eſt communis opinio.Clar.q.24.ver.quæro nunquid.Si verò ſit momentaneum,vel trãſitorium mortale peccatum,repellit in cauſis criminalibus in teſtem peccator mortalis,etiam inter laicos,ſed non in foro ciuili,vt eſt communis opinio. Sed vbi pœnituerit de peccato poteſt admitti:quia amplius non dicitur in peccato mortali conſtitutus.vide tu Fel.in ſermone.de indulgentia plenaria.col.6. verſ.circa tertiam partem.vbi dicit,quòd ille,qui committit ſemel & pluries peccatum mortale,& ſemper dolet cõmiſiſſe,proponens confiteri tempore debito de talibus peccatis momentaneis,non dicitur interim ante confeſſionem eſſe in peccato mortali ſecundum ſacros Doctores.Igitur contritus cum intentione cõfitendi in paſchate futuro,nõ habens peccatum continuum,vel ſucceſſiuum habebit indulgentiam,quia verum eſt dicere eum non eſſe in peccato mortali.

Teſtis pupillus in cauſis criminalibus eſt idoneus,& nõ repellitur ex conſuetudine,etiam minores 14.ann.non vt probent,ſed vt ſaltem proſint ad veritatem indagandam,& præcipuè in atrocioribus.Nam poteſt iudex eos recipere in teſtes ad ſe dirigendum in ſemitam veritatis inquirendæ,non vt eorum dictum faciat probationem,& ſic ex eorum dictis poteſt inſtrui iudex ſuper inquiſitione veritatis. Et idẽ in laicis & mulieribus,qui non admittuntur contra clericum Bal.in l.etiam matris.in lectura antiqua.ff.de probatio.& factus pubes poteſt teſtificari de his,quæ vidit in pupillari ætate, vt eſt communis opin.Clar.ibi.ver.vidi. Dummodo deponat de rebus,quas vidit,quando erat proximus pubertati,& non ante, vt eſt communis opin.& de his deponat,quas eo tempore intelligebat.

Teſtis examinatus in camera non facit indicium ad torturam,niſi iterum repetatur à iudice,& examinetur parte citata ad videndum deferri iuramentum teſti,& ſtatuere terminum debet iudex reo ad dãdum interrogatoria.Et hæc eſt cõmunis mundi practica.D. Brunorus in conſ.vnico criminali.num.105.

Teſtes in criminalibus,qui alias non eſſent idonei,propter atrocitatẽ ſcelerum admittuntur,vt eſt in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis,

&

& huiuſmodi. Et quando etiam aliter veritas haberi non poteſt, ne delicta remaneant impunita, qui ſi nõ ad condemnandum pœna ordinaria, ſaltẽ extraordinaria, vel ad torturam. Clar.d.q.24.alias ſecus eſſet vbi teſtis non quia omni exceptione maior & qualitas omnis minima & defectus impedit, vt non faciat indicium ad torturam. Brunorus à ſole.in vnico eius conſ.num.94.

Teſtes qui non ſunt idonei in criminalibus, poſſunt & debent admitti ad defenſam, & innocentiam rei, vt eſt cõmunis opinio, de qua Clar. q.24.ver.item ſcias.Fulgo.conſ.188.

Teſtes hodie de conſuetudine coguntur in ciuili & criminali teſtificari Clar.q.24.verſ.ſucceſſiuè.

Teſtes non repetit non probant in criminalibus, vt eſt communis opinio.D.Brunorus in ſuo conſ.criminali.num.101.

Teſtes priuilegiati non poſſunt cogi in criminalibus teſtificari, niſi in ſubſidium, & quando aliter veritas haberi non poteſt etiam in criminalibus, vt eſt communis opinio.Clar.q.vigeſimaquarta, verſic. ſcias tamen.Sed quando teſtes non poſſent cogi propter priuilegium, & aliter veritas haberi non poſſet, debet iudex Principem conſulere in atrocioribus.

Teſtis frater contra fratrem in criminalibus non admittitur, vt eſt communis opinio.Clar.q.24.verſic.ſcias tamen.Itidem clericus in cauſa criminali non eſt teſtis idoneus, nec poteſt cogi teſtificari, miles verò ſic vt ibi.

Teſtis, qui aliter non debet examinari in criminalibus, non facit indicium. ad torturã examinatus, ſi prorſus à lege repellitur. Niſi ad inquirendum, ideſt, ad aſſumandas informationes ſuper delicto ſpecialiter contra aliquem, vel ad capturam, vbi ita iudici videatur.quia ad hos effectus quælibet ſuſpicio ſufficit.Secus ad tranſmittendam ipſam inquiſitionem, quia non facit indicium, parte non opponente. Secus ſi opponente.Clar.q.24.verſic.vidi etiam.Et regula, quæ ſe habet, inhabilitatem vnius teſtis ſuppleri ex habilitate alterius, vt eſt communis opinio, non habet locum, quando inhabilitas cauſatur ex eo, quia deponit ad proprium commodum.Menochius de arbitrio iudicis.Caſu 99.numero vndecimo, & conſil.nonageſimoſecundo, numero octuageſimoquarto, Brunorus à Sole in vnico eius conſil.criminali nume.98.

Teſtis infamis infamia iuris vel facti admittitur in criminalibus cũ tortura, & alij quoque inhabiles, communis eſt opinio. Clar.q.25.in prin.communem dicit.Boſſi.de tortura.Teſtium, nume.3.communem dicit.Item in ſocio criminis.Item teſtis varius in eius dicto, tortus facit fidem contra reum.Clar.ibi ver.Item teſtis.

Teſtis clericus vacillans, vel ſuſpectus, quòd veritatem dicere recuſet, torqueri poteſt, vt eſt communis opinio.Clar.q.25.verſic.ſed à ſuo tamen iudice.

Teſtes in dignitate conſtitui vacillantes non torquentur, niſi in exceptis criminalibus, vt eſt communis opin. Clar.q.25. ver.ſed pone.

Teſtis vilis & ignobilis in criminalibus teſtificans, poteſt torqueri, vel non torqueri, ſi iudici ſederit, cum hoc ſit ei arbitrarium.Clar.q.25. verſic.ſed quæro.

Teſtis torquendus propter cauſam extra proceſſum, vt quia ſit ſeruus, vel infamis, & huiuſmodi, ſemper eſt torquendus abſque proceſſu & diſputatione, propter timorem ſubornationis.Clar.q.25.verſic.ſolet dubitari.

Teſti torquendo non debet dari copia indiciorum & proceſſus, vt eſt communis opinio.Clarus.q.vigeſimaquinta, verſic.ſolet dubitari. Talis enim tortura, vt plurimum fit ſuper inquiſitione generali ad veritatem indagandam.

Teſtes pro informatione habenda poſſunt examinari per notarium maleficiorum, Secus ſi ad defenſam.& poſſunt, vel nõ poſſunt concedi literæ examinatoriæ pro teſtibus examinandis in longinquo, vel committi examinatio iudici loci, volente iudice criminis.Clarus.q. vigeſimaſexta in prin.

Teſtes egregiæ perſonæ tenẽtur venire ab examen.ſubeũdum coram iudice, ſi ita videtur ipſi iudici.ſi autem eſſent mulieres honeſtæ, infirmi, debilitati, nõ coguntur adire iudicem.Sed debet iudex ad eas accedere perſonas.vel mittere notarium.& ita obſeruatur.Clar.q. 26.verſic.& aduerte.

Teſtes examinandi extra diſtrictum, poſſunt examinari.& iudex poteſt & debet cõcedere literas ſubſidiales, ſiue remiſſorias pro eis examinandis iudici loci, & ita obſeruatur. Cla.ver.ſed quæro.etiã in cauſis capitalibus, & ex magna cauſa, & quãdo aliter veritas haberi nõ poteſt, vt ibi Lanfran.in ſuo de teſtibus.num.16.tomo 13.Alias teſtium examinatio committi nõ poteſt in criminalibus, ſecus in ciuilibus, vt eſt communis opinio, dequa ibi Lanfran.Et teſtis qui ſe abſentat, vt nõn deponat, tenetur ad intereſſe parti, & ſi iuratus ſe abſentat incidit in falſum, tanquàm occultans veritatem, vt per Ang.in l.pen. §.cum autem.ff.de eden.

Teſtium receptio committi poteſt in criminalibus à quolibet Principe tam eccleſiaſtico quàm ſeculari, vt eſt communis opin. Clar.q.26. verſic.vnum ſcias.

Teſtis citatus ab eccleſiaſtico, vt deponeret, contumax prorſus, & poſtea comparens poſt excõmunicationem de ſe ipſo factam, non eſt abſoluendus, vt eſt communis opi.Clar.q.26.ver.vlt.

Teſtes, ſi iudex repetat, & confrontet cum ipſo reo, & teſtes confirmẽt in præſentia rei ea, quæ prius dixerant, non eſt opus alia citatione rei, & probant contra ipſum reum, communis eſt practica, vt per Clarum quæſtione quadrageſimaquinta, ver.ſed in propoſito hęc autem confrontatio fieri conſueuit, quando teſtes deponunt tale quid. quod de directo contrariatur ei, quod reus dixit in ſuo examine, & ita practicatur, & obſeruatur, vt vulgariter dicitur (ſi metteno al parangone) & teſtibus ipſis eſt exhibendus reus, ſi non cognoſcet reum de nomine.ſed tantum de viſu.Sed tamen reus non debet ſolus exhiberi teſtibus, quia eſſet timor ſubornationis, ſed inter alios tres, aut quatuor, & illi ſimiles, quantum fieri poteſt.veſtibus ſtatuta, & facie. Cla.d.q.45.ver.ſed in propoſito. Quãdo autem poſt publicationem teſtes ex officio à iudice poſſint repeti.Bal. in conſi.152.nume.1.in 1.volumine. vbi etiam probat duplicem eſſe teſtium publicationem.vide omnino.

Teſtium nomina inquiſito ſunt danda cõtra reum producta, & eorum dicta eo petẽte publicanda, vt poſſint ſe defendere, & ſuas exceptiones proponere.tam contrra dicta teſtium quàm contra perſonas, vt eſt communis opinio.Clarus.q.49.verſic.& hæc quidem.

Teſtis in iudicio ciuili ſemel bene deponens, ſi in tormentis reuocat, valet primum dictum.D.m. Alcia.de præſumptio.regu.2.præſumpt. 29.num.13.communem dicit.

Teſtium reprobatio quando ſit, nõ ſufficit opponere generaliter, quod ſint periuri, & infames, ſed eſt neceſſe ſpecificare locum & tempus commiſſi delicti, & circunſtantias, vt eſt communis opinio.Clar.q. 53.verſic.in hoc autem, & ſufficit probare, quod talis teſtis ſit infamis ex tali cauſa.vel tali crimine, abſque eo, quòd dicatur, quòd pro tali reputatur, vt eſt communis opinio.Clar.d.q.53.ver.ſed nunquid. Et ſit proteſtatio quòd citra animum iniuriandi oppoſitio, vel exceptio fit contra teſtes.communis eſt opinio.Clar.d.q.53.Item fit reprobatio teſtium, quòd ſcilicet non ſint iurati, vel minus bene examinati, vel ſuper inquiſitione generali recepti, & non repetit.Clar.ibi. verſic.ſecundum caput.item fit reprobatio contra dicta teſtium, quòd ſint falſi, varij, ſingulares, & quòd concludenter non deponant, vel huiuſmodi.Clar.ver.tertium eſt caput. Et teſti falſo tanquã periuro non adhibetur fides, vt eſt communis opinio.Clar.q.53.ver. eſt etiam.& teſtis falſum dicens in vno, cenſetur falſus, & in alio propter iuramentum, quòd eſt indiuiduum.& iſta eſt communis opin. Clar.d.q.53.ſed quæro.& hoc procedit, ſiue capitula ſint connexa, ſiue ſeparata, vt eſt communis opinio.ibi.& iſtud intelligitur, quando teſtis deponit falſum circa factum principale, vel qualitates ſubſtantiales, ſecus ſi circa extrinſeca, vt eſt communis opinio.Clar.q. 53.verſic.ſcias tamen.

Teſtium dictis ſtatur quę in iudicio aliter quàm extra dixere, vt eſt communis opin.& ita ſtatur ſecundæ depoſitioni in iudicio factæ.Et ſi iurauit in iudicio teſtis, & extra reuocauit dictum, ſtatur primo dicto iurato in iudicio.Si autem teſtis deponit in vno iudicio iuratus, & in alio cõtrarium dicat.tanquàm falſarius eſt puniendus, vt eſt communis opinio.& ſi reuocet primum dictum, non ſtatur ſecundo dicto, quia eſt iam quæſitum ius parti, debilitatur tamen eius dictum primum, quo ad fidem probationis, vt eſt communis opinio.Et ſtaretur etiam in caſibus, in quibus, non creditur teſti, niſi cum tortura dicto eius in tortura depoſito.& in quo pſeueraret in tortura, licet in alio iudicio ciuili contrariũ dixiſſet, ſi bene dixiſſet in primo iudicio, nõ ſtaretur in ſecũdo, etiã cũ tormẽtis.Et ſi primũ iudicium fuiſſet nullum, etiã nulla eſſet depoſitio aliqua, & ſtaretur ipſius dicto.Cla.verſic.tertius eſt caſus.q.53.& ſi in primo iudicio dixiſſet ſe nihil ſcire, poſtea in ſecundo deponeret de veritate facti, nihil probat, vt eſt communis opinio.Clar.q.53.verſ.tertius eſt caſus, & ſi teſtis in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas contraria teſtimonia depoſuit, ſi eſt contrarius in eadem depoſitione & in eodem examine contraria deponit, abſque correctionis cauſa, & illi non creditur omnino, vt eſt communis opinio.Clar.q.53.ver.quartus eſt caſus.Et iſtud procedit in manifeſta contrarietate, quæ de facili non poſſet redigi ad concordiam.Sed etiam in aliquo modo compatibili, vt eſt communis opi.Aut deponit contraria in diuerſis iudiciis, & examinibus, & deponit contrarium ſecundo loco, non dicendo in ſpecie ſe erraſſe in prima depoſitione, ſed ſimpliciter loquendo.Et ſi ſecundum dictum compaciatur cum primo, debet quantum fieri poteſt ad concordiam reduci, vt eſt communis opinio. Aut vult primum dictum corrigere, & poteſt incontinenti, vt eſt communis opinio. & incontinenti dicitur corrigere antequàm pars ipſum teſtem alloquatur. vide omnino Antonium.Gabriellium.in ſuo communium concluſio.libro ſeptimo, concluſio.vigeſimaſeptima, per totum.& ibi.numero duodecimo, dicit hoc eſſe arbitrarium iudici inſpecta qualitate teſtium, tẽporis interuallo.colloquio partium cum aliis circunſtantiis. Menochi.de arbitrio iudicis.caſu 108.per totum.

Aut

Aut vult ſe corrigere ex interuallo, & non auditur,ſed eſt periurus, & falſarius,& puniendus.Clar.ibi.ver.quartus caſus.vbi fusè.Nec faceret eius dictum indicium ad torturam,vt eſt communis opinio. Sed ſolum quò ad inquirendum.& ibi admonet Clar.iudices qui nō permittant in cauſis criminalibus dictam teſtium renocationem,& repetitionem,quæ fit ad inſtantiam partis,cum ſit periculoſa. idem ſi teſtis primò depoſuit per verbum credo , & ſecundò poſtea per verbum aſſertiuum veritatis,ſtatur ſemper ſecundò,quia hodie poteſt credere vnum & cras aliud,vt eſt communis opinio.Clar.q.53. verſ.vnum etiam.Si verò non contradicit ſuo primo teſtificatui,ſed negat ita depoſuiſſe,& contrarium per notarium fuiſſe ſcriptum, ſi tractatur de puniendo ipſo teſte, tantum creditur teſti, quantum notario.Si verò cui ſit magis adhibenda fides.Et magis creditur notario , vt eſt communis opinio.Clar.ibi.verſ.quintus eſt caſus.Et ideò bonum eſt,vt iudex aſſiſteret examini,vt remoueatur diſputatio.Item teſtes ſingulares in criminalibus non ſufficiunt ad plenam probationem,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.53.verſi.dixi etiam. Sed tantum faciunt indicium ad torturam,& iſtud procedit,quando agitur de probando delicto in ſpecie,ideſt de puniendo aliquo criminaliter.Et tunc non probant teſtes ſingulares aliquem eſſe adulterum,vel hereticum,vel vſurarium.Et ita ſeruatur.Cla.ibi.& ad probandum hæreſim non ſufficerent teſtes ſingulares,etiam cum fama, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.& de probando delicto in genere dicitur,quando agitur de pœna infligenda,ſed ad alium finem,puta excipiendo de adulterio ad priuationem dotis:vel de alio crimine ad diminuendam fidem teſtis.Et certè iſti teſtes licèt ſint ſingulares, tamen multum aggrauant reum , contra quem deponunt, vt ſcilicet acrius torqueatur,vel vt ſeuerius puniatur.Clar.d.q.53.verſi.dixi etiam.nec valet ſtatutum per quod teſtibus ſingularibus in crimine vſuræ credatur,vt eſt communis opinio. Clar.ibi.verſicul.ſed quid ſi Epiſcopus.

Teſtificationi Principis creditur ſingulari,quòd ipſe vidit etiam ad condemnationem,non autem, ſi illud intellexit ab aliis,poſſet enim malè informari,vel circunueniri,& concurrerent duo ſpecialia, vnum, quòd ſibi ſoli crederetur,aliud,quòd teſti de alieno dictu deponēti fides daretur,quorum vtrunque eſt contra regulas communes,l.1. C.de dotis promiſſio.cap.tam literis de teſtibus.Gabriellus conſ.183. nume.2.Si autem Imperator diceret aliquid ſibi conſtare ex relatione Principum ſibi facta de eo , quod eſſet iam notorium , vt non egent aliqua probatione,& reſcriberet motu proprio.tunc ei crederetur,ex quo transferreretur probatio contrarij.in aduerſarium.Licet hoc Clar.non affirmet.

Teſtes duo requiruntur ad iudicium probandum,vt eſt cōmunis opinio.Brunorus à Sole,in vnico ſuo conſ.crimi.num.111.fol.50.

Teſtes poſſunt reprobari,vt eorum dicta non concludant,& quòd non reddant cauſam ſcientiæ ſui dicti.quia in criminalibus teſtis etiam non interrogatus tenetur reddere cauſam ſui dicti,& cauſam ſcientiæ,alias non probat,neque facit indicium,vt eſt communis opinio, Clar.d.q.53.ver.præterea dixi.Et hoc procedit in teſtibus,qui ad offenſam deponunt,ſecus in teſtibus qui ad defenſam deponunt,quia vtique probant.Licet cauſam ſcientiæ non exprimant, vt eſt communis opinio.Clar.ibi.

Teſtes ad defenſam recipi poſſunt,etiam poſt concluſionem in cauſa, ſecus ſi ad offenſam,vt eſt communis opinio.Clar.q.61.ver.ſed quæro.quòd eſt verum,& ſi non ad inſtantiam partis ſed ex officio.quia etiam ex officio poſt publicatum proceſſum, & concluſionem in cauſa,etiam ad offenſam,poteſt iudex ex officio procedens examinare teſtes ſuper eiſdem capitulis,& de directo contrariis.Clar.ibi.& ibi etiam quid iuris ſi abſens ſit reus.

Teſtes poſſunt recepi & repeti per iudicem maleficiorum poſt publicatas atteſtationes ad effectum,vt declaret dictum ſuum obſcurum, ex officio.ſecus ſi ad inſtantiam partis,vt eſt communis opin.Clar. q.61.verſ.quæro nunquid.Conſuetudo autem aliter ſe habet.inquit Clar.quia etiam ad inſtantiam partis poſſunt repeti.

Teſti deponenti circa ea.quæ ſenſu corporeo non percipiuntur non creditur,niſi rationem ſcientiæ per ſenſum corporis, etiam non interrogatus aſſignauerit,Cur.iun.conſ.150.num.1.communem dicit.

Teſtes corrumpens,vel falſificans inſtrumenta nō perdit cauſam.Boeri.deciſ.291.num.3.communem dicit.

Teſtibus deponentibus veriſimiliora magis creditur.Cur.iun.conſ.178. num.3.communem dicit.

Teſtis de credulitate non probat.glo.communiter approbata.in l.teſtium.C.de teſtibus.& communem dicit Additionator ad Panor.in cap.quoties.de teſtib.

Teſtis de auditu non probat,vt eſt communis opinio,de qua Cur.iun. conſi.192.num.61.in 3.vol.cap.tam literis de teſtib.D.Hierony.Gabriellius in conſ.183.nu.2.præſertim ſi à parte audiuit,quo caſu etiā non inducit præſumptionem,vbi alias induceret,vt eſt communis opinio.canoniſtarum,de qua ibi Cur.num.61.

Teſtes duo plenè probant delictum, Etiam ſi Papa procedit contra Cardinales,vt eſt communis opinio.Clar.q.66.verſ.debes etiam ſcire.etiam contra Papam.Clar.ibi.verſicul.ſed quæro.ſed eſt contra communem opinionem.

Teſti minus idoneo creditur.quando aliter veritas haberi,non poteſt, vt eſt communis opinio.Ant.Gabriel.in ſuo communium conclu. lib.1.titulo de teſtibus.conclu.7.Limita,vt ibi per eum.& vide Iaſ.in l.cunctos populos.C.de ſumma trinita.nu.46.& ſeq.vbi fuſius.quando autem credatur teſti familiari & domeſtico. vide in deciſione Tholoſana 4.vbi pleniſſimè.Marſil.ſingu.73.& Crotum ac alios.in tract.de teſtib.vide D.Brunorum à Sole in conſil.vnico.num.9.vbi communem dicit.

Teſtis dictum iudiciale præualet ſecundò dicto extraiudicialiter,vt eſt communis opinio.de qua Angel.inter conſil.crimi.conſil.73.nume. 1.Ange.de Vbal.inter d.conſilia,conſil.73.nume.1.& nume.3.communem dicit.Boſſius titulo de oppoſitionibus contra teſtes numero tertio. ſed debilitatur de fide,licet non puniatur de falſo,vt eſt magis communis opinio.

Teſtis in vno falſus,in toto teſtificatu fidem perdit,communis eſt opinio. Soarez verſ.teſtis.num.135.Anto.Gabriell. in ſuo communium conclu.lib.7.conclu.4.vbi ampliat & limitat. Et ampliat & limitat Benedictus de Vado in apoſtillis ad reperto.Feli.in ver.teſtis,qui dixit falſum in vno capitulo.&c.Boſſius de falſis.nu.147.Soci.conſ.40. num.14.in 2.vol.communem dicit.vbi latius.perſonalis de adipiſcen. poſſeſſ.num.129.vbi declarat.

Teſtis qui in extremis ſe dixiſſe falſum aſſeuerat,nullam facit fidem,vt eſt communis opinio.Soarez verſ.teſtis.num.145.

Teſtis in criminalibus ad defenſam non oportet,vt ſit omni exceptione maior.communis eſt opin.Soarez ver.teſtis. nu.147.Cur.iun.in conſ.343.in 3.vol.communem dicit.quando ſcilicet tractatur de ſolo præiudicio fiſci,vt eſt communis opi.Cur.iun.ibi.num.7.

Teſtis negans ſe ita depoſuiſſe, prout notarius ſcripſit.dum tractatur de falſo,potius ſtatur notario,quàm teſti,vt eſt communis opinio.de qua Graſſus communium.opin.lib.2.cap.17.q.22.

Teſtis inimicus nō admittitur.vnde,ſi quis alleget eum ſibi inimicum, admittitur ad probandum,dummodo opponens offerat ſe incontinenti probaturum,vt eſt communis.Graſſus communium opin.lib. 2.cap.17.q.23.Si tamen. reconſiliatio probetur per multum tempus,probat ibi.q.32.

Teſtes ſiue ſuper generali,ſiue ſuper ſpeciali inquiſitione,& etiam ſuper accuſatione,examinantur ſine citatione partis,Et iſta talis practica , & conſuetudo eſt ſeruanda, vt per Blancum in l.fin.numer. 22.ff.de quæſtio.fol.9.

Teſtium nomina dantur confuſa.& ſeparata à dictis teſtium, ob potentiam eorum ne poſſit ſcire,quid dictum fuerit ab vno quoque ipſorum.quæ eſt practica hodierna.Blancus in l.fi.num.28.ff.de quæſtionibus.& in practi.fol.38.num.80.

Teſtis vnus bonus de viſu facit indicium ad torturam.Idem confeſſio extraiudicialis,idem captus in loco delicti,idem ſi res eſt reperta apud aliquem non bonæ famæ,vt eſt communis opinio,Blancus.in l.fi.nu. 5.ff.de quæſtio.Indicia verò remota debent probari,pro vnoquoque indicio per duos teſtes,vt eſt communis opinio .Blancus ibi. num.46.indicium remotum eſt mala fama alicuius.ibi.

Teſtis in vno articulo falſus,in cæteris falſus creditur.communis eſt opinio Methodica iuris.parte 5.cap.23.ad fi.Clar.q.53.ver.ſed quæro pone,vbi communem dicit.Marſil.conſil.31.num.34.conſ.70.num. octauo.in primo volumine. Etiam ſi reſcripto Principis validetur eius dictum, quia non valet.Bertachi. in reperto.verſic.teſtium impugnatio.nume.49.

Teſtis vnus non facit indicium ad torturam,vt eſt communis opinio. de qua D.Lauren.Occa Ferrarien.inter conſ.crimi.conſ.60.num.63. fallit in vno teſte de viſu,quando ſumus in probando ipſum maleficium.Brunus inter conſ.crimi.conſi.115.num.1.vbi plenè.Et debet eſſe omni exceptione maior.ibi.num.33.Alias non eſt ſufficiens.Niſi cum tortura.ibi.num.73.ſecus eſt in probando indicium remotum quia duo teſtes ſufficiunt, etiam non omni exceptione maiores, & ſic infames.& ille dicitur teſtis omni exceptione maior,contra quem nulla poteſt opponi exceptio.plura. in reperto. ad conſilia feudalia Bruni.in ver.teſtis ille omni exceptione vbi plura & plurima. & in verſic.Teſtes in criminalibus.

Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum aliquid.in genere,vt iuriſdictionem,vel quem eſſe vſurarium.poſſeſſionem alicuius.hæreticum furioſum,vel infamem,vt eſt communis opinio,de qua Curt.iun.in conſ.344.num.74.& pluribus ſeq.in 3.vol.Riminaldus nouiſſimus in conſil.7. & in his,quæ ſunt redacta ad ius gentium, ſingularitas teſtium nocet,vt eſt communis opinio.Curt.iun.conſil.187.num.19. in 3.vol.vide Ioan.de Amicis in conſ.126.nume.1.Quandoque tamen iudex poteſt teſtibus ſingularibus adhibere fidem.D.Gabriellius in conſ.172.nume.26.vbi fratri vxoris ſingulari creditur de matrimonio.inter ſororem & alium.vide Riminal.nouiſſi. in conſi.7.per totum.vbi dicit,quòd hæreſis probatur per teſtes ſingulares.

Teſtis

Teſtis dictum in tormentis præualet,vt eſt communis opin. Anto.Gabriel.in ſuo communium conclu.libr.ſeptimo,conclu.26.vbi ampliat & limitat.

Teſtis ſecundo dicto variantis extra tormenta ſtatur ſi animo corrigẽdi primum dictum,poſtea contrarium deponat,vt eſt communis opinio.de qua Anto.Gabriel.lib.7.conclu.27.communium conclu. amplia & limita vt ibi.& vide in ſeq.18.conclu.

Teſtis varians ab his,quæ dixerat prius in iudicio,quam fidem faciat? Anto.Gabriel.in ſuo communium conclu.lib.7.conclu.29.communem opinionem dicit quòd neutri dictum creditur.Amplia & limita vt ibi.Et ibi in conclu.30.dicit quòd attenditur dictum teſtis iudiciale, etiam ſi poſtea extra iudicium contrarium deponat.Amplia & limita vt ibi.

Teſtis,qui vnum extra iudicium,& poſtea,contrarium in iudicio deponit,nulla facit fidem.Et pœna punitur falſi,vt eſt communis opinio. Anto.Gabriel.communium opinionum lib.7.conclu.31.Amplia & limita vt ibi per eum.Et ibi conclu.32.ponit teſtis,qui depoſitionem iudicialem extraiudicialiter dicat ſe falſum teſtimonium protuliſſe. An parti,pro qua depoſuit præiudicet vide omnino.

Teſtis exiſtimans verum dicere,ſi falſum deponat,non dicitur falſarius & pœna falſi non punitur,vt eſt communis opinio.Anto.Gabriel.lib. 7.conclu.communium.conclu.33.Amplia.& limi.vt ibi.

Teſtis vnus in ciuilibus non facit ſemiplenam probationem,vbi agitur de modico præiudicio,ſi non ſit omni exceptione maior,vt eſt communis opinio.Multo fortius in criminalibus.Rolan.à Valle in conſ. 3.nume.39.in 3.vol.

Teſtes examinantur ſine citatione partis inculpatę de cõſuetudine,quæ eſt ſeruanda.Blancus in practica crimi.fol.6.nume.34.quando in criminalibus proceditur ex argumentis & indiciis.Et ipſa eſt practica, quòd non fiat citatio,cum frequentius procedatur ex indiciis,& ita quotidie ſeruatur.Et ex conſuetudine lis non conteſtatur.Blancus in practica criminali fol.6.nu.36.vide Anto.Gabriel.in ſuo communiũ conclu.lib.7.conclu.28. & pluribus ſeq.

Teſtis qui fuit punitus extraordinariè pro motu iudicis,poteſt poſtea accuſari lege Cornelia de falſis,& iſta eſt communis opinio. Fran. Mar.deciſ.delphina.798.num.1.in 2.par.

Teſtis falſus in vno, falſus eſt in omnibus,vt eſt communis opinio.de qua Marſilius ſingu.76.Fallit,vt per eum Gargias inter conſil.crim. conſilio.123.numero 17.Tomo primo,& no.quod teſtis debet deponere, & non iudicare.Brunus inter conſil.criminal,conſil.115. numero 4.tomo 2.

Teſtes duo reprobant inſtrumentum etiam teſtamentum,maximæ neceſſarij,vt eſt communis opinio.de qua Gargia.inter conſilia,criminal.conſi.126.nume.14.

Teſtes viles & pauperes non probant in criminalibus,vt eſt communis opinio.Bondenarius Ferrarienſis inter conſilia crimi.conſi.54.num. 11.Socin.fallen.489.incip. pauper.ſi tamen producuntur à fiſco, non poſſunt per ipſum reprobari.Brunus inter.conſi.crimi.conſ.115. nume.41.Tomo ſecundo,quando eſt de auditu, vel ſaltem tenetur probare contrarium.

Teſtes in cauſa matrimoniali debent eſſe rogati,vt eſt communis opin. de qua in conſi.59.num.54.inter conſi.crimi.tomo 2.quia non præſumuntur rogati niſi aſſerant,vel conſtet de rogatione,vt eſt communis opinio.de qua ibi num.55.Et cauſa matrimonialis criminali æquiparatur,vt ibi num.34.Et tres teſtes non integri coniunguntur, vt faciant plenam probationem in matrimonio,Dec.conſ.163.num. 11.in 1.vol.vide omnino.

Teſtis falſus,qui dicit,ſe fuiſſe ſolicitatum ad dicendum teſtimonium, facit indicium ad torturam contra inſtigantem,ſecundum communem practicam;quicquid ſit de iure.Boſſius de indiciis num.156.

Teſtis dictum in vna cauſa facit fidem contra eundem in alia cauſa,vt eſt communis opinio. de qua Boſſius. de oppoſitionibus contra teſtes nume.6.

Teſtis dicto ſolemni & iudiciali ſtatur,non minus ſolemni,vt eſt communis opinio.Crauetta conſil.6.nume.5.Limita vt ibi per eum.numero 45.& 46.

Teſtis de viſu ſemiplenè probat,vt eſt communis opinio,de qua Rui. conſi.35.num.7.in 4.vol.

Teſtis habilitas vel inhabilitas conſideratur tempore depoſitionis, & non tempore actus geſti,vt eſt communis opin.de qua Corne.conſ. 13.litera B.in 1.vol.

Teſtis vnus de veritate facit indicium ad torturam , non delatiuam iuramenti,ſed purgatiuam per torturam,vt eſt communis opinio. de qua Roma.in conſil.451.nume.4. Dummodò ſit omne exceptione maior , vel eminent alia indicia.Et ad probandum indicia.Et ad inueſtigandum non ad puniendum,non requiritur quod teſtes ſint omni exceptione maiores dummodò deponant veriſimilia & ibi. vide Marſil.conſ.88.num.20.in 2.vol.Sed debet eſſe omni exceptione maior.& ritè,& legitimè examinatus,quia vbi non eſt ordo ſufficit inſtantia.Et debet eſſe nõ ſolus,ſed cum aliis indiciis,Marſil.ſing. 342.& ſingu.476.Et plures teſtes deficientes in fide numerus non ſupplet defectum ſingu.477.per Marſil.Et quando fama cum vno teſte coniungatur ad faciendum plenam probationem in criminalibus.Dec.conſ.163.nume.12.

Teſtis ſingularis non probat ſemiplenè,nec facit indicium etiam ad torturam,vt eſt communis opinio.Marſil.conſ.52. num.27.& ſingu. 114.Etiam ſi eſſent plures ſingulares.Dec.conſi.189.num.8. in 1.vol. Et teſtis dicitur ſingularis cuius dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum:Cur.iun.in conſ.187.num.6.in 3.vol.

Teſtis deponens de ingratitudine alicuius,abſque citatione illius recipi poteſt,vt eſt communis opinio.de qua Alexander.in conſil.130. nume.5.in 1.vol.

Teſtis,qui non videt aliquem,etiam in criminalibus,rectè deponit.Alexan.conſ.99.num.5.in 3.vol.communem dicit.Si eſt omni exceptione maior.Et habeat notam vocem alicuius.Aliàs non tantum debet eſſe omni exceptione maior,ſed & de viſu debet deponere D.Brunorus à Sole in vnico eius conſ.num.94.communem dicit.

Teſtes,qui aliàs non admittuntur, admittuntur quando ex natura facti alij teſtes veriſimiliter haberi nõ poſſunt,vt eſt communis regula de qua Dec.in conſ.342.in 3.vol.Dec.in conſ.364.num.5.

Teſtis,qui extra cauſam,de qua agitur aliquid de falſo deponit,quia pars altera non læditur,non tenetur pœna falſi,ex quo alteri parti non prodeſt,& alteri non nocet,non debet puniri,vt eſt communis opinio.de qua Soc.in conſ.104.num.3.in verſ.quartus & vltimus caſus in 1.vol.poſt alios.

Teſtis dictum deponentis contra veritatem,& ſic contra iuramentum in vno capitulo,vitiatur in omnibus,propter falſitatem vnius capituli,vt eſt communis opinio,de qua Alexan.in l.ſi ex falſis num.13.ff.de tranſact.Fallit,vt ibi per eum.

Teſtes criminoſi in criminibus exceptis admittuntur , non vt faciant probationem,ſed oportet,vt adſint alia adminicula, vt eſt cõmunis opin.de qua Abb.in c.per tuas nu.4.de ſimonia.Et ſi ſint forenſes, & extra prouinciam debent remitti ad iudicem cauſæ etiam in criminali,vt per Abb.in c.conſtitutus,num.10.de fideiuſſoribus.Et ad hoc vt teſtis ſit integer,& non criminoſus,oportet,quòd omnino ſit immunis ab his,ſcilicet crimine infamia,ſuſpicione inimicitiæ,vel criminis,quia non debet in aliquo vacillare,& à macula manifeſta,ſcilicet animæ & corporis,& teſtis corpore vitiatus contra clericum repellitur,vt per Abb.in c.1.num.4.de excep.& conſpiratores,qui inimicis capitalibus æquiparantur.Abb.in c.cum I.& A. num.20.de ſententia & re iudica.Et licet teſtes criminoſi & participes delicti admittantur in teſtes in defectum probationis,vt per Abb.in cap.ſi de teſtibus cogen.hoc tamen eſt verum ſecundum Felin.ibi num.3.Si hoc voluerit ille,cui actus criminoſus nocebat.

Teſtes in criminalibus tenetur aſſignare rationem dicti ſui etiam non interrogatus,vt eſt cõmunis opi. de qua Benedictus de Vado in Reperto.Feli.in ver.teſtis regulariter.fo.132.col.1. Quod procedit in cauſis,in quibus venit imponenda pœna corporalis.

Teſtium examinatio in criminalibus poteſt committi alteri,quando teſtes eſſent extra prouinciam,vt eſt communis opin.de qua Benedict. de Vado in Reperto.Feli.in ver.teſtes in cauſa criminali. fol.136.col. 4.num.2.vbi etiam ponit plures caſus,in quibus teſtium examinatio in criminali alteri committi poſſit.Primus eſt,quando perſona,quæ eſt examinanda non poſſet venire ad iudicem,& iudex non poſſet ire ad teſtem,quia eſt perſona multum honeſta.Item quando agitur de crimine per viam exceptionis.Itẽ fallit in cauſa hæreſis.Item fallit in Papa.Item fallit,quando teſtes eſſent extra prouinciam.Vide Feli. in c.ſi qui teſti.de teſtibus nu.1.& ſeq.& Feli.in c.cùm cauſam.num. 21.& ſeq.de teſtibus.

Teſtificari non tenetur priuilegiati,vt eſt communis opin.de qua Feli. in c.cum cauſam,num.8.de teſtibus cogen.

Teſtimonium valet eius,qui eſt teſtificatus,etiam non docto,quòd pœnituerit de peccato,vt eſt communis opinio,de qua Feli.in c.intimauit,num.4.in ſi.de teſtibus cogen.

Teſtis infamis infamia facti repellitur à teſtimonio,quia non eſt omni exceptione maior,etiam reſtitutus ad gratiam.Facit tamen indiciũ ad torturam cum aliis adminiculis, in defectum probationis , vt eſt communis opinio,de qua Nicellus in tracta.de Concordia gloſſarum.nume.415.

Teſtis non eſt interrogandus de his,ex quibus eius turpitudo delegatur,vt eſt communis opinio.de qua Graſſus in ſuo communium opinionum lib.2.c.17.q.33.

Teſtes inhabiles ſufficiunt in his,quæ ſunt difficilis probationis in criminalibus,vt eſt communis opinio Clar.q.24.

Teſtis de auditu in criminalibus non probat.Marſil.conſ.20.num.5.& num.10.conſ.41.num.8.conſ.76.nu.25.in 1.vol.conſ.88.num.9.conſ. 116.num.3.in 2.Et teſtis de auditu non eſt verus teſtis.Marſi.d.conſ. 20.nume.6.& in conſ.76.nume.26.in 1.& in conſil.116.nume.4.in 2.Et maximè,quando non dicit à quibus audiuit quia non probat. Marſil.d.conſ.20.num.7.Merzarius conſ.21.

Teſtis vnus ſufficit.qui contradicat teſtamento vt teſtamentum vacillet,vt eſt communis opinio,de qua Ioan,de Amicis in conſi.115.vbi dicit,quòd iſta eſt vera,& communis concluſio à qua nemo diſcrepat.D.m.Alcia.in conſ.124.vltim.lib.Corn.conſ.261.litera I.in 4. lib.vide conſilium 1.Vltimarum voluntatum diuerſorum.nu.15.& ſeq.Alias teſti vnico non creditur,Riminald.nouiſſimus in conſ.39. num.35.Et no.quòd teſti,qui dicit ſe credere ſimpliciter,etiam ſi dicat pro certo ſe credere,non probat,vt per Riminal,vbi ſupra num. 30.& ſeq.

Teſtes in omni cauſa debent eſſe omni exceptione maiores.Curt.iun, conſil.122.nume.5,communem dicit.Etiam in hæreſi.D.Hieron.Gabriell.conſil.178.num.29.Etiam in crimine falſi.Idem Gabri.in conſ, 180.numero 1.

Teſtis vnicus facit ſemiplenam probationem.Curtius iunior in conſilio centeſimovigeſimoſecundo, numero ſeptimo, communem dicit.Et quando lex.vel ſtatutum ſignanter & ſpecificè duos teſtes requireret,ſi vnus eſſet idoneus,alter verò in aliquo defectu, dictũ vnius per alium non ſupplere.Curtius iunior in conſi. 289.numero 36.in 3.volumine.

Teſtis vnicus facit ſemiplenam probationem.Cur.iun.conſ.122.nu.7. communem dicit.

Teſti vnico de facto propriò,quod ipſe fecit non creditur.Boerius deciſ.221.numero ſeptimo,communem dicit.Tiraquellus in tract. de retractu.in §,primo,in gloſſ.decimaquarta, numero 50.& ſeq. vbi plenè.Soarez in ver.teſtis numero 110.vide Menochium de arbitrio iudicis Caſu nonageſimonono, per totum. Soarez verſiculo teſtis nu.110.Etiam in ciuilibus.Licet etiam eſſet Princeps,vt eſt communis opin.Niſi ei ſoli tantummodo noceret dictum,vt eſt communis opin.ibi num.111.& 112.

Teſtis reuocans ſuum dictum in alio iudicio,ſtabitur primò,D.m.Alci. in tract.præſum.reg.2.præſum.29.communem dicit,

Teſtis vnicus & ſingularis non facit indicium.ſecundum communem opinionem.de qua D.Lauren.Occa Ferrarien,inter conſilia crimin. conſ.60.numero 63.

Teſtis vnicus ad inquirendum & torquendum ſufficit ad indicium, ſi ſit omni exceptione maior.Soarez.verſ.teſtis.num.110.

Teſtis frater pro fratre ad defenſionem in criminalibus eſt idoneus,vt eſt communis opin.Soarez ver.teſtis num.128.

Teſtis mulier,etiam in cauſis capitalibus eſt indonea,vt eſt communis opin.Soarez ver.teſtis num.130.

Teſtis,qui alioquin non eſt idoneus,ſi ex facti natura alij haberi nequeunt regulariter ac generaliter admittetur, vt eſt communis opin.Soarez ver.teſtis.num.132.

Teſtis in vna re depoſitionis falſus,fidem in totum perdit, vt eſt communis opin.Soarez ver.teſtis num.135.Et no,quod teſti non eſt adhibenda fides in aliis articulis probationis,ſi poſt publicationem teſtimoniorum conuincatur,quòd corruptus in vno articulo falſum dixerit,vt eſt communis opin.Methodica iuris,parte 5.titu.de teſtibus.c.23.ad fi.pag.828.

Teſtis,qui prius dixit nihil ſcire, poſtea veritatem deponit,nullam facit fidem.communis eſt opin.Soarez ver.teſtis num.139.Et ſi in altero iudicio dictum ſuum reuocauerit,ſtatur eius primò dicto,vt eſt communis opinio.ibi nume.140.& communem dicit Cur.iun.conſilio 318.numero 15.in 3.vol.Niſi primum iudicium fuerit nullum, vel inualidum,vt eſt communis opinio.ibi numero 141. Sed cum aliud in iudicio deponit,quod extra depoſuit, ac ſua ipſius manu ſubſcripſit,vacillare dicitur, & poteſt torqueri. communis eſt opin. ibi numero 142.Non tamen falſi pœna plectetur.communis eſt opinio.ibi numero 144.

Teſtis,qui in extremo laborans falſum deponit,non eſt idoneus, vt eſt communis opin.Soarez ver.teſtis num.145.

Teſtis varius,vel ſibi contrarius eſt reducendus ad concordiam,vt falſum euitetur,vt eſt communis opinio.Soarez ver.teſtis num.146,

Teſtis in criminalibus debet eſſe omni exceptione maior.cõmunis eſt opinio, Soarez ver.teſtis num.147. Et debet teſtis reddere ſui dicti rationem,vt eſt communis opinio.ibi.numero 148. Fallit in teſtibus ad offenſam probandam.communis eſt opinio.ibi nume. 149. Vel,ſi deponunt de his,quæ ad ius ſpectant.communis eſt opinio. ibi nu.150.Vel cum de fama publica deponunt.communis eſt opin. ibi num.151.

Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum mulierem eſſe inhoneſtæ vitæ in genere.ſi vnus deponat de vna re inhoneſta,alius de alia, vt eſt communis opinio, de qua Riminaldus nouiſſimus in conſilio ſeptimo numero 59.

Teſtis de auditu proprio facit fidem,ſi voces delinquentium notas habet,vt eſt communis opinio.Soarez verſ.teſtes num.161.

Teſtes de delicto de nocte facto teſtimonium facientes,non aliter ſunt idonei,niſi vocem delinquentis notam habeant,& agnouiſſe aſſerant.vel Lunam lucere deponant.vel lumen illic luxiſſe ſubiungat, vel denique ſibi admodum delinquentem fuiſſe addant,vt eſt communis opinin.Soarez ver.teſtes.num.172.173.174.

Teſtis meretrix non eſt idonea in criminalibus,vt eſt communis opi. Soarez ver.teſtes idonei num.197.Proxeneta,affinis,pauper,mulier, infamis in cauſis arduis.Domeſticus,licet domeſticus quò ad furtum,vel aliud delictum in agentis domo perpetratum, & quò ad quantitatem,vel æſtimationem rerum furto ablatarum,& denique quò ad alia domi geſta probabunt.communis eſt opinio.ibi.nume. 204.Domeſtici autem omnes dicuntur,qui in eadem domo habitant,vt eſt communis opinio.ibi nume.204.Nec ſunt teſtes idonei, qui in aliqua parte ſui teſtificatus falſum depoſuerunt, vt eſt communis opinio.ibi nume.285.Niſi pars illa fuerit ſeparata à cæteris, vt eſt communis opinio.ibi nume.206.Vel ad negocium principalè non multum attinet,communis eſt opinio.ibi nume 207.Quòd idem eſt in teſtibus contrariis,communis eſt opinio.ibi nume.208, Item clerici contra laicos,& econuerſo non ſunt idonei teſtes in criminalibus,vt eſt communis opinio.ibi nume.212.& 213.Niſi aliter veritas haberi non poſſet,vt eſt communis opinio.Socij item criminis non ſunt idonei teſtes etiam ad formandam inquiſitionem, vt eſt communis opin.ibi num.214. Niſi aliter veritatem haberi non poſſet, vt eſt commmunis opinio. ibi numero 215. Nec tamen ad torquendum abſque aliis indiciis ſufficient, vt eſt communis opinio. ibi.

Teſtes duo,etiam ad conuincendum ſummum Pontificem,vel Imperatorem de crimine ſufficiunt,vt eſt communis opinio.Soarez verſi. teſtes duo,nume.221.

Teſtes,ſi nolunt venire ad teſtificandum in criminalibus,etiam poſſunt cogi multa eis indicta.communis eſt opinio. Soarez verſicu.teſtes numero 223.

Teſtes,ſi dicant ſe erraſſe in deponendo,ac dictum ſuum liquidò probarint.&prius teſtimonium impunè reuocabunt, & deinde rectè,ac validè teſtabuntur.communis eſt opinio.Soarez ver. teſtes nu.124. Quod intellige,ſi incontinenti ſe corrigunt. Secus,ſi ex interuallo longo,quia præſumuntur ſubornati. Cur.iun. in conſ.289.nu.19.& ſeq.in 3.volum. Alioquin,ſi non probabunt, ſtabitur primò dicto,& ipſi erunt periuri,vt eſt communis opinio.ibi nu.125.Et ſi ſe ſubornatos,& corruptos fuiſſe dicẽt, & præcibus aliquorum acquieſcentes,falſum depoſuiſſe aſſerant,nullam faciunt fidem,vt eſt cõmunis opin.ibi.nu.126. quamuis id ſolum ſufficiat,vt & ipſi torqueantur, & ſi idem affirmauerint,ad inquiſitionem procedi poſſit,vt eſt communis opinio.ibi num,127.

Teſtes domeſtici admittuntur, quando tractatur de præiudicio ſolius fiſci,& non accuſatoris,vt eſt communis opinio, de qua Cur.iun.in conſi.281.num,8,& num.11.in 3,vol,

Teſtes,qui ea vera eſſe deponent quæ vel actis,vel inquiſitione continentur,verum eſſe aſſerunt,quod quiſpiam alius teſtis prius depoſuit,nullus ſunt momenti,vt eſt communis opinio.Soarez ver.teſtes nume.228.& 229.

Teſtes ſi incontinenti ſe corrigant, quod ſecundo loco pro teſtimonio dicunt valet ac tenetur. Et ideò nec criminoſi, nec pœna aliqua puniuntur,vt eſt communis opinio.Soarez ver. teſtes nu.230.& 231.

Teſtes in cauſis criminalibus torqueri debent.& qui infamis,infamia iuris ſunt,& qui criminis participes ſunt,& qui in deponendo ſunt varij,& qui ſunt viles perſonæ & qui in rei fuerunt delicto,& vidiſſe ac cognouiſſe neminem dicunt,communis eſt opinio. Soarez ver. teſtes num.232.233.& 234.

Teſtes ſubornans,vel corrumpens non ideò cauſam amittit,communis eſt opinio Soarez ver,teſtes nu,251.Si tamen vnum teſtem corrupetit,vel falſum produexrit, pœnas ſtatuti punietur,vt eſt communis opinio.Soarez ver,illo num.252.

Teſtes ex eo ſolo falſi conuincuntur quòd prodicendo teſtimonio pecuniam accepiſſe probantur.communis eſt opini.Soaraz ver.teſtes, nu.253.Iſta probatio non nocebit pecuniam danti,vt falſum commiſiſſe dicatur,vt eſt communis opinio.ibi nu.254.Teſtes verò ipſi falſi luent pœnas,& omne damnum parti reſarcire cogentur.Licet aliud ſit in foro conſcientiæ vt non teneantur,vt eſt communis opinio ibi nu. 255.Etiam ſi non ſint iurati teſtes,quia falſi pœnas dabũt ac ſi iurati forent,vt eſt communis opinio,ibi nume. 257.Si tamen non circa ſubſtantiam ac formam falſum depoſuerint, ſed circa res extrinſecas,non tenentur pœna falſi,nec in aliis partibus fidem perdent teſtificatus,vt eſt communis opinio.ibi num.258.

Teſtes,qui falſi ſunt cõuicti,ſi vel falſum illorum, vel falſa ſubſcriptionem ini damnum præiudiciúmque inferat, ordinarias falſi pœnas non dabunt, Sed tantum extraordinem ſtellionatus ſupplicio afficiẽtur,vt eſt communis opinino.Soarez ver.teſtes num.159,

Teſtium verba ambigua contra producentem interpretantur, vt eſt communis opinio.Soarez ver.teſtium num.260.

Teſtium omnium examinatio extendi debet, nec vnius extenſio & aliorum poſtea aſſertio,ſufficit,vt eſt communis opinio.Soarez verſ. teſtium nume.267.

Teſtes decent eſſe iurati,etiam in criminalibus,vt eſt communis opinio

Soarez

Soarez verſic.teſtium numero 268.& 269.Et etiam in cauſis fiſcalibus debent citari partes ad videndum deferre iuramentum teſtibus, alias non valent:eorum dicta,vt eſt communis opinio.ibi num.269. Et eorum dicta probabunt facta coram alio iudice,etiam ſubrogato, vt eſt communis opinio.ibi numero 270.Licet teſtes non iurati faciunt præſumptionem,& faciunt informationem,vt dicit Firmanus in reperto.in verſ.teſtium depoſitio.vel teſtes deponunt col.fin.fol. 144.parte vltima.Et licet communis ſit opinio,quod potius ſtetur dicto teſtis iurato,quam dicto ſuo extraiudiciali non iurato.Tamen fallit,niſi pro primo dicto,quamuis non iurato,eſſent multæ coniecture. Curtius iunior in conſilio ducenteſimooctuageſimonono, numero 23.& ſeq.in 3.volumine,

Teſtibus opponi poteſt aliqua exceptio,vt quia ſunt infames, periurij, vel ſimi.Sed in ſpecie opus erit ſigillatim crimina cum loci, & temporis ſubiunctione opponãtur,vt eſt communis opinio.Soarez ver. teſtibus opponi.nume.275.Nec ideo opponens eis aliquam iniuriã facit,vt iniuriarum actio competat,ſi crimina probentur.Alias ſic,vt eſt communis opinio.ibi numero ducenteſimoſeptuageſimoſexto, & ducenteſimoſeptuageſimoſeptimo,

Teſti periuro non creditur,etiam ad formandam inquiſitionem,vt eſt communis opinio.Burſa,conſilio 79. Etiam in torto conſil. 20.nu. 61.& 79.numero 11.

Teſti non creditur contra notarium,& ſcripturam actorum,vt eſt cõmunis opinio. Burſatus conſilio trigeſimoquarto,numero decimoquarto.

Teſti aſſerenti ſe corruptum,vt dicat falſum,non creditur,etiam ad formandam inquiſitionem,vt eſt communis opinio.Licet cõtra ſe corruptum,ne teſtimonium ferat Burſa.conſi.34.num.21.

Teſti excommunicato non creditur,vt eſt communis opinio. Burſatus conſi.20.nume.50.

Teſtis ſingularis in cauſa hæreſis non probat,vt eſt communis opinio. Burſat.conſi.79.nume.9.

Teſtis primò vnum affirmans cum iuramento.Secunda verò vice ſimiliter iurata,id negans,periurus redditur,ex communi opinione Burſat.conſi.34.nume.2.

Teſtis falſum in iudicio, licet iuramento deponens, pœna tamen falſi tenetur,vt eſt communis opinio.Burſa. conſi.99.nume.30.

Teſti non repetito parte citata,non creditur,vt eſt communis opinio, Burſa conſi.34.nume.5.

Teſtis de delicto,vel actu commiſſo de nocte deponens non probat, niſi dicat Luna lucente,vel lumine accenſo,vt eſt communis opi.Burſ. conſi.34.nume,6.

Teſtis prima depoſitio ad rei fauorem attenditur,vt eſt communis opi. Item quando in ſecunda ſe ad primam refert depoſitionem.Burſat. conſilio 34.numero 11.

Teſtis inimicus non probat indicium à remotis,vt eſt communis opi, Burſa conſi.10.nume.23.

Teſtis de credulitate non probat.

Tempus commiſſi delicti,reo inſtante declarari preciſè debet, vt eſt communis opinio.Burſatus conſilio trigeſimoquarto, numero vigeſimoquinto.

Teſtes examinati ſuper generali inquiſitione non faciunt fidem,nec ex illis indiciis poteſt torqueri,nec poteſt iudex ex eorum dictis formare ſententiam in particulari inquiſitione,vt eſt communior & verior ſententia.Tamen hodie ſeruatur contrarium. Et ideo pro defendendo reo,non eſt laborandum ſuper iſta communi ſententia,vt dicit Blancus in practica criminali. folio ſexto, numero trigeſimotertio,

Teſtamentum factum ad interrogationem notarij ex reſponſione teſtatoris,ſaltem præcedente rogitu notarij adhibitio per teſtatorem & poſtea lectum,valet & tenetur,& conſuetudine obſeruatur, vt eſt communis opin.quod non ſit falſum.de qua Corneus in conſi.261, litera Q.& communiter approbatur in iudiciis & ſcholis, vt ibi per eum.in quarto volumine.

Torturæ ſtare cum alio quis offerre ſe non poteſt, vt vulgo dicitur, al parangone, vt eſt communis opin.'de qua Clar.q.63.ver.ſed quæro. ſcilicet tu quidem primò torquearis, deinde & ipſe torquear, ſi tu non confitearis.quinimò ſi tortus fuiſti,iudex ſine aliis indiciis me torquere non poterit,Idque verum eſt,ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium fiat,vt eſt communis opinio.de qua Cagnol. in l.nemo fraudare.ff.de reg.iur. D.Herculanus de cautione de non offendendo.c. 43.nume.5.Arno. Dialogo 32. Marſil. in l.quæſtionis.nume.8.ff.de quæſtio.vbi dicit,quod nec iudex,ſeu poteſtas hoc facere poteſt.licet multi fatui putent hoc poſſe & debere fieri.

Torturæ antequam quis ſubiiciatur debet iudex conſiderare proceſſũ, & quæ & qualia ſint contra reum indicia,& probationes, quæ non ſint ſublatæ in eius defenſione. Etiam ſi iudex habeat liberum arbitrium in criminali,Capicius deciſ.Neapol.126.num.4. Etiam in crimine læſæ maieſtatis.plura Capicius deciſ.130. Nec poteſt excuſari iudex,ſi fortè dicat hoc feciſſe de conſcientia Principis, quia de hoc debet apparere in actis.Rui.in conſi.7.num.2.in 5.volu. vide Marſil. ſing.117.vbi etiam ponit limita.vide etiam omnino Beluiſium in practica crim.tit de indiciis.num,19.vbi ponit.quid habeant agere iudices antequàm ponant reum ad torturam.& in titu.de quæſtionibus.nume.102.ver.& ſic ex prædictis.vbi Beluiſius dicit, quòd beatus eſt homo,qui ſe continere potuit in tormẽtis, quoniam abſoluitur,& melior,quam ante accuſationem reputabitur, cum proſperè & fœliciter ſe purgauerit à ſibi impoſitis.Alias erit maledictus, quia punietur,vide Milleum in practica criminali.fol.103.numero 53. in glo.& fol.104. numero 8. vbi dicit. quòd ideò quia plerique in tortura deficere ſolent,idcirco torquendus priuſquàm ligetur funiculis per tortores in quæſtionis loco,debet veſtimẽtis exutus, ſe ſignaculo crucis† inſignere in fronte,& aliis membris.Et ſi reus eſt ex indiciis & probationibus plenè conuictus,vel confeſſus, debet iudex condemnare.Si ſemiplena contra eum reſultat probatio,torturæ eſt ſubiiciendus.Si verò nec ſemiplenè eſt conuictus,eſt omnino abſoluendus.Clar.q.62.in prin. Et antequàm iudex ad torturam procedat debet habere indicia legitima & ſufficientia ad torturam.nec temerè ad eam accedendum,& debet dari cum moderamine,ita quòd reus tortus non pereat.alias capite punitur,vt eſt communis opini. quæ procedit,ſi iudex adhibuit propter inimicitias. vel propter pecuniam.vel aliter fuiſſet corruptus,alias ſecus.Clar.d.q.64.verſ.antequam.& debet primò conſtare de delicto,vt eſt communis opinio, Clar.ibi.ver.debet autem.Alias ad torturam non deuenitur, qui eſt iudex conſideratus & iuſtus,vt dicit Clar.quidquid Caſonus.fol.67. numero 6.vbi dicit quod torquentur ſuſpecti de furto, quod dicit hodierno tempore ſeruari.quod eſt verum à capitoſis iudicibus inquit ibi Clarus.& debet conſiderare iudex. An tale ſit delictum, pro quo quis de iure ſit torquendus. Et pro criminibus, in quibus pœna corporalis ſit imponenda,ſed etiam in pœna leui habet locum, & vbi pœna pecuniaria imponatur.Clar.d.q,54.ver.præterea.Et ad torturam nunquàm eſt deueniendum,niſi in ſubſidium, quando aliæ probationes haberi non poſſunt.Clar.d.q.64.verſ.debet etiam. & ideò in clandeſtinis maleficiis iudex eſt promptior ad torquendum, vt eſt venenatio,falſum,adulterium.& ſimi.& vt torqueri quis poſſit eſt arbitrarium iudici,quod arbitrium debet reduci ad ius commune.ſecundum Ang.in l.1.ff.de teſtam.milit. vbi & omnes ſcribentes conſentiunt.Caſonus in ſuo de tormentis.c.1.numero 10.vide omnino Menochium de arbitrio iudicis.caſu ducenteſimoſeptuageſimo primo,& tricenteſimotrigeſimonono,& caſu ducenteſimoſexageſimonono,ducenteſimoſeptuageſimo, ducenteſimoſeptuageſimoſecundo,ducenteſimoſeptuageſimotertio, ducenteſimoſeptuageſimo quarto,ducenteſimoſeptuageſimoquinto.

Torquetur etiã reus,licet delictum ſit plenè probatum,etiam per teſtes de viſu ſolum,vt reus fateatur delictũ,de quo conuincitur,vt eſt communis opin.& ita practicatur. Clar.q.64. ver.ſcias etiam, Et ſi reus accuſatus,vel inquiſitus nolit reſpõdere accuſationi.vel inquiſitioni, & præſens foret,torquetur,non ad eruendam confeſſionẽ, quia non præcedunt indicia,ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam,vel negatiuam.prout ſibi placuerit,Capicius deciſ. Neapol.145. per totum.Et ſi reus torquetur conuictus,vel confeſſus, & interrogetur ſuper complicibus & ſociis criminis,& ſuper aliis criminibus, debet iudex proteſtari,quòd id faciat ſine præiudicio confeſsi & conuicti criminis,vel ſi ſint condemnati,ſine præiudicio condemnationis, vt eſt communis obſeruantia,Clar.d.q.64.ver. veritas eſt.Et talis proteſtatio debet redigi in actis notarij maleficiorum. Et debet tunc moderata eſſe tortura.Et indicia debent præcedere legitima, vt reus poſsit torqueri.alias ſecus.in omnibus criminibus etiam læſæ maieſtatis.Etiam quòd iudex non teneretur ſeruare ordinem,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.64.ver.dixi etiam.Etiam quod reus eſſet malæ vocis,conditionis & famæ.Clar.ibi.ver.ſed pone.cõmunis eſt opinio.Torqueri autem poteſt bannitus in contumaciam ſine aliis indiciis pro veritate delicti habenda,vt eſt communis opinio. Clar.q. 64.verſ.ſed nunquid.quod procedit in bannito,qui fuit admiſſus ad nouas probationes & defenſiones,& tunc poteſt torqueri propter ſolum bannum & condemnationem,etiam quòd non habeat contra ſe indicia legitima.Secus in bannito & condemnato, qui poſtea fuit captus,quia ſententia condemnatoria tantummodo eſt exequẽda.Clarus dicta quæſtione ſexageſimaquarta,ver.ſed nunquid. & nõ ſufficit indicia præcedere torturam,ſed debent eſſe legitima & ſufficientia ad torturam,Et quæ ſint illa iudicis arbitrio relinquitur. inſpecta qualitate perſonarum & negocij,vt eſt communis opin. Clar. dicta quæſtione ſexageſimaquarta,ver.ſic.dixit quoque. Menochius de arbitrio iudicis. caſu ducenteſimoſeptuageſimo.nec etiam ad inſtantiam Principis iudex reum debet torquere niſi legitima præcedant indicia,vt ibi per Clar.& Menochium.Indicium vnicum etiam ſufficit ad torturam de conſuetudine in practica legitimè probatum ſiue proximum,ſiue à facto remotũ.Clar.quæſtione ſexageſimaquarta,ver.ſed quæro quot.

Torqueri poſſunt omnes, qui non reperiuntur prohibiti, vt eſt com-

munis concluſio,vt per Clar.d.q.64.verſ.vbi ſubſint.Et no.quòd torturæ gradus ſunt quinque,vt per Grillandum in tract.de quæſtionibus & tortura.in §.quartò nunc videndum, vide omnino , quando volueris torquere reum.

Torqueri nō poſſunt Doctores de iure pro maleficio.licet de conſuetudine aliter hodie ſeruetur.Clarus d.q.64. ver.quæro an Doctores; ſed d.conſuetudo nihil valet , vt eſt communis opinio. vt dicit Boſſius de indiciis,numero 111.D.Brunorus in eius vnico conſi. crimi. numero 181.

Torqueri non poſſunt perſonæ in dignitate conſtitutæ,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.64.verſ.item quæro.

Torquendus non eſt reus,ſi quid allegat,quo probato non eſſet deueniendum ad torturam , ſed debet ſuperſedere iudex à tortura , & ſuper propoſitis iuſtificationes recipere ; vt eſt communis opin. D. Bruno.in vnico eius conſil.num.170.

Torqueri nequeunt equites & Duces militum, & capitanei , ſecus ſi ſint alij milites,vt eſt communis opi.Clar.d.q.64.quæro etiam.

Torqueri nō poſſunt nobiles,Clar.q.64.ver.vlterius.Nam illud, quod dicitur,quòd contra reum adeſt aliquod indicium , quod ex hoc ipſe reus poteſt torqueri,intelligitur quādo reus eſt perſona vilis, & abiecta,ſecus ſi ſit perſona grauis,& bonæ conditionis,vitæ & famæ.& non ſolitus committere alia vel ſimilia delicta.de quibus eſt inculpatus qualiſcunque enim ſit iudex ; non poteſt quis ſubiicere tormentis,niſi probetur læuitas perſonæ,& vilitas vitæ,etiam quòd contra ipſum probetur fama,vel fuga.Et hoc tenent omnes theorici & practici,vt per D. Brunorum à Sole in vnico eius conſilio cri, num.149.

Torqueri nequeunt decuriones.Clar.q.64.ver.præterea.

Torqueri nequeunt minores 14.annis, vt eſt communis opin.Clar. d, q.64.ver.quæro nunquid minores,

Torqueri nequeunt ſenes decrepiti,ſecus ſi non decrepiti, Clarus d.q, 64.ver.non etiam,

Torqueri nequit prægnans niſi poſt puerperium elapſis quadraginta diebus.communis eſt opin.Clar.q.64.ver.non etiam.

Torqueri poſſunt clerici in criminalibus,vt eſt communis opin.quando ſunt de crimine diffamati & ſuſpecti.communis eſt opin.Clarus ver.ſed an clerici,licet non ita ſeueriter prout laici.Clar.ibi.communem dicit fuſius.

Torqueri clericum nequit laicus,vel laici miniſter.licet communis obſeruantia contrarium ſeruet.communis eſt opinio, Clar.ver.ſed hic quæro.q.64.

Torturam debet præcedere declaratoria.Procedendum ſcilicet contra reum ad torturam,vt eſt communis opin.Clar.d.q.64.ver.vbi nihil, Sed aliter obſeruatur.quia iudex procedit ex officio , etiam ſi pars cœperit.Et ideò cùm non admittitur appellatio,non ſuperſedetur,ſi quis appellat ab huiuſmodi decreto.Clar.d.q.64.ver.ſed quid agendum. ſuperſedetur autem ſi petatur copia indiciorum, vt eſt communis opin,Clar.ibi.ver.ſed quid ſi ille,

Tortura debet incipi à magis ſuſpectis,& ſi ſunt pariter ſuſpecti,& adſit maſculus & fœmina,debet incipi à fœmina tanquam à timidiori. Et ſi ſunt omnes maſculi,à minori,debiliori & timidiori, communis eſt ordo in tortura,Clar.q.64.verſ.quæro.ſi plures Et torqueri de facili poteſt notitiam habens ipſius rei. Salyce.in l.dominus horreorum.num,1.ff.de locato. vbi dicit, quòd ſæpius vidit ſeruari per iudices maleficiorum;

Tortura antequàm inferatur,reus debet eſſe ieiunus.Et hæc ſeruantur de conſuetudine,Clar.d,q.64.ver.decreta tortura.

Torturæ gradus ſunt quinque minæ de torquendo,conductio ad locū tormentorum,& ſpoliatio,& ligatura,eleuatio,& ſquaſſatio,Clar.d, q.64.ver,nunc de gradibus.

Tortus non cenſetur confitens,ſi eſt in carceribus detentus. metu torturæ confeſſus,vt eſt communis opin.Clar.q,64.ver.ſed an fortè.

Torquendus quis non eſt,licet adſit vnus teſtis de viſu non integer, vel duo ſingulares,deponentes de indiciis remotis,quia non deuenitur ad torturam,niſi adſit vnum ſaltem indicium ſufficiens ad torturam,& legitimè probatum,vt eſt communis opinio, Clarus in d. q.64.verſic.debet igitur.Et plena dicitur tortura, quando quis ter ad trullum,ſeu cordam ſquaſſatur:quæ debet dari per interuallum, vt ibi Clar,

Tortura adhiberi poteſt,etiam diebus feriatis in honorem Dei,in atrocioribus,delictis,& in minoribus,etiam in diebus paſchalibus. Sed in minoribus debet omnino ceſſare iudex.Clar.q.64.ver.quæro.licet malè ſeruat conſuetudo.

Torqueri quis non debet modis exquiſitis.& non conſuetis, Aliter iudices non ſunt iudices.Sed carnifices,ſed fune,vt communiter obſeruatur.Clar.q.64.verſic.item debet iudex, Et debet etiam iudex ſeruare conſuetudinem locorum in torquendo,& nō errabit, vt eſt communis opinio.Clar.d.q.64.ver.iudex autem.Nec debet excedere limites iudiciales iuris in torquendo alias eſt in dolo. Et ſi moriatur tortus,tenetur de homicidio.alias ſi fuit in culpa , quia punitur ſecundum culpam,vt eſt communis opinio,ibi.Et bonum eſt quod notarius adhibitus tortura ponat in actis proceſſus qualitatem & quantitatem torturæ,omnia particulariter ſcribendo,vt videatur,ſi iudex exceſſerit modum in tortura.ibi Clar.

Tortus ſi negat,dicitur purgaſſe indicia,vt eſt communis opinio.Clar, d.q.64.ver.illata.Et d.negatio pro pura veritate habetur. ibi fuſius. Et ſi fatetur, debet iſta ſua confeſſio adhuc ratificari ad banchum maleficiorum,vt eſt communis opinio,vt per Clar.ibi ver.& in propoſito. & verſi cæterum ſi iudex. Et debet iudex poſtea facere poni in carceribus vbi nō adſint,qui poſſint docere,vt euadat.ibi Clar. Et hæc ratificatio non debet fieri incontinenti.Sed ex interuallo, vt eſt communis opinio.Clar.ibi,ver,& circa.Et ſic poſt ceſſationem doloris die vno,& nocte elapſo,vt ibi per Clar.Et debet fieri(vt dixi ad Banchum,& non in loco tormentorum,vt dici non poſſit meticuloſus confeſſus ratificans,vt eſt communis opin.Clar,ibi ver.debet quoque,Et ſi neget,& reuocet confeſſionem , debet adhuc in tormentis repeti ad hoc vt in confeſsione perſeueret.Clar.ibi verſi. vbi verò.Et ſi ratificet ad Banchum iuris,debet reo ipſo ſtatui terminus trium dierum ad faciendum ſuas defenſiones , ſi quas intendit facere contra eius confeſſionem,& ita practicatur. Clar.d.q.64.ver. ſinautem reus.

Tortus confeſſus crimen,de quo aderant contra ipſum indicia , non poteſt interrogari de aliis delictis,de quibus contra eum non ſunt indicia,vt eſt communis opinio.Clarus quæſtione ſexageſimaquarta. Niſi in crimine aſſaſſinij,furti,Sfroſationis annonæ, vel ſalis.Niſi fortè eſſet.iam bānitus,& condēnatus,quia eſt exequenda condemnatio.Clar,ibi ver.ſucceſſiuè quæro. Solet quādoque torqueri tam ſuper aliis delictis in genere,quàm ſuper ſociis,& complicibus,ac receptatoribus.

Tortura reiterari poteſt,ſi reus fuit leuiter tortus,& debet iudex proteſtari , & ſcribi facere, quod illum deponi facit animo repetendi &c.Idem ſi noua apparent indicia.Ex primis autem indiciis quis nō repetitur in tortura.Niſi fuerint multum vrgentia & manifeſta, de conſuetudine ſcilicet.Sed hæc repetitio eſt arbitraria iudici , qui in ſumma debet eſſe diſcretus.Clar,q.64.verſ.vlt.vbi fuſius,& communes eſſe opiniones dicit.

Tortura quandoque imponitur pro pœna ex ſtatuto,Clar.q.70.ver.plerunque.

Torqueri quis iterum nō poteſt ex primis indiciis,ſeu in tormentis repeti.Cheria.communium opinionum.verſi. tortura. Leuiter tamen tortus poteſt repeti in tormentis, vt eſt communis opinio. de qua Marſil.in l.repeti.numero 5.verſicul.Et finaliter.ff.de quæſtionibus, fol.112.& ibi ponit de ratificatione rei ; & qualiter fiat. ratificatio. Alex.conſ.5.num.4.vol.1.magis communem dicens. Vide Menochium.de arbi.iud.caſu 271.

Torquendus non eſt manifeſtè conuictus,ſed eſt condemnandus.Cherianus communium opi.in ver.tortura.communem dicit.

Torqueri quis non debet,contra quem eſt legitimè probatum, Marſil. in l.1.numero 2.ff.de quæſtio.communem dicit.& ſi perſona eſt malæ famæ & conditionis,iſta mala fama nō facit indicium,vt torqueri poſſit,cùm interrogari ille non debebat. De conſuetudine tamen multi torquentur,ſi ſunt malæ famæ, vt per Alberi.in l. repeti. §.ſi quis.ff.de quæſtio.

Torquēdus debet habere pro qualibet vice tres ſaccatas,ſeu eleuationes,& depoſitiones.Vt practicatur quotidie.Blancus in l.fin.numero decimoquarto,ff.de quæſtio.fol. ſeptimo. Ambertus Ambra. in tract.de tortura numero vndecimo.Tomo decimooctauo,vide omnino.Et debet moderatio iſta torturæ reduci ad tres vices, id eſt ad tres dies ſeparatos,vt ibi per Blancum.vide Menochium de arbitrio iudicis caſu.ducenteſimoſeptuageſimoſecundo,caſu.116.quæſtione octuageſimaquarta,numero ſecundo,vbi plura no.digna de tortura,ad quæ recurre,ſi placet.

Tortura non adhibetur,niſi prius conſtet de corpore delicti. communis eſt opinio.de qua Anto,Gabriel.communium conclu,lib.7.conclu.17.Et triplex eſt tortura,leuior,quando corpus affligitur & læditur,grauiſſima,quando eſſet iuſtum non fieri ſine aſtutia medicorum ne inde mortiferum ſequeretur in ipſis tormentis,& aliter tormentantur duri carne , aliter moles , qui de leui poſſunt flatum emittere in tormentis,quòd medici poſſunt cognoſcere per indicem naturæ qui dicitur pulſus.Ita Bal.in cōſ.77.in fi.in 3.vol.Et no.quod duo requiruntur antequam ſit procedendum ad torturam. primò, quòd veritas aliter haberi non poſſit.Secundò requiritur,quòd præcedant aliqua indicia,ſiue præſumptiones. vel ſemiplenè probationes, Nam ſine indiciis non eſt inferenda tortura. Et quidem legitimis,vt eſt communis opinio,de qua Abb,in c, cum in contemplatione.num.2.Et vnus teſtis eſt ſufficiens ad torturam,vt eſt communis opinio.de qua ibi.d.num.2.Quod procedit ſecundum Abb.Niſi alia ſuadeat ratio in contrarium.

Torquentes iniuſtè reum inquiſitum pœna capitali plectendi veniūt, vt eſt communis opinio.de qua Rolan.à Valle in conſil.12.num.6.

in 3.

in 3.vol..Et dolus præſumitur in iudice,quando tranſgreditur leges, ibi num.10.Et dicit quod ad torturam nõ debet iudex deuenire,niſi legitimis præcedentibus indiciis,vt eſt communis & crebrior opinio.de qua D.Rolan.ibi num.31.

Torqueri inquiſitus non poteſt,niſi prius data copia indiciorum cum termino ad illa purganda,ſi ea petita fuit.Alias non præiudicant inquiſito indicia ipſa,vt eſt communis opinio,vt per D. Rolan,à Valle in conſi.12.num.42.in 3.vol.vide omnino etiam ibi numero 96.Vbi docet iudices non debere torquere reum,niſi legitimis præcedentibus indiciis,& ſibi data competenti defenſione, quia iniuriam facit legibus,qui vult videri ſe meliorem quam leges, & vt ibi latius per eum.Sed quid iuuat ad ſurdas,ſi cantet Phemius aures?Nam eo deuenti ſumus noſtra tẽpeſtate,vt centimano opus eſſet.Si digitos (ſcilicet) in ſordidos intendere iudices vellemus. Vt quandoque faciebat Alexander Seuerus,quaſi enim oculos ejs excluſurus.Vel vt magnus vir ſemel barbam expilauit.Vide Albertum de Autra.in tract.de tortura.num.11 Tomo 18.vbi dicit,quòd licet tortus ſemel non poſſit torqueri ſine nouis indiciis,tamen ſi tortus dicit illa nocte nullum iacuiſſe ibi,vbi fuit cõmiſſum maleficium .& poſtea inuẽtum eſt per teſtes,quòd alius ibi iacuit,iſto caſu poteſt repeti quæſtio.per d.indicium,vel ſimile,vt eſt cõmunis opinio.Et dicit quod iudices non ſeruant,immò quotidie quæſtiones repetũt abſque nouis indiciis,quouſque de obiectis criminibus habeant veritatem,quorũ opinio ( inquit )defenſari poteſt per Aut.ſine quo.ſuffra.§ oportet. Ibi iudices torquebunt fures &c.Vide Gandi.de tormentis.numer.20. fol. 363. Marſil.in pract.in §.expedita,num.86.vbi dicit, quòd iudex qui ſeueriter torquet reum,debet priuari iuriſdictione.,& ibi numero 87. dicit quòd iudex,qui iniuſtè ponit aliquem ad torturã,punitur pœna capitis,vbi dicit hãc opinionem magis communem. Riminal.nouiſſimus in conſi.88.num.12.Paris de Puteo in tract.ſyndica.§.an ſtetur dicto torti.num.10,Nouellus in practica.fol.40.Marſil.in practi. in §,occurrit.col.3.Fran.Marcus deciſ.790.in 2.parte,vbi ponit,quãdo reus febricitat quid agatur,vide Marſil.conſ.14.nu.24.in 1.volu. Quomodo autem probatur tortura,quam faciunt officiales in camera,ponit Bal.in c.quæ cauſæ,quod eſt primum de his,quæ vi metúsve cauſa,num 3,quòd probatur per ſigna & indicia violenta, per corporis inſpectionem.

Torqueri reus non poteſt,ex proceſſu informatiuo,nullis præcedentibus legitimis indiciis.& nulla data defenſione, etiam in enormibus delictis,vt eſt communis opinio,de qua D.Rolan.à Valle in conſi.12. num.89.in 3.vol.Nouellus regu.44.Et no.quòd teſtis dictum in tormentis præualet.Anto.Gabriell.lib.cõmuni.conclu.7.conclu.26.Vide poſtea in ſeq.conclu.27. Et no.quòd ille,qui petit aliquẽ torqueri debet iurare ſe non habere alias probationes quam per torturam. ergo ſunt demum tormenta in ſubſidium infligenda,vt inquit Baldus in l.1.num.5.C.de iura calum.quòd multum debent notare iudices maleficiorum.inquit Bal.ibi

Torqueri reus poteſt in cauſa criminali non in leui delicto , ſed in grauiori,vt eſt communis opinio,de qua Boſſius de indiciis.numer. 92. Et ſi iudex vult torquere reum præcedentibus legitimis indiciis. Si dicit reus,Domine iudex date mihi defenſionis terminum ãtequã me torqueatis,eſt audiendus.Et hæc eſt communis opinio. quæ cõmuniter tenetur,vt dicit Alberi.in l.vnius,§.cogniturum.ff.de quęſt. Et debet iudex interloquendo pronunciare legitima præceſſiſſe indicia.alias confeſſio poſtea eſſet nulla,à qua pronuncia,ſi non appellatur,confeſſio non reuocatur.Alberi.in l.diuus.§.1.ff.de quæſtio. & dicit Bal.in l. Et ſi certus.ff.ad ſylla. Illa lex docet quandam malitiam aſſeſſorum,vt cum torquent aliquem de caſu non permiſſo, fingant ſe de aliquo permiſſo torquere,de quo interrogent eum.Tamen hoc non poteſt fieri,niſi præcedant indicia.vt ibi dicit Bald.quia indicia ſunt ſubſtantialia quæſtionis habendæ Albericus in lege prima.numero primo. ff. de quæſtio. Excuſatur tamen iudex in ſyndicatu,qui furem repertum in flagranti crimine poſuit reum ad torturam,qui re vera nõ erat culpabilis,vt dicit Ange.in l.interdum la 2. §.qui furẽ.ff.de furtis.vbi dicit,vtere hac practica aſſeſſor veluti homo diſcretus ſecũdum cauſam,qualitatem & perſonæ conditionem, ne alias,vt iudex peruerſus recipiat punitionem.C.de exacto.tribu.l. nemo carcerem. An & quando iudex teneatur de eo, qui mortuus eſt in tormentis vel tortura?Bal.conſil.61.in 5.volu.vide Marſil.ſing. 55.Afflict.ſuper conſtitutione Regni tit.de inqui. facien. num.4. fol. 202. vbi dicit etiam quòd nec Princeps poteſt mandare quem torqueri ſine legitimis indiciis.Alexan.conſi.33.num.3.in 6.volum.Fel. in cap.cum non ab homine,in fi.de indiciis.Fallit vt ibi.Et immoderatè facit iudex,ſi vltra tres vices diuerſis temporibus quæſtionem repetit,cum ſit præiudicialis tortura.Caſtr.conſil.199.num.5.ad fin. in 2.volum, Dicit tamen Socin. in conſil.54. numero 14.quòd licet reus habuerit tres ſequaſſos, & nihil ſit confeſſus, quòd quando indicia ſunt vrgentia, non leuia , permittitur iterum repeti tortura, quæ indicia eſſent talia, quòd eſſent vrgentia ad condemnationem, & dicit , quòd ita ſeruat practica. Et hoc iudicis circunſpectioni relinquitur,vt ibi,vide Menochium de arbitrio iudicis caſu.272.nume.3.& caſu 84.& 116.Et no.quòd aſſeſſor, ſeu iudex maleficiorum non poteſt torquere reum,niſi in præſentia ordinarij cauſa cognita. Abb.in c.decernimus.numero 13.de indiciis.Item no.quòd ſi reus timore tormentorum confitetur,quòd peccat mortaliter.Abb. in c. 1.num.3.de teſtibus cogen.Niſi ſaltem in extremo vitæ eam reuocet confeſſionem.Abb.in c.ex parte,numero 2.de ſepulturis. Et tortura ſemel habita poteſt reiterari ex nouis indiciis, vel ſi reperitur reus in mendacio.vel aliter,vt eſt communis diſtinctio.de qua Abb. in c.Cum in contemplatione,numero 8.de regur. iur. Et no. quòd probato metu vel tortura eſt quaſi impoſſibile probari contrarium, quòd ſpontè reus fuerit confeſſus, & etiam tortura poteſt probari per indicia & coniecturas.vnde hoc totum iudicis arbitrio relinquitur inquirendum,quia quòd fit per officiales ſecretè in camera, non poteſt probari de viſu,vt dicit Bald.in l.ſi quis in hoc, numero 5. C. de epiſco.& cleri.Et vnus teſtis eſt ſufficiens ad torturam, quia ſemiplenam inducit probationem,& tantum operatur ſemiplena probatio,quantum duo indicia,vel plura.Alberi.in l.1. in prin. numero 2.ff.de quæſtio.Et no.quòd tortura eſt fragilis & fallax,& periculoſa.Alberi.in l.1.quæſtio.5.ff.de quæſtio.vbi dicit,quòd ideò hoc ſæpe allegatur in practica in fauorẽ tortorum. An torqueri poſſit pro omni crimine ſeu pro quo?Et quando quis poſſit , torqueri. Et an ſufficiat vnum indicium?Vide omnia per Corn.in conſil.101. in 2. vol.Et no.quòd ex arbitrio per ſtatutum conceſſo poteſtati , quòd poteſt ad torturam procedere ad dictum vnius teſtis , qui ſit omni exceptione maior.Corne.vbi ſupra.

Torqueri de facili poteſt mandator homicidij, etiam ex probabilibus argumẽtis,& ex indiciis,& veriſimilibus probationibus,& præſumptionibus,vt eſt communis opin.de qua Boſſius de indiciis & tortura.numero 201.Et hoc propter lucrum, quod fuit conſequutus, vel ſperat conſequi.Et idem eſt in aliis criminibus atrocioribus , & delictis ſecretis & coniurationibus,falſitatibus,& ſimilibus,quia iudex poteſt animoſius arbitrari eſſe deueniendum ad torturam. cum materia torturæ ſit multum arbitraria, vt dicit ibi Boſſius numero 200.arbitraria inquàm,regula tamen ſecundum iura,vt per Albam in conſi.95.numero 2.& conſi.69.num.5.& per D. Menochium de arbitrio iudicis.Crauetta conſi.287.num.6.in 2.vol.Pariſius conſilio 151.nu.14.in 4.vol.nã dantur officia,ſed nõ diſcretio.de qua diſcretione fuſius Lucas de Penna.in l.2.C.quando & quibus quarta par. debeatur ad fi.vbi allegat carmen.

*Omnibus in rebus res eſt diſcretio ſumma.*

Calcane.conſi.38.nu.7.nam ſine diſcretione quis eſt vna beſtia.Bald. conſi.161.col.2.lib.3.Neuiza.in ſylua nuptiali.libro 4.num.56.& qui nõ facit decentia homini eſt vna beſtia,vt ad literam dicit gl.in ver. decentem.in Auth.de monachis.

Torqueri non debet,contra quem eſt legitimè probatum.Marſil.in l.1. num.11.ff.de quæſtio.communẽ dicit.Soarez in eius theſauro.verſi. tortura.nu.285.vbi & alià.& not.quòd tortus perſeuerans in negando,non poterit poſtea condemnari propter aliquas probationes, quamuis luce clariores,& hæc fuit opin.Alberici,quam omnes obſeruant in Italia,vt dicit Caſonus in ſuo de tormentis.c.9.in fi.Et à tortura non debet incipi.vt communiter dicitur,Riminal.nouiſſi.in conſi.88.nu.52.Etiam in atrocioribus & atrociſſimis, & niſi legitima præcedant indicia etiam in crimine læſæ maieſtatis,vt ibi.nu.53. communem dicens,& ſupra toties repetitum.Et quando mulier accuſata de adulterio poſſit torqueri.Roma.conſ.451.

Torqueri poſſunt teſtes,qui delicto interfuerunt omnes, qui dicũt neminem vidiſſe,aut cognouiſſe, quia reddunt ſe ſuſpectos, & quod velint cœlare veritatem.Et hoc eſt iudici arbitrarium,vt dicit Cla.q. 25.ver.torquentur.

Tractatus fuit factus pro aliquo maleficio conficiendo extra territoriũ alicuius loci per aliquos non originarios loci, neque domicilij , nec aliter ſubditos,poteſt puniri in d.loco in quo fuit factus d.tractatus, vt eſt communis opinio.Clar.q.38.ver.vidi aliquando.

Teſtari an poſſit reus mortis.Clar.in §.teſtamentum.quæſt.21. vbi dicit,quòd hodie poſſunt,vt fuſius per eum. licet in contrarium eſſet communis opinio.de qua Rui.conſilio 143.numero 1.in 2.vol.Damnati autem ad triremes,vel ad perpetuos carceres, vel ad vltimum ſupplicium,ex priuilegio Principis condere poterunt teſtamentum, vt per Fulg.conſilio quadrageſimoquarto. Bal.conſilio 382. libro 1. ſi tamen aliquo modo ſententia capitalis eſſet nulla,poſſent teſtari. vt dicit Bald.in conſilio 434.& ſeq.lib.1.vide Capram reg. 103.110. 120.& ibi pleniſſimè de hoc.

Tradens rem nuntio ſibi dato,ſi contingat nuntium ſubtrahere dictã rem,periculum ſpectat ad tradentem , vt eſt communis opinio. de qua Pariſius conſi.156.num.25.& ſeq.in 4.vol.

Transfuga punitur pœna mortis. Etiam ſi non ſit conſumatus effectus.Clar.q.68.ver.transfuga.

Tranſactio de criminibus valet ante accuſationem factam ex generali vſu,& impedit accuſationem remotioris alterius in gradu. Secus

ſi poſt accuſationem quia non tenet tranſactio,vt eſt communis opinio.Soarez ver.tranſactio.num.293.

Tranſactio doloſa,ſeu calumnioſa ex parte actoris vitiatur,ſecus ſi ex parte rei,vt eſt communis opin.Soarez ver.tranſactio.num.295.

Tranſactio non facit indicium ad torturam in iis criminibus,quæ vel capita plectuntur,vel trāſactionem iure admittūtur,alias ſecus,vt eſt communis opinio.Soarez verſi.tranſactio,num.296.& ſeq.

Tranſigens ſuper accuſatione,accuſatus non punitur,Clar.q.58.verſi.& ſcias.& ita hodie ſeruati ait.

Tranſigi poteſt de raptu,& iniuria remitti,vt eſt communis opinio.D.Hyero.Gabriel,in conſ.172.nu.43.

Tranſgreſſio iuris diuini,qui eſt teſtificatus,etiam nō docto,quòd pœnituerit de peccato,vt eſt communis opinio.

Tranſgreſſio iuris diuini,quando eſt contra naturalem rationem peccatum inducit.Sicut diſpenſatio contra ius naturale, vel gētium inducit peccatum,vt eſt communis opinio.de qua Rochus de Curte in tracta.de conſuetudine,num,184.tomo 1.

Tranſgredi iura licet propter enormitatem delicti,vt eſt communis opinio.de qua Marſil.conſi.52.numero 16.Limita,vt per eūdem.ſingu.244.Licet alias tranſgreſſor ſtatutorum peccet mortaliter. Abb. in rubr.de obſeruantia ieiuniorum.numero 12.limita & intellige,vt ibi per eum.Amplia etiam in Poteſtatibus terrarum,licet iurauerint ſeruare ſtatuta & leges,nec efficiuntur periuri,nec tenentur in ſyndicatu.Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci.ver.vndecimò queritur.ff. de officio proconſulis & leg. & conſuetudo habet vim ſtatuti in pœnis imponendis vnde licitum eſt iudicibus formam ſtatutorum trāſgredi propter conſuetudinem,vt dicit idem Bald.in l,quid ergo. §. pœna grauior.ff.de infamibus.

Treuga à parte offenſa ſeruari debet,vt eſt communis opinio. de qua Gratus reſponſo 105.in 1.vol.limita vt ibi per eum.

Triremium pœna infligi poteſt indifferenter laicis & clericis,vt eſt cōmunis opinio.Clar.q.70.verſi.frequens.

Turpitudinem ſuam allegans auditur in his, quæ animæ concernunt periculum & peccatum,vt eſt communis opinio. Capra regula 23. num.2.Idem in his,quæ cōcernunt eccleſiæ fauores,vt eſt communis opin. Capra ibi nu.3,ſecus ſi ad proprium commodum contra alium principaliter agendo, & ius agendi fundando ſuper turpitudine,vt eſt communis opin.Capra ibi.nu.4.

Tutor corrumpens pupillam,cuius eſt tutor,punitur pœna capitali,ideſt capitis.Clar.q.68.ver.tutor.

Tutor poteſt remitteve iniuriam.pupillo factam,& imputatam alicui, vt eſt communis opinio de qua Alſerius inter conſi.criminali conſilio 151.numero 18.cum decreto tamen iudicis poſt mortem patris pupilli,vt eſt magis communis opin.Tobias Nonius inter conſi.cri. conſillo 152.numero 4.fallit,ſi pupillus tutoris accedente auctoritate facit pacem,non ſimpliciter,ſed cum obligatione ad pœnam, quia non poteſt tunc facere pacem,vt eſt magis communis opinio. idem Nonius inter conſ.cri.conſil.152.num.11.fallit vt per Suza inter conſ.cri.conſ.2.per totum,itē tutor,curator,& prælatus,ac procurator,vel ſimiles poſſunt in contractibus prętudicare dominis,ponendo pacta pœnalia,vel reſolutiua.Cur.iun.conſ.146 num.5.communem dicit,Sit tamen tutor cautus,qui accuſat,vt ſemper accuſet tutorio nomine,& pœnam,quā imponitur ratione accuſationis nō probatæ ex lege,vel ſtatuto promittat nomine proprio,alias nō teneret accuſatio.Ang.in l.polla.C.de iis quibus vt indig.vbi ſubdit dicens ſe vidiſſe quoſdam aduocatos in hoc erraſſe.& no.quòd tutori non prodeſt teſtatoris prohibitio de non reddenda ratione,ſi quid ex dolo fecit,Barba.conſi.68.vol.2.Dec.conſi.178.communē dicunt.

Tyranni geſta valent per iuſtitiam,vt eſt communis opinio.de qua Pariſius conſ.1.nu.65.vol.1.

Teſtis deponens ſuper negatiua,quæ regulariter eſt improbabilis,non poteſt puniri de falſo.ſed extraordinariè propter temerariam aſſertionem.communis eſt opin.Clar.in §.falſum.ver,teſtis.

Teſtis eo ipſo , quòd pecuniam accepit pro teſtimonio dicendo , poteſt puniri de falſo.communis eſt opin. Et hoc ſi dubitetur,an teſtis falſum dixerit,ſed ſi conſtat.quòd veritatē dixerit, nō punitur.Clar. in §.falſum ver.ſed quid econuerſo.

Teſtis falsè deponens,ſi eius depoſitio alias erat nulla,vel nemini præiudicialis,non poteſt de falſo puniri,vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum.ver.item excuſatur.

Teſtis in criminalibus ad offenſam debet reddere cauſam ſcientiæ,ſecus ſi ad defenſam.communis eſt opinio. Clarus in §.falſum. verſi. item excuſatur.

Teſtis,vt faciat legitimum indicium in criminalibus , debet eſſe integer & omni exceptione maior.communis eſt opi.& ſufficit ad torturam.communis eſt opinio.Clarus quæſtione vigeſimaprima, ver. vnus teſtis.

Teſtis vt falſus dici poſſit,ſufficit probare eum falſum dixiſſe.niſi pars dixiſſet eū corruptum eſſe,& falſum dixiſſe.quia vtrunque probare tenetur.communis eſt opin.Clar.in §.falſum. ver. quæro nunquid.

Teſtis verba in dubio ita ſunt interpretanda, vt euitetur falſitas , vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum.ver.ſolet etiam.

Teſti dicenti ſe precibus alicuius falſum teſtimonium dixiſſe, non eſt adhibenda fides.communis eſt opin.Clar.in §.falſum.ver.ſubornatus.dicit tamen de conſuetudine obſetuari contrarium,vt procedatur contra ſubornantes ad inquiſitionem.

Teſti,qui in ſua depoſitione falſum dixiſſe conuincitur,tāquàm periuro nō adhibetur fides.comm. eſt opi.Alex.conſ.157.nu.10.in 7.vol.

Teſtem poteſt iudex etiam poſt publicationē teſtiū,iterum examinare ſeu interrogare ſuper ſuo dicto obſcuro.ex officio,non ad inſtantiam partis,vt eſt communis opin.Clar.q.61.ver.quæro nunquid.

Teſtes duo tantum,ſi inter ſe contradicant,poterunt de falſo puniri.vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum ver.conuincitur.vbi tamen ipſe credit non communem opinionem.

Teſtes ſingulares non ſufficiunt ad plenam probationem,præſertim in cauſis criminalibus.communis eſt opinio.Marſil.conſ.1.num.25.& 324.vide omnino Clar.q.53.ver.dixi etiam

Teſtes inhabiles,quandoque admittūtur per torturā.& fiūt per torturā habiles q alias nō admitterētur.cōmunis eſt opin. Clar.q.25.in prin.

Torneamenta,& ſimiles iocoſi ludi de iure poſſunt fieri à laicis , vt eſt communis opi.Clar.in §.ludus,ver.item quæro.

Torqueri regulariter poſſunt omnes,qui nō reperiuntur expreſſè prohibiti.Clar.q.64.ver.vbi ſubſint.

Tranſactio facta ſuper crimine poſt inſtitutam accuſationem,ſeu inquiſitionem,etiam in caſu à iure permiſſo.non impedit quominus iudex ex officio accuſationem proſequi poſſit,vt eſt communis opin. Modo delictum ſit tale pro quo poſſit ex officio procedi.Si tamen ſequuta abolitione per tranſactionem, vel mortē accuſatoris,iudex vellet accuſationem proſequi,debet nouum proceſſum & nouā inſtantiam inchoare,vt eſt cōmunis opi.Aliqui dicunt,quòd per trāſactionem nō dicitur inſtantia perempta,& quòd ita illam iudex proſequi poſſit.Vt de cōſuetudine hodie ſeruatur.Clar.q.58.ver.& ſcias.

Tranſactio fieri nō poteſt,niſi inter partes præſentes,niſi fortè aliquis interueniat pro abſente cum mandato,vt eſt communis opi. Clar. q.58.ver.dictum.

Tranſactione ſimpliciter facta pro iniuria,vulnere,vel morte,non cenſetur facta etiam remiſſio intereſſe pecuniarij, reſpectu damnorum & expenſarum,quia in dubio cenſetur remiſſus tantummodo rancor animi,vt eſt communis opi.Clar.q.58.ver.quæro modo.

Tranſigere in cauſis criminalibus antequam ſit inſtituta accuſatio, de iure ciuili non licet.Et ſi tranſactio fiat,non valet.Et ille, qui remiſit per pactum,vel tranſactionem,poterit nihilominus accuſare, communis eſt opin.Et tranſactio facta per proximiorem offenſi, nō impedit quominus alius in ſequenti gradu poſſit accuſare,vt eſt communis opin.Clar.q.58.ver.ſed punctus.

Tranſigere licet ſuper crimine raptus,cōmunis eſt opi.Item ſuper crimine inceſtus.cōmunis eſt opi.Itē ſuper crimine falſi, quia nullum eſt crimen,quòd maiorē infamiā irroget,quàm crimen falſi.Et ideo eius pœna æquiparātur pœnæ ſanguinis.igitur ſuper eo poteſt trāſigi. Clar.q.58.ver.in aliis autem,cum duobus ſeq.ver.ab hac autem.

Tranſigere licet,nō ſolum ſuper criminibus,pro quibus ingeritur pœna ſanguinis,non ſolum publicis,ſed etiam priuatis(vt eſt furtum)ſi pro illis pœna ſanguinis ſit impoſita,vt eſt communis opin.Sed etiā vtique in illis, pro quibus imponitur pœna mutilationis mēbri.Itē, ſi imponatur pœna fuſtigationis,vt eſt communis opi. Clar. quæſtione quinquageſimaoctaua,ver.ſucceſſiuè,cum ſeq.Sed in crimine adulterij nō licet tranſigere,vt ibi.Idque propter frequentiam & immanitatem criminis,vt eſt communis opinio.Si tamen impoſita eſſet pœna pro adulterio,tranſigere licet,vt eſt communis opinio. Clar.q..58.ver.excipitur.

Tranſigere non licet,ſi agatur de amittenda libertate,ſeu dignitate , vt eſt communis opinio.Clar.d.q.58.

Tranſigere non licet,quando agitur de crimine,pro quo venit imponenda pœna perpetui carceris,vt eſt communis opinio.Clar.d.q.58. ver.ſed hic quæro.

Tranſigere,ſi non licet,tunc nec gratuitò paciſci licet,vt eſt communis opin.Clar.d.q.58.ver.ſcias.etiam.

Tranſigere ſi per ſtatutum prohibetur.Tunc nō ſolum cum principali delinquente,ſed etiam cum mandante non licet,vt eſt communis opin.Clar.d.q.58.ver.vnum autem.

Tranſigere ſuper ludo non licet,quia cum occaſione ludi lis eſſe non poſsit,pariter ſuper eo tranſigi non poteſt,vt eſt communis opin. Clar.in §.ludus,ver.vlt.

Tranſigens accuſatnr ſuper crimine,etiam in caſibus permiſsis incidit in pœnam,vt eſt communis opinio. Et ſic punitur,non vt præuaricator,ſed vt deſiſtens.Clar.in pract.Cur.in l.tranſigere.C. de tranſa. Alex.ibi.num.10.

Transfugæ ad hoſtes propter periculum reuelationis ſecretorum ,impunè occidi poſſunt,vt eſt cōmunis opi.Clar.in §.homicidium, ver. pleruque.n& q.98.ver.transfuga.

V

VAgabundus poteſt puniri de delicto commiſſo in quolibet loco, in quo inuenitur, vt eſt communis opin. Clar.q.39.ver.cæterum.Soc. in fallentiis regul.87.communem dicens. Et vagabundus eſt, qui nõ habet certam ſedem, domicilium, vel habitationem, vt per Socin.ibi & eſt communis opin. Soarez in eius theſauro ver.vagabundi, num. 2.Clar.vbi ſupra ver.ſed hic quæro. Vnde bannitus, qui certam ſedẽ non habet, & per mundum vagatur, vagabundus dici poteſt: alias ſi habet domicilium, ſeu habitationem ſecus eſt. Cla.ibi ver.fuit interrogatus. De vagabundo Nouellus reg.220.

Valiſiam cauponi hoſpes aperire, & oſtendere, quæ intus habeat, non tenetur, vt eſt cõmunis opi. Cla.in §.furtum, ver.pro complemento.

Variatio & mendacium ſola non facit indicium ad torturam niſi ſit cũ aliis adminiculis & coniecturis, ſeu indiciis, quia tunc erit indicium ad torquendum, vt eſt communis opin.de qua Plotus in l. ſi quando, numero 886.C.vnde vi. Bene facit ſolã ſuſpicionem, vt ibi. vide Fran.Mar.deciſ.281.in 2.par.vbi dicit, quòd debent præcedere indicia, alias ſi milleſies variaret, vacillaret, aut ratificaret, non teneretur, Nam reo licet variare, & diuerſis, ac contrariis ad ſui defenſionem exceptionibus & defenſionibus vti, vt per Pariſi.conſi.169.num.27. in 4.vol. Et variatio extra ſubſtantiam delicti non operatur indiciũ contra reum. communis eſt opin. Burſatus conſil.20.num.21.& vide in conſ.79.num.15.

Varietas Rei, quæ eſt ſine trepidatione & inconſtantia, non eſt in conſideratione. ſed oportet, vt ſint alia indicia arbitrio iudicis, vt eſt cõmunis opi. D.Hiero.Gabri.in conſi.183.nu.3. Blancus in l.fi. nu.259. ff.de quæſt. Clar.q.21.ver.mendacium.& quòd variatio, vacillatio, pallor, timor, & ſimilia tanquam à maleficio remota non faciant indicium de per ſe. ponit D.Brunorus in vnico eius conſ.nu.75.vbi eſſe communem opi.dicit. Et licet reus variet & vacillet, non propterea tormentabitur, quia licet rẽo variare ſine pœna, vt eſt cõmunis opi. ab omnibus practicis & bonis Doctoribus tenta, vt dicit idẽ D.Brunorus d.conſ.vnico.nu.115.& vno verbo dicit, quod materia vacillationis & variationis eſt conſiderabilis ad torturam in teſte, nõ autem in principali, vt dicunt omnes loquentes de materia.

Vaſallus non perdit feudum, ſi iuſto metu ductus amicitiam contrahit cum inimicis domini, vt eſt communis opin.de qua D.Rolan.à Valle in conſ.1.num.110.in 3.vol.

Vaſallus conuictus de culpa poteſt feudo priuari, vt eſt communis opi. D.Rolan.à Valle in conſ.18.nu.4.in 3.vol. Gallus in conſ.24.alias ſecus quia ſi fuit impeditus aliquo impedimento rationabili, poteſt in integrum reſtitui, vt ibi. Et poteſt inueſtituram petere, vt eſt communis omnium opin.de qua ibi.

Vaſallus malè tractans ſubditos, poteſt feudo priuari, vt eſt communis opin.de qua D.Rolan.à Valle.in conſ.19.nu.18. in 3. vol. quod eſt verum in feudo verò & propriò, quod eſt, quando gratis cõceditur quia ſi venditum ſit non dicitur propriè feudũ, ſed venditio.& ideò tunc non priuatur.& eſt communis opinio. quòd antequam vaſallus qui ſœuit in ſubditos, & malè eos tractat, poſſit feudo priuari, prius tamen debet præcedere monitio ſuperioris, quòd ſubditos bene tractet. cum comminatione, quòd alias feudo priuabitur.

Vaſallus falſificans monetam Principis, committit crimen læſæ maieſtatis, & priuatur feudo, dato quòd ſit nouum vel antiquum, hæreditarium, ſiue ex pacto & prouidentia, in eius filiorum, agnatorúmve præiudicio, vt eſt communis opinio. de qua D.Rolan.à Valle in conſilio vigeſimonono, numero ſeptimo, in tertio, volumine. licet poſtea in caſu ſuo teneat contratium quia publicatis bonis vaſalli non venit feudum, vt eſt communis opinio. ibi. numero decimoquarto. Et præſertim in ſententia confiſcationis, quæ eſt ſtricti iuris & odioſa. & iſta eſt magis communis opinio, vt ibi. numero decimoſexto, & hoc eſt verum, quando feudum non tranſit ad hæredes extraneos, vt eſt magis communis opi. vt ibi.num.21.& in conſ.32.

Vaſallus ingratus erga dominum ſuum, feudum amittit, vt eſt communis opin. de qua D.Rolan.à Valle in conſ.40.nu.1.in 3.vol.

Vaſallus alienans feudum in conſulto domino amittit, & domino acquiritur & applicatur, & nõ agnatis, vt eſt cõmunis opi. D.Rol.à Valle in conſ.64.nu.3.in 3.vol.& communem dicit Menoch. conſi.38. num.1.vide Corſetum in reperto. Abb.in ver. vaſallus alienans.

Vaſallus delinquẽs feudi poſſeſſor, ſi dubitatur, cui feudum acquiratur An domino directo, vel agnatis, vel damnum paſſo, ideſt offenſo. recepta eſt opin. deferri domino directo, vt per Menoch.in cõſ.99.nu. 206.& in conſ.104.num.39.& ſeq.

Vaſallus tenetur iurare, & iuramẽtum obſeruare hæredi domini ſicut tenebatur ipſi domino.& ex parte recipientis eſt reale, nõ perſonale tranſitque ad hæredẽ & ſucceſſorem in feudo. Sed ſi vaſallus moritur, tunc quamquã per ſe, & ſucceſſores iurauerit nihilominus eius hætes tenetur iuramentum præſtare, eo quòd iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, neque perſonam iurantis egreditur, quia quis non poteſt obligare animam alterius iurando, nec alienum factum promittere, quod in ſua non eſt poteſtate, vt eſt communis opin.de qua Syluanus in tract.de feudi recognitione.q.88.num.2.

Vaſallus per non petitam inueſtituram, non eſt priuatus feudo, ſed venit priuandus, domino volente. Cur.iun.in conſi.142.num.11. communem dicit.

Vaſtatores & inciſores vinearum & arborum puniuntur morte, vt latrones. Clar.q.68.ſed hodie non ſeruatur. ſed pœna extraordinaria puniuntur.ibi.vaſtatores.

Venenum dans, morte nõ ſequuta nõ punitur capite. Sed pœna extraordinaria, vt eſt magis commu.opi. Cla.in §.homicidiũ.verſ.punitur. Aliàs ſi mors ſit ſequuta, quia punitur capite. cõmu. eſt opi.ibi. ver. venenum. Pariſ.conſ.167.nu.1.& ſeq.in 4.vol. Carrerius fol.92.nu.19. An autem portans arma venenata, plus ſit puniendus, quam ſtatutũ de delatione armorum dictet. vide per Barb.in tract.de Cardin.lega. à latere.q.5.num.25.tomo 11.fol.192.

Vendens ferrum hoſtibus, vel frumentum, vel ſal, vel alias merces, punitur pœna capitis. Clar.q.68.ver.hoſtibus.

Vendi non debet plus res, vel minus quàm valeat. Et ideò ſi quis mutuat nunc pecuniam, vt recipiat aliam ſpeciem, puta frumẽtum, debet fieri æſtimatio ſecundum valorem currentem tempore ſolutionis vel tempore, quo res naſcitur, vt eſt communis opi.de qua Abb. in c.multa ſunt.num.3.ne clerici vel mona. alias eſſet vſura, & turpiter acquireretur.

Venditionis cõtractus, vt & ſimulatus, & vſurarius dicatur, ſatis ſupérque eſt, quod modico precio res diſtrahatur & pactum de retrouẽdendo intercedat. licet emptor non ſit ſolitus vſuras contrahere, vt eſt communis opi. Soarez ver.venditionis.nu.20. præſumetur & ſimulata ac fraudulenta, ſi venditor remanet in poſſeſſione rei venditæ, vt eſt communis opin.ibi.num.22.

Venditor vbi ſtatuto punitur ſimiliter & emptor erit puniendus, communis eſt opin. Soarez ver.venditor.num.30.

Venditor rerum quarumcunque vitioſarum intra ſex menſes actione prætoria illas redhibere tenetur. Et intra vtilem annum actioni quãto minoris de precio decedere cogetur, vt eſt communis opin. Antonius Gomez de contractibus.cap.2.num.48. Soarez verſic.venditor.num.43.

Veniam petens delicti ſolemniter coram iudice, cenſetur fateri delictũ. ſecus ſi extraiudicialiter. communis eſt opi. Clar.q.49. Nouell.in practi.cri.fo.36.nu.34. Corſet.in reperto. Abb.ver. abſolutio, vel venia. Soarez ver.veniam.nu.48.& ſeq. Blancus in l. fi.nu.308.ff.de quęſt. D.m.Alcia.in conſ.108.nu.10.& ſeq.li.5.& qui gratiæ & clementiæ Principis ſe ſubmittit, iuri ſuo renuntiare non videtur. Franc. Mar. deciſ.389.num.2.in 2.par.

Verba toties & quoties non important infinitatem, ſed per binam repræſentationem ita promittens liberatur, vt eſt communis opin.de qua D.Phebus inter conſ.cri.conſ.vlt.num.31.tomo 2.

Verbum in ſtatuto habeatur, puta, non reſpondens poſitionibus habeantur pro confeſſis requiri ſententiam. Syluanus in conſi.100. in 1.vol. Secus ſi dicit habeatur & ſit, quia verbum ſit, inducit canonem latæ ſententiæ. Panor.in c.2.de foro compe. communem dicẽs. idem ſi vtatur verbo careat, quia eſt canon. latæ ſententiæ. Gome.in cap.diſpendia.de reſcrip.in ſexto, num.23. communem dicit.

Verbum ſit tibi tanquam Etnicus & publicanus refertur ad excommunicationem. D.m.Alc.in c.nouit.nu.20.de iudiciis. cõmunẽ dicit.

Verbum mox, importat pœnam ipſo iure, ſeu canonem latæ ſententiæ. communis eſt opin. Soc.in c.in quibuſdam.nu.33.de pœnis.

Verberum pœna non cenſetur capitalis, vt eſt communis opin. Soarez ver.verberum.num.55.

Veritas adeò potẽs eſt vt errore aliquo geſtorum, aut actibus quibuſcunque non euertatur, quia debet ſemper præualere. Marſi.in pract. in §.ſecundo, nu.15.& eſt communis opi. Soc.nepos in ſuo communium opinio. in ver.veritas. nu.3.& in conſ.112.num. 12.& 3.vol.j. & in conſ.180.nu.83.vol.2.& in conſ.31.num.19.vol.4.

Veſtes damnatorum debent vendi, & pecunia conuerti, prout eſt conſuetudo loci. Clar.q.vlt.ver.quæro etiam.

Vicarius prętoris, licet de cauſis criminalib. cognoſcere poſſit, nõ tamẽ reo poteſt imponere vltimũ ſuppliciũ, vel mẽbri mutilationẽ, vt eſt cõmunis opi. ſi tamẽ eſſet à principe deputatus in locum prætoris mortui, vel abſentis. vtique poſſet, vt eſt cõmunis opi. Clar.q.4.ver.1.

Vicarius Epiſcopi laicus eſſe non poteſt. Panor.in c.decernimus.num. 12.de iudi. communem dicit.

Victus victori etiã in criminalibus condẽnatur in expenſis, quãdo eſt in vera calũnia, vt quia ſcit aliquẽ innocentẽ, ſecus ſi eſt in præſumpta calumnia. idem, ſi iudex procedit ex officio, & per inquiſitionem niſi ad inſtigationem alicuius. quia ſi inſtigator ſuccumbit, debet in expenſis condemnari, & idem in procurãte, vel promouẽte. Clar.q. 92.ver.ſed nunquid, Graſſus lib.2.do, cõmunium opin.c.22.q.1. communem dicit. Alba conſil.5.in prin. communem dicit. Io.de Amicis in conſil.51. num.1. cõmunẽ dicit. Ber.Diaz in pract.cri.canonica.c. vlt.& reg.20. cõmunem dicit. Soc.nepos conſil.37.nu.14.in ſecundo. Soarez in eius theſauro. in ver.expẽſarum.nu.225.&.cõmunem

dicit Bartolus in l.prima numero decimotertio,ff.ad turpilia. & ibi per Apoſtill.Nicellus de cõcordia gloſſarum.numero 214.communem dicit.Marſilius ſingul.207.vbi ponit fallentias.D.Hyeron.Gabriellius in conſilio decimonono,per totum.Marſilius trigeſimosexto,numero primo,in primò,communem dicit. à qua in conſulendo & iudicando dicit non recedendum. Quando autem excuſatur, vel non excuſatur victus ab expenſis.Ber.Diaz regul.274.Antonius Gabrielſius in ſuo communium opinionum tit.de expenſis, concluſione prima,libro ſecundo.Feli.in c.accedẽs.de accuſa. numero tertio, & ſi extat ſtatutum quòd victus condemnetur in expenſis.Tunc nõ obſtante iuſta cauſa litigandi,debet condemnari in expenſis, vt eſt communis opinio,de qua Marſilius in practic.crimi.in §.oportune. numero quadrageſimotertio ,& in l.patre, vel marito.numero decimooctauo ff.de quæſtio.vbi communem dicit.Franc. Marſi. deciſi. 776.in prima parte,& 191.in ſecunda parte, deciſ.Tolo. quadrageſimaprima,& in ſtatuto Ferrarienſi ita dicit per Salyc.Feli. in c.inter monaſterium.in fi.de ſententia & re iudic. licet magis communem opinionem dicat D.Ioſephus Ludo.deciſ.Peruſi. quinquageſimaſecunda,numero tertio,eſſe in contrarium,etiam ſtante. d. ſtatuto in eo,qui habet iuſtam cauſam ligandi.vide omnino Albam d.conſilio quinto,& Nouellum regu.235.contrarium.Ferrariæ poſt varias allegationes,quòd ſtante d.ſtatuto omnino ſit victus condemnandus in expenſis,etiam quòd habeat iuſtam cauſam litigandi fuiſſe concluſum.dicit Marſil.conſilio trigeſimoſeptimo,numero decimo, & hoc idem repetit in conſilio quadrageſimoquarto,ad fi.idem eſt in inſtigatore calumnioſo,vt per Clarum vbi ſuprà.Sunt tamẽ quidam ,qui in forma iudicij non inſtigant,Sed conſcientiam iudicis informant, quos ſuſurrones appellamus, accedunt enim ad auriculum iudicis in ſecreto,& alios diffamant de criminibus , & maleficiis , & iſti ſemper incurrunt in pœnam,ſtellionatus,& poſſunt extra ordinem puniri,vt dicit Ang.in l.ob hæc verba.ff.de iis,qui no.infa.& no.etiã quòd innocens non debet nec in ſumptibus,nec in aliquo vexari,ac grauari,vt dicit Bald.in l.ſecunda,in fin.C.de iis,qui latrones occiderunt.quem ad hoc adducit D.Rolan.à Valle,in conſilio decimoſeptimo,numero quinto ,in tertio volumine.& deciſ.Peruſi.quinquageſimaſecunda, & dicit Alba.d.conſilio quinto,quod lata ſententia criminali abſolutoria non eſt amplius tractandum de expenſis,quando veniunt officio iudicis,ſi de eis fuit facta cõdemnatio, nec iudex poteſt ſibi reſeruationem facere. valet.enim ſolum reſeruatio taxationis,ſi facta tamen fuiſſet expreſſa condemnatio.& eſt communis opin.Alba.d.conſ.5.num.6.

Vidua propter ſtuprum dotem amittit,ſi infra annum luctus committit.Secus ſi poſt annum,quia nõ amittit.ſecundum magis communem opin.de qua D.Roland.à Valle in conſilio 86.numero decimonono,trigeſimoquinto,quadrageſimoprimo in ſecundo volumine,vide omnino D.Oſaſcum.deciſ.ſeptuageſimaſeptima,per totum, Riminal.conſilio 589.numero quinto.vbi & nouiſſi.Riminald.litera E.in Addi.vbi magis communem dicit.vide Arium Pinellum.in l.fi. C.de bo.mater.& Clarum in §.ſtuprum.ver.ſed nunquid vidua.vbi communem dicit,quòd etiam quòd infra annum luctus committat ſtuprum,non perdit dotem.idem tenet Chircouius communium opinionum. centuria quinta,concluſione nonageſimanona, & magis communem opin.dicit,quòd non amittat dotem.Soarez verſic. vidua,num.57.& vide ibi,num,58.

Vim vi repellere licet,cum moderamine inculpatæ tutelæ omni iure permittitur,etiam poli.Nicellus de concordia gloſſarum , enim ſeu concordia.56.communem dicit.

Vincẽs in ludo reprobato,tenetur reſtituere victo lucrum,vt eſt communis opin,ſed de conſuetudine non ſeruatur.quæ excuſatur,dummodo abſit dolus,& fraus in ludo,vt eſt communis opi.Clar.in §.ludus.verſ.item vincens.

Vinum admixtum ſanguini poſt conſecrationem, nõ tranſit in ſanguinem,nec madidat,ideſt.balneat ſanguinẽ.& eſt ratio,quia,vt cõmuniter dicunt canoniſtæ.& eſt communis opinio.theologorum, ſanguis non eſt in calice per effuſionem , ſed per glorificationem corporis.vnde in calice eſt integrum corpus Criſti,ſicut in Euchariſtia, Abb.fuſius in c.cum Matthæ.num.4.de celebratione miſſarũ, quòd not.quia aliter credere eſſet crimen.

Villam non tenetur pro damno abſconsè dato.niſi verè damnum probetur.non periurium damnum paſſi.communis eſt opi. Pariſ. conſ, 158.num.28.in 4.

Violator ſepulchrorum , ex illis extrahens armata manu cadauera, vel oſſa mortuorum,punitur pœna capitis,ſed hoc vſu non recipitur, Clar.q.68.ver.violator,

Vis compulſiua vel expulſiua requiritur ad hoc,quòd quis cadat à iure ſuo, & ſic communiter intelligitur,l.extat.ff.quòd met.cau.Durans de arte teſtan.cautela 12.tit.6.communem dicit.

Vis à priuato iuſtè illata,nec ob vitæ defenſionem impunè propulſatur communis eſt.Soarez ver.vis.num.56.

Vitam allegans tenetur probare agens.Bellonus conſi.59.num.1.communem dicit.quam intellige,vt per eum.

Viſum & repertum communiter fit per totam Italiam Clarus quæſtione 44.& hanc eſſe communem practicã dicit.Blãcus in ſua practica crimin.fol.3.numero 6.Gandi.de malef.titul.de præſumpt, numero ſexto.Franc.Mar.deciſ.181.in ſecunda parte. Caſonus in practic.cri. in præmiſſis.ca.ſecũdo & quæ ſint læthalia vulnera.ponit Cyrillus in ſumma crimi.tit.de teſtibus.§.2.col.3.vide omnino ipſum Clar. d.q.44.ver.quando verò.ad fi.

Vniuerſitas,vel collegium poteſt accuſari & condemnari , communis eſt opinio.& ad hoc,vt ciuitas.vel vniuerſitas , aut collegium dicatur delinquere , & ideo puniri , non ſufficit , quòd totus populus, vel omnes de collegio aliquid faciant.Sed eſt neceſſe, vt præceſſerit ad id conſilij publici conuocatio ,& eius deliberatio , vt eſt communis opinio.alias non punitur,ſed tantum qui delinquerunt tanquam ſinguli puniuntur.Clarus quæſtione decimaſexta, verſiculo vlterius quæro.Corneus.conſilio 224.in quarto volumine .Boſſius titulo banniri qui poſſint.num.1.Cur.iun.conſ.312.num.66.& 67.in tertio.vbi fuſius.

Vniuerſitas delinquens mitius punitur.& ideò vniuerſitas non excommunicatur.nam auxiliatores & fautores delictorum puniuntur eadem pœna,qua principales,ſi tamen ſit multitudo auxiliantium, nõ puniuntur eadem pœna.Et ita ſeruatur,quòd corporales puniuntur ſeuerè, alij auxiliantes mitius.Clar.q.60.ver.allegatur.

Vniuerſitas non conſtituitur contumax,vel in dolo ex cõtumacia ſyndici.Sed debet fieri in Collegione , ſeu vniuerſitate citatio. Balbus Iaffredus.deciſ.80.communem dicit.

Vnum falſum teſtem producens. Licet ſtatutum loquatur in plurali numero.de producente falſos teſtes,punitur non minus ac ſi plures produxiſſet.communis eſt opin.Clar.in §.falſum ver.producens.

Vnus pro alio non tenetur de iure communi. Secus ex ſtatuto modo non corporaliter,vt eſt communis opinio.Et pœnam infamiæ quis patitur pro alio,vt in crimine læſæ maieſtatis,vt eſt communis opin. Clar.q.86.ver.& hæc quidem.

Voluntas non punitur ſine effectu.communis.eſt opinio. Soarez ver. voluntas.Fallit in aſſaſſino.communis eſt opinio,numero ſeptuageſimoprimo.Fallit in crimine læſæ maieſtatis,vt eſt communis opinio.ibi numero ſeptuageſimoſecundo.Fallit in eo,qui venenũ alium intercipere molitus eſt,communis eſt opinio.ibi numero ſeptuageſimotertio,Fallit in omnibus atrocioribus delictis,vt eſt communis opinio.ibi numero ſeptuageſimoquarto.Fallit item in transfuga, vt eſt communis opinio,ibi num.75.

Votum metu factum non valet,& eſt nullum.Fortunius in tract.de vltimo fine iuris canonici & ciuilis num.418.communem dicit.

Votum faciens intrandi religione,antequam committat homicidium, non poteſt puniri per iudicem ſecularem Baldus, in l, prima. C. an ſeruus ex facto ſuo. Et ſtatu iuramento ſuo. An ante commiſſum delictum votum fecerit.Iaſ.in l.cum quædam numero ſecundo, ff.de iuriſdic.omnium. iudic. Et hæc quidem eſt magis communis opinio,vt probat Viuius in ſuo communium opin.ver. ordo eccleſiaſticus ad fi.in ver.clerici. fol.vigeſimoſecundo,in prima impreſſione & in ſecunda eſt opinio.trigeſimooctauo, in prima part. iuramentum autem ſuum non ſufficeret,quando aliqua coniectura eſſet contra eum.Menochius de arbitrio iudicis caſu ducenteſimo quadrageſimoprimo,num.ſexto.

Vſuſfructus ſtatuæ,vel imaginis relinqui poteſt.Fallit in vſufructu imaginis alicuius Sancti,quia in re religioſa non poteſt conſtitui vſuſfructus.quia eſſet crimen,vt eſt communis opinio.de qua Maluitius in tract.de oblationibus,in tertio dubio,numero decimoſexto. Tomo 3.fol.76.

Vſuræ ſunt omni iure prohibitæ,vt eſt communis opinio,dequa Clar. in §.vſura ver.ſciendum,& ver.ſeq.Nam vſura eſt crimen contra naturam,Anto.Burgos in c.ad noſtram,numero vigeſimo,de empt. & vendi.communem dicit.Vſurarij tamen puniuntur pœna criminaliter extraordinaria,vt eſt communis opinio.Clarus vbi ſuprà ver.ex hoc.Portius communi.concluſio.libro tertio,conclu.9.Ant.Gabriel. cõmuniũ conclu.20.lib.7.cõclu.fallit in iudeis ex conſuetudine tanti temporis tolerata.Clarus ibi ver.hæc autem concluſio.Et eſt crimen hoc commune vtrique foro.Cognitio tamen iuris ad ius ſpectat canonicum.Factum autem declarat iudex laicus.Clarus d.§.vſura,ver. hoc crimen,Quando autem conſtat de cauſa vſuraria notoriè , vel per confeſſionem partis,etiam ſi pronunciatum non ſit ſuper ipſo iure.Scilicet an contractus ſit vſurarius.nec ne?Iudex ſecularis ſemper pronunciare poteſt,de reiicienda , vel admittenda accuſatione. Menochius remedio retinendæ poſſeſſionis. numero 340. Et debet eſſe cautus aduocatus,quod ponat in libello,quod pretium. ſeu vſuras ille talis vſurarius receperit,alias ſuccumberet agens. Nam non ſufficit probare aliquem dediſſe ad vſuras , vel vendidiſſe carius propter dilationem , niſi probatum fuerit quod vſuras receperit mutuans. vel vendens modo. de quo ſupra receperit incrementum illud , quod poſuerat ratione dilationis , vt eſt communis

opinio

opin.de qua Anto.Burgos in c.ad noſtram, nume. duodecimo de empt.& vendi.Et dominium rerum acquiſitarum per vſurarium nō transfertur in ipſos.communis eſt opinio.Clar.d.§. vſura, ver. item tenetur.vide Monticulum de inuentario.c.10.numero 324.

Vſurarius manifeſtus dicitur,qui publicè & palam dat ad vſuram,vt eſt communis opinio.Clar. in §. vſura,ver.ſed hic quæro:Item, ſi quis coram Sacerdote & teſtibus publicè fatetur ſe eſſe vſurarium, & mandet reſtitui vſuras,dicetur vſurarius manifeſtus.Idem ſi fuit à iudice condemnatus,communis eſt opinio.Clar.d.§. vſura. d. ver. ſed hic quæro.

Vſurarius ipſo iure efficitur Infamis,communis eſt opi.Clar.in §.vſura, ver.punitur.Et ille etiam dicitur vſurarius qui ceſſat dare ad vſuras, vt eſt communis opin.Clar.ibi ver.vltimòquæro.

Vſuarius contractus,vt ſit,quæ requirantur?Cherianus in ſuo communium opinionum ver.fœnus.& verſ.vſura,vbi dicit, quòd vbicunque pœna adiicitur dationi quantitatis,cenſetur adiecta in fraudem vſurarum,ergo(inquit)nullo modo peti poteſt,vt eſt communis opinio.item eſt contractus vſurarius,ſi quis vendit rem alicui, qui pecunia indiget,vt ſtatim reemat pro minori precio,nam perinde eſt ac ſi mutuaret,& iſte eſt cōtractus peſſimus,qui dicitur ſtoch & biſtoch,quia communiter plus vendunt,& ſic vnum gladium infingit,& alium gladium imponunt Summa Angelica in verſ. vſura. numero ſexageſimo.Capic.deciſ.Neapoli.49.num.2.Cur.iun.conſi. 344.in 3.per totum,vbi quis dicatur vſurarius manifeſtus,& quando poſt mortem poteſt damnari,& eius teſtamentum ſit nullum.

Vſura eſt crimē eccleſiaſticū,& contrà laicos etiam proceditur per eccleſiam,vt eſt communis opinio.Burſatus conſilio nonageſimo,numero vigeſimoſeptimo.

Vſurarius contractus & ſimulatus præſumitur & fictus,vbi iſta duo interueniunt,ſcilicet vilitas precij,& pactum de retrouendēdo,nec requiritur tertium,quòd emptor & locator ſit ſolitus & conſuetus fœnerari.Ananias conſil,58.per totum.Et magis communem dicit Crauetta conſilio 156.numero quarto,Barba.conſilio 51.numero decimooctauo,in 1.vol.fol.121.D.Hiero,Gabriel.conſilio 74.numer. ſecundo,vbi magis communem dicit, maximè canoniſtarum Licet Rui.conſilio 16,numero 11.in 4,vol.dicat communem eſſe,quòd illa tria requirantur.Et dicit ita obſeruari in practica.Et dicit Iaſ.in cōſilio 151.in 4.vol.illa tria requiri,vt eſt magis communis opin. Nouellus regula 153.vbi ponit ampliationes & limitationes. Quoties autemcunque contractus eſt vſurarius in rei veritate,æſtimatur tamen cōmuniter licitus,iudicari debet in dubio,quòd ſit licitus.Cæpolla conſilio crimi.13.numero 24.præſertim ſi adſit iuramentum, nec ſi petita abſolutio à iuramento D.Anto. Rondin. inter conſilia crim.conſil. vigeſimoprimo,numero decimooctauo,tomo 2.Et cōtractus,qui ſunt illiciti,tamen communiter de conſuetudine reputantur liciti,licet in veritate ſint illiciti,nulli & doloſi,excuſantur tamen à pœna criminali ordinaria & extraordinaria huius ſeculi. Ita Plotus inter conſi.crimi.conſi.108.numero 122.vol.1. contrarium tamen tenet in vſurario Maccagnanus in ſuo communium opin. par.1.c.9.numero quinquageſimonono. Iaſ.conſilio 154. vol.4.poſt Alex.conſilio. 107.vol,4,Ferratius cautela 17.Corne.conſi.4. vol.1.

Vſurarum crimen probari poteſt per coniecturas,vt eſt communis opin.de qua Ana.conſ,49. numero quarto.Et accuſatio & probatio fieri poteſt contra Vſurarium mortuum.Fede.de Senis in conſ.8.vide Riminal.conſilio 450.in 3.vol.& conſi.ſeq.Cur.iun.conſilio 279. in 3.vol.Et teſtamentum vſurarij valet,præſtita cautione de reſtituēdis vſuris,vt eſt communis opin.de qua Bertachi.in tract.de Epiſco. in 6.par.4.libri in princ.numero 43.Etiam,ſi præſtetur d.Cautio in articulo mortis, & ſic poſt teſtamentum.Et no.quòd iudæus non poteſt cogere quem ad vſuras poſt tempus,quo pignus potuit poni in ſortibus.Et ſi iudæus excipiat,quòd non poſuit,quia non fuit facta ſolita ſolemnitas,replicabit debitor,quod non curat, quia fuit inductum in fauorem debitorum.Ita Fely.in c.ſignificauerunt.numero vndecimo,de iudæis.vide Pau.de Caſt.in conſilio 295.in ſecundo volumine.Et vſuras nec iudæis licitas eſſe, communis eſt opinio, Clar.in §.vſura,ver.Hæc autem.

Vſuram inducit ſtatutum & nō valet,dans vnum,vel quinque,vel ſex, pro quolibet centenario,vel alimenta dotis, vel crediti non ſoluti mulieri,marito vel creditori,vt eſt communis opinio,de qua Plotus in l.ſi quando numero 470.vſque ad 474.& numero 861. C. vnde vi,vide Soc.iun. in conſilio 83.per totum in 2.vol.

Vſuram reſtituere poteſt tutor ex pecunia extortam pupilli,pro ſalute animæ,vt eſt communis opinio de qua inter conſ.crimi. conſil. 150. numero 32.Et no.quòd quædam ſunt vſuræ punitoriæ,quædam cōpenſatoriæ,& quædam lucratoriæ,de quibus Corſetus inter conſ. crimi.conſilio vigeſimoquinto,vbi fuſius Corne.conſilio 19.in 3.volumine & conſ.23.eo.vol.& conſilio 193.vbi de inſtrumento hæbrei vſurario.Item no.quòd inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt cōpellere vſurarios,non iudicialiter ad reſtituendum vſuras.Federi.de Senis conſi.157.per totum, ſed extraiudicialiter.Et ſi quis iurauerit in inſtrumento ſoluere vſuras,debet prius abſolui à iuramento. Fede.de Sen.conſi. 300.numero ſecundo,Aliàs non auditur contrauenire volens,& tenetur prius ſoluere vſuras,& poſtea repetere abſoluto à iuramento.Bald.in conſilio vndecimo,in 4.Item no. quòd ſi quis,quod habet,tradat irreuocabiliter Monaſterio,cum hoc, quòd Monaſterium debeat ſibi perpetuò alimenta,vt per ſæpe fit Florentiæ.Communiter concluditur,quòd ſi eſt præſumptio, quòd deberet tantum viuere,quòd alimenta aſcenderent ad ſortem,vel vltra, quòd eſt vſura,aliàs non.Alex.in l.item quia.§.idem Iuliano,numero quinto,ff.de pact.item no.quòd vſurarius non eſt.Si quis habet pecunias in monte pietatis, vt eſt communis opinio. de qua idem Alex.in d.§.idem Iuliano.numero ſecundo,Soarez ver.vſurarius.numero 88.ſed quando retro recipitur pecunia,an mons ipſe pietatis, ſi pecunia ſit ex proclamatè Principis mutata,poſſit ſoluere aliud pro alio inuito creditore.Soarez ver.pecunia.numero 72.

Vſuras punire poteſt iudex ſecularis in caſu clarò,vt eſt communis opinio.de qua Fortùnius in tract.de vltimo fine iuris cano.& ciuilis. numero 102.ſecus in dubio,quia cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum.Curt.iun.in conſi.279.numero 16.in 3.vol.ſed quando agitur criminaliter,poteſt vterque iudex procedere. Et ita communiter practicatur.ſecus ſi ciuiliter.& hæc ſi principaliter agеretur in iudicio ſuper contractu vſurario,ſecus ſi incidenter,quia etiam iudex laicus incidenter cognoſcit,etiam ſuper quæſtione iuris,& contractum vſurarium annullare & reſcindere, vt eſt communis opin. Clar.q.37.ver.quæro igitur.vide omnino.D.m.Alcia.in c. pernicioſam.numer. ſeptuageſimooctauo,de offi.ordina.& numero octauo. Soarez ver.vſurarum crimen.

Vſurarij manifeſti donatio de omnibus bonis,vel de maiori parte,non valet.Niſi cauerit de reſtituendo vſuras.Alex.in l.diſcretis.C.qui teſta.face.poſſ.Durans de arte.teſtan.tit.j.cautela 7.communem dicit.

Vſura pro dote viduæ interim pro dote præſtanda, accipi non poteſt de iure,vt eſt communis opinio.Soarez ver.vſuræ.nume. 76.& 77. licet hodierna practica aliter obſeruet.ibi.num.78.

Vſurarum crimen licèt ſingularibus teſtibus probari nequeat etiam quòd Epiſcopale ſtatutum id iubeat,vt eſt communis opinio,Soarez ver.vſurarum.numero 83.Cur.iun.conſilio 344. numero primo , in 3.volumine.conſuetudo tamen admittit teſtes ſingulares rectè & ritè probare vſuram,vt eſt communis opinio. Soarez ibi. numero octuageſimoquarto.

Vſurarij non poſſunt donare cauſa mortis.nec teſtamentum condere, vt eſt communis opinio Soarez ver.vſuras.numer. octuageſimoſexto,& octuageſimoſeptimo,limita vt ibi. Sed magis communis opi. eſt,quòd vſurarius manifeſtus poſſit teſtari etiam non præſtita cautione de reſtituendis vſuris.de qua Capra reg.103.numero 154.& ſeq.& ſi vſurarius manifeſtus teſtamentum condidit,non præſtita d. cautione,deinde redit,vt canis & ſus ad vomitum,teſtamentum factum non valebit,vt eſt communis opinio de qua Capra regula ipſa 103.numero 159.& teſtamentum vſurarij valet & tenetur ſi eo condito effectus ſit poſtea vſurarius,vt eſt communis opinio ibi.numero 162.& valet teſtamentum ad pias cauſas vſurarij, ſi oſtendit ſigna contritionis,vt eſt communis opinio.ibi.numero 163. idem in legatis pro malè ablatis,communis eſt opinio ibi.numero 166.& vide Cur.iun.in conſilio 344.numero 85.in 3.vol.

Vſurarius manifeſtus probatur,qui palam exercet vſuras,vel etiam in camera ſua dat cuicunque requirenti,vt eſt communis opin.de qua Curt.iun.in conſ.344.numero trigeſimo,in 3.vol.vſque ad numerū 33.& qui quandóque exercuit vſuras,poſtea ceſſauit.Clar.in §. vſura.ver.vltim.&c.criminaliter poteſt puniri vſurarius.Clar.in §.vſura. ver.&ex hoc.Et vſurarius eſt infamis ipſo iure,vt eſt communis opinio.etiam qui de iure ciuili exercet vſuras intra modū ab eo permiſſum.Clarus ibi.ver.punitur & teſtis eſſe non poteſt ibi.

Vſus communis loquendi ſemper ſpectari debet,ſeu ſtricti iuris materia,ſeu odioſa,ac pœnam indicens,ſeu potius gratioſa, ac fauorabilis tractetur,vt eſt communis opin. Panor.in c.nonnulli.de reſcr. Soarez ver.vſus loquendi.numero 108.

Vtens falſo inſtrumento mitius punitur,quam conficiens,vel fieri cōficiens,vt eſt communis opinio.Clar.in §.falſum.ver.vtens.

Vulnerati aſſertio non facit aliquo modo indicium,vt eſt communis opin.de qua Turrius inter conſ.cri.conſilio octuageſimoprimo,numero vigeſimoſeptimo,tomo 2.

Vulnerans aggreſſorem,non poteſt vt doloſus puniri,etiam ſi exceſſerit modum inculpatæ tutelæ,vt eſt communis opinio,de qua Soc. iun.in conſ.36.numero 10.in 1.vol.

Vulneratus læthaliter ab initio,quādocúnque mors ſit ſequuta,etiā propter defectum vulnerati vel quia non fuerunt adhibiti medici, vel adhibiti ſed imperiti,non excuſatur vulnerās,quin teneatur de occiſo,vt eſt communis opi.de qua Aſinius inter conſ.cri.conſilio 107. numero 1.Sed ſi ab initio vulnus non ſit mortalè ſed eſt effectum mortalè imperitia medici,vulnerans non tenetur de occiſo,vt eſt cōmunis opin.ſecundū Aſinium.ibi.numero ſecundo,vbi idem dicit,

ſi vulneratus

ſi vulneratus ſit mortuus ex mala vita,& malo regimine.Idem ſi qualitas vulneris poterat ſe habere ad ſalutem,& ad mortem, præſumitur mortuus vulneratus ex negligentia,vt eſt communis opinio ibi numero octauo,vide omnino Corn.in conſilio 194.in 4.vol.& cõſilio 283.eo.vol.& an vulneratus ſit mortuus ex vulnere,nec ne.relinquitur arbitrio iudicis,attenta qualitate vulnerum, & aliis circunſtantiis,vt eſt communis opin.de qua Marſil.in pract. §. & quia numero decimoſexto,in conſilio 7.numero vigeſimoſeptimo,& in conſi.7.numero 27.Clar.in §.homicidium.vbi diſtinguit,vt per eũ, & etiam communem dicit Menoch.de arbitrio iudicis.caſu 275.Riminal.nouiſſi.in Apoſtillis ad Riminal.eius patruum. conſilio 281. litera A.& ſi vulneratus exculpat aliquem,dicens quòd Titius eum non vulnerauit,non poterit talis torqueri ex indiciis laborantibus contra eum.quia habet indicium innocentiæ pro ſe,ſ. exculpationẽ vulnerati.Alex.in conſilio 30.numero decimotertio,vltim.vol.& no. quòd ſi poteſtas faceret decapitari aliquem,qui vulneraſſet quendã mortaliter antequam ille moreretur,punitur,vt eſt communis Doctorum opin.ſecũdum Bal.in l.damni.§.Scabini ſententia.ff.de dam. infec.vbi dicit,quòd in ſtatutis maximè hoc eſt verum,quia requirunt actum perfectum,& conſumatum,& donec eſt in eo ſpiritus, non poteſt dici mortuus.quia donec ſpirat ſperat.

Vulnera etiam lærhalia inferens animo occidendi,non punitur morte, ſi vulneratus non moritur, vt eſt communis opin.de qua Soarez ver.vulnera.numero 109.

Vulneratus.ſi 40.dies vixerit poſt vulnerationem,non præſumitur ex vulnere mortuus.Similiter ſi poſt vulnus illatum ambulauerit per triduum non præſumitur mortuus ex vulnere.Clar.in §.homicidiũ. ver.cæterum,& ibi alia,ad quæ me remitto pro breuitate.

Vxores plures habens punitur pœna capitis.& eſt infamis,vt eſt communis opin.Clar.in §.fornicatio.verſ.dicitur etiam.

Vxor credens virum ſuum deceſſiſſe,qui longo tempore negauit abſens,de cuius morte habuit certum nuntium,vel fama publica erat in loco , quòd deceſſerat , & alium in virum & maritata accipiat, non eſt adultera,vt eſt communis opinio. Clar.in §.fornicatio.ver.

Vxor tenetur redire ad virum ſuum ab hæreſi conuerſum,niſi effecta eſſet monacha,vel vellet effici facta tamen ſeparatione ab eccleſia prius,vt eſt communis opin.Clar.in §.hæreſis.ver.item propter.

Vxor,quæ eſt facta ſui iuris poſt adulterium commiſſum,poterit & debebit dote priuari,etiam ad inſtantiam mariti hæredum.qui dum vixit hoc ignorauit.& ita in practica ſeruatur. Ruin.conſ.155.numero 1.in 4.vol.& no.quòd occidens vxorem, non poteſt illi ſuccedere, nec aliquod lucrum ex ſtatuto conſequi,& idem in quocunque alio interfectore.Dec.conſi.525.numero :.& ſeq.

Vxori illata iniuria,& eius viro cenſetur facta,vt eſt communis opin, Soarez ver.vxori.numero 121.

Vxor tenetur alere virum bannitum de fructibus dotis,qui ſi non ſufficerent etiam ex bonis paraphernalibus, vt eſt communis opinio, Clar.vbi ſuprà.

Vxor tranſiens ad ſecunda vota perdit legatum ſibi relictum , ſi caſtè vixerit.Iaſ.in l.fi.C.de indic.viduita.tollen.Durans de arte teſtandi. tit.6.cautela 39.communem dicit,& ſi ex ſtatuto debet lucrari aliquid de bonis mariti.non compenſatur cum legato ſibi facto à marito,vt eſt communis opinio.Corraſius Miſcellaneorum.3. c. 1. de quo Io.Baptiſta Vezinus Toletanus in ſuo Ærario communium opinionum litera V.opinione vltim.impreſſo 1550. Mindonij opera excuſſo in Compoſtella.

Vxorem verberare leuiter & ex iuſta cauſa permittitur marito , vt eſt communis opin.Cla.q.56.ver.poteſt etiam,

Vxor debet ali à viro,quãdo ipſa ſeorſum ab eo habitat eius culpa,quia eſt nimis ſæuus,& incomparabilis ſeu tenet concubinam, vt eſt cõmunis opi.de qua Cur.iun.conſ.328.nu.7.& ſeq.in 3.vol.quando. ſ, ad eius inſtantiam fuit admonitus ab eius conſanguineis, vt concubinam dimitteret,& recuſauit relaxare. Aliàs ſi non præcedente tali admonitione,& interpellatione vxor diuertit à marito, non debet ali aliquo pacto,vt per eum. Saluo iure addendi, ſed pone.

Laus Deo & Virgini Mariæ,

*FINIS.*